BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
4 C
27

25.f

13. G.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILDEPHONSI
PEREZ DE LARA
TOLETANI,

A CONSILIIS CATHOLICÆ MAIESTATIS,
& in Ciuitate Regum Prouinciarum Perû Curiæ
Cancellariæ Prætoris;

COMPENDIVM VITÆ HOMINIS
IN IVRE FORI ET POLI,
VSQVE AD PERFECTAM ÆTATEM ET SENECTAM.

Tractatus perutilis continens frequentiora, quæ tam in iudiciis, quam extra pro incrementis ætatis cuique contingunt, & ius ſpeciale primitiuæ, & vltimæ ætatis.

Editio nouiſſima emendatior, & ſuis indicibus fidiſſimis inſtructa



LVGDVNI,
Sumptibus PETRI CHEVALIER.

M. DC. LXXII.
Cum Approbatione & Superiorum Permiſſu.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

CLARISSIMO

ILLVSTRISSIMOQVE VIRO

D. D. MATTHÆO GALLIAT,

REGI A CONSILIIS,

ET IN PRÆSIDIALI LVGDVNENSIVM Curia, Regiarum Cauſarum Patrono Primario.

E*X iis ſanè Voluminibus quæ noſtris in dies typis emergunt, vix vllum nactus ſum hactenus, quod officiorum erga me tuorum grates referendi pleniùs expleret deſiderium, quàm quod Tuo Nomini inſcribere nunc operæ pretium duxi. Quidni etenim Tibi nuncupem* Compendium Vitæ Hominis, *cujus perpolitam, & ſplendidioribus illuſtratam coloribus imaginem noſtris*

oculis, velut compendiariâ tabellâ exhibes? Atque vt innumeras quibus effulges, quaſque in Te largâ manu Natura congeſſit, tum Animi, tum Corporis dotes prætermittam: nonnullas tantùm breui elogio, ægrè licèt ferente modeſtiâ, perſtringam. Et verò ad cujus aures non peruenit mira hæc tua perorandi facultas, quâ Forum Lugdunenſe tanto applauſu perſonat? Quis infinitam propemodum, ex ſingulis Artibus & Diſciplinis depromptam rerum omnium ſupellectilem non miretur? in qua tanta elucet eruditio, vt ſcientias omnes non immeritò quis dixerit Tibi ingenitas aut famulares. Equidem ex iis nulla Tibi videtur eſſe peregrina, qui ſingularum genium & conſuetudinem apprimè noſti, & quarum conſortio, dies noctéſque frueris; neque per interpretem cum iis agere Tibi opus eſt, quarum linguam vernaculam, penitioreſque ſenſus habes perſpectos. Atque, quod aliàs de quopiam πολυγλώσσῳ *(vt hanc vocem à Græcis mutuer) vulgatum fertur; nimirum tot linguarum peritum, nullo alienum ſermonem exponente, Orbem integrum peragrare potuiſſe; non abſimile quid de Te affirmauerim, qui vniuerſam Litterarum Rempublicam, Terrarum Orbe longè vaſtiorem, non minori facilitate perluſtras. At quis infractam in Iure dicendo integritatem non celebret, quam*

probi

Digitized by Google

probi quique venerantur , verentur improbi ? Nemo vnus ambigit quantâ æquitate Diſceptantium lites dirimis ; quàm æquæ ſint Themidis cui litas lances , quas nec aurum deprimat , nec attollat gratia. Hinc non lucri & quæſtûs (vt plerumque fit) cupiditate , ſed ſolo Muneris ritè obeundi amore Ius adminiſtras. Hinc inopes , & opulenti ex æquo Tibi ſunt accepti ; nec magis horum Te afficit abundantia , quàm illorum Te mouet penuria : Neque enim ex eorum es numero , qui propter inuidiam adimunt diuiti, aut propter miſericordiam addunt pauperi: *Exoculata nimirum Iuſtitia varias fortunæ viciſſitudines neſcit internoſcere. Perge igitur Nominis ſplendorem , quo vir politiſſimæ litteraturæ, & æquitatis integerrimæ audis , in dies augere ; Clienteſque ſolito patrocinio tuere.*

Addictiſſimus Tibi , & humillimus

PETRVS CHEVALIER.

AD LECTOREM.

CVM omnis actio hominis prodeſſe debeat, aut viuis, aut defunctis, & iam ne mortuis gratiam prohiberem iuxta illud Eccleſiaſt. 7. num. 37. *Mortuo non prohibeas gratiam:* poſteriora hominis ſcripſerim libro de Anniuerſariis & Capellaniis, ſuffragia quidem, quibus animæ ſubleuantur, vt citius vltimam retributionem (gloriæ ſcilicet) conſequi valeant, nunc actibus viuorum prodeſſe cupiens, vt nec viuis, nec defunctis obſequium negem tractatum de vita hominis prodere decreui. Et quia ſcire, quid faciendum ſit & neſcire quo ordine, non eſt perfectæ cognitionis, vt dicit Baldus in principio proœmij Digeſti Veteris, non abs re erit hoc in tractatu pro incrementis ætatis, quæ ſpeciali iure in vitæ primordio, virili, & ſenecta ætate homini conceſſa ſunt explicare: nam vt inquit Cornelius Gallus,

Diuerſos diuerſa iuuant, non omnibus annis
Omnia conueniunt, res prius apta nocet,
Exultat leuitate puer, grauitate ſenectus:

Et vt omni ætate tam ipſi, quàm qui cum eis contrahunt litigant, vel quid aliud gerunt, non ignari accedant, & ſibi conſulant ne damnum patiantur, vel nulliter agenda peragant, prout iam ſæpius experimento cognoui &

vidi

Digitized by Google

vidi geſta longo tempore, & non modicis factis expenſis ad irritum recidere, & denuo nouo ſumptu cauſam agere. Etſi optarem opus hoc ab alio altioris ingenij, in publicum offerri, tamen pro facultate, & viribus meis (etſi tantò operi imparibus) me exibeam cupidum proficiendi iuris profeſſoribus, quibus forte exiguus hic labor complacebit, vt contingere ſolere ait Paulus Iureconſultus, l. penult. ad exhibendum ibi: *Forſan ſtudioſus alicuius doctrinæ dicet ſua intereſſe hos, vel illos libros exhiberi, vt cum eos legiſſet doctior, & melior futurus eſſet*, quod ſi ex huius libri lectura id accidere poſſet, ex ſententiis aliorum Doctorum à me relatis à quibus didici & inſtar laborioſæ apis ex eorum ſcriptis decerpſi futurum eſſet, quod laude dignum iudicatur à Gayo Iureconſulto l. 2. de origine iuris, ibi: *Poſtea cum Apius Claudius compoſuiſſet, & ad formam redegiſſet has actiones, Gneus Flauius ſcriba eius libertini filius ſurreptum librum populo tradidit, & adeò gratum fuit hoc munus populo, vt Tribunus fieret, & Senator, & Ædilis* (& poſtea ſubdit textus) *nam nec Gneus Flauius de ſuo quicquam adiecit libro.* Et conducunt verba Leonis Imperatoris, l. nulli 28. in fine, C. de Epiſcop. & clericis, ibi. *Cum fides, atque induſtria eorum, tàm laude, quam honeſtate, ac pariter pietate non careat, cum veritatem in publicas aures lucemque deduxerint.* Scientia enim non eſt propter ſcire, ſed propter operari, & eam ad praxim deducere eſt de arbore fructum colligere. Baldus l. 1. de iuſt. & iure, Natta conſ. 1. num. 2. Gratianus diſceptat. cap. 186. num. 11. Quare ſcribere libros cauſam prælationis eſſe, & ſcribentes maximo honore dignos affirmat Caſſaneus in Catalogo gloriæ mundi, parte 10. conſideratione 18. & ex

Anaina

Anania & Ruyno, tradit Ioannes Aloyſius Riccius Collectanea 1446. in fine : nam vt habetur Eccleſ. 24 n.47. ibi : *Videte quoniam non ſoli mihi laboraui, ſed omnibus exquirentibus veritatem*, & S. Auguſt. in Pſalm. 130. exponens illud Apoſtoli 1. Corinthiorum 15. num. 10. *Abundantius illis omnibus laboraui*, ait, id eſſe, quia alij non ſcripſerunt, vel non tantum nec tanta gratia ſcripſerunt, non ergo (benigne Lector) dico me noua ſcribere, cum in inſcriptione poſuerim, *nihil ſub Sole nouum* : non tamen tranſcripſiſſe affirmo, ſed per innumeros, & diuerſos Auctores diſperſa hoc breui compendio congeſſiſſe. Suſcipe ergo libenter oblata, & rejice ingrata, grata ſapore tene. Vale.

DON

DON IOANNIS PEREZ DE LARA Regalis Conſilii, & Regiarum Cancellariarum Aduocati, ac ſancti Officii Inquiſitionis Conſultoris; in laudem Compendii Vitæ Hominis eruditiſſimi ſui parentis Ildefonſi Perez de Lara, ſuæ Majeſtatis à Conſiliis, & in Pintiana Curia meritiſſimi Senatoris:

EPIGRAMMA.

DVM rueret Iapeti ſata dura in prælia Martis,
Conſereretque feras gens truculenta manus,
Nullaque ſufficerent iuris, vel fœdera pacis,
Eripere inſanis arma inimica viris:
Protinus è cœlo miſſa eſt Aſtræa puella,
Compoſuitque animos iuraque ſancta tulit.
Sic tu mortales animis fera bella gerentes
Inſtruis, & mores non ſinis eſſe feros.
Nam tua ſcripta valent teneræ informare iuuentæ
Pectora, longæuo dant quoque iura ſeni.
Omniaque humanæ componis tempora vitæ,
Tempora temporibus digna corona tuis.
Huc ades ô cupiens æternæ haurire ſalutis
Dogmata, queis cæli ſcandere regna licet.

Digitized by Google

DOCTOR D. DIDACVS DE TRASMIERA Abbas, & dominus Hermeꝫenſis, almæ Palentinæ Eccleſiæ Canonicus, in ſacro Vallıſoletanæ Inquiſitionis tribunali, fidei rebus propugnandis aſſiſtens.

Clariſſimi ILDEPHONSI PEREZ DE LARA, Regij Senatoris, Senatuum omnium Coronæ, communis Iuriſprudentiæ magiſtri, de iudiciis, & ſapientia vnice meriti ſcriptis, vel ſpe, quam fama fecerat maioribus.

SÆPE minora ſuis veniunt præſagia rebus,
Nec valet indiciis cuncta tenêre ſuis.
Prodit mella leuis, per florea rura, ſuſurrus;
Seque ſuo præceps murmure prodit aqua;
Nulla tamen menti res plenè ſigna tulerunt,
Nec quæ ſunt in ſe nobilitate docent.
Nam nec apes vnquam, ſic dulce, ac mella, ſuſurrant
Æquè, pura vndis murmura nulla ſonant.
Haud ſcriptis par fama fuit, licet illa ſonarit
Maxima, dum mentis prædicat orſa tuæ.
Vel ſatis exhibuit (niſi pagina viſa referret
Altius) ingenij clara fluenta tui.
Fama leuem ſtrepitum, dat pagina mentibus Hyblam
Illa tulit murmur, protulit hæc fluuios,
Vix habuit primos auroræ fama rubores
Hominis immenſum fudit at iſta iubar,
Iamque hominem verſans, audax quodcumque ſubibit
Iudicium, vel quod Numinis inſtar erit,
Phœbus, & antra replens cunctis reſponſa daturus
De lare iam proprio mittet ad antra Laræ.

AD

AD AVTHOREM, ET IVRIS columen, ILDEPHONSVM PEREZ DE LARA in Pintiano Senatu Regium Conſiliarium, Petrus Salmeron iuris vtriuſque Doctor.

PHæbus vt æquoreo cum ſurgit gurgite, pellens
Cimmerias tenebras, omnia luce replet.
Nauta tunc ſcopulos, Cautes, Scyllam, atque Charibdim,
Roſtra vehens tutò, per vana ſalſa cauet.
Atque viator iter cernens, diſcrimina cuncta
Vitat, fertque pedem, quo ſua vota vocant.
Haud ſecus obſcuram praxim, & iura Ildefonſus
Illuſtrat, nigris de tenebriſque trahit,
Excolat hunc legum pelagus qui remigat altum:
Ne ruat in ſcopulos, diriget iſte ratem.
Hunc ſibi per Fori rupes ſaltuſque viator
Eligat, vt tutum carpere poſſit iter.

Clariſſimo Iuriſprudentiæ Iubari, Doctorum Magiſtro, Regio apud Valliſoletanos Senatori, à Conſiliis Catholicæ Majeſtatis, cognato & domino ſuo ILDEPHONSO PEREZ DE LARA, Vitam Hominis in vtroque foro verſanti, Didacus Diez de Chaues Quæſitoribus fidei à ſecretis ſe vouet & ſua.

MORTALES pertæſus auos, terrena peroſus
Nomina, ſe Phaeton ſydera ad alta refert.
Et Titana patrem poſcit moderamina currus,
Cuius inexhauſto lumine cuncta micant.
Non Phebo laturus opem, non lumina terris,
Eſſe, ſed vt monſtrat Sol Phaetonta Deum.
Terrarum iam dudum oculus, tu, Alfonſe, fugatis,
In barathrum tenebris, omnia luce beas.
Et Titane prior mortalis tempora vitæ,
Percurrens luſtras nobiliore die.
Sed tuus en venio Phaeton: non fræna repoſco,
Quæ niſi tu Phœbus, quis retinere queat?
Sed tuus vt comiter currus videarque per orbem,
Et qui me videat nouerit eſſe tuum.

Conſenſus Procuratoris Regij.

NON intercedo Regis cauſa vt liber cui titulus eſt *Ildephonſ. Perez de Lara Compendium vitæ hominis*, &c. imprimatur, & in lucem edatur à Petro Cheualier, hujuſce ciuitatis Bibliopola cum prohibitionibus in hoc caſu fieri ſolitis. Lugduni die 4. Ianuarij 1672.

VAGINAY.

FIAT iuxta conſenſum Procuratoris Regij, eadem die & anno.

DE SEVE.

INDEX

INDEX
CAPITVM HVIVS COMPENDII VITÆ HOMINIS,

Numerus Paginam indicat.

CAP. I. De ventre concepto & an filij geniti ante delictum Parentis afficiantur infamia? pagina 1.
II Venter an poſſit hæres inſtitui, & exhæredari, & an ei dentur remedia poſſeſſoria & Tenutæ, & reſtitutio in integrum, 20
III. Si remaneāt duo ventres, quod ambo ſint mittendi in poſſeſſionem, & an hodie ſtante lege Euangelica poſſint relinqui duo ventres legitimi eiuſdem viri, cum lege diuina ſit prohibitum duas ſimul habere vxores, *Matth.* 19. 32
IV. Quod ventri poteſt legari & donari, & quod ei debeatur relictum filio qui viuat tempore mortis teſtatoris, & de alijs multis, quorum naſciturus capax eſt, & de relinquendo ei in tempus, quæ poſſit capere, & de factis tempore inhabili, ſi effectus conferantur in tempus habile, quando valeant. 36
V. An venter filiæ ſpuriæ, vel vxoris filij ſpurij poſſit inſtitui ab auo, & an eo caſu poſſit auus relinquere filio ſpurio vſumfructum ad alimenta, & ſimpliciter relictum cenſeatur ad alimenta: & plura de relictis ſpurijs. 47
VI. An pater poſſit ſubſtituere ventri, & venter poſſit alteri ſubſtitui & poſſit dari ventri tutor. 55
VII. De commodis mulieris prægnantis & qualiter

 &

& à quibus ſit inſpicienda, cuſtodienda & alenda vidua quæ dicit ſe grauidam remanſiſſe, & cujus expenſis, & quod generaliter acta iudicialia fiant expenſis petentium, & quando vtriuſque litigantis. 63

VIII. De citandis conſanguineis pro cuſtodienda parturiente, ne ſupponatur partus. Et ſi nocte cõtingat quod lumina requirantur: Et quid in cõtractibus requirentibus ſcripturam & quales ſint. Et de teſtamento, ſententia & actibus iudicialibus nocte celebratis, & an poſſint probari teſtibus, & quando admittatur probatio teſtium nõ obſtante pacto vel ſtatuto de probando per inſtrimenta de partu ſuppoſito & pœna delicti. 76

IX. De aborſu & præbente cauſam abortionis: Et an, quando præcedit culpa & ſequitur caſus, culpoſus teneatur de caſu: Et qua puniatur pæna cauſans aborſum fœtus inanimati, & an incurrat irregularitatem. Et an poſſint medici vti remedijs curationis morbi prægnantis ſi ex eis timeatur aborſus, & an ſit licitum procurare aborſum ob matris ſanitatẽ. 90

X. De naſcente & legitimo tempore naſcendi vt iure pro naturali partu habeatur. Et de nato octauo mẽſe & viuente an ſuccedat. Et quid ſi naſcatur in tertio, quarto, quinto, & vltra nouem menſes vſque ad quatuordecimum incluſiuè. Et de extracto ſecto ventre matris, quando adimpleat, vel non conditionem. Et de partu monſtruoſo qui non ſuccedit, an adimpleat conditionem in fauorem parẽtum. Et qualiter computentur menſes ad partum, & ad omnia & quorum dierum fuerint etiam ab origine mundi. Et de anno &c. 96

XI. Si Hermaphroditum mulier pariat, an admittatur ad ſucceſſionem, & poſſit conthrahere matrimonium, & ordinari, vel religionem ingredi, & de diuerſis qualitatibus & officiis concurrẽtibus in eadem perſona. Et de habentibus duas voces, an poſſint diuerſa vota emittere Et quid in prælatis habentibus Eccleſias Cathedrales inuicem annexas. Et

de

de exercente duas artes, quarum cauſa ſortitur forum vel habet priuilegia. Et quando actiuum & paſſiuum poſſint concurrere in eodem ſubiecto. Et quando fiat confuſio actionum, ne detur repugnantia. 108

XII. Si mulier ſtatim poſt viri mortem cũ alio contrahat matrimonium, & naſcatur filius tali tempore quo poſſit eſſe primi & ſecundi viri cuius erit, iudicandus? Et quid operetur poſſeſſio filiationis & matris aſſertio. Et de gemellis ſimul natis, quorum naſcendi prioritas ignoratur, quis ſit præferendus in regno ſeu maioratu Et de prioritate, quod adquiratur per punctum & momentum: & de concurrentibus pariter & non ſucceſſivè. 115

XIII. De nato & nominis impoſitione in baptiſmo: & de nomine proprio & appellatiuo: & de conditione deferendi nomen & arma & de mutatione noninis, & quare Romanus Pontifex in creatione mutet nomen, & de alendo nato à patre, vel matre ante vel poſt triennium: & an ſi mater nobilis, vel inops ſit, vel careat lacte, pater alere teneatur: & & quid in filio ſpurio. Et an in generali ſermone comprehendatur perſona loquentis in obligatione & confirmatione & aliis 129

XIV. De infante, & quando incipiat, & finiatur infantia: & an infantes poſſint acquirere ſine tutore, & admittere poſſeſſionem in eos tranſlatam miniſterio legis: & qualiter debeant adire hæreditatem, & bonorum poſſeſſionem petere: & an hodie ſit differentia hæredis, & bonorum poſſeſſoris ſui & emancipati: & an ſuitas habeat effectus: & quid in Clericis vel Monachis liberatis à patria poteſtate: & quod filij Regum vocentur Infantes, etiam illegitimi. 147

XV. De infante qui fari poteſt & quando adimpleatur conditio cum fari potuerit: & an poſſeſſio bonorũ agnita per tutorẽ infantis, ſi moriatur priuſquam loquatur, transferatur ad eius hæredes; vel furioſi antequam reſipiſcat; & poſſint petere re-

ſtitutionem ex clauſula generali ad adeundam hæreditatem. Et de primordiali mundi lingua, & primis vocibus infantis & an poſſit fieri cōtractus cum homine alterius linguæ:&de traducēte,& interprete,an teneatur iurare,&quomodo,& qualiter tabellio tale inſtrumentum conficiat, & contractus muti. Et an infantes, qui fari poſſunt,contrahere poſſint ſponſalia,&alios contractus celebrare, & iudicio adeſſe vbi contrahitur, & quomodo intelligatur: & an poſſint conuentiones iudiciales, & quæ ſint. Et an in actibus iudicialibus requirantur teſtes vt in contractu: & nunc ex iudicati actione mutetur prior contractus: Et dē interpretatione verborum contractus, & libelli iudicij:Etquando tabellio cenſeatur adhibitus actui vt teſtis,vel vt tabellio & ſi ſcriptura ſolemnis non ſit, poſſit teſtificari pro eius ſupplemento. 155.

XVI. Infantes quarum rerum capaces ſint in temporalibus & ſpiritualibus. Et de principe remanente in infantili ætate, quod debeat coronari,&de eius tutoribus, & magnatum Regni. Et an eis debeatur decima redituum; & an eorumtutela recipiat conditionem cum ſit actus legitimus: & quid de conditione de præterito & de præſenti:& plura de actibus legitimis; & qui tales dicantur. Et an infantes poſſint ad iudicium citari, & ſint capaces delicti: & qualiter cum eis lis proſequatur; & quod facti puberes deponant de geſtis tempore ſuæ infantis. Et de eorum alimentis & operibus:& an minuant alimenta:& qualiter taxentur pro incrementis ætatis:& de interpretatione legis tertiæ, & *l. cum Titio 55. & l. hæreditatem 68. ad leg. Falcidiam.* Et quæ ſunt vſuræ trientes, de communi rei valore. 165

XVII. De pupillo,& de proximo infantiæ, & an teneatur ex contractu& delicto, & poſſit accuſari:& an ligetur cenſuris à iure, vel ab homine latis, & an à ſeptennio alimenta ei præſtita compenſentur cū ſeruitijs & quòd pupilli appellatione veniat puella,

Digitized by Google

la, & maſculinum concipiat fœmininum non è contra, & in quibus ea regula admittatur. 186

XVIII. De pupillo proximo pubertati, quod obligetur naturaliter ſine tutore, & vt ea obligatio ſufficit ad fideiuſſoriam, ſic & ad hypothecam, & nouationem cauſandam prioris obligationis, etiam ciuilis. Et an acceſſiones confundantur ſi creditor Pupillo ſuccedat, & ſoluto debito naturaliter poſſit repetere, niſi ſoluerit conditionis implendæ cauſâ; & ſi fuerit factus locupletior, an ciuiliter obligetur, vt ſi habeat pecuniam ſaluam, vel emerit neceſſaria, ſeu cæterorum bonorum fuerit releuatus; & an teneatur ſoluere melioramenta & eorum fructus relinquere. Et an Pupillus diues teneatur dotare matrem & ſororem pro matrimonio, etiam ſpirituali, & alere fratres & alios collaterales. Et an ſi contrahat matrimonium, eius bona ſint obligata pro dote, & poſſit alios contractus gerere. Et an tutoris authoritas debeat eſſe præſentialis & verbalis. Et quid in actu ſimultaneo: & an poſſit ad iudicium vocari, & ipſe alios vocare & accuſare. 194

XIX. De Pupilli educatione & tutela, & quo loco ſit decernenda; & quod exceptis teſtamētarijs tutoribus, omnibus aliis præferatur mater, etiam ſpuria & auia & proauia: & quod illis colentibus deferatur, non inuitis, vt legitimis; & quę ſatiſdatio in eis ſufficiat, & an poſſint antea adminiſtrare; & quod amittant perpetuò tutelam iam ipſis decretam, & ius petendi eã, contractis ſecundis nuptiis, etiam nulliter: nec admittantur ad eam, ſi viduę remaneant ſecundi matrimonij: & quod matres teneantur facere omnes Cautiones, quas alij tutores & an tabellio cenſeatur rogatus apponere renuntiationes & clauſulas apponi conſuetas in inſtrumento tutelæ; & cenſeantur appoſitæ, & an hypotheca: & quid in hoc operetur dictio & cætera, etiam abbreuiatè, & per cifram appoſita. Et an liceat notariis ſcribere per cifras & imbreuiaturas, &

quod pater non poſſit excludere matrem à tutela filiorum, niſi tutorem dederit;nec iubere quod adminiſtret cum conſilio alterius:& quando recedatur à patris voluntate in tutela & educatione: & an teſtamentarius ſatiſdet & de ſubſidiaria quæ datur contra iudices in defectum fideiuſſorum tutoris; & quomodo iudices excuſentur, & tutores à confectione inuentarii:& quibus non debeatur decima, & quarum rerum non debeatur. 211

XX. An impubere iurante contractum, habeat locũ deciſio authentic. *Sacramenta puberum*: & quid ſi tutor pro eo iurauerit, & de iudicio cum pupillo ſine tutore:vel cum tutore negligenter agitato, ſeu cum falſo vel non legitimè conſtituto, & eius ratificatione, & de impuberis doli capacis teſtim. &matrimonio,eiuſque teſtamento ex Principis indulgentia condito, & an præiudicet ſubſtituto pupillari: & de aliis. 231

XXI. De priuilegio pupilli trahendi aduerſarium ad curiam regiam:& an poſſit trahere viduam, vel alium priuilegiatum: & quid ſi ſimul cũ ſuo priuilegio habeat caſum Curiæ: & copioſè de caſibus Curiæ:& an iuuentur priuilegio extante obligatione Camerali, & in executiuis,& obiter de citando clerico ſi ſua intereſſe putauerit ad ſæculare Tribunal. 251

XXII. De adulto & iis quæ ei conceduntur, quæ impuberibus negantur, & in quibus adultus poſſit contrahere ſine curatore, & filius familias ſine patre: & an ob debitum filii ex contractu, vel delicto, fiat executio in bonis,quorum pater habet vſumfructum,& ob debitum vxoris in bonis dotalibus, & quid ſi adſit hypotheca,& quæ poſſit minor donare, & quando,& an cum autoritate curatoris, & ſine ea poſſit inſtituere maioratum in teſtamento: & quid in contractu; & an cenſum imponere: & de ratificatione expreſſa, vel tacita impoſiti nulliter, vel alterius contractus non dolo initi,& quo tempore fiat facto maiore. 267

XXIII. Minor emens bona immo

immobilia an poſſit in eodem contractu illa obligare pro ſolutione pretij; & an poſſit emere immobilia cum pacto de retrouendendo, & eorum retroceſſionem facere, & retrouēdere ſeu redimere cenſū ſine decreto: & an licentia ad obligandum extendatur ad vendendum bona pro ſolutione: & quid in communitate, & an poſſit collectam imponere ad ſoluendum, ſine noua facultate. 279

XXIV. Quod minores compellantur accipere curatorem ad litem, & an talis curator teneatur ſatiſdare & teneantur acta per eum qui ſatis non dedit; & an poſſit inſtrumenta conficere cum minore eum obligando, & à quo iudice detur in cauſis Spiritualibus, & in eis admittatur coniuncta perſona, & an pater, & in quibus minores poſſint comparere in iudicio abſque curatore, & procuratorem conſtituere etiam cum clauſula ſubſtituendi, & an ſubſtitutus qui litem conteſtatus fuit, poſſit alium ſubſtituere, & an mortuo principali domino iudium finiatur cum procuratore vel ſubſtituto Domino litis non vocatis hæredibus, & quid nullo relicto hærede, & quādo Sententia lata mortuo litigante valeat. 293

XXV. De vtilitatibus adulti, ſeu minoris, & præcipuè de in integrum reſtitutione: & an detur ei cōtra actum ab eo geſtum cum autoritate curatoris, vel iudicis: & an detur induſtrioſo, & iuris perito, & an cōpetat contra executionem inſtrumenti, & trium Sententiarum conformium: & an concedatur hæredibus minoris, & quo tempore, & quibus caſibus detur reſtitutio in temporalibus & Spiritualibus, & an cenſeatur excluſa per generalem excluſionē exceptionū. 315

XXVI. De probatione minoris ætatis ad commodū in integrum reſtitutionis cōſequendum; & an ſufficiat liber Baptiſmi, vel aſſertio patris, vel dario curatoris; & an probetur aſſertione minoris dicentis ſe maiorem, & ei præiudicet, vt non reſtituatur. 337

XXVII. Minor cui competit via executiua, ſi cæperit agere via ordinaria

quod

quod poſſit redire ad executiuam. Et quid in maioribus. Et an refuſis expenſis. Et an in iudicijs executiuis & ſummarijs detur instantia & litis conteſtatio & exceptio litis pendentiæ. 343

XXVIII. De alijs commodis & varijs fauoribus, & Vtilitatibus minorum tam in contractibus, quam in Iudiciis & aliis actibus, cum eis geſtis, & delictis quoad pœnam. 354

XXIX. Adultus quæ beneficia poſſit obtinere, & an Canonicatus, & Dignitates Eccleſiæ Cathedralis: & creari Epiſcopus, & Patriarcha, vel habere adminiſtratione͂ Eccleſiæ diœceſanæ, & decorari Cardinalatus celſitudine, & ſplendore, & quâ ætate prædicta aſſequi valeant, & an ſit Iure deſignata ætas ad ſummum Pontificatum obtinendum. 380

XXX. De Virilitate, & bono Viro, & reductione Sententiæ ad eius Arbitrium, & an detur ad fœminam Iuriſdictionem habentem, & poſſit eſſe arbiter, ſeu Arbitrator, & de præſentia Virorum, & quando cenſeatur agnationis ratio conſiderata, vel maſculinitatis, & de agnatione artificiali, & de excluſione fœminarum, & an poſſint excludi ſi fiat maioratus ex poteſtate conceſſa, Lege 27. Tauri. & an ſint vocandæ moniales, & religioſi, & admittantur ad ſucceſſionem maioratuum Iuriſdictionem habentium. 387

XXXI. De Sene, & eius Prærogatiuis, & Speciali Iure circa eius perſonam In contractibus, & Iudicijs ciuilibus, & criminali, Et in foro animæ, & de peſona ficta, & repreſentata. 417

ILDEPHON

ILDEPHONSI PEREZ DE LARA TOLETANI, COMPENDIVM VITÆ HOMINIS IN IVRE FORI ET POLI.

CAPVT PRIMVM

De ventre concepto, & an filij geniti ante delictum Parentis afficiantur infamia?

SVMMARIVM.

1 *Homo dicitur quis ab exiſtentia in vtero matris, & num.* 11.

2 *Ante hiſtoriam effluere & in ipſa hiſtoria ſuccingi reprehenditur.*

3 *Exiſtens in vtero, quoties de commodo ipſius agitur, habetur ac ſi in rebus humanis eſſet.*

4 *Ventri libero omnia iura reſeruantur integra in tempus naſcendi.*

5 *Calamitas matris non nocet ei, qui in ventre eſt.*

6 *Dignitas quæſita liberis, vel honor propter caſum patris auferri non debet.*

7 *Idē iudica de principio principiante, quod de ijs quæ ex principio ſequuntur, & ſic maritus agit pro vxore, tāquam coniunctus, quia eſt principium affinitatis.*

8 *Initium maximè eſſe ſpectandum, quoad ea quæ ex initio neceſſariò ſequuntur.*

9 *Magna, & celebris feſtiuitas inter omnes feſtiuitates Chriſti Domini incarnatio, ex qua neceſſario ſequutura erant omnia noſtra redemptionis myſteria.*

10 *Principium cuiuſque rei potiſſima eſt pars.*

11 *Conceptus venter dicitur etiam ante infuſionem animæ.*

12 *Conceptionis tempus eſt ſpectandum,*

dum & legitimè natus dicitur, qui eſt legitimè conceptus.

13 *Filij licet quoad ſtatum ſequantur ventrem, & ſic conditionem matris, quoad honorem ſequuntur patris, & ciuilitatem; nam & mater viri conditionem ſequitur.*

14 *Fœmina dicitur clariſſima, quandiu Senatori nupta eſt, vel ab eo ſeparata alij inferioris conditionis non nupſerit.*

15 *Filij ſequuntur ventrem quoad ſtatum, quia mater ſemper certa eſt.*

16 *Vtile eſt filijs ſequi ventrem quoad ſtatum, ex quo ſufficit habere matrem liberam, vno ex tribus temporibus, vel conceptionis, vel partus, vel medio tempore.*

17 *Vt in honoribus ita in pœnis tempus conceptionis attenditur, vt comprehendat, vel non iam conceptos, ſiue notos, & num ſeqq.*

18 *Licet verba diſpoſitionis non decidant certum caſum, ſi eius ratio illum decidit, talis caſus dicitur propriè eſſe in diſpoſitione.*

19 *Duplici damno quis non eſt afficiendus, imò, qui in vno grauatus, in alio debet releuari.*

20 *Vt filij nati, vel concepti ante dignitatem patris, non gaudent eius priuilegijs, ita nec pœna ſubſequnti delicti, cum de contrarijs contraria dicantur.*

21 *Filij adſimilantur parentibus, & de triplici ſimilitudine ſpeciei, ſexus, & faciei, & de earum cauſa; & numero ſeq.*

22 *Per ſucceſſionem liberorum conſeruatur homo in ſpecie, & per eam fieri immortalem dicunt iura.*

23 *Imaginatio ſicut faciem, & corpus cogitantis immutat, ſic in conceptum ſemen vim ſuam confert, ſecundum aliquos.*

24 *Ex vultu arguitur dolor, & alacritas cordis, & ex eo ſumitur indicium ad torturam, non tamen ſola mutatio coloris, ſine alijs adminiculis ſufficiat, nec trepidatio, ſeu titubatio.*

25 *Vt pudor, qui extra ſanguinem effundit, cauſat ruborem, ſic timor, qui ſanguinem contrahit ad interiora cauſat tremorem, & pallorem, & dentium crepitus.*

26 *Quare hominis partus inter ſe diſſimiles ſint, vt apparet in hominum faciebus.*

27 *Aliqui exiſtimarunt imaginationem ſic extolli poſſe, vt non ſolum in proprium corpus, ſed etiam in alienum agere queat, quod intellige ſecundum ſanctum Thomam circa faſcinationem.*

28 *Faſcinationis cauſa quæ ſit?*

29 *Specula ſi fuerint noua, & pura contrahunt quandam impuritatem ex aſpectu mulieris menſtruatæ.*

30 *Andreas Laurentius duplicem eſſe cauſam ſimilitudinis dicit, & quare aliqui patribus, alij matribus aſſimilentur.*

31 *Ex mancis, & claudis etiam integri homines gignuntur.*

32 *Nepotes, & pronepotes auorum, & abauorum effigiem referunt, & adducuntur exempla ſimilitudinis ex cogitatione tempore coïtus.*

33 *Imaginatio autem quamuis multum operetur, non tamen poterit naturæ legem abrumpere, niſi monſtruoſum aliquid efficiat.*

34 *Si conceptionis tempore, lumbi parentum non erant infecti macula, in filios non tranſit malignitas, & deuiatio à bono ſuperueniens,*

35 *Licet regulariter pœna paterni delicti*

licti non afficiat filios iam natos, tamen ob enormitatem delicti eos afficere, ad arcendòs parentes à delinquendo, grauiſſimi Doctores tenuere.

36 *Parentes magis cruciantur in filiis, quam in ſeipſis.*

37 *Amor plus deſcendit, quam aſcendit.*

38 *Expenditur* l.final. §.idem reſcripſerunt, ff. de bonis damnat.

39 *Cum quis periclitatur de fama, dicitur periclitari de vita.*

40 *Gloria & dignitas filiorum carior eſt parentibus.*

41 *Affectio maior eſt erga filios natos, quam naſcituros.*

42 *Affectionem maiorem quis habere præſumitur erga ſibi notos.*

43 *Parentes diligunt natos, tanquam aliquid ſui.*

44 *Affectionem maiorem dicitur quis habere, erga nepotes, quàm filios.*

45 *Expenditur, & declaratur locus Exodi* 34. num.7. *ibi:* Qui reddis iniquitatem patrum filiis,& nepotibus, in tertiam & quartam progeniem.

46 *Expenditur* lex 2. tit. 21. p. 2.

47 *Familia regulariter extenditur vſque ad quartam generationem, & non vltra, niſi hominis diſpoſitio aliud ſuadeat.*

48 *Statutis requirentibus qualitatem ſanguinis, an debeat fieri inquiſitio aſcendentium vltra quartam generationem.*

49 *Filij ob delictum paternum cauſatiuè fuerunt puniti multoties, & referuntur plura loca Sacræ Scripturæ.*

50 *Filij ob delictum paternum, legibus ſeculi notantur infamia.*

51 *In filiis, paterni criminis exempla metuuntur; quia dicuntur vna caro, & quaſi caro patris aucta, & vna perſona.*

52 *Similitudo, non leuis eſt coniectura ad probandam filiationem.*

53 *Ex corporis compoſitione reſultat diſpoſitio mentis; & propenſiones, & affectus proueniunt.*

54 *Præſumptio legalis eſt, quòd filij poterunt hæreditare exempla paterni criminis.*

55 *Etſi filij concepti ſint poſt delictum paternum non ex eo ſequitur, quòd neceſſariò imitatores patris exiſtent.*

56 *Filij puniuntur ob delictum paternum ad arcendos parentes à delictis, & ad maiorem parentum punitionem.*

57 *Referuntur ſententiæ ſupremi Hiſpaniæ Senatûs, & ſacræ Rotæ, circa id, An filij poſt delictum nati afficiantur damno?*

58 *Senatus repræſentat Principem.*

59 *Sententiæ Senatûs reuerenter ſeruandæ ſunt, & iis ſtandum in deciſionibus ſimilium cauſarum in dubio; non tamen neceſſariò ſunt ſequendæ.*

60 *Spectandum non tam eſt, quid Romæ factum, quàm quid fieri debuit.*

61 *Filij non priuantur beneficiis obtentis ante parentum delictum.*

62 *Filij, & nepotes non concepti aliquando comprehenduntur in diſpoſitione fauorabili, vt in facultate ad faciendum maioratum in vno ex filiis.*

HOMO natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miſeriis, qui quaſi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & nun-

Digitized by Google

quam in eodem ſtatu permanet; vt Veritas teſtatur, *Iob.* 14. *à num.* 1. & quia incommoda, & commoda hominem comitantur ab exiſtentia in vtero conueniens videtur tractatum vitæ, hominis à concepto in ventre incipere, poſteáque pro incrementis ætatis quæ frequentiùs ei contingunt in foro iudiciali, & conſcientiæ, breui compendio explicare: ſed quia breuitatem promittimus, ne initio moremur: *Stultum etenim eſt ante hiſtoriam effluere; in ipſa autem hiſtoria ſuccingi:* dicitur 2. *Machab. cap.* 2. *in fine*, vt fugiamus pompam verborum, quæ vitanda eſt *l. finali. C. de donationibus*, attingendo ſubſtantialia ad rem conferentia, vt docet Rolandus *conſil.* 30. *num.* 1. *volum.* 4. *& conſil.* 46. *num.* 1. *eo volum.* vbi quod prolixitas verborum eſt inimica ſapientibus. Venio ſic ad initium.

3 *Qui in vtero eſt*, ait Iureconſultus, *perinde, ac ſi in rebus humanis eſſet, cuſtoditur quoties de commodo ipſius partûs quæritur*, *l. qui in vtero* 7. *de ſtatu hominum*; quod intelligas de ventre libero, non de ſeruo, *l. antiqui, ſi pars*
4 *hæreditat. petatur. Antiqui* (inquit textus) *libero ventri ita proſpexerunt, vt in tempus naſcendi omnia ei iura integra reſeruarent.* Sufficiet tamen filio habuiſſe matrem liberam, quoquo tempore prægnationis, vt liber naſcatur, veluti conceptionis, vel partûs, vel medio tempore, vt ſi mater ancilla conceperit, & prægnans manumiſſa ſit, & poſtea ancilla facta pariat; non enim debet calamitas matris ei nocere, qui in vtero eſt *l. & ſeruorum.* 5. *de ſtat. homin.* §. 2. *Inſtit.*
5 *de ingenuis*, vbi Chriſtophor. Portius ait rationem eſſe; quia partui iam eſt quæſitum ius ingenuitatis, quod non debet tolli ex calamitate matris, *l. id, quod noſtrum, de regul. iur.* eandem rationem tradit Rebuff. *l. emancipatum, num.* 1. *ad finem, verſic. Tertius caſus, de Senatoribus*, & ante eum, Baldus, *l. cum antiquioribus*, *num.* 18. *de iure deliberandi*; pro quo eſt bonus textus *in l. filiam*, *de Senatoribus*, ibi: *Nam quæſita dignitas liberis, propter* 6
caſum patris remoti à Senatu auferenda non eſt, *l. generali*, §. *ſi filiam, ff. de ritu nuptiar.* & licet ſufficiat quoad ſtatũ quolibet ex dictis tribus temporibus habuiſſe matrem liberam, tamen ad multa alia tempus conceptionis eſt præcipuè attendendum, quia idem iudicamus de principio principiante, quod de his quæ ex principio ſequuntur; Curtius iunior *conſil.* 154. 7
num. 13 per textum *in l. maritus*, *de procurator.* vbi maritus agit, tanquam coniunctus affinis, ex quo eſt principium affinitatis: initium enim maxi- 8
mè eſt ſpectandum, *l.* 3. §. *Scio, in fine*, ibi: *Initio inſpecto*, *ff. de minoribus*, *l.* 1. *in fine*, *ff. commod. l. Seiæ* 42. ibi: *Propter legem in exordio datam, de donat. cauſ. mort. l. cum oportet* §. *ſed cum tacitas*, *C de bonis quæ liberis*, *l. Pomponius*, 16. *de negotiis geſtis*, ibi: *Initio cuiuſcumque temporis conditionem ſpectandam, l. nam & Seruius*, §. *ſi viuo*, ibi: *Nihil refert quo tempore conſummentur, ſed quo tempore inchoarentur*, *eodem titulo, gloſſ. verbo, Canonicis*, *in fine*, *cap. ſtatutum*, §. 1. *de reſcript. lib* 6. & quod ex ordine principij interpretatio fit, Aymon, *conſ.* 9. *num.* 32. quod maximè procedit quando neceſſario, & non contingenter ex tali principio cætera ſequuntur, vt dicit Barboſ. *l.* 1. 3. *part. num* 57. *ſolut. matrim.* vt in conceptione ex qua naturaliter, & neceſſariò, ſequitur partus,

partus, atque ita magnum feſtum,& celebre eſt inter omnes feſtiuitates Chriſti Domini incarnatio, ex qua ſequenda erant omnia noſtræ redemptionis myſteria, vt ait Sanct. Chryſoſtomus *homil.* 12. *ſuper Matthæum,*
9 ibi: *Illud quippe admirationis omnimodo eſt plenum, vt ille qui erat Deus homo fieri dignaretur: iam verò alia omnia iuxta rationis ordinem conſequuntur.* Prout ſequuta fuerunt, & quidem: *Principum cuiuſque rei eſt potiſſima*
10 *pars,* vt inquit Iureconſultus, *l.* 1. *de origine iuris,* quare, & naſciturο ex tempore conceptionis proueniunt
11 commoda, & incommoda. Dicitur autem conceptus poſt infuſum ſemen, Alciat. *l. quod dicimus* 232. *n.*7. *de verborum ſignificat.* etiam ante infuſionem animæ, Ludouic. Sardis *tract. de natural. liber.* §. *de ventre, q.*3. *num.*2. ex gloſſ. §. *vnum in auth. de reſtit.* & ea quæ parit in vndecimo menſe, vbi numerando tempus decem menſium, & duos dies,quo fœtus poteſt eſſe in vtero, vocat conce-
12 ptum à prima die,lex autem *partit.* 4. *tit.* 23.*part.* 4. ſolum decem menſes admittit à conceptione, & quod conceptionis tempus ſit ſpectandum, dicit, *l.emancipatum,* §.1. *de Senatoribus,l.*2. §. *in auo,de decurionibus, l. ex facto,* §. *ex facto, ad Trebel. l, doctitij, C. de decurion. lib.* 10. Et ſic vt dicatur legitimè natus, debet eſſe legitimè conceptus, Baldus, *l. Paulus,* 1. *lectura, num.* 4. *de ſtatu hominum,* plures referens Peregrin. *conſil.* 29. *volum.* 3.& licet poſſit naſci legitimè, qui eſt conceptus in concubinatu ſi matrimonium ſequatur, *l. nuper,Cod. de natura liberis,* & ad id attendatur tempus natiuitatis, tamen id procedit,niſi vtilius ſit naſcenti tempus conceptionis, vt per *dict.l.nuper,* tradit Peregrinus *de fideicommiſ. artic.*24. *num.*39.

Et licet quoad ſtatum filij ſequantur ventrem, & ſic conditionem matris, ſecus tamen eſt, quoad honores, 13
quia patris conditionem ſequuntur, & quoad ciuilitatem paternam,quam retinet filius, etiamſi alibi natus ſit, Grammaticus *deciſ.*103.*n.* 113. Gomez de Leon, *deciſ.* 20. Riccius *deciſ.*298. *num.* 4. praxis Neapolitanæ, vbi idem quoad ordines ſuſcipiendos, etſi quæras de ratione, quare filij ſequantur in honoribus conditionem patris, dic, eam eſſe, quia quoad honores, etiam vxor ſequitur conditionem viri, *l.fœmina, de Senatoribus,* ibi: *Tandiu igitur clariſſima* 14
*fœmina erit,quamdiu ſenatori nupta eſt, vel clariſſimo, aut ſeparata ab eo alij,inferiori non nupſerit, l. cum te,C. de nuptiis,l.*1.*de dignitatibus,lib.*11. *auth.de conſulib.* §. *hac ita,* & Riccius *collectan.* 37. Tiber. *conſil.* 7. *num.*34. *volum.*1. *l.*9. *tit.* 11. *lib.* 2. *Recopil.* ibi: *Y ſi la muger hijadalgo caſare con hombre que no ſea hidalgo: mandamos, que peche mientras viuiere ſu marido* Et ita nimirum ſi filij, vt acceſſorij eandem conditionem ſequantur,Tiraquell. *de iur. primogenit. c.* 8. *n.* 38. vbi quod etiam vidua nobilis ſequitur conditionem viri plebei, quoad ſtatum autem ventrem ſequuntur,vel quia mater ſemper certa eſt, pater verò incertus, *l. quia ſemper de in ius vocand.* 15
& illud Homeri 1.*Oda*: *Me genitum ex ipſo mater fert, attamen ipſe neſcio, nam ſum certus, ſcit nemo parentem.* Stante autem dubitatione,non poteſt quis vti iure libertatis, *l.qui teſtamento, l. de ſtatuto ſuo dubitantes* de teſtamentis,vel die rationem eſſe,quia fa-

Digitized by Google

norabiliùs eſt, nato matris conditionem quoad ſtatum ſequi: ex quo tribus temporibus eius conditio ſpectatur, vel conceptionis, vel partus, vel medij temporis, vt diximus *ſupra n.*4.& hanc dicit crebriorem ſententiam Horoſcius, *l.& ſeruorum verſ. liberum naſci, de ſtatu hom.* poſt Bald. *l. fin.C.de ſeruis fugit.* Salic.*l.partum, C. de rei vendic.*Angel.*§.ſerui, n.*5. *inſtit. de iur. perſon.* licet quoad libertatem matris ſi aliquando vt ancilla, aliquando, vt libera fuit habita, & ſic varietas interueniret, poſteriora tempora ſpectanda ſunt, vt inquit, *l.ſi mater, C.de ſtatu defunctorum*, quia vltimus ſtatus attenditur, *l. mela. in fine principij de aliment. & cibar. leg. l.imperialis in princ.verſ.mulieres autem, C. de nupt.* Roland.*conſ.*63.*n.*3.*vol.*3.

17 Sed in honoribus, ita & in pœnalibus tempus conceptionis attenditur, gloſſ. *verb. aſpergit in l. D. Marco, C. de quaſt.* ait enim, quod ſi filius Senatoris aſpergitur macula, & iſte prius genuit filium, quam infamaretur, non nocet tali nepoti, quominus, & filius, & nepos Senatori dicantur, & priuilegio fruantur. ſic, *l.6. tit.*27 *p.*2. poſtquam ſeuere animaduertit in filios eorum, qui principem, aut rempublicam læſerunt, ait. *Pero eſto no ſe entiende de los fijos que ouieſſen fecho antes que erraſſen, mas que de los que deſpues fizieſſen, ſiendo ellos de tan mala ventura que viuos quedaſſen, ca los derechos que fallaron los antiguos de Eſpaña, en todas las coſas à do puſieron pena à los fijos por razon de ſus padres, ſiempre guardaron eſto, que no ouieſſen pena los que antes avian que el fecho malo fizieſſen, fueras ende. ſi fueſſen con ellos aparceros en los yerros, ca los otros que metierō eu la pena fue, porque los fizieron deſpues que eſtauan emponçoñados en el mal que ouieſſen fecho*, &c. Et licet Greg. Lop. ibi, *verb. Eſta pena*, intelligat eam legem partitæ in caſu quo loquitur de pœna expulſionis à patria, tamen omnes alios caſus comprehendere, cum eius ratio ſit generalis, *ex l.regula, §.fin.* vbi notat Bart. *de iur. & facti ignor.* Ioan. Gutierr.*allegat.* 2. *n.* 5. vbi plures ad id refert Euerard. in locis legalibus, loco à ratione legis, larga, ampla, &c. Alexand. *conſ.*75.*num.*3.*lib.*5. Beccius *conſ.*62. *n.*17. Grat. *reſp.*10.*n.*4. *lib.*1. Phæbus *deciſ.*51.*num.*14.

Et quando aliqua verba diſpoſitiua 18
non decidunt certum caſum, ſi ratio diſpoſitionis illum decidit, talis caſus dicitur propriè eſſe in diſpoſitione, *l.* 2. *§.ſi mater, ad Tertull.* ibi: *Verba reſcripti deficiunt, ſed dicendum eſt eandem eſſe rationem.* Curt. Iun. *l. venia, n.* 29. *C.de in ius voc.* Fortun. Gart. *l. Gallus, §. idem credendum, n.*19. *de lib. & poſthum.* atque ita *d.leg.6. Partita*, ponderat, Mol. *lib.*4. *primog.cap.*11. *n.*55. & ad id expendit *l. fin. tit.* 31. *part.* 7. ibi: *Ca ſi el hijo que es nacido, no deue recibir pena por yerro del*, & *l.*3. *tit.* 8. *lib.*8. *Recop.* ibi: *Pero deZimos, que ningun traydor, ni aleuoſo, ni ſu hijo que huuo deſpues que hizo la traycion*, vbi dicit hanc opinionem eſſe ſequendam, licet contrariam veriorem, atque communi ſcribentium calculo approbatam eſſe profiteantur, Affli&. Gigas, Villadiego, Ioan. Lup. Greg. Lop. Otalor. locis ab eo relatis, & *n.*56. reſpondit *ad l.*2. *tit.* 2. *p.* 7. ibi: *Todos los hijos*, vt ſit interpretanda, & declaranda ex verbis *leg.* 6. eandem opinionem tenet Ciſuent. *l.*4. *Taur. verſ. Secundo modo limitatur.* Et ponderat *l. ordinamenti* 3. *tit.*9. *lib.*3. quæ

hodie

hodie eſt d. l. 3. tit. 8. lib. 6. Recopilat. licet dicat ſe bene credere, quod fiſcus non patietur exequi dictam opinionem, vt pœna non comprehendat natos, eandem opinionem dicens communem æquiorem, & ſequendam, tenet Olanus *in concordia antinomiar. liter. F. num. 68.* plures tenentes eam opinionem refert Ceuallos *comm. contra comm. quæſt. 653.* vbi dicit, non eſſe ab ea recedendum.

19 Pro qua facit, *c. non imputantur 1. q. 4. Non imputantur* (inquit textus) *filiis peccata parentum quæ poſt eorum natiuitatem committuntur à parentibus.* Ex *l. 2. C. de libert. & eorum lib.* ibi: *Filiis etiam, qui poſtea nati fuerint ſeruituris, quoniam illis delicta parentum, non nocent quos tunc ortos eſſe conſtiterit dum libertate illi potirentur.* Vbi notat Bald. ſolum poſtea natos comprehendere delicta parentum, quoniam contrahunt rubiginem à radice infecta, & ſanguine improbato, quod antea tradiderat Bart. *l. 1. n. 2. eod. tit.* Alex. *l. 2. §. in filiis, de decurion. & l.*
20 *fin. C. de decurion. lib. 10.* quibus iuribus probatur, quod filij ante dignitatem patris nati, non potiuntur priuilegiis dignitatis, idem diſponitur, *l. 1. tit. 1. lib. 6. Recop.* ibi: *Y que los hijos que huuieren auido antes de la caualleria, no gozen de la eſſencion, y priuilegios de ſus padres, y que los hijos que anſi huuieren deſpues de la cauelleria, que aquellos gozen de la dicha libertad.* Et ſic ad eundem modum commoda, & pœnæ debent regulari, vt eos afficiant, vel non ex regula, *l. cum quidam de liber. & poſthum.* & qui non honorantur, non debent grauari *l. ab eo, C. de fideicom.* Mol. *lib. 2. de primog. c. 11. num. 8,* Mieres *de maiorat. 1. p. q. 71. num. 3. verſ. 13.* Couarr. *in 4. 2. p. c. 6. §. 8. n. 17.* Roderic. Suar. *l. quoniam in prioribus, limitat. 1. n. 16. de inoffic. teſt.* Meneſ. *l. etiam, C. de fideicomm.* Greg. *gloſ. 5. l. 3. tit. 9. p. 6.* Et ſi filij antea concepti non admitterentur ad honores, ſed eis, & priuilegiis parentum priuarentur, & ſubirent pœnas afficerentur duplici damno contra iuris regulam, *l. nauis onuſtè, §. cum autem ad l.* Rhodian. *de iactur. l. cogi, §. inde quæritur, ff. ad Trebell. l. iure ſucurſum, de iure dotium, l. ſi cum dotem, §. ſi pater,* vbi gloſſa, *verbo, Taurum, ſolut. matr. c. at ſi clerici, in fin. de iudic. l. tam de mentis, in fine. Cod. de Epiſcopis & Clericis,* Barboſ. *l. diuortio, §. fin. 1. part. num. 41. ſoluto matrimonio.* Giurba *deciſion. 55. num. 4. imò*, qui in vno grauatur, in alio debet releuari, *l. eum qui 30. in princip. de iureiurand.* & qui ſentit onus, ſentire debet commodum cum ſecundum naturam ſit commoda cuiuſque rei, eum ſequi quem ſequuntur incommoda, *l. ſecundum naturam, de regul. iur. cap. qui ſentit, eodem titul. lib. 7.* pro quo facit dictum Sancti Thomæ *2. 2. quæſt. 81. artic. 2. in corpore,* vbi ait, quod iuſtitia originalis erat quoddam donum gratiæ toti humanæ naturæ diuinitus collatum, in primo parente, quod primus homo amiſit per primum peccatum, vnde ſicut illa originalis iuſtitia traducta fuiſſet in poſteros, ſimul cum natura, ita etiam inordinatio oppoſita, & eam iniuſtitiam contrahunt cum concipiuntur, Conc. Trid. *ſeſſ. 6. cap. 3.* Et ad eundem modum ſi filij ante patris priuilegium, & dignitatem concepti gauderent priuilegiis eorum, afficerentur, & pœna, ſed quia non gaudent priuilegiis, nec

nec debent ſentire pœnas, cùm de contrariis, contraria dicantur, *l. 3. §. diui fratres, de iure fiſci, gloſſ. final. in §. fin. l. ſciendum, qui ſatiſdare cogantur.*

Alia autem peccata præter originale non traducuntur in poſteros, quia vt inquit textus *in cap. iam itaque* 1. *q.* 4. *deſumpto*, ex Auguſtino *epiſt.* 23. ad Bonifacium: *Iam itaque cum homo in ſeipſo eſt ab eo, qui genuit eum, alter effectus, peccato alterius, ſine ſua confeſſione non tenetur obnoxius, traxit ergo reatum, quia vnus erat cum illo, & illo à quo traxit, quando quod traxit admiſſum eſt, non autem trahit alter ab altero, quando ſua vnoquoque propria vita viuente iam eſt, vndè dicatur anima, quæ peccauerit ipſa morietur. Ezech.* 18.*n.*4. idem tenet Sanct. Thom. *vbi ſup.* quia vt ipſe inquit: homo generat ſibi idem in ſpecie, non autem ſecundum indiuiduum, & ideò ea quæ directè pertinent ad indiuiduum, ſicut perſonales actus, & quæ ad eos pertinent non traducuntur à parentibus in filios: dicit tamen, quod ea quæ pertinent ad naturam ſpeciei traducuntur à parentibus, ſicut oculatus generat oculatum, niſi ſit defectus naturæ, & ſi natura ſit fortis, etiam aliqua accidentia indiuidualia propagantur in filios pertinentia ad diſpoſitionem naturæ, ſicut velocitas corporis, bonitas ingenij, & alia huiuſmodi.

21 Et hoc eſt quod dicitur: *Sæpe ſolet filius ſimilis eſſe patri, & ſequitur leuiter filia matris iter*, vt refert gloſſa *verb. metuerunt, in c. ſi quis, §. filiis 6. q. 1. in l. quiſquis, §. filij, C. ad leg. Iul. maieſt.* quod ex conceptione prouenit iuxta illud Ouidij, *in* 4. *Metamorphoſ.*

Qui viret in foliis venit à radicibus humor:
Et patrum in filios abeunt, cum ſemine mores.

Et illud Horat. libr. 4. Carmin. *Fortes creantur fortibus, & bonis; eſt iuuencis, eſt in equis patrum virtus*, dixi *lib. 2. de Capellan. c. 4.*

Similitudo itaque filij ad parentes cauſatur ex generatione, & ſimilitudo eſt triplex, vt tradit Andræas Laurentius *lib. 8. de formatione fœtûs, capit.* 2. Prima ſimilitudo eſt in ſpecie, 22
quia vt dictum eſt, homo generat hominem, & canis canem, & ita in aliis ſpeciebus, & ſic homo, qui optat ſuam conſeruationem, quia non poteſt eam conſequi in indiuiduo, quærit conſequi in ſpecie, *l. liberorum* 220. *de verbor. ſignificatione*, in vltimis verbis, ibi: *Etenim idcirco filios filiasve concipimus, atque edimus, vt ex prole, eorum, earumve, diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus, l. lege duodecim tabularum penult. C. de legat. hæredibus*, ibi: *Cum natura vtrumque corpus ediderit, vt maneat ſuis vicibus immortale*, textus *in authent. de nuptiis, in princ.* ibi: *Matrimonium ſic eſt honeſtum, vt humano generi videatur immortalitatem artificiosè introducere, & ex filiorum procreatione renouata genera manent iugiter.* Conſeruatur enim in ſpecie. Etſi contingat iungi maſculum, & fœminam diuerſæ ſpeciei, quia in hac ſimilitudine multum materiali cauſæ tribuitur, cum mater plus materiæ conferat in generatione, quam pater, præualet in ſimilitudine, & ita ex capra, & ariete coëuntibus, gignitur capra, & ex oue & hirco ouis, ſic ex aſino, & equa, gignitur mulus, & mula, ex equo & aſina: & Beda relatus

latus à gloſſa ordinaria, 1. *Eſdræ c.* 2. ſuper illud, *muli eorum*, & Hieron. ab ea gloſſa relatus, *Geneſ.* 36. ſuper illud: *Iſte Ana qui inuenit aquas calidas, in ſolitudine cum paſceret aſinos Sebeon patris ſui*, ait: Anã huiuſmodi reperiiſſe concubitum, & equarum greges ab aſinis primus feciſſe aſcendi, vt muli contra naturam naſcerentur, & ſic monſtruoſi, Torreblanca, *lib. de magia, c.* 32. *n.* 30. licet ipſe non alleget eum locum.

Secunda ſimilitudo in ſexu contingit, ex ſeminis permixtione, & ſi calidiſſimum ſit vtriuſque parentis ſemen, fient mares, ſi frigidum fœminæ, & ſi in ſeminis permixtione virile ſemen vincat, procreabitur maſculus in dextera parte vteri; ſi fœmineum, fœmina in ſiniſtra, ita docuit Hippocrates 1. *de Dieta*, ſequitur Andræas Laurent. *dict. cap.* 20. Hieron. Campan. *rubr.* 11. *cap.* 23. *n.* 22. *in fin.*

Tertia ſimilitudo, quæ prouenit ex generatione, eſt effigiei, & Empedocles Pitagoricus talis ſimilitudinis cauſam ad ſolam imaginationem refert, cuius tanta eſt
23 vis, vt in conceptum ſemen vim ſuam conferat, ſicut faciem, & corpus cogitantis immutat, pro quo facit illud Ouidij:

Quam difficile eſt crimen non prodere vultu.

Et Cicero in Piſonem: *Primò quidem eſt vultus, ſermo quidam tacitus mentis.* Et 2. *de Orato. Imagoque eſt animi vultus.* Et Eccleſiaſt. 13. *n.* 31. *Cor hominis immutat faciem illius.* Et *Iudith.* 6. *num.* 5. *Non concidat vultus tuus, & pallor, qui faciem tuam obtinet, abſcedat à te.* Et *Prouerb.* 10. *n.* 29. *Pauor his qui operantur malum.* Et *Nehemiæ* 2. *n.* 3. *Quare vultus tuus triſtis eſt, cum te ægrotum non videam? non eſt hoc fruſtra, ſed malum, neſcio, quod in corde tuo eſt, & timui valde ac nimis.* Et Seneca *epiſt.* 98. *Proprium quidem eſt nocentium, trepidare.* Et 3. *Machab.* 3. *num.* 17. *Facies enim, & color immutatus, declarabat internum animi dolorem.* Et Maſcardus *de probation. concluſ.* 592. vbi ait: Dolorem cordis, & mœſtitiam probari ex aſpectu, vt tradit Lucas *de Penna, l.* 1. *verſ. quæritur ſecundo*, de erogatione militaris annonæ, pro quo eſt bonus textus *in l. obſeruandum, de officio proconſ.* ibi: *Cuius animi motum vultus detegit*: 24
Ex vultu enim cognoſcitur dolor, & alacritas cordis, & ex eo ſumitur indicium ad torturam, vt tradit Bart. *l. de minore*, §. *plurimum*, *n.* 2. & 4. *de quæſtionib.* per textum ibi: *Qua quis conſtantia, qua trepidatione, quis diceret?* Sed hoc intelligas, vt adminiculum aliorum indiciorum, non autem, quod ſola mutatio coloris in facie, vel trepidatio, ſeu titubatio ſufficiat, cum etiam innocentibus hoc contingat, vt tradit Iul. Clarus *in pract.* §. *fin. q.* 21. *verſic. cæterum ſola*, Theſaur. *deciſ.* 24. *n.* 12. & tradit Farinacius *de indiciis, & tortura, lib.* 1. *tit.* 5. *q.* 3. *n.* 40. & 45. Menoch. *libr.* 1. *præſumptionum*, *q.* 72. *n.* 89. per totam, qui plures Doctores referunt, quos non tranſcribo, ſed pondero illud Terentij: *Erubuit ſalua res eſt.* Et vt pu- 25
dor ad extra ſanguinem effundit, ex quo cauſatur rubor, ſic timor ſanguinem contrahit ad interiora, & cauſatur pallor, ac tremor, & dentium crepitus; Cicero 4. *Tuſculan. quæſtion.* Franciſc. Caſana. *de accuſation. tractatu* 1. *cap.* 8.

Ariſtoteles autem *ſection.* 10. Pro-

blematum, *q.* 12. quærit, cur hominis partus ita inter ſeſe ſint diſſimiles, vt apparet in hominum faciebus? Et reſpondit eſſe, quia velocitas cogitationum hominis ingeniique varietas, multiformes notas imprimit, & ad imaginem refert, & non relato Philoſopho, idem dicit Ioſeph. de Ruſticis, *l. cum anus, lib.* 4. *c.* 8. *n.* 15. *de condition. & demonſtrat.* & Galenus, *in libro de Theriaca ad Piſonem*, inquit, ſe conſuluiſſe Æthyopi, vt pulchram ſobolem ſuſciperet, quod formoſam imaginem ad pedes lecti apponeret, quam vxor congreſſus, ſeu coitus tempore attentè intueretur, qui cum conſilio paruiſſet, non defuit euentus; & Diuus Hier. *quæſt. ſuper Geneſim*, refert mulierem adulterij ſuſpicione non carentem eo, quod infantem enixa eſſet, qui maritum nullo modo referret, ſeſe liberaſſet, eo quod figuram infanti non abſimilem in cubiculo haberet. Alciatus, *l. quæret aliquis, num.* 5. *de verbor. ſignificat.* & arte vſus fuit Iacob *Geneſ.* 30. ſparſis virgulis varij coloris, vt in earum conſpectu oues conciperent, & ait Scriptura. *Factum eſt itaque vt in ipſo calore coitus, oues intuerentur vi gas, & paterent maculoſa, & varia, & diuerſo colore reſperſa.* Et ibi, Hieron. relatus à gloſſa ordinaria (ait) fieri apud Hiſpanos in equarum gregibus, ſed & Fernelius, *lib.* 7. *ſuæ phyſologia*, agnoſcit vnicam, tam variæ ſimilitudinis, & effigiei cauſam eſſe imaginationem, plures refert Franciſc. Torreblanca, *lib.* 2. *de magia, cap.* 33. *n.* 43. *in Appendice*, & ſi *num.* 51. hæſitet de veritate.

27 Arabes autem, vt tradit Andreas Laurentius *vbi ſupra*, tantum imaginationi tribuunt, vt exiſtimauerint animam virtute imaginationis, ſic extolli poſſe, vt non in proprium corpus modo, ſed etiam alienum agere queat, & conducit illud vulgare, vbi animat, non vbi amat, quod prouerbium allegatur, *l. nihil* 25. *de captiuis, & poſtlim.* reuerſis, ibi, *Neque enim ſatis eſt corpore domum rediſſe ſi mente alienus eſt*, *l. huiuſmodi* 86. *§. legatum, de legat.* 1. Barboſ. *l. hæres abſens, §. proinde, n.* 11. *de indic.* Simon. *de reſeruat. beneficior. q.* 35. *n.* 14. ego autem non credo alicuius imaginationem, etiam vehementem agere poſſe in alienum corpus, niſi modo quo inquit S. Thom.
1. *part. quæſt.* 117. *art.* 3. *ad* 2. vbi 28
dum loquitur de faſcinatione, ait, quod ex forti imaginatione animæ immutantur ſpiritus corporis coniuncti, & eam immutationem ſpirituum, maximè fieri in oculis, ad quos ſubtiliores ſpiritus perueniunt, & quod oculi inficiunt aërem continuum, vſque ad determinatum ſpatium, ita quod per eum modum ſpecula ſi fuerint noua, & pura contrahunt, quandam impuritatem ex aſpectu mulieris menſtruatæ, vt dicit
Ariſtot. *lib. de ſomniis, & imaginibus, ante medium, verſic. Siquidem mu-* 29
lieres, 1. *tom.* & quod eodem modo cùm aliqua anima fuerit vehementer commota ad malitiam, quod maximè in vetulis contingit, efficitur, ſecundum modum prædictum aſpectus eius venenoſus, & noxius, maximè pueris, qui habent corpus tenerum, & de facili receptiuum impreſſionis, licèt Sanctus dicat poſſibile eſſe, quod ex Dei permiſſione, vel etiam ex aliquo facto occulto cooperetur ad id malignitas dæmonis, cum quibus vetulæ ſortilegæ aliquod

quod fœdus habent. Sed quod non ſit faſcinatio, nec vera, quæ de faſcinatione dicuntur, optimè oſtendit D. Laurent. Ramirez *in Pentecontarcho, cap.* 31. vbi explicat locum Pauli *ad Galat.* 3. *n.* 1. *&* *Sapient.* 4. *n.* 2.

Aſtrologi autem ſimilitudinem, ad aſtra referunt, inquiunt namque, quod quoties Sol in centro horoſcopi fuerit in diurna genitura patribus filios ſimiles gigni: filias autem matribus ſimiles cum Luna in nocturna genitura, aut Venus in diurna cum centro, tamen nugæ videntur eorum dicta, vt dicemus *c.* 13. *à n.* 55.

Sed Andreas Laurentius *de forma-*
30 *tione fœtûs, cap.* 20. ait, duplicem eſſe
cauſam ſimilitudinis, quarum altera perpetuò agit, niſi impediatur, & ea eſt facultas formatrix ſemini inſita, altera extraordinaria, quæ non ſemper ad generationem concurrit, ſed extrinſecus aduenieńs, & priore nobiliore ſuam tenello fœtui formam imprimit, & hanc eſſe cogitationem, ſeu imaginationem. Prima, & ordinaria formatrix ſi liberè agat, & in toto formationis tempore à nullo impediatur, vt contingit in animalibus, & plantis vim ſemini inſitam fœtui perpetuò imprimit, ſicque perpetuo fœtus erunt ſimiles patribus, ſi maſculeum ſemen vincat ex omni parte, ſi fœmineum matribus, & ſolet fœtus in quibuſdam partibus corporis aſſimilari patribus, & in aliis matribus, quod prouenit ex ſeminis permixtione, ſi portio quædam ſeminis ab alterutro vincatur, vnde Lucret. *lib.* 4. *Carm.* ait:

Semper enim partus duplici de ſemine conſtat.
Atque vtri ſimile eſt magis id, quodcumque creatur:
Eius habet plus parte à qua, quod cernere poſſit.
Siue virũ ſoboles, ſiue eſt muliebris origo.

Ex mancis, & claudis, quòd integri 31
gignantur, nulla res obſtat, & ſæpiſſime ita fit, & nonnunquam auorum 32
effigiem refert nepos, quia latet in patris ſemine quædam auorum, & abauorum facultas, ita Ariſt. *lib.* 7. *de Hiſtor. animal. cap.* 5. vbi quod in Sicilia eius, quæ adulterium cum Æthiope commiſerat filia, non colorem patris Æthiopis retulit, ſed qui natus ex ea fuit auum Æthiopem regenerauit. S. Th. 1. *p. q.* 114. *art.* 1. *ad* 2. & Andr. Laur. *vbi ſupra*, & in eadem ſententia conſentiunt DD. *gloſſ. fin. in l. quæret aliquis ſi portentoſum, vel monſtruoſum,* 135. *de verb. ſignif.* ibi: *Quia quando cum homine ageret cogitauit de aliquo animali*, propter talia enim accidunt, & gloſſ. *in l. non ſunt liberi de teſtam. hominum*, Bart. *l. Gallus, in princ. n.* 14. vbi latè Iaſ. & DD. *de lib. & poſthum.* Butrig. *l. fin. de Carb. edict.* Plura exempla ad hoc refert Gratian. *diſcept. for. cap.* 567. *à n.* 32. Imaginatio autem 33
quamuis multum poſſit, non tamen poterit naturæ leges abrumpere niſi monſtruoſum aliquid efficiat, Federic. Bonau. *lib.* 7. *octimeſtris partus, c.* 28. Ruſtic. *in l. cum auus, lib.* 4. *c.* 9. *n.* 13. *de condit. & demonſtr.*

Si ergo ex conceptione prouenit ſimilitudo, ea eſt attendenda, vt ſi tunc lumbi parentum, non erant in-
fecti macula, non tranſeat in filios 34
ante delictum natos malignitas, & deuiatio à bono quæ ſuperuenit, atque ita hanc opinionem vti veriorem, & probabiliorem, omnibus Doctoribus eam tenentibus relatis amplectitur Thom. Sanch. *de præceptis Decalogi, lib.* 2. *cap.* 27. *n.* 14. *& ſe-*

quentibus, vbi reſpondit ad fundamenta contrariæ opinionis, & poſt eum licèt eum non referat, Mieres *de maiorat. 2.part. quæſt. 4. illatione 2. n. 22. in 2. editione*, & tandem eandem opinionem, vt veriorem tenet Hieronym. Campanillus *diuerſ. iuris, rubr. 11. c. 26. n. 20.*

35 Sed etſi prædicta opinio regulariter procedat in delictis à patre, commiſſis tamen vbi ob enormitatem, & odium delicti leges infligunt pœnam delinquentium liberis, vt in criminibus læſæ maieſtatis diuinæ, & humanæ pœnam afficere filios ante crimen perpetratum natos, grauiſſimi tennerunt Doctores infra citandi per *d. l. quiſquis, §. filij vero, C. ad leg. Iul. maieſtat. cap. ſi quis itaque, §. filij, 6. quæſt. 1.* & hoc vt arceantur homines à perpetratione talium delictorum, & ad maiorem parentum delinquentium punitionem, quia magis cruciantur in filiis, quàm in ſeipſis, *l. iſti quidem quod metus cauſa*, vbi gloſſ. quod pater plus diligit filium,
36 quam ſeipſum: per quem textum dixit gloſſ. *penult. l. liberi 28. C. de inofficioſo teſtam.* quod amor plus deſcendit quam aſcendit, & textus *in §. fin.*
37 *Inſtit. de noxalibus*, ibi: *Aut pœna per filij corpus pater magis, quàm filius periclitetur*, textus *in l. fin. §. idem reſcri-*
38 *pſerunt, verſic.* videri autem de bonis eorum qui ſibi mortem conciuerunt. *Videri autem*, inquit textus *& patrem qui ſibi manus intuliſſet, quod diceretur filium ſuum occiſum, magis dolore filij amiſſi mortem ſibi irrogaſſe, & ideo bona eius non eſſe publicanda Diuus Adrian. reſcripſit.* Charior itaque eſt vita filiorum parentibus ac ſua, quorum interitum adeò abominantur, vt propriam vitam exitio habeant, & pro dolore pœna commiſſi remittitur, *d. l. fin.* vnde Virgil. 5. *Æneid.*

Nate mihi vita quondam dum vita
Chare magis.

Et Valerius Catulus *in argonautica*, ſic ait.

Gnate mihi iucundior vnice vita.

Et quia cùm quis periclitatur, de 39
fama, & honore dicitur periclitari de vita, *l. iuxta, de manumiſſ. vindicta.* Alciatus *l. licèt capitalis, 103.*
n. 4. de verbor. ſignif. ad eundem mo- 40
dum cruciantur parentes in amiſſione famæ, & dignitatis filiorum, ſic Cicero, *libr. 1. de Oratore*, ait. *Hortemur potiùs liberos noſtros, quorum gloria nobis, & dignitas chara eſt.* Et idem Cicer. *in epiſt. ad Brutum* approbat leges imponentes pœnas liberis ob delictum paternum, ſic dicens: *Nec verò me fugit, quam ſit acerbum parentum ſcelera, filiorum pœnis lui, tamen hoc præclarè legibus comparatum eſſe videtur, vt charitas liberorum amiciores parentes reipublicæ redderet.* Quare maiori cum ratione ad arcendos parentes à talibus criminibus, comprehenduntur in pœnis filij iam nati, erga quos
maior eſt patris affectio, quàm erga 41
naſcituros, *l. Titius, de ſuis & legitim. hæredibus, l. idem prætor, eodem titul. l. qui filiabus, de legat. 1.* Aymon Cravet. *conſ. 73. n. 12.* maiorem
enim affectionem, quis habere præ- 42
ſumitur ad perſonas ſibi notas, Tiraquel. *l. ſi vnquam, verbo, filios non habens, n. 12. de reuocand. donation.* optimè Mier. *de maiorat. 1. part. q. 21.* quos, & alios retuli, *lib. 1. de Anniuerſariis, cap. 21. num. 27.* imò, affectio non cadit in ignotos, Surdus *conſ. 177. num. 19.* & Ariſtot. *lib. 8. Ethicor. cap. 12. in princip.* ait, quod parentes diligunt natos, vt aliquid ſui,

Digitized by Google

ſui, quod non dicetur de naſcituris:
43 denominatio enim ſumitur ab eo, quod eſt non ab eo quod erit, Bald. *l. ſi nondum, C. de furtis*, & dixi *lib. de Anniuerſariis, c. 20. n. 56.* & cum filius dicatur à φίλος quod eſt amor, vt dicit gloſ. *verbo appellantur, in §. fin. Inſtit. qui teſtament. tutor. dari poſſunt*, vbi idem de nepote: Et de filio, & nepote, Alciatus *l. filij 84. de verbor.*
44 *ſignif.* imò, & maiorem affectionem quem habere, erga nepotes, quam filios, inquit Tiberius Decian. *conſil. 23. n. 9. volum. 1.* & non poteſt plus eſſe quàm filius, aut nepos, vt dicit gloſſ. *verbo emancipatus, §. ſed hodie, Inſtit. de adoption.* in eis maximè punientur parentes, atque ita Abulenſis ſuper illud *Exodi 34. num. 7.*
45 *Qui reddis iniquitatem patris, filiis, & nepotibus in tertiam, & quartam progeniem*, ait rationem eſſe, quod cauſatiuè puniuntur filij, vt torqueantur parentes, & ſic non progreditur vltra, quia nullus potitur filiis vltra quartam generationem, nec accedunt ad videndum quintam, & conducit,
46 *l. 2. tit. 21. p. in fin. ibi: Faſta el quarto grado, à que llaman viſabuelo, he eſto tuuieron por bien los antiguos, porque de aquel tiempo en adelante, no ſe pueden acordar los homes*, nec affligerentur parentes in deſcendentibus futuris cum tunc ſuperſtites non eſſent, iuxta illud *Eccleſiaſt. 30. num. 5. In vita ſua vidit, & lætatus eſt in illo, in obitu ſuo non eſt contriſtatus.* Sic Hieronym. relatus à Gloſſà ordinaria, *Matthæi 1.* vbi Euangeliſta referens: Chriſti Domini genealogiam fecit tranſitum ex Ioram ad Oziam excluſis tribus generationibus ſuper illud, *Ioram autem genuit Oziam*, ait Hieronymus quod Ioram non genuit Oziam, ſed potiùs Ochoziam, & Ochozias genuit Ioas, & Ioas genuit Amaſiam, & Amaſias Oziam, ſed quia Ioram ſe immiſcuit generi Iezabel vxoris Achab, qui deliquerunt in occiſione Naboth, & dictum erat per Prophetam in throno regni, quemquam non eſſe ſeſſurum de domo Achab, niſi in quarta generatione tollitur memoria eius per tres generationes: purgata vero labe gentilis familiæ in quarta origo Chriſti enumeratur, & ſic legitur *3. Reg. 21. num. 1. Ecce ego inducam ſuper te malum, & demetam poſteriora tua, & interficiam de Achab:* quare textus *in cap. Eccleſia, in fin. 1. quæſt. 4.* ait, quod Achab peccante poſteri, eius regni ſolium amiſerunt, & vſque ad purgatam labem illius familiæ à genealogia Domini ſunt excluſi, familia enim vſque ad quartam generationem extenditur, *auth. de reſtitut. fideicommiſſi, collat. 9.* vbi cum dixerit teſtator hæc verba: *permanere per* 47
omnia, & perpetuare in familia mea, & nunquam egredi de nomine meo, Imperator ibi ſtatuit, non extendi vltra quartam generationem, vt notauit Andræas Fachin. *lib. 4. controuerſ. iur. cap. 10. verſ. 2.* ex nouellæ verbis poſt Couarr. *lib. 3. var. cap. 5. num. 4. verſ. ſecundo quod*, vbi dicit eſſe communem omnium ſententiam, licèt, vt ibi inquit, ex communi opinione vbi teſtator prohibuerit alienationem, quia velit bona perpetuò remanere apud deſcendentes, & poſteros etiam vltra quartam generationem procedet, & in vinculis, & maioribus noſtri regni cenſentur vocati in perpetuum, ſine differentia quartæ, & quintæ generationis *l. 27. Tauri.*

Obiter ſcias ex prædictis locis Sacræ

cræ Scripturæ ſumpſiſſe aliquos occaſionem dicendi fideles ob maculam ſuorum aſcendentium non debere excludi ab honoribus, & dignitatibus, vel congregationibus requirentibus qualitatem ſanguinis, ſi per quatuor generationes fideliter vixerint, & quod omnia ſtatuta limitanda eſſent, vt non egrediantur vltra quartam generationem exemplo eius, quod factum fuit à Deo in punitione delictorum parentum, & quia Apoſtolus ad impoſitionem manuum in Timothæum quem eligit, ſolum habuit conſiderationem, quod ipſe Timotheus, & ipſius mater, & auia fuerat in fide firma, vt legitur 2. *ad Timotheum* 1. *num.* 5. & eſt aliquod ſtatutum in Hiſpaniæ Eccleſia, quod non egreditur tertiam generationem, & conducit *l.* 2. *titulo* 21. *part.* 2. ibi: *Que ſean de derecho linage de padre, y abuelo, haſta el quarto grado*, & ſecundum motum proprium Alexandri IV. *conſtitution.* 12. ſolùm prohibentur nepotes hæretici obtinere beneficium. Et Honorius IV. *conſtitution.* 2. vt notat Cardoſo *in praxi, verbo, filius, num. vigeſimo*, de qua materia latè ſcripſi *libr. de Capellanis, capitul.* 4. etſi velim omnes, quos tangit de qualitatibus ſanguinis iudicare, in ſtatutis eam requirentibus circumſpectos eſſe, & promptiores in fauorem omnium, qui ad ſtatuta accedunt, & non ſeuere, nec crudeliter, vt ita dicam contra honorem ad eum adſpirantium, vt iam vidi aliquos nimis ſe oſtendere in damnum proximi. Et quia nonnulli aliter intelligentes per me tradita, *d. cap.* 4. *de Capellan. à n.* 61. circa praxim ſtatutorum, & maiorem credulitatem, & fidem adhibendam teſtibus numero paucioribus, depo- 48
nentibus de affirmatiua, quampluribus denegatiua deponentibus, vt reſolui *num.* 79. nihil à iure alienum protuli, nec in eo quod tradidi, *n.* 72. vbi poſui hæc verba. *At quando contra aliquem aſſeritur per aliquos teſtes, quod deſcendant ex Iudæis, Mauris, vel aliis affectis macula, & reddunt ſufficientem rationem non poteſt dici integer bonus, cui per teſtes ſiniſtra opinio infertur.* Hæc ibi ſi ergo dixi, & reddunt ſufficientem rationem non volui me reſtringere ad purum dictum, ſed ad ſufficientem rationem à teſtibus traditam, in qua adeſſe debet cauſa ſufficiens defectus oppoſiti, iudices æſtimabunt, ſitne ſufficiens ratio defectus, vt dictis teſtium fides adhibeatur, regulando eam ſecundum ius: nec illud axioma, *bonus ex integra cauſa, &c.* tantum intelligitur in foro conſcientiæ: nam in omni re verificatur, vt videre eſt, in homine ſuis membris bene compoſitis, claudo tamen, vel cæco, ſeu torto, naſo, vel balbutiente: idem in prolatione verborum cum mala grammatica, ſolecíſmo, vel barbariſmo.

Sed redeundo ad id à quo digreſſi 49
ſumus. *Exod.* 12. *num.* 21. legitur ob peccatum Pharaonis omnes primogenitos Ægyptiorum à primogenito Pharaonis, qui in ſolio eius ſedebat, vſque ad primogenitũ, captiuos, & carcerato, & animalia grandinos, & morte conſumpta fuiſſe, & inquit textus *in cap. Eccleſiaſt.* 1. *q.* 4. illam pœnam ſubiiſſe in eis, quorum fœlicitate lætabatur, pro quo facit quod parentes lætantur in filiis quos vident, vt legitur *Eccleſiaſt.* 30. *n.* 50. *In vita ſua vidit, & lætatus eſt in illo.*

Sic

Sic textus *in cap. Eccleſia*, expendit, quod legitur 2. *Regum* 24. *n.* 1. *&* 15. ob peccatum Dauid, qui populum numerauit inaniter ſe glorians multitudine, vt inquit Cardinalis Turrecremata, *ibi*: Dominum occidiſſe peſte ſeptuaginta millia virorum, vt in eo Dauid puniretur, in quo gloriabatur: nam *Prouerbior.* 14. *num.* 28. habetur: *In multitudine populi dignitas Regis, in paucitate plebis ignominia Principis*, ſed & peccato ipſius Dauid, filius eius ex adulterio natus mortuus fuit, vt legitur 1. *Reg.* 12. *num.* 14. *&* 15. ſic & Cham peccante, diſcooperiendo pudenda Noë patris, maledicitur filius eius Chanaam, *Geneſ.* 9. *num.* 22. ſic & altero Cham peccante, qui tulit de anathemate, filij eius, & filiæ ſimul cum eo occiſi ſunt, *Ioſue* 7. *à num.* 20.

Sic in diluuio pro peccatis parentum ſubmerſi ſunt filij eorum paruuli, qui non poterant participes eſſe criminis, *Geneſ.* 7. ſic & paruuli Sodomorum pro paterno ſcelere igne conſumpti ſunt, *Geneſ.* 19. *num.* 25. & idem legitur contigiſſe filiis Datam, & Abiron, quos cum patribus terra deglutiuit, & viui ad inferos deſcenderunt, rupta terra ſub pedibus eorum, vt habetur *Numeri* 16. *verſ.* 27. *&* 28.

Sic Giezi delinquente lepra eius ex maledictione Eliſæi transmittitur ad poſteros, 4. *Regum capitul.* 5. *num.* 37.

Quinimò cum terra deuorauit Core ob rebellionem contra Dominum, *Numeri* 26. *verſic.* 10. magnum miraculum factum eſſe dicit ibi Scriptura: vt Core pereunte filij eius non perirent, & cum Scripturæ textus non referat, in quo conſiſteret miraculum, poteſt dici gratiam Dei fuiſſe reſeruare filios Core, cum id nec fecerit cum filiis Datan, & Abiron, *Num.* 16. *verſ.* 30. *& ſequentib.* velut ibi inquit Lyra, quia filij Core remanſerunt ſtantes in aëre, donec terra fuit iterum recluſa.

Sed licet filij pro peccatis parentum puniantur cauſaliter, & temporaliter, non autem æternaliter, & pœnis æternis, vt inquit Abbas Panormit. *cap. quæſiuit, num.* 9. de his quæ fiunt à maiore parte Capituli, quem refert, & ſequitur Cardoſo *in praxi, verb. filius, num.* 22. Idem tradit Nicolaus de Lyra, *Deuteron. cap.* 24. ſuper illud: *Non occidentur patres pro filiis, nec filij pro patribus*, vbi quod medicinaliter puniuntur, vt deterreantur alij, & à peccatis cohibeantur, quo caſu non habet rationem mali ſimpliciter, ſed ſecundum quid, vt portio amara, quæ inducit ſanitatem, & abſciſio membri putridi, vt ſaluetur corpus, non habet rationem mali ſimpliciter, ſed ſecundum quid, ſed habet rationem boni ſimpliciter, & ait verum eſſe, quod aliqui dicunt, nempe bona exteriora ordinari ad vitam corporalem, & quod vita corporalis ordinatur ad ſalutem animæ, & ad Dei gloriam, ex quo concludunt, quod ſicut rationabiliter ordinatur detrimentum in rebus exterioribus ad ſalutem corporalis vitæ, vt quando ex naui proiiciuntur merces in mari, cauſa leuandæ nauis, vt vita ſaluetur, ita rationabiliter ordinatur detrimentum vitæ corporalis ad ſalutem animæ, & gloriam Dei, & ſic ait Lyra *ibi*, quod ſecundum iura ciuilia non reprobata, aliquando pro crimine

crimine læſæ maieſtatis interficiuntur ſubditi pro peccatis dominorum, & filij pro peccatis parentum, tamen vt ipſe inquit cum occiſio innocentis ſit directè contra præceptum Decalogi, *non occides*, quod eſt indiſpenſabile, ſaltim per hominem, difficile videtur, quod innocens poſſit per iudicem ad mortem condemnari.

50 Quod autem legibus ſeculi notentur infamia, ob delictum enorme parentum, filij anteà nati, non mirum: nam etſi ex ſemine infecto conceptus non ſit: ſolet filius geſta parentis imitari, tam in vitiis, quàm in virtutibus, Roland. *conſ.* 1. *n.* 42. *volum.* 3. vbi refert Baldum *l. liberti, de operis libertorum*, dicentem quod eiuſdem affectionis, & voluntatis præſumitur filius, ſicut pater, & ſic textus *in l. quiſquis*, §. *filij vero, ad legem Iuliam maieſtatis*, & *in c. ſi quis*
51 *cum militibus*, 6. *q.* 1. inquit, quod in eis paterni, & hæreditarij criminis exempla metuuntur: dicuntur enim vna caro, & quaſi caro patris aucta, Tiraquell. *de iure primogenituræ*, *q.* 40. *num.* 2. & *in l. ſi vnquam in præfatione*, *num.* 15. *de reuocand. donat.* & eſt textus, *in l. cum ſcimus*, *in fin. de agricol. & cenſit. lib.* 10. ibi: *Cum enim pars quodammodo corporis eius.* Tyb. *conſil.* 40. *num.* 15. *volum.* 1. Paul. Caſtr. *conſ.* 164. *num.* 3. & 4. *vol.* 2. Ruinus *conſil.* 115. *volum.* 3. ſic Ouidius in epiſtola Didonis ad Æneam.

Forſitan, & grauidam Dido ſcelerate relinquis.
Parſque tui latitat, corpore clauſa meo.

Et vox patris, vox filij dicitur, & vna perſona patris & filij, *l. fin. C. de impuber. & aliis.*

Sic *Eccleſiaſt.* 30. *num.* 4. dicitur, *mortuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus, ſimilem enim relinquit ſibi poſt ſe*, *l.* 1. *tit.* 15. *p.* 2. vbi Greg. verb. *Fijo*, Azeued. *l.* 1. *num.* 2. *tit.* 3. *lib.* 2. *Recop.*

Sed & ad approbandam filiationem non leuis eſt coniectura, ſimilitudo, Alex. *conſ.* 1. *num.* 2. *lib.* 3. Goz- 52
zadinus *conſ.* 13. Tiber. *conſ.* 1. *n.* 117. *volum.* 1. alios refert Ioſeph. de Ruſticis, *in commentar. ad l. cum auus*, *lib.* 4. *cap.* 9. *num. fin.* & ſic nimirum, ſi ex tali ſimilitudine, & ſanguine patris ſumatur coniectura morum, & poſſit timeri, quod parentes imitentur in vitiis: nam ex corporis compoſitione, & complexione, reſultat 53
diſpoſitio mentis, vt tradit Nicolaus de Lyra *ſuper caput* 1. *Danielis, verſic. Conſtituit Rex annonam*, vbi ait, quod ob eam cauſam, Rex Nabuchodonoſor iuſſit dare optimos cibos pueris. Eſtque ferè omnium antiquorum in philoſophia procerum conſtans, & vulgata ſententia, naturam animantibus corpora animorum moribus, & actionibus accommodata dediſſe, inſtrumenta eis congrua ſubminiſtrans, ita Plato, Ariſtot. Pytagoras, Cleophantes, & Zenon, & eam ſententiam tenet Sanct. Thom. 1. *part. quæſt.* 91. *art.* 3. *in corpore*, vbi poſtquam ad id refert Philoſophum 2. *Phiſicor.* ait: *dico ergo: Quod Deus inſtituit corpus humanum in optima diſpoſitione, ſecundum conuenientiam ad talem formam, & tales operationes*, & quemadmodum corpus recipit mutationes ab anima, ſic & anima recipit mutationes à paſſionibus corporis, ita Ariſtot. *libro Phyſiognomicon, in princ.* & certum eſt, ex complexione corporis, propenſiones, & affectus prouenire, vt ex ira, accenſio ſanguinis

circa

circa cor, manſuetudo eiuſdem tepeſcentia, audacia ſanguinis ad externa diffuſio, timor eiuſdem ad interna reuocatio conſequens eſt, vt niſi homo virtute vincat affectus, provt poteſt vincere, aliquando prorumpat ad actus virtuti contrarios. Et ita cùm ſæpiſſimè complexio corporis filij, complexioni parentis aſſimiletur, non
54 iniuſtè timetur, quòd hæreditare potuerunt paterni criminis exempla. Eſt enim legalis quidem præſumptio, *l. quod ſi nolit*, §. *qui mancipia*, *de ædilitio edicto*, ibi: *Quoſdam malos videri, qui ea natione ſunt, quæ magis infamis eſt*. Menoch. *de præſumpt.lib.* 1. *q.* 15. *num.*9. Gregor. *l.* 7. *tit.* 18. *p.*2. *verſ. Nin venga de linage*. Et conducit illud Terentij Heautontimorumenon, *actu* 5. *Scena* 3.

Sed quod eſt conſimilis moribus.
Conuinces facile ex te natum: nam tui ſimilis eſt probe.
Nam illi nihil vitij eſt relictum, quin id itidem ſit tibi.
Cum præterea talem, niſi tu in illis pareret filium.

Et Virgilius *lib.* 12. *Æneid.*

Tu facito mox, cum matura adoleuerit ætas.
Sis memor: & te animo repetentem exempla tuorum.
Et pater Æneas, & auunculus excitet Hector.

55 Neque ex eo, quod filij concepti ſint poſt delictum paternum ſequitur, quod imitatores patris neceſſariò exiſtent, ſiquidem ex iniquis parentibus laudatiſſimi filij procreantur, textus *in c. nunquam* 56. *diſt. in fine*, & latè dixi, *lib.* 2. *de Capellaniis*, *c.*4. *à num.* 6.

56 Et licet timor exempli parentis fuerit cauſa impulſiua, tamen ratio finalis ob quam filij notantur, & puniuntur ob delictum paternum eſt, vt parentes arceantur à talibus delictis, & ad maiorem parentum punitionem, vt tradit optima gloſſ. Ioann. Zencelini, *verbo quomodolibet*, *in extrauaganti vnica*, *de pœnis Ioannis XXII.* eandem opinionem ſequuntur plures Doctores infra relati, præcipue gloſſa, *verbo filij*, *in cap. ſi quis* 57
cum militibus, §. *filij verò* 6. *q.* 1.

Claudius Aquenſ. *l. ſi quis, id quod n.*14. *de iuriſd. omn. iudic.*

Gigas de crimine læſæ maieſtatis, *lib.* 3. *tit. de pœnis quas filij incurrunt*, *quæſt.*5. *num.*2.

Otalora *de nobilit. c.*9. *n.*8.

Palacios Rub. *de retent. Regni Nauarra*, 5. *p.* §.8.

Angelus *de malefic. verbo*, *Et ay tradicto, la tua patria*, *num.* 13.

Et Additionator *ibi.*

Villadiego *de hæreſibus*, *quæſt.*23. *num.* 5.

Boërius *deciſ.*7. *n.*7.

Oieda *de incompatibilitate*, 1. *part. c.*22. *num.*99.

Roias 2. *p. Aſſert.* 44. *n.* 356. *& ſingular.* 68. *n.*3.

Roland. *conſ.*74. *n.*2. *vol.*3.

Surdus *conſ.* 386. *n.*7. *& tract. de aliment. tit. quæſt.*31. *n.*4.

Couarr. *lib.*2. *variar. cap.*8. *num.*3. *verſ. ego opinor.*

Didacus Perez *l.*3. *verbo*, *Deſpues que fizo la traycion*, *tit.* 9. *lib.*4. *ordinament. pag.* 866.

Graſis *lib.*2. *c.*11. *n.*22.

Velaſquez de Auendaño, *l.* 4. *Tauri gloſ.*7. *n.*10.

Anton. Gomez. 3. *tom. c.* 2. *n.*16. *verſ. ſed his non obſtantibus.*

Azeuedo, *l.*1. *n.*220. *tit.*3. *lib.*8. *Recopilat.*

Alfonſus à Caſtro, *lib.* 1. *de lege pœnali*, *c.* 7. *verſ. Et primo infero.*

Franciſcus Penna *in direct.* 3. *part. comment.* 163. *ex pag.* 670.

Repertor Inquiſitor, *verbo filij*, *verſic. Sed quæro an pœna*, *pag.* 36.

Menochius *lib. præſumpt.* 33. *ex num.* 16.

Tiber. Decian. *lib.* 7. *crimin. q.* 41. *num.* 8.

Cenedo *in quæſt. canon. quæſt.* 16. *num.* 14.

Cardoſo *in praxi*, *verb. filius*, *à num.* 20.

Leonardus Duardus, *ſuper Bullam Cœnæ Domini*, *libr.* 2. *can.* 1. *q.* 27. *à num.* 24.

Dominus Franciſcus Alfaro *q.* 20. *num.* 345. vbi dicit: ita ſententia diffinitum fuiſſe in ſupremo Regio conſilio, anno 1594. quam & ego vidi, & per eius tenorem adiudicatur filio ante crimen concepto, & nato, maioratus eo addito, ne vteretur nomine dignitatis (Comitis ſcilicet) nec exerceret iuriſdictionem villæ, ſine Regis noſtri licentia.

Hieron. Gonzal. *reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 15. *num.* 67. vbi ait in Rot. fuiſſe iudicatum, quod propter hæreſim patris vacarent penſiones, ſeu beneficia obtenta à filiis, ante hæreſim patris.

Nicolaus Garcia *de benefic.* 2. *tom. p.* 11. *cap.* 10. *num.* 72. & 77. quod hanc ſententiam, tanquam magis veram de iure, & receptam amplexa eſt Rota. Anno 1568.

Flauius Cherubinus in compendio Bullar. *conſtit.* 2. Honorij Papæ IV. *ſcholio* 1. dicens, hanc opinionem eſſe vſu magis receptam, veriorem, & tutiorem.

Sed quid ego ſentiam quæres? quid ergo ſentire poſſum, ſi à Sacra Rota, & ſupremo Hiſpaniæ Senatu eſt deciſum, niſi exemplo Pauli Iuriſconſulti, *l. filius*, *ad leg. Cornel. de falſis*, dicere: *Sic enim inueni Senatum cenſuiſſe*: nam & Imperator Conſtantinus, *l.* 3. *C. de legib.* ait: *Ea quæ incertis negotiis ſtatuta ſunt*, *ſimilium quoque cauſarum facta componere.* Et Romanus Pontifex *cap. in cauſis* 19. *de re iudic.* quod etiam determinat, *l.* 14. *tit.* 22. *p.* 3. in ſententia Principis: & idem dicendum eſt de ſententia Senatus, qui eum repreſentat, *l.* 2. *de fluminibus*, ibi, *Niſi Imperator*, *aut Senatus vetet*, *l. filius* 15. *de condit.* inſtitutio ibi. *Senatus*, *aut Princeps* 58
improbauerit, *l. quod Principis*, *aut Senatus iuſſu.* 23. *de aqua pluu. arcen. l.* 23. *tit.* 2. *lib.* 2. *ordinam.* Aymon *conſ.* 144. *num.* 20. Roland. *conſ.* 70. *num.* 17. *lib.* 1. & *conſ.* 68. *lib.* 3. quod enim Princeps pronunciat, id Conſulto Senatu facit: quia cuncta facit de procerum conſilio, *l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recopilat.* ibi: *Y digna coſa es à la Real magnificencia*, *ſegun ſu lo able coſtumbre*, *tener tales varones cerca de ſi*, *y hazer*, *y ordenar todas las coſas por conſejo de los tales*, ob quod dicitur, *Princeps Philoſophiæ plenus*, *l. penult. C. de his quibus*, *vt indignis*, & *habere omnia iura in ſcrinio pectoris ſui*, *cap.* 1. *de conſtit. lib.* 6. Valaſcus *conſultat.* 51. *n.* 6.

Quare ſententias Senatus reuerenter ſeruandas eſſe, dicit Anton. Gamma, *deciſ.* 228. & eis eſſe ſtandum in deciſionibus ſimilium cauſarum, Ioſeph. Ludouicus, *deciſion. Lucenſ.* 3. *num.* 50. & 52. Afflict. *deciſ.* 45. *num. final.* & *deciſ.* 169. *num.* 5. Pinell. *l.* 2. 2. *part. cap.* 4. *num.* 2. Parlador. *lib.* 2. *rerum quotid. cap. final.* 5. *part.* §. 16. *num.* 7.

num. 7. ad fin. & lib. 3. different. 10. *num.*27. & quod faciant communem opinionem deciſionis Rotæ,dicit Cerola *in praxi Epiſcopali*, 1. *part. verbo. Rota tribunal*, & eſſe ſequendas à iudicibus, & communes opiniones, Ondedeus *conſ.*59.*num.*48. & habendas, vt magiſtrales doctrinas, Lancelot.*de attent.* 2. *p.c.*20. *limit.* 1. *n.*2. *pagina* 383. Et quod ſententiæ Senatus ſint ſeruandæ, tanquam lex. Salicet. *l.fin. C. de legibus*, & Antonius Theſaur. *in præfatione deciſ.Pedemont. num.* 32. *in princip.* vbi alios refert, ita dicentes,& eſſe iudicandum,provt in eodem genere controuerſiarum frequenter pronunciatum eſt, dicit *lex* 1. *Cod. quæ ſit longa conſuetudo l. nam. Imperator, de legibus*, Curt. Iun. *conſ.*60. *num.* 7. Et dicitur frequenter fieri, quod bis factum eſt, gloſſ. *final. in auth. de defenſor. ciuitatum*, & Farinac. *quæſt.* 23. *num.*17. & vt adſolet fieri, vt dicit *l. vt liberis, de collationib.* licèt hoc intelligi debeat in eadem prouincia, ſecus ſi in alia, vt dicit Gratianus *diſceptation. cap.* 236. *num.* 28.

Sed quia, vt inquit Iuriſconſultus Proculus, *l. ſed licet* 12. *de officio præſidis: Non tamen tam ſpectandum eſt,*
60 *quid Romæ factum eſt, quam quid fieri debeat:* Et quia vt inquit gloſ. *ibi: Non eſt iudicandum exemplis, etiam procerum Principis, l. nemo, C. de ſentent. & interlocution.omnium iudic.* & tradit Theſaur. *in præfatione deciſionum Pedemont. num.* 32. vbi addit procedere etiamſi ter, quaterque fuerit iudicatum, ex quo ſolent eſſe ſententiæ contrariæ, nec mirandum, cum hominis natura prona ſit ad diſſentiendum, dic tamen eas vtiles eſſe ad exemplum ſumendum, *cap. in cauſis, de ſentent. & re iudic.* non tamen neceſſarias, vt dixit *lib. de Anniuerſar. cap.* 20. *num.* 42. quare cum caſus occurrerit, conſulerem iudicibus, quod benigniorem partem amplectantur, conſideratis circunſtantiis cauſæ, quia multipliciter contingit factum ex eis variari.

In beneficiis tamen obtentis à filiis ante patris delictum, quod non 61
priuentur: conſtanter tenent Carrerius *tract. de hæret. num.* 41. *verſ. intelligas tamen prædicta*, Gundiſalb. *eo tract. quæſt.* 23. Aufrerius, & Marſilius *locis relatis* à Rebuff. *in pract. benefic.* 3. *part. de modo amittend. benefic. num.*25. Couarr. *lib.*2. *variar. cap.* 8. *num.* 4. Simanc. *de hæretic. cap.* 29. *num.* 10. vbi alios refert Penna *in directorio Inquiſit.* 3. *part. quæſtion.* 114. *comment.* 163. *verſic. Anceps tamen, mutata ſua in hac parte priori ſententia*, ſequitur Farinac. 1. *part. fragment. criminal. verbo clericus*, *n.* 361. vbi dicit, eam ſententiam poſt longam, latamque diſputationem, tanquam veriorem, validioribuſque rationibus nixam, amplexam fuiſſe à Rota in vna Conchenſi penſionis coram eodem Pegna, Suarez *de cenſuris, diſput.* 43. *ſect.* 3. *num.*2. & hoc ea ratio tenet, quod nullibi reperitur ſcriptum, quod tales filij ſpolientur beneficiis antea obtentis, ſed dumtaxat fieri inhabiles ad obtinenda, *cap. quicumque*, §. *hæretici, de hæreticis, lib.*6. vbi diſponitur, quod filij hæreticorum vſque ad ſecundam generationem, ad nullam Eccleſiaſticum beneficium, ſeu officium aſſumantur, quod verbum aſſumantur, tempus futurum reſpicit, quod maximè procedit, cùm ille qui ob delictum efficitur inhabilis ad obtinenda

Digitized by Google

beneficia, vel officia, regulariter non cenſeatur, priuatis illis quæ tempore dilecti poſſidebat, ex gloſſ. *in Clem.* 1. §. *ipſius, verſic. obtinenda de pœnis*, & ibi Zabarella, & Bonifac. Vitalinis *num.* 54. Abbas Clement. 2. *num.* 3. *eodem tit.* Couarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 8. *num.* 4. atque ita, hanc ſententiam amplectitur Hieronym. Campanill. *diuerſor. iur. rubr.* 11. *cap.* 26. *num.* 21.
62 aliquando autem filij, & nepotes non concepti comprehenduntur in diſpoſitione fauorabili, vt in facultate ad faciendum maioratum vno ex filiis, nam comprehenduntur nepotes nondum nati, tradit Mierez *de maiorat.* 1. *p. q.* 15. *num.* 30. *in* 1. *edit. & in ſecunda edit. num.* 37.

CAPVT II.

Venter an poſſit hæres inſtitui, & exhæredari, & an ei dentur Remedia, Poſſeſſoria, & Tenutæ, & reſtitutio in integrum.

SVMMARIVM.

1 *Ventri non debetur legitima, donec naſcatur.*
2 *Venter poteſt hæres inſtitui, etiamſi ſit ſeruus.*
3 *Ventrem cum dicimus intelligimus ſumendo, continens pro contento, vt cuſtodia pro cuſtodito.*
4 *Ventris inſtitutio intelligitur facta in tempus naſcendi. etſi conditionaliter, ſi naſcatur.*
5 *Hæreditas non adita, quæ tranſmittitur ad hæredes potentia ſuitatis, vel iure ſanguinis, vel iure deliberandi tranſit ad exiſtentem in vtero. Et hæreditas deſcendentis non adita per aſcendentem, non tranſmittitur ad eius hæredes, ſed limita vt ibi.*
6 *Querela competens filio iniuſtè exhæredato, quæ etiam non præparata tranſit ad ſuos hæredes iam natos, tranſit etiam ad exiſtentes in vtero, & exhæredatione ventris: vt infra n.* 26.
7 *Remedium,* l. Pantonius de acquir. hæred. *ad petendam reſtitutionem propter abſentiam, vel ignorantiam vt tranſit ad hæredes, ſic exiſtentes in vtero.*
8 *Venter ſi ſit præteritus, & extraneus inſtitutus, quam diu teſtamentum poteſt rumpi natiuitate poſthumi, non defertur hæreditas ex teſtamento.*
9 *Venter ſi ſit inſtitutus, vel exhæredatus alter cohærens, vel veniens ab inteſtato, poterit adire, & non expectatur natiuitas poſthumi, licet poſſit rumpere per querelam, & quare.*
10 *Ventre præterito teſtamentum ab initio eſt nullum, diſpoſitione legis, à qua nullus grauatur, ſed exhæredato ventre, vel filio, validitas teſtamenti pendet à declaratione iudicis.*
11 *Iudices ſæpè contra ius ſententias proferunt.*
12 *Inſtitutus, vt non poſſit adire ſufficit, quod credat prægnantem eſſe vxorem, ſed ſi ſciat non eſſe prægnantem poterit adire.*
13 *Certus per ſeipſum, non efficitur incertus propter litem.*
14 *Hæres inſtitutus ſi adierit credens, non eſſe prægnantem, & poſtea aborſum*

aborſum fuerit mulier, aditio præcedens nullius eſt momenti.

15 *Conceptus in ciuitate, & natus apud hoſtes ſi reuertatur, recuperat omnia iura poſtliminij iure, & ſi ibi moriatur præſumitur mortuus prima hora captiuitatis.*

16 *Duæ fictiones non debent concurrere circa idem, vt nec duæ ſpecialitates.*

17 *Exiſtens, in vtero ad commodum tertij, non habetur pro nato, ſed ad ſui commodum.*

18 *Exiſtenti in vtero non confertur.*

19 *Lex non fingit vbi nulla ſubeſt cauſa neceſſaria, ſed vbi ſubſit æquitas.*

20 *Ventri non reſeruatur ius, quod eo nato aditurus non eſt, vt ſi futurus ſit incapax, quia ſpurius, vel alia cauſa.*

21 *Teſtator ſi inſtituat ventrem ſub conditione, ſi vxor prægnans eſſet, admittetur ex alia vxore natus.*

22 *Ventri non datur querela eo nato. ſi mater in puerperio deceſſerit, quia præſumitur inſtitutus, ex materna pietate.*

23 *Repentini caſus non imputantur.*

24 *Si ignorans ſe filium habere alium hæredem inſtituat, non valet inſtitutio, etiamſi ſit miles.*

25 *Licet rupta inſtitutione legata conſeruentur per authenticam ex cauſa eius deciſio non procedit, vbi habere filium ignorabat pater, vel quia nunciatum erat ei mortuum fuiſſe filium.*

26 *Venter licet olim poterat exhæredari, hodie nequit, ex quo requiritur cauſa.*

27 *Intelligitur* lex cum ratio de bon. damn. *dum ait, certis de cauſis ſubmoueri poſſe filium à ſucceſſione.*

28 *Venter admittitur in fideicommiſſo, quod familiæ relinquitur, & ſufficit conceptum eſſe tempore quo dies fideicommiſſi cedit.*

29 *In conceptis ante emancipationem habet locum edictum de coniungendis, cum emancipato liber, ſed hodie ceſſat cum æqualiter admittantur ſui, & emancipati.*

30 *Filius ſuus hodie iudicatur eodem iure quo cenſebatur tempore 12. tab. quoad ſui commodum.*

31 *Venter ſi inſtituatur ſimpliciter, & plures naſcantur, omnes erunt hæredes, ſed ſi fiat ſubſtitutio poſthumo naſcituro, & plures naſcantur, ſubſtitutio euaneſcit.*

Limita niſi ſit ſubſtituta pia cauſa.

32 *Verba ſingularis numeri non verificantur in plurali, quando adeſt diuerſa ratio, ſecus ſi eadem.*

33 *Subſtitutio facta poſthumis naſcituris non habet locum ſi vnus tantum naſcatur.*

34 *Facultas conceſſa duobus non cenſetur data vni.*

35 *Si pater inſtituat ventrem, ſi naſcatur maſculus, & ſi fœmina eidem legauit, & contingat parere maſculum qui moriatur, & poſtea pariat fœminam, valet teſtamentum.*

36 *Ventre inſtituto ſi naſcatur maſculus, ſi nata ſit fœmina, dicitur præterita.*

37 *Libertas poteſt relinqui ventri tam directè, quàm per fideicommiſſum.*

38 *Teſtator ſi fecit mentionem vnius poſthumi, & plures naſcantur omnes liberi erunt.*

39 *Ventri datur poſſeſſio bonorum,*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

& mulieri, quæ ventris nomine miſſa eſt in poſſeſſionem, non poteſt eam introuertere alio reſpectu.

40 *Delegari, & mandari poteſt alteri, vt mittat mulierem in poſſeſſionem ventris nomine.*

41 *Venter mittitur in poſſeſſionem bonorum caſtrenſium.*

42 *Poſſeſſio data ventri durabit interim, quod apparuerit non eſſe prægnantem, ſed ſi transtulerit poſſeſſionem in tertium, non poteſt expelli de facto.*

43 *Reſcriptum Principis debet reduci ad viam iuris.*

44 *Venter mittitur in poſſeſſionem, etiamſi auus paternus viuat.*

45 *Succeſſio ſequitur votum naturæ, quæ potius vult deſcendere, quam aſcendere, quod maximè procedit in maioratibus.*

46 *Succeſſio in feudis, & maioratibus non habet oculos retro, nec reſpicit lineam aſcendentium.*

47 *Succeſſio ſe habet ad inſtar dignitatis, quæ deſcendit de patre in filium, & intelligitur, l. 27. Tauri.*

48 *In cauſa poſſeſſionis ventris proceditur ſummarie.*

49 *Ventri datur remedium, l. 45. Tauri, & in eum transfertur poſſeſſio in miniſterio legis.*

50 *Ventri an detur remedium tenutæ diſcutitur.*

51 *Tenutæ remedium non competit extante incertitudine aliqua, ſed vbi partes fatentur bona eſſe maioratus.*

52 *Deciſio textus* in c. 1. §. inter filiam ſi de feud. defuncti ſit cont. inter dom. & agnat. vaſſ. *procedit etiam in fauorem ventris.*

53 *Deciſio,* §. inter filiam, *non ſolum procedit ea inſtituta hærede, ſed etiam ab inteſtato.*

54 *Non obſtante, quod maſculus remotioris gradus velit excludere filiam, quia dicat maioratum eſſe maſculinitatis filia mittitur in poſſeſſionem, niſi maſculus afferat probationem qualitatis maſculinitatis in promptu.*

55 *Hæres impeditur mitti in poſſeſſionem, ex diſpoſitione* l. fin. C. de edict. diui Adrian. *ſi fideicommiſſarius paratus ſit docere incontinenti de iure ſuo.*

56 *Remedium adipiſcendæ, non excludit exceptionem proprietatis, vt remedium recuperandæ.*

57 *Triſtis euentus non eſt expectãdus.*

58 *Venter admittitur per repræſentationem per* l. 40. Tauri.

59 *Ventri datur reſtitutio aduerſus præſcriptionem, quæ currebat contra eius patrem, & finita fuit eo mortuo antequam ipſe naſceretur.*

60 *Licet præſcriptio cœpta contra defunctum currat contra minorem ſucceſſorem, reſtituitur tamen aduerſus tempus ſuo tempore completum.*

61 *Ventris nomine mater mittitur in poſſeſſionem legatorum.*

62 *In maioratu, quo ſint excluſæ fœminæ licet dubium ſit, an mulier pariet maſculum ſumitur, quod vtilius eſt ventri, & interim mittitur in poſſeſſionem.*

63 *Quando aliquid poteſt iudicari ſecundum minus, & magis potens attenditur, quod magis eſt potens ſi vtilius eſt ventri.*

64 *Si poſthumus fuerit exhæredatus, vel expulſus ab hæreditate ſub conditione mittitur in poſſeſſionem.*

65 *Mulier*

65 *Mulier grauida, quæ mittitur in poſſeſſionem ventris nomine erit in ea quandiu parit, aut aborſum faciat. Et ſi poſthumus fuerit melioratus venter mittitur in poeſſeſſionem, & ei competit remedium*, l. fin. de edicto diui Adrian.

66 *Mulier tenetur præſtare cautionem de reſtituendo, cum fructibus ſi non pariat, vel non maſculum vbi deſideratur maſculinitas.*

67 *Mulier ſi durante pragnatione in alium tranſtulerit poſſeſſionem, ſi fuerit bona fidei poſſeſſor, qui conſumpſerit fructus, vel prædo, qui non ſit ſoluendo, tenetur ad intereſſe.*

68 *Venter non reuocat donationem, ſed natus, & ex tunc reſtituuntur fructus.*

1 Licet ventri non debeatur legitima, donec naſcatur, Baldus, *l. cum poſthumus de liberis, & poſthum.* Iaſ. & Decius *l. poſthumo nato, C. de bono poſ. contra Tabulas*, nec poſſit petere partem hæreditatis, *l. vtrum de rebus dubiis, l. antiqui ſi pars hæredit. per.* quare antequam in lucem prodat non rumpitur teſtamentum, in quo fuit præteritus, *l. 3. verſ. ex his apparet, de in iuſto rupt.* tradit Iaſ. *dict. l. poſthumo nato*, vbi Decius do Baeça *de non meliorandis cap.* 10. *n.* 121. & *num.* 122.

2 Tamen venter poteſt hæres inſtitui, *l. placet, de liber. & poſthum.* vbi gloſſ refert concordantes, Tiraq. *l. ſi vnquam, verbo, ſuſceperit poſt n.* 144. *de reuocand. donat. & in tractatu de nobilitat. cap.* 6. *n.* 46.

3 Et procedit etiam, ſi ſit ſeruus, §. *ſeruus etiam in fin. inſtit. de hæred. inſtit.* & dum nomine appellatiuo dico venter, intellige ſumendo, continens pro contento, vt cuſtodia pro cuſtodito, gloſſ. *verb. actum, in l. certo generi, de ſeruit. ruſticorum*, & ita intelligitur, *l. ventre præterito, de acquir. hæred.* cum aliis ſimilibus.

Et quoties venter inſtituitur, intelligitur inſtitutus in tempus naſcendi, cum omnia iura, & remedia, quæ per leges exiſtentibus in vtero conceduntur, ſint, quoad effectum à iure repoſita, & reſeruata in tempus natiuitatis eorum, & interim ſolum aptitudine, & conditionaliter, ſcilicet, ſi naſcantur, quæ conditio ſui natura tacitè ineſt, *l. interdum de verb oblig. l. in fin. de condit. & demonſtrat.* & lex multoties eam expreſsè deſignat per ablatiuum abſolutum, *l. poſthumo nato de collation. l. poſthumo nato de bonorum poſſeſſionibus contra Tabulas* ſumpto argumento à contrario ſenſu, quaſi non nato non ei relinquatur, *l.* § 1. *in princ. de ventre in poſſ. mittendo*, ibi: *Sicuti liberorum eorum, qui iam in rebus humanis ſunt curam prætor habuit, ita etiam eos qui nondum nati ſunt propter ſpem naſcendi non neglexit.* 4

Sed hæreditas non agnita, quæ tranſmittitur ad ſuos hæredes potentia ſuitatis, *l.* 1. *Cod. de his qui ante apertas Tabul. hæred. tranſmit.* vel iure ſanguinis, quæ transfertur per deſcendentes *ex dict. l.* 1. non tamen per aſcendentes, quia hæreditas deſcendentis non agnita, per aſcendentem non tranſmittitur, *l. quoniam ſororem, Cod. de iure deliberan.* & poſt Paulum *conſ.* 304. *ante finem, vol.* 1. & Corneum *conſ.* 1. *circa medium lib.* 2. & Socinum *l. qui duos*, §. *cum in libello primo notabili, ff. de reb. dub.* tradit Aymon *conſ.* 37. *n.* 4. 5

Et

Et hoc niſi aſcendens ſuperſtes
eſſet, aſcendens vtriuſque ſcilicet
tranſmittentis, & eius de cuius hære-
ditate tranſmittenda agitur, ita poſt
Craſſum *de ſucceſſion. §. tranſmiſſio,*
q. 26. num. 2. in fin. & Alexand. ab
eo relatum *conſ. 168. n. 11. lib. 7.* tra-
dit Noalis *de tranſmiſſione, caſu* 8.
num. 85. tranſmittitur etiam ad exi-
ſtentes in vtero, Bartol. *l. 1. C. de his*
qui ante apert. tab. Guillerm. *Bened.*
c. rainuntius, verb. & ſobolem, quam
geſtabat in vtero *n. 33. de teſtamentis*,
& idem de tranſmiſſione quæ fit iure
deliberandi, per *l. cum antiquioribus,*
C. de iure deliberand.

6 Sedet querela competens filio in-
iuſtè exhæredato, quæ etiam non
præparata tranſit ad ſuos hæredes iam
natos, tranſit ad exiſtentes in vtero,
l. ſi quis filium, C. de inoffic. teſtam.
ibi, *viuum, vel in ventre*, Benedictus
dict. cap. rainuntius, verbo, & ſobolem
num. 33. & ad eundem modum reme-
7 dium, *l. Pantonius* 85. *de acquir. hæ-*
red.t. ad petendam reſtitutionem,
propter abſentiam, vel ignorantiam,
quæ tranſit ad hæredes tranſiuit etiam
ad exiſtentem in vtero, cum in ſui
commodum pro nato habetur.

8 Sed ſi venter ſit præteritus, & in-
ſtitutus extraneus, quandiu teſtamen-
tum poteſt rumpi, natiuitate poſt-
humi non defertur hæreditas ex te-
ſtamento, *l. ventre præterito 83. de ac-*
quirend. hæredit. quod eo tempore in-
telligendum erat in caſu, quo lex
loquitur, ſcilicet ſi venter eſſet præ-
9 teritus, ſecus ſi eſſet inſtitutus, vel
exhæredatus, quia tunc alter cohæ-
res, vel veniens abinteſtato poterit
adire, *l. illud 4. in princip. verſic. ſi*
quis, de bonor. poſſeſſ. contra tabul. &
ſi dicatur, quare non ſpectabatur
venter ſtante exhæredatione, cum
poſſet rumpere teſtamentum per que-
relam, dic rationem eſſe, quia quan-
do eſt præteritus, rumpitur teſtamen-
tum diſpoſitione legis ab initio, ſine 10
facto hominis ſola agnatione poſthu-
mi, *l. ſed qui filium, §. & in eo inſti-*
tuta de exhæreda. liberorum, & ea ru-
ptura ſemper eſt iuſta, quia nullus
grauatur à lege. At quando eſt ex-
hæredatus, validitas teſtamenti pen-
det à declaratione iudicis, qui poteſt
iniuſtè pronuntiare, gloſſ. *verb. ſen-*
tentia, l. eos, §. ſuper his, C. de appel- 11
lation. l. legatorum, §. ad tempus, ibi,
reprehenſa quæ ſunt ſententiæ eorum, de
interdict. & relegat. & l. 1. in princip.
de appell. ibi: *Nonnunquam bene latas*
ſententias in peius reformant, qui tex-
tus loquitur in iudicibus ſuperioribus,
Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Lucenſ. 3.*
num. 46. & gloſſ. *verbo ſententia, l. eos,*
§. ſuper his, C. de appellationib. atque
ita eam rationem tradit Paulus *l. an-*
tiqui, num. 2. Si pars hæreditatis pe-
tatur poſt gloſſam ibi.

Et ſi dicas teſtamentum non vale- 12
re ab initio, vt *in d. §. & in eo inſtitu-*
ta, de exhæred. liberorum, dic id eſſe ſi-
ne facto hominis, cum autem venter
eſt præteritus, non defertur hæredi-
tas nec inſtitutus poteſt adire, & ſuf-
ficit, quod putetur prægnantem eſſe
vxorem, *l. cum quidam 30. §. 1. de*
acquir. hæredit. vbi quod ſi inſtitutus
ſciat non eſſe prægnantem, poterit
adire hæreditatem, quia qui eſt cer-
tus per ſeipſum, non redditur incer- 13
tus propter opinionem aliorum, nec
etiam propter litem, *d. l. cum quidam,*
§. fin. vbi Bart. *de acquir. hæred.*

Sed ſi, cum putet eam non eſſe 14
prægnantem, adierit hæreditatem, &
poſtea abortetur mulier, additio præ-
cedens

cedens nullius eſt momenti, text. eſt ſingularis *in dict. l. cum quidam*, §. *quod dicitur el 2. de acquir. hæred.* nam vt inquit, ibi text. *toties igitur ei ſua præſumptio proficit, quoties concurrit cum veritate*, itaque ſi hæres præſumatur non eſſe prægnantem, & adierit ſi poſtea apparuerit, ita eſſe additio tenet.

15 Sed & conceptus in ciuitate, & natus apud hoſtes, ſi reuertatur iure poſtliminij, recuperat omnia iura, *l. apud hoſtes 9. de captiu. & poſt reuerſ. l. qui in vtero la ſegunda de ſtatu homin.* Alciat. *l. intelligendus* 153. *in fin. de verbor.* Ludouic. Sard. *de natur. liberis*, §. *de ventre num. 9.* vbi diſputat breuiter. An ſi ibi moriatur, habeatur pro nato, & mortuo in ciuitate, & reſpondit, quod non, quia ſicut eo reuerſo, ab hoſtibus habet ius poſtliminij, ita ſi ibi moriatur, fingitur mortuus prima hora cap-

16 tiuitatis fictione legis Corneliæ, *l. lex Cornelia* 28. *de vulgar. l. Pater* 10. *de captiuit. & poſtliminio reuerſ.* & vt ipſe inquit, ne duæ fictiones concurrant ad notata, *l. 1. de dotis promiſ.* vel

17 dic verius id eſſe, quia ſibi non prodeſt ad commodũ autem tertij, qui ei poſſet hæres eſſe in acquirendis dum eſſet in vtero non habeatur pro nato.

Exiſtenti autem in vtero non con-

18 fertur antequam naſcatur, *l. fin. de collation.* quia cum damnum nullum eſt allaturum, ſi natiuitas expectetur, lex non fingit, vbi nulla cauſa neceſſaria ſuadet, Alciat. *l. intelligendus*

19 *n. 3. de verb. ſignif.* fingit enim dum ſubſit æquitas, vt dicit *ibi num. 2.* nec venter admittitur ad partem hæreditatis, *l. antiqui*, ſi pars hæreditatis petat, *l. ventre de acquir. hæreditat.* ſed eius pars eſt in ſuſpenſo do-

nec editus fuerit, *l. inteſtato*, §. *vtique, & ſeq. de ſuis, & legitim. & her. poſthum.* præterito, valet teſtamentum licet rumpatur poſtea nato, *l. 1. in fin. de iniuſt. rupt.* textus *in principio inſtit. de exhæredat. liber.* ſed id ea ratione procedit, quia venter habetur pro nato, quando eius commodum eſt, vt pro nato habeat, quia poſteà non poterit recuperare illud ius. At quando natus illud habiturus eſt, non eſt neceſſe eum haberi pro nato, ita Ludouic. Sard. *de nat. lib.* §. *de ventre, n* 7. vbi idem dicit, ſi natus non 20 poteſt habere tale ius, quia incapax, quo caſu ei prodeſſe non poteſt, quod habeatur pro nato, & ſic venter alicuius, ex ea quæ vxor nequit eſſe, non poteſt inſtitui, §. *poſthumus inſtituta de legatis*, ex quo etiam natus, tanquam ſpurius ab inſtitutione repellitur, Bart. Dinus, & Odofredus *l. Gallus*, §. *quid ſi eiſdem liber. & poſthum.* Speculator *tit. de ſucceſſion. ab inteſtato*, §. 1. *verſic. quid ergo*, Sardiſ. *vbi ſuprà n.* 8.

Et ſi teſtator non ſimpliciter inſti- 21
tuat ventrem, ſed ea conditione adiecta, ſi vxor prægnans eſſet, admittetur ex alia vxore natus, vt ex prædictis Doctoribus tradit Fachineus 22
libr. 4. controuerſiarum capit. 90. & quamuis querela detur ventri, ſi fuerit neglectus, vt dictum eſt, tamen ſi mater quæ filios duos natos inſtituerat in puerperio deceſſerit, non datur querela, ſed ſumitur coniectura ex materna pietate, vt filium voluerit inſtituere, tam exiſtentem in vtero, quàm natum, ſed morte præuentam non potuiſſe, & ſic reputatur inſtitutus, & ex teſtamento matris admittitur ad tertiam partem, ac ſi inſtitutus eſſet, *l. ſi mater, C. de inoffic.*

teſtamento, Petrus Faber. *l. in ambiguis columna 3. & 6. de reg. iur.*

23 Et quia repentini caſus non imputantur, gloſſ. *verb. homicidium*, *in l. hac edictali de pace tenenda inter ſubdit.*& *iuram. firmanda.*

24 Sed & ſi quis ignorans ſe filium habere alium hæredem inſtituerit, teſtamentum non valet, etiamſi ſit miles, *l. ſicut, C. de teſtament. milit.* ita etiam, ſi cum vtero habetur filius inſcio patre milite præteritus eſt, *l. ſi cum vel in vtero, Cod. de teſtament. milit.*

25 Et quod magis eſt, quod licet rupto teſtamento ex cauſa præteritionis legata conſeruentur, *per authent. ex cauſa, Cod. de liberis, præterit.* tamen illud non procedit, vbi pater ignorabat liberos habere, quia forte nunciatum fuerat eſſe mortuos, *l. ſi cum, vel in vtero* 10. *C. de teſtament. militis*, ibi: *Falſo rumore perlato pater putauit*, *l. fin. de hæred. inſtit. ibi*: *Rumore perlato quaſi filia quoque eius mortua*, & *l. 2. ff. quis ordo in bonorum poſſeſſionem ſeruiet*, ibi: *Nunquid viuat, quia hic rumor poſtea irrepſerit*, *l. miles* 11. §. *mulier, ad l. Iul. de adult.* ibi: *Nam ſi longo tempore tranſacto, ſine vllius ſtupri probatione falſis rumoribus inducta, quaſi ſoluta priori vinculo, legitimis nuptiis ſecundis iuncta eſt, quod veriſimile eſt deceptam eam fuiſſe, nihil vindicta dignum videri.* Quibus conſtat, ſæpè contingere falſo enuntiari de morte alicuius, Archidiaconus *in cap. cum in illis n. 1. de prabend. lib. 6.* idem erit, ſi reliquit vxorem prægnantem, quia tunc non conſeruantur prædicta legata, Antonius Gomez 1. *tom. cap. 5. num. 36. verſ. 2.* facit in fine Baeça *de non meliorandis, ratione dotis filiabus, cap. 9. num.* 100. Menoſ. *l. ſi probaueris, n. 6. de fideicommiſ.*

Et licèt venter olim poterat exhæredari, §. *poſthumi quoque*, & §. *poſthumorum inſtituta de exhæredat. liber.* ex quo nulla requirebatur cauſa ad exhæredationem, hodie ſecus, quia cauſa requiritur, vt *in authent. vt cum de appellatione cognoſcitur*, §. *cauſas*, & §. *ſine igitur*, ſed nec infans quia cauſam præbere non poteſt dicit communem opinionem, Caldas *de inoffic. teſtament.* §. *poſthumi quoque, num* 75. quod ante tenuerunt Viglius *in rubr. Inſtit. de inoffic. teſtament.* & Menchaca *de ſucceſſionum progreſſu 3. part. cap.* 20. *poſt num.* 168. 26

Et ſi dicatur etiam iure digeſtorum neceſſarias fuiſſe cauſas ad exhæredationem, vt *in l. cùm ratio de bonis damnat.* ibi: *Ac ne iudicio quidem parentis, niſi certis de cauſis ſubmoueri ab ea ſucceſsione poſſunt*, vbi Acurſ. *verbo de cauſis*, ait, cauſas eſſe quæ continentur *in authentic. vt cum de appellatione cognoſcitur*, §. *cauſas*, ſentiens iure digeſtorum fuiſſe neceſſarias, cuius contraria colligitur, ex *l. inter cætera, ff. de liberis & poſthum.* quo iure nec erat inuenta querela inofficioſo, §. *tam autem*, vbi Viglius *num. 6. Inſtitut. de inofficiſ. teſtament.* Fulgoſ. *l. ſi non mortis*, §. *ſi quis, ff. de inofficioſo teſtam.* Cuman. *l. etiam de vulgar.* quare dic veriùs, quod ex lege duodecim Tabularum, nec iudicio parentis poterat filius ſubmoueri ab hæreditate patris, niſi certis de cauſis videlicet emancipatione, & exhæredatione, & de his cauſis loquitur *d. l. cum ratio*, dum dicit, niſi certis de cauſis, non autem de comprehenſis, & poſitis in authentico, 27

tico, vt cum de appellatione cognoſcitur.

28 Sed & venter admittitur in fideicommiſſo, quod familiæ relinquitur, Ruinus *conſ.* 22. *num.* 2. *lib.* 2. *& conſil.* 100. *num.* 5. ſequitur Mandoſ. *de minori ætate, n.* 38. vbi quod ſubſtitutio facta per verba futurum tempus denotantia comprehendit etiam conceptos, & natos poſt mortem teſtatoris, quia attenditur tempus euenientis conditionis, & ſatis eſt, quod concepti fuerint tempore quo venit dies fideicommiſſi, Ruinus *conſ.* 143. *n.* 10. *lib.* 3. Pariſius *conſil.* 31. *n.* 41. *lib.* 2. dicit commune, Cephalus *conſil.* 16. *num.* 63. Curt. Iunior *conſ.* 3. *num.* 31.

29 Et in conceptis ante emancipationem habet locum edictum *l.* 1. *de coniungendis, cum emancipato liber.* Mandoſ. *de minori ætate, n.* 22. Hodie tamen ceſſat edictum, cum ad ſucceſſionem æqualiter admittantur emancipati, & exiſtentes in poteſtate, Bartol. *l.* 1. *num.* 3. *eo titulo de coniungendis cum emanc. liber. authent. de hæredib. ab inteſtato venientibus, in fine principij*, hoc tamen addito, quod etiam hodie filius ſuus, quoad ſui commodum iudicatur, eodem iure, quo cenſebatur tempore duodecim
30 Tabularum, & efficitur hæres voluntarius reſpectu eorum, quæ ſibi damno eſſe poſſunt, *l. filius qui patri de vulgari*, vbi Bartol. & *in l. ventre præterito num.* 13. *de acquirend. hæred. & l. ſi infanti num.* 10. *de iure deliberandi*, ſequitur Meneſius *l. cum ſecundum num.* 16. *ad fin. Cod. de fideicommiſ.*

31 Et ſi venter inſtituatur, & plures naſcantur, omnes erunt hæredes, vt tradunt Oldradus *conſ.* 212. Angeles *concluſ.* 51. Federic. de Senis *conſil.* 42. quos refert, & ſequitur Tuſc. *lit. V. concluſ.* 778. *n.* 1. *&* 2. quia fit in fauorem exiſtentium in vtero, at ſi poſthumo naſcituro ſubſtituatur aliquis, & plures naſcantur, ſubſtitutio euaneſcit, Federicus de Senis *dict. conſil.* 42. Tuſchus *vbi ſuprà num.* 3. niſi ſit ſubſtituta pia cauſa, vt *ibi n.* 5. ex Baldo *conſ.* 122. 32
lib. 1. ſed extra piam cauſam pro ea parte facit, quod verba ſingularis numeri non verificantur in plurali, quando adeſt diuerſa ratio, Baeça *de non meliorandis filiabus, cap.* 11. *n.* 2. Tiraq. *l. ſi vnquam verſic. ſuſceperit liberos num.* 185. *Cod. de reſcindenda donatione*, ſecus ſi eſſet eadem ratio, vt latè comprobaui iuribus, & Doctoribus *lib.* 1. *de Anniuerſariis, c.* 5. *à num.* 64.

Pro quo etiam facit, quod ſubſti- 33
tutio facta poſthumis naſcituris, non extenditur ad caſum, quo vnus tantum poſthumus naſcitur, Tiberius *conſil.* 1. *num.* 39. *&* 40. *lib.* 1. vbi plures refert Gozzadinus *conſil.* 67. *num.* 3.

Sic facultas alienandi conceſſa 34
duobus, non cenſetur data vni, Corbulus *de iure emphyteut. cap.* 14. *à n.* 1. ſic & gratia ſanctiſſimi Domini Papæ facta, de beneficio ſpectante ad collationem aliquorum non verificatur, nec habet locum in beneficio ſpectante ad collationem vnius tantum, *cap. cum illis*, §. *ſi verò de præbendis lib.* 6.

Sed ſi pater inſtituat ventrem ſi 35
naſcatur maſculus, & ſi filia naſcatur, eidem legauit, & contingat mulierem parere maſculum, qui moriatur, & poſtea pariat fœminam, valebit teſtamentum, ex quo vtrique

prouidit Angelus *conſ.* 301. *in princ.*
ſequitur Tuſch. *lit. V. concl.* 78. *n.* 20.
& *ibi n.* 21. quod ſi inſtituat ventrem,
36 ſi maſculus naſcatur, & nata ſit fœ-
mina dicetur præterita, quia de ea te-
ſtator non ſenſit, tenet Angelus
conſil. 51.
37 Sed eſt aliud notandum circa ſu-
pradicta de numero ſingulari, & plu-
rali, nam ſcimus, quod libertas poteſt
ventri relinqui tam directè, quàm
per fideicommiſſum, *l. cum inter ven-
tres, C. de fideicommiſſ. libertatib. ibi:
Vt cum libertate ſolem reſpiciat, & ſi
mater ſua adhuc in ſeruitute conſtans*
38 *eum, vel eam addiderit*, &; quod magis
eſt, voluit textus *ibi*: quod ſi teſta-
tor vnius poſthumi ſolum fecerit
mentionem, & plures naſcantur, om-
nes liberi erunt, vt & quando inſti-
39 tuitur venter, ſi plures naſcantur,
omnes ſunt hæredes, vt ſupra eſt di-
ctum, ſed & ventri datur poſſeſſio
bonorum per totum titulum de ven-
tre *in poſſ. mittend.* Mier. *de maior.* 3. *p.*
q. 2. *n.* 9. Auend. *reſponſ.* 28. & mulier,
quæ ventris nomine miſſa eſt in poſ-
ſeſſionem, non poteſt introuertere
poſſeſſionem alio reſpectu, Bald. *l.
penult. in fine, C. de pignor. action.* ſe-
40 quitur Mier. *de Maiorat.* 3. *part. q.* 24.
n. 2. & poteſt mandari, & delegari
alteri, vt ventris nomine mittat mu-
lierem in poſſeſſionem, *l.* 4. *§.* vt poſ-
ſeſſio de officio eius cui mandata eſt
iuriſdictio.
41 Sed & venter mittetur in poſſeſ-
ſionem bonorũ caſtrenſium, vel qua-
ſi, Bald. *conſ.* 126. *lib.* 1. Tuſch. *lit. V.
concl.* 76. *n.* 5. durauit tamen poſſeſſio
interim quod apparuerit non eſſe prę-
gnantem, tunc enim expellitur à poſ-
ſeſſione, Bart. *l.* 1. *§. neceſſario n.* 1. *ff. ſi
ventris nomine mulier in poſſeſſionem.*

At ſi tranſtulerit poſſeſſionem, vel 42
bona in tertium, ille tertius non de-
bet expelli de facto, ſeu manu milita-
ri, ſed interdicto vti poſſidetis erit
agendum contra eum. Bald. *conſ.* 362.
in princ. lib. 3. Tuſch. *lit. V. concl.* 77.
n. 3. *vbi num.* 4. Quod id procedit non
obſtante reſcripto Principis, quia ad
viam iuris debet reduci Bald. *dicto
conſil.* 361. *num.* 2. *verſ. nec obſtat re-* 43
ſcriptum, lib. 1.
Sed & venter mittitur in poſſeſ- 44
ſionem, etiamſi auus paternus viuat,
l. 2. *filius in fine de ventre in poſſeſſio-
nem mittendo*, ex quo ſucceſſio deſ-
cendentium præfertur ſucceſſioni aſ-
cendentium, *authent. de hæredib.* &
Falcidia, *§. quoniam ibi, filius, & ne-
potibus, & patribus atque matribus*, &
melior textus *l.* 6. *Tauri*, quia ſucceſ-
ſio ſequitur votum naturæ, quæ po-
tius vult deſcendere quam aſcendere,
vt dicit Stephan. Daoiz *in ſuo indice,
verbo, ſucceſſio*, & fluit, & non reflui-
tur, *§. cæterum in fine, verbo confluere,
inſtit. de legitima agnat. ſucceſſ.* quod
maximè procedit in feudo, & maio-
ratu, Matienç. *l.* 1. *tit.* 8. *gloſſ.* 3. *n.* 11.
lib. 5. *Recop.* Greg. *l.* 4. *gloſſ.* 1. *tit.* 13.
p. 6. Roias *de ſucceſſion. c.* 30. *n.* 41.
& cap. 31. *n.* 39. Azeued. *l.* 1. *tit.* 8.
lib. 5. *Recop. n.* 61. *&* 62. Peregr. *de
fideicommiſ. art.* 49. *n.* 45. ſucceſſio 46
enim feudi, & maioratus non habet
oculos retro, nec reſpicit lineam aſ-
cendentium, vt dicit Angel. *conſ.* 100. 47
col. 3. & ſe habet ad inſtar dignita-
tis, quæ deſcendit de patre in filium,
l. 1. *de ſenatorib.* pro quo facit tex-
tus *in cap. licet de voto* ibi: *ad mino-
rem fratrem tuum*, Mier. *de maior.* 2.
p. q. 6. *num.* 103. & quod tradit Caſ-
ſan. *in conſuetud.* Burg. *cap.* 7. *§.* 6.
num. 3. Et ita pronuntiatum fuit in-
regalia

Digitized by Google

regalia Valliſoletana Cancellaria ad
fauorem lineæ deſcendentis litigante
matre vltimi poſſeſſoris, maioratus
cum fratre illius me inter alios iudi-
ce, ſic in fideicommiſſis præferuntur
deſcendentes, etiam naturales aſcen-
dentibus, *l.27. Tauri*, Matienç.*l.* 11.
tit. 6. lib.5. Recopil. gloſſ. 6. num. 1.
& omiſſa vocatione alicuius, vel non
facta iuxta formam *d.l. 27. ſuppletur
poteſtate iuris argumento interdum*, §.
paterfamilias de hæred. inſtit. & tenet
Dominus Chriſtoph. de Paz, *l.* 200.
ſtili quæſt. 3. num. 61. & 66. & D.
Ioann. Caſtel. *lib. 5. Controuerſiarum*
128. *n.17. & lib.2. cap.7. à num.16.*
vbi quod procedit in foro interiori.

Et licet, *d.l.27. Tauri*, intelliga-
tur de deſcendentibus, qui nati fue-
rant tempore teſtamenti, quia non
nati non poſſunt teſtamentum impu-
gnare, *l. ſi quis filio exhæredato*, §. 1.
de iniuſto rupto, Tiraquell. *de retra-
ctu lignag.* §. 1. *gloſſ.9. num.* 98. & ita
quod *dict. l.* 27. reſtringatur ad deſ-
cendentes natos tempore teſtamenti
tenet Mieres *de maiorat. 2. part. q. 6.
num. 25. in 1. editione, & in 2. n.* 107.
Parlador. 3. *part. rerum quotidianar.
q.6. num. fin.* tamen in fauorem exi-
ſtentis in vtero cum habeatur pro
48 nato, procedit eius deciſio, vt tradit
Parlador. *ibi.*

Et in cauſa poſſeſſionis ventris
proceditur ſummariè, *l.* 1. §. *ſi ea de
ventre in poſſeſſionem mittend. l.* 3. §.
ſciendum, ff. ad exhibendum, vbi de
cauſis ſummariis.

49 Sed & remedium, *l. 45. Tauri*,
datur ventri, & in eum transfertur
poſſeſſio maioratus legis miniſterio,
Gregor. *l. 3. tit. 23. part.* 4. Mieres
de maiorat. 3. part. quæſt. 2. num. 5.
verbo, & largius in ſecunda editione,
Auendañ. *reſponſ.*28. ex principio, &
reſoluit *in fine.*

Sed an ventri detur remedium te- 50
nutæ, *l.9. tit. 7. lib. 5. Recopilat.* du-
bitationis eſt; nam cum incertum ſit
an exiſtens in vtero proditurus ſit in
lucem, vt dicit Donel. *lib. 3. commen-
tar. c.23. verſ. de bonis.* Et qui in ven-
tre eſt, caret qualitate, *l. fin. ff. de
collat. bonor. l.2. C. de bonorum poſſeſſ.
contra Tabul.* & videbatur, quod non, 51
quia tenutæ remedium non compe-
tit ſtante incertitudine aliqua, Al-
uaradus *de coniectura mente defuncti
lib.2. cap.3. §. 3. n.* 44. & ſic id re-
medium ſolum admittitur, vbi partes
fatentur bona eſſe maioratus, ſecus
ſi negent quo caſu, ob incertitudi-
nem cauſa remittitur ad alium iudi-
cem, vt coram eo plenarie tractetur
via ordinaria, Molina *lib. 3. de primo-
gen. cap. 13. n. 43. & 51. per l. tuto-
res*, à patruo de confirmando tutor. *l.
cum ſeruus*, §. *cum ita de fideicommiſ.
libert.* Bartol. *l. eius qui delatorem de
iuris, & facti ignorant.* quia debent
eſſe extrema habilia, & clara. Nihilo-
minus tamen ventri competit huiuſ-
modi tenutæ remedium, cùm in ſui
fauorem habeatur pro nato, quia &
maioratus, qui tranſit in ſequentem
vocatum tranſit in ventrem, Gregor.
verb. apro del, l. 3. tit. 23. p. 3. atque ita
tenet Dominus Paz *de tenuta cap.*68.
num. 18. tamen ſi non petierit intra
tempus, lege regia præſcriptum non
reſtituetur, vt nec reſtituitur contra
lapſum temporis ad retractum, Tiraq.
de retract. lignagier. §. 35. *gloſſ.* 2. Paz
de Tenuta *c. 17. n.2. &* 24.

Sed & deciſio textus *in cap.* 1. §. 52
*inter filiam ſi de feudo defuncti, ſit con-
tent. inter domin. & agnat.* vbi ſi præ-
tendat, quis rem eſſe feudalem, ſeu

maioratus, & deferendam eſſe ad agnatos maſculos, & liquidò non conſtet de conſtitutione feudi, ſeu maioratus mortuo poſſeſſore filio datur poſſeſſio, & ita pronuntiatum in Senatu Neapolitano reſeruatis iuribus prætendenti eſſe feudalem ſuper petitorio in alio iudicio teſtatur Afflict. *deciſ.* 119. *num.* 5. Roland. *conſil.* 1. *num.* 18. *volum.* 1. & conducunt tradita per Molin. *lib.* 3. *de primog. c.* 4. *num.* 41.

Et licet Roland. dicat procedere in filia hærede ſcripta, vt loquitur *l. fin. Cod. de edicto diui Adriani*, & tradunt plures, quos refert Rolandus *conſ.* 1. *num.* 20. *volum.* 1. *& conſil.* 2. *num.* 26. *vol.* 3. idem dicas ab inteſta-
53 to, cum text. *in d. §. inter filiam*, non ſe reſtringat ad filiam ſcriptam hæredem, vt in caſu *l.* 45. *Tauri*, ponderat Molin. *lib.* 3. *de primogen. c.* 13. *num.* 51. *in principio*, habebit locum, ſi ex cognato proximiore remaneat
54 vxor prægnans, nam interim, quod diſcutitur, an ſint vocati agnati excluſis cognatis, venter mittetur in poſſeſſionem, cum par ſit ratio.

Bene tamen verum eſt, quòd ſi agnati offerant probationes in continenti, & in promptu, quod feudum, ſeu maioratus ſit qualitatis, quod fœmina ſeu cognati non ſuccedant, ſunt admittendi, & ſi probent eis eſt danda poſſeſſio, vt plures referens tradit Molina *lib.* 3. *de primog. cap.* 4. *num.* 43. Roland. *conſil.* 1. *num.* 23. *volum.* 1.

Sic Bart. *l. filiam fratribus ad Trebel. & l. fin.* vbi Doctores *C. de edicto diui Adrian.* tenent, quod impe-
55 ditur hæres ſcriptus mitti in poſſeſſionem, ex diſpoſitione *d. l. fin.* ſi fideicommiſſarius ſit paratus in continenti docere de iuribus ſuis, & Bartol. ſequitur Decius *conſ.* 84. *col.* 2. quia vt ait Roland. *ibi num.* 25. Remedium adipiſcendæ non excludit 56
exceptionem proprietatis, vt remedium recuperandæ, gloſſa, & Doctores, *l. ſi de vi, de iudiciis*, Roland. *conſ.* 48. *num.* 56. *verſic. item, & quod ea, vol.* 5. & ita ſi ex inueſtituris in continenti productis, vel probatis conſtat bona eſſe feudalia, excludetur fœmina admiſſo agnato, Fachineus *lib.* 4. *controuerſiarum cap.* 22. *verb. mihi verò*, licet ipſe velit ex ſola natura feudi deferendam eſſe poſſeſſionem agnatis, & ita licet negetur bona eſſe maioratus, ſi tamen conſtat exceptio debet ſperni, & haberi pro pronunciato in ea, vt ſuper principali iudicetur, iuxta textum *in cap. quoniam de filiis presbyter.* & iuxta tradita per Abbat. *cap.* 1. *num.* 7. *verſic. niſi illatis, de ordine cognit.* Philippus Franc. *c. cum ſecundum leges, §. confiſcatis num.* 1. *verſic.* niſi factum ſit notorium *de hæretic. l. ſatis aperte, Cod. de falſ. gloſſ. in l. quicumque maior. §. ſi patres, de bonis libert.* Bant. *de nullitatibus, verbo, quibus modis nullitas defendi poſſit, n.* 31. Ferret. *conſ.* 269. *lib.* 2.

Et ita cum myſterio legis exiſtens in vtero pro nato habeatur, *d. l.* qui in vtero de ſtatu hominum pro tali reputatur, & ei datur poſſeſſio, nec eſt ſpectandus triſtis euentus, & caſus aduerſæ fortunæ, *l. inter ſtipulantem, §. ſacram de ver.*

Sed & venter admittitur per repræſentationem, vt alij admittuntur, 57
per l. 40. *Tauri*, Dominus, D. Ioann, del Caſtillo *lib.* 3. *controuerſ. cap.* 19. *num.* 203. *&* 206. poſt Mier. ab eo relatum plures alios refert Auendañ,

l. 40.

Digitized by Google

l.40. Tauri, gloſſ.9. n. 1. ſed & ventri datur reſtitutio aduerſus præſcriptionem, quæ currebat contra eius patrem, & finita fuit, eo mortuo antequam ipſe naſceretur, & ſic reſtituitur aduerſus damnum ſuo tempore contingens ex facto, ſeu negligentia ſui anteceſſoris, *l. etiam ei, ff.*
58 *de minor.* vbi gloſſ. Bartol. & omnes, nam licet præſcriptio cœpta contra defunctum curat contra minorem
59 ſucceſſorem, reſtituitur tamen aduer-
60 ſus tempus, quod ſuo tempore completum eſt, Paul. & Doctores, *l. vnica, C. ſi aduerſ. vſucapion.* Flor. de Mena *q. 5. num.* 37. & pro hoc eſt *l.9. tit.9. part.6.* ibi: *Pero podran demandar reſtitucion del tiempo que contra el fueſſe corrido,* Caldas Pereira, *l. ſi curatorem habens, verbo, ſua facilitate num.* 46. Ioann. Garc. *de nobilit. gloſſ.6. §.2. à num.* 12. vbi, quod ſic reſtituitur contra commiſſum ob non ſolutum canonem.

61 Sic, & ventris nomine mater mittitur in poſſeſſionem legatorum *l. communi 7. §. ſed & ſi communi diuidundo*, & licet non ſufficiat aſſertio viduæ dicentis ſe eſſe prægnantem, *l. 1. §. pregnantem de ventre in poſſeſſ. mittend.* tamen aliquando ſufficiet aſſertio viduæ cum iuramento, quando ei defertur *l. 28. tit. 11. part. 3.* ſufficere autem, quod ipſa dicit, tradit ex aliis Afflictis *deciſ.236. n.4.*

62 Imò, quod magis eſt, quod in maioratu quo ſint excluſæ fœminæ licèt dubium ſit an mulier pariet maſculum ſumitur in fauorem ventris illud, quod ei vtilius eſt, & ſic eſt mittendus in poſſeſſionem interim, Mieres *3. part. de maiorat. q. 2. n. 9.*
63 ſequitur Dominus Ioann. Caſtillo *controuerſ. cap. 19. num.* 207. ſed & ipſe Mier. *in 2. impreſſione, d. q. 2. n.25.* & ibi *num.* 10. *&* 11. ponderat ad hoc *l. quæritur de ſtatu hom.* vbi quando aliquid poteſt indicari ſecundum minus potens, & magis potens, attenditur illud, quod magis potens, & quod ſumatur, quod vtilius eſt ventri docet text. *in l. 1. §. ſed & ſi incertum, verſ. quare de ventre in poſſeſſ. mittend.* vbi ſi exhæredatio facta eſt ſi filius naſcatur, quia naſci poteſt, vel filius filia, & filia venter in poſſeſſionem mittitur, & ad eundem modum ſi filius poſthumus fuerit exhæredatus ſub conditione venter in poſſeſſionem mittetur, *d.l.1.§. ſed & ſi ſub conditione de* 64
ventre in poſſ. mittend. quia vt inquit textus ſub incerto vtilius eſt ventrem ali, & tandiu erit in poſſeſſione
venter quandiu pariat aut abortiuum 65
faciat, *§. fin. dict. l. 1. iuncta l. 2. de ventre in poſſeſsionem mittendo, l. cum quidam 30. §. quod dicitur de acquir. hered. & ſi poſthum. fuerit melioratus*, vt poteſt, & tradit Angul. *de meliorationibus, l. 11. gloſſ.6. n.5. quæſt. 2.* in numerum filiorum computatur, *l. ſi quas filiabus de teſtam. tutel.* ei competet pro melioratione remedium, *l. fin. C. de edict. diui Adriani*, vt contra Suar. tradit Parlad. *lib. 2. cap. fin. 1. p. §.9. num. 7.*

Tenebitur tamen mulier grauida, 66
quæ mittitur in poſſeſſionem ventris nomine præſtare cautionem de reſtituendo cum fructibus ſi non pariat, vel non maſculum, Mieres *de maioratibus 3. p. quæſt. 2. num. 36. in 2. edict. per l. 1. C. & ff. de Carboniano edicto, l. 3. §. emancipatum, de collatione bonorum, l. poſtquam, §. 1.* ibi: *ſi cauerit aduerſarius, ff. vt legator in nomine caueatur*, & ſi durante prægnatione

tione in alium tranſtulerit poſſeſſionem, ſi fuerit bonæ fidei poſſeſſor, qui fructus conſumpſerit, vel prædo qui non ſit ſoluendo tenebitur ad intereſſe, *l.* 1. Si mulier ventris nomine in poſſeſſionem miſſa ſit,

Pro complemento adde quod venter non reuocat donationem à patre factam, donec naſcatur, nec ei reſtituuntur fructus, niſi à die natiuitatis, Tiraquellus *l. ſi vnquam, verb. ſuſceperit liberos. n.* 144. & 145.

CAPVT III.

Si remaneant duo ventres, quod ambo ſint mittendi in poſſeſſionem, & an hodie ſtante lege Euangelica poſſint relinqui duo ventres legitimi eiuſdem viri cum lege diuina ſit prohibitum duas ſimul habere vxores, Matthæi 19.

SVMMARIVM.

1 *Ventres duo ſi fuerint, ambo debent mitti in poſſeſſionem bonorum patris.*

2 *Repudium non admittitur lege Euangelica, quâ prohibetur dimittere vxorem, & aliam ducere.*

3 *Ventres duo, qualiter hodie poſſint admitti ad ſucceſſionem patris.*

4 *Fily ex matrimonio putatiuo patri ignoranti ſolum ſuccedunt ſecundum Accurſum, ſed reprobatur eius opinio.*

5 *Filius non poteſt eſſe pro parte legitimus, & pro parte illegitimus.*

6 *Filius ex matrimonio putatiuo ſuccedit in maioratu.*

7 *Fily ex matrimonio putatiuo, quoad omnia iuris miniſteria legitimi reputantur.*

8 *Filius ex matrimonio putatiuo, excludit alios filios legitimos veri matrimony.*

9 *Limita ſi matrimonium contrahatur clandeſtine.*

10 *Contrahens clandeſtine præſumitur habere ſcientiam impedimenti.*

11 *Pater habens malam fidem, non ſuccedit filiis ſecundum aliquos, ſed aly contra n.* 24.

Vbi diſtinguendo conciliantur opiniones.

12 *Dolus ſuus nemini debet patrocinari.*

13 *Ex delicto impium, quem ſibi lucrum afferre leges non permittunt.*

14 *Quæ contra fas geſta ſunt fructum caliditatis obtinere non poſſunt.*

15 *Malitia ſua nulli debet eſſe lucroſa, nec aliis ſimplicitas damnoſa.*

16 *Effectus contractus ſolent claudicare, licet contractus, ſic intelligi debeat, vt effectus ſequatur vniformis, non difformis: intellige, ſi par ſit conditio perſonarum, & eadem vigeat ratio.*

17 *Inæqualitas toleratur in contractibus propter diuerſam rationem.*

18 *Contra legum præcepta, nihil ex matrimonio conſequi poteſt.*

19 *Succeſſio debet eſſe reciproca filiorum & parentum.*

20 *Malitia nulli prodeſt ad actionem, neque ad retentionem.*

21 *Præmium, & pœnam, non debet*

bet quis ex eodem facto conſequi.

22 *Pœna immunitatem tribuere non debet.*

23 *Priuatus ab officiis non intelligitur de damnoſis.*

24 *Quod lex non dicit, non eſt nouis inuentionibus inducendum.*

25 *Pater qui mala fide contraxit admittitur ad ſucceſſionem filij ſecundum plures: contrarium tamen tenet Thomas Sanchez.*

26 *Parentes, ſi ambo bona fide, contraxerint in facie Eccleſiæ ignorantes impedimentum ſuccedunt filiis.*

27 *Expenditur* lex 4. C. de inceſt. nupt. & l. miles 11. §. mulier ad leg. Iuliam de adulter.

1 Sed ſi duo ventres fuerint, ambo in poſſeſſionem mitti debent *argum. l. communi* 7. §. *ſed etſi, de vſufructu, verſic. ergo, & ſi duo ventres, ff. commun. diuid.* & licet gloſſa ibi, exemplificet dato repudio primę vxoris, cum hodie lege Euangelica repudium non admittatur, vt habe-
2 tur *Mach.* 19. *à num.* 2. *vſque ad numerum* 10. *& cap. ab exordio, verſic. poſtquam autem Chriſtus venit* 35. *diſtinct.* non poterunt admitti duo ventres ad poſſeſſionem bonorum, niſi
3 in caſu, *c. ex tenore qui filij ſint legitimi, & l.* 3. *tit.* 3. *p.* 4. nempe, quando coniugatus, viuenti prima vxore in facie Eccleſiæ, cum ſecunda contraxerit ignorante de primo coniugio; nam cum eo caſu, legitima ſit proles ſecundæ, per *dict. capit.* ex tenore poſt eſſe, quod remaneant duo ventres, ex prima vxore, & ſecunda putatiua, quia vtraque prægnans ſit, & ambo vteri admittentur, cum & prolis ſecundæ vxoris ſuccedat parentibus, *cap. cum inter, cap. peruenit qui filij ſint legitimi, & lex* 3. *titul.* 3. *& lex* 1. *tit.* 3. *part.* 4. licet gloſſa *in l. qui contra verbo, errore acerrimo, in fine, Cod. de in-* 4
ceſtis nuptiis, teneat filios ſolum parenti ignoranti ſuccedere, cuius reſpectu legitimi iudicantur: ſed eam gloſſam improbat Coſta *capit. ſi pater* 1. *part. verbo, vxorem, num.* 4. *de teſtament. libr.* 6. ſequitur Ceruantes 5
l. 6. *Tauri, num.* 14. *&* 15. ne dicatur, quod filius eſt pro parte illegitimus, & pro parte legitimus contra regulam, *l. duobus* 30. *iuncta gloſſa verbo libertatem, de liberali cauſa*, & tradit Molin. *lib.* 3. *de primog. cap.* 1. *num.* 14.

Et ſuccedet etiam in maioratu fi- 6
lius ſecundæ vxoris putatiuè, Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 12. & tenet Molin. *de iuſtitia & iure, diſputat.* 75. *verſ. vtrum autem natos*, Couarr. *in* 4. 2. *par. cap.* 8. §. 2. *num.* 16. *&* 17. Decius & Ripa, *locis relatis* à Burgos de Paz *conſil.* 26. *num.* 27. Matienço *in rubric. titul.* 1. *gloſſ.* 1. *num.* 116. *lib.* 5. *recopilation.* Vbi quod ad omnia iuris miſteria legitimi cenſentur, Mieres *de maiorat.* 3. *part.* 7
quæſt. 15. *num.* 22. Et ibi, quod tales filij, nati in figura matrimonij ſuccederunt in maioratu, non ſolum in poſſeſſione, ſed etiam in proprietate.

Sed & filius ex matrimonio puta- 8
tiuo excludit alios filios, ex legitimo matrimonio procreatos, vt tradit alios referens, Dominus Don Iuan del Caſtillo, *libro ſecundo controuerſiarum cap.* 11. *num.* 9. & quod ſuccedant tales filij, tradit Riccius *deciſ.* 77. *num.* 2. vbi de lite, & cauſa, Comitis *de Punoenroſtro*, & *deciſ.* 95.

Perez de Lara de vita Hom. E *&*

Digitized by Google

quaſi ſoluta priore vinculo, legitimis nuptiis ſecundis iuncta eſt, quod veriſimile eſt deceptam eam fuiſſe, nihil vindicta dignum videri poteſt.

Et quod dicit legitimis nuptiis, intelligas ſolum opinione, quia mulier à lege primi viri ſoluta non eſt, imò ad eum reuerti debet, ſed & ea opinio ſi iuſtiſſimus adſit error, proderit non ſolum, vt ipſa non iudicetur adultera, vt in eo textu; ſed & vt proles legitima reputetur propter vtriuſque coniugis ignorantiam, ex *d.c.ex tenore*, & aliis *ſuprà* dictis.

CAPVT IV.

Quod ventri poteſt legari, & donari, & quod ei debeatur relictum filio, qui viuat tempore mortis teſtatoris, & de aliis multis, quorum naſciturus capax eſt, & de relinquendo ei in tempus, quo poßit capere, & de factis tempore inhabili, ſi effectus conferantur in tempus habile, quando valeant.

SVMMARIVM.

1 *Ventri poteſt legari.*

2 *Nomen filiarum ſui natura poſthumam cōprehendit, & ita ventrem.*

3 *Declaratur* l. qui filiabus 17. §. 1. ff. de legat. 1.

4 *Pater in datione tutelæ exercet officium paternum, ſed in legando filiis affectionem.*

5 *Legatum pro dote eſt pium maxime ſi relinquatur pauperi.*

6 *Legatum filiis relictum debetur ei, qui tempore teſtamenti erat in vtero, ſiue naſcatur viuo teſtatore, ſiue ſi eo mortuo.*

7 *Obtenta facultate ad faciendum maioratum in vno ex filiis, poteſt fieri in exiſtente in vtero.*

8 *Legatum relictum nepoti, qui viuat tempore mortis teſtatoris, debetur exiſtenti in vtero.*

9 *Legata quorum dies ceſſit viuo legatario, quæ tranſeunt ad hæredes, tranſeunt ad exiſtentes in vtero.*

10 *Intelligitur textus* in §. poſthumo quoque inſtituta de legat.

11 *Licet poſthumo alieno inutiliter anteà legabatur, tamen ſeruato Galli conſilio fieri poterat.*

12 *Gallus Aquilius nihil noui induxit, ſed ſolum declarauit, quomodo ſecundum ius fieret inſtitutio: non tamen fuit inutile conſilium, imò continet optimam regulam inſtituendi incapacem in tempus, quo capere poſſit.*

13 *Agitur de regula,* l. in tempus, ff. de hæredibus inſtituendis.

14 *Spurius poteſt inſtitui à patre in tempus legitimationis.*

15 *Paria ſunt aliquid facere tempore habili, vel inhabili ſi effectus conferatur in tempus habile.*

16 *Alienatio, ſeu venditio rei feudalis ſub conditione, ſi dominus conſentiat valet.*

17 *Litigantes ſuper beneficio poſſunt paciſci conſtituendo penſionem ſub conditione, ſi Papa diſpenſauerit.*

18 Quæ

18 *Quæ pendent à voluntate Principis, cenſentur impoſſibilia, ſi non ſit ſolitus concedere, tenetur tamen promittens poſtulare à Principe, etiamſi non ſoleat concedere.*

19 *Conſtitum collatum in tempus mortis cum clauſula ex tunc, prout ex nunc valet.*

20 *Beneficium poteſt conferri per Papam laico in tempus quo tonſuretur.*

21 *Bona capta ab hoſtibus poſſunt donari in tempus, quo recuperentur, & poſſunt infeudari, etiamſi ſint Regiæ coronæ.*

22 *Quæ capiuntur in conflictu belli, ſunt capientium.*

23 *Si bona vaſſalli recuperentur à Principe, ſunt domino reſtituenda, non ſolutis expenſis, niſi culpa vaſſalli eſſent capta ab hoſtibus.*

24 *Si bona capta recuperentur ab alio, quam à Rege, non tenetur reſtituere, niſi ſolutis expenſis, & bona poſſunt retineri.*

25 *Ei qui negotium vtiliter geſſit, ſunt ſoluenda expenſæ.*

26 *Bona amicorum capta prædia ab hoſtibus, ſi recuperẽtur per milites, inſequentes debent reſtitui dominis.*

27 *Secus ſi ſint recuperata poſtquam fuerint redacta in hoſtium præſidia, vel in loco hoſtibus ſecuro portu, vel armata abſque ſpe recuperandi ea ab eis quibus fuerint ablata.*

28 *In reputatis inimicis eſt, ius poſtliminij in captis ab eis.*

29 *Latrunculi non acquirunt dominium, & bona ab eis capta ſunt, reſtituenda vero domino ſine pretio.*

30 *Epiſcopi Titulares Diœceſum, quas Mauri occuparunt, ſeu hæretici, ſi Prouinciæ recuperentur à Chriſtianis gaudebunt illis, quia prouidentur in tempus, quo Diœceſes recuperentur, & habent ea, quæ ſunt ordinis, & dignitatis, & vocem in Concilio.*

31 *Sponſalia inter conſanguineos, ſuſtinentur ſub conditione, ſi Papa diſpenſauerit.*

32 *Habens facultatem inſtituendi maioratum, poteſt vti ea in fauorem filij ſpurij ſub conditione, ſi capax fuerit, & legitimetur.*

33 *Maioratus poteſt relinqui ſub conditione contrahendi cum conſanguinea, ſi Papa diſpenſauerit.*

34 *Regula, quod paria ſunt facere tempore habili, vel inhabili ſi effectus conferatur, in tempus habile limitatur, quando lex reſiſtit initio.*

35 *Minor non poteſt manumittere in tempus, quo ſit maior.*

36 *Mulier non poteſt contrahere conferendo effectum in tempus ſoluti matrimonij.*

37 *Vinculum contractus debet eſſe ab initio tempore contractus.*

38 *Mulier ſi poſt ſolutum matrimonium ratificauit actum valebit ex tempore ratificationis non retro.*

39 *Secus in contractu conditionali valido, quia retrotrahitur.*

40 *Limita ſi conditio fuerit poteſtatiua, & ponuntur exempla.*

41 *Qui ſtipulatus eſt ſub conditione ea pendente dicitur creditor.*

42 *Maioratus poteſt ventri relinqui.*

43 *Venter poteſt legitimari.*

44 *Ventri cõpetit reſtitutio in integrũ.*

45 *Ventri cõpetit actio negotior. geſtor. non autem priuilegiũ prælationis.*

46 *Ventri datur ius retrahendi rem patrimonij.*

47 *Ventri poteſt donari, & datur curator, qui nomine ventris acceptet.*

Digitized by Google

& 18. 2. *part.& deciſ.*224.*&* 251.
3. *part.* vbi limitat, vt procedat ſi
matrimonium non contrahatur clan-
deſtinè, Ioannes Gutierr. *de matrim.*
*cap.*71. *num.*2. *poſt medium*, Gregor.
*l.*3. *tit.*3.*part.*4. Matienço *vbi ſupra*
*num.*115. Thomas Sanchez *lib.*3. *de*
*matrim. diſput.*42. *num.* 2. & conſtat
ex *dict. cap. ex tenore*, ibi: *Intelligen-*
tes, quod pater prædicti R. matrem il-
lius in facie Eccleſiæ duxerit in vxo-
rem, quem textum ad hoc expendit
Cerbantes *l.*6. *Tauri*, *n.* 20. *&* 21.
Et ratio eſt, quia contrahens clande-
10 ſtine præſumitur habere ſcientiam
impedimenti, Gloſſ. *verbo errore*, *l.*
qui contra, C. de inceſt. nuptiis, Burg.
de Paz *conſ.*20. *num.*29. Roias *de ſuc-*
*ceſſionibus, cap.*2. *num.*11. *& cap.*30.
n. 38. vbi quod pater habens malam
11 fidem non ſuccedet filio, quod etiam
tenent Acoſta, *cap. ſi pater*, 1. *part.*
verbo vxorem, *n.* 21. *de teſtam. lib.*6.
Barboſ. *l. ſi cum dotem* 23. §. *final.*
num. 11. *ſoluto matrimonio*, Thomas
Sanchez *de matrimonio*, *lib.*8. *diſpu-*
*tat.*34. *num.*46. quia parens reſpectu
illius prolis ſpurius reputatur, vt ex
Bartol. tenet Tellus Fernandez, *l.* 6.
Tauri, *n.*7. Ne pater ex dolo, & ma-
12 litia ſua commodum reportet, cum
dolus nemini debeat patrocinari, *l.*
fin. in fine, *Cod. de rebus credit.* ibi:
Ne cui ex delicto in proprium ſibi lu-
13 *crum afferre noſtris legibus concedatur,*
*l.*3. *C. de repudiis*, ibi: *Vt quæ contra*
14 *fas geſta ſunt fructum calliditatis obti-*
nere non poſſint, *l.*2. *C. de vxoribus mi-*
litum, *l.*1. *de dolo*, ibi: *ne vel illis ma-*
litia ſua, ſit lucroſa, vel iſtis ſimplici-
15 *tas damnoſa*, l. *verum*, §. *tempus*, *ff.*
pro ſocio, cum aliis, & ob eam ratio-
nem ſi quis viuente vxore, contrahit
cum ſecunda inſcia prioris matrimo-
nij prima mortua, ad ſui petitionem
non ſeparatur à ſecunda inuita ea, *c.* 1.
de eo qui duxit in matrim. quam pollu.
per adult. ibi: *Nec dignum eſt, vt præ-*
dictus vir qui ſcienter contra Canones
venerat, lucrum de ſuo dolo reportet,
nec eſt, nonum effectum contractus
claudicare, in toto, vel in parte.

Nam licèt contractus, ſic intelli-
gi debeat, vt effectus ſequatur vni- 16
formis, non difformis, vt dicit Man-
tica *de tacit.& ambiguit.conuent.lib.*2.
*tit.*4. *num.* 84. *per l. Paulo Calimaco*,
§.1. *de legat.*3. Bartol. *l. fideicommiſ-*
ſa, §. *ſi quis ita*, *eodem titul.* Aymon
*conſ.*465. *num.*8. id tamen debet in-
telligi, quando eſt par conditio per-
ſonarum, & eadem viget ratio, Bal-
dus *cap. quæ in Eccleſiarum num.* 22.
de conſtitut. quia propter diuerſam
rationem inæqualitas tolleratur, tra-
dit Mantica *vbi ſupra*, *n.*86. *& ſequen-*
tibus, vbi exemplificat in contrahen- 17
te cum pupillo, *l. Iulianus* 14. §. *ſi*
quis à pupillo, de actionibus empti, &
in caſu *l. exempto in principio eodem*
tit. & l. ſi profundo, *C. de tranſactio-*
nibus, & aliis caſibus per Manticam
ibi relatis, & cum ſit diſpar ratio in-
ter hos contrahentes, quippe, cum
pater mala fide, dolo, & delicto contra
xerit, vxor autem inſcia fuerit, non
mirum ſi ei, & filiis bona fides proſit,
doloſo autem, & delinquenti patri
ſecus, contrahens enim nuptias con-
tra legum præcepta, nihil ex matri-
monio conſequi poteſt, *l. qui contra* 18
de inceſt. nupt.

Nec obſtat, quod ſucceſſio debeat 19
eſſe reciproca filiorum, vt *in auth.*
de hæredibus, & falc. ibi: *Filiis, &*
nepotibus, & patribus, atque matri-
bus, *l.* 8. *tit.* 13. *part.* 6. *verſ. è otroſi*
dezimos, tradit Couarr. *in* 4. 2. *part.*
*cap.*8.

cap.8. §. 5.num.17. Anton. Gomez.
l.9. Tauri, n.45. vbi Tellus Fernan-
dez n.24. Matienç. l.6.gloſſa 8.n.11.
& l.8. gloſſa 1. num.30. tit.3. lib. 5.
Recopilat. quia intelligi debent data
capacitate perſonarum, at in caſu
cap. ex tenore ob delictum, non debet
pater lucrum capere contra iuris re-
gulam, quæ generaliter procedit in
20 omni materia; nam malitia nulli pro-
deſt ad actionem, nec retentionem,
vt inquit Donellus lib. 14. cap. 25.
verſic. hæc dico de eo genere,& cum ex
facto ſuo ille, qui ſcienter prohibitè
contraxit puniendus ſit abſurdum eſt,
quidquam commodi ex eo conſequi,
vt dicit l. ſiue hæreditaria 23.de negot.
geſtis, vbi gloſſa finalis & magiſtra
21 ad hoc, quod præmium, & pœnam
non debet quis ex eodem facto con-
ſequi, l. ita demum 36.de recept. ar-
bitr. ibi: Ne quis doli ſui præmium fe-
rat, & pro hoc textu in l. Papi-
nianus 21. de minor. vbi gloſſa in po-
ſitione caſus, verſ. alia ratio eſt, &
Barboſ. l. ſi ab hoſtibus, §. final. n. 5.
ſolut. matrim. & eſt textus in l. rele-
gatorum, in fine, de interdictis, & rele-
22 gatis, ibi: Nec enim immunitatem pœ-
na tribuere debet, & ita priuatus ab
23 officiis non intelligitur de officiis ſi-
bi damnoſis, quare ab eis non pote-
rit ſe excuſare, Franciſcus de Clape-
ris in ſua centuria cauſa 3. quæſt. 2.
num. 14. & dixit lib. 2. de Capellan.
cap.8. num.15.

Et tandem pondero, quod textus
in dict. cap. ex tenore, ſic ait: In fa-
uorem prolis declinauimus memoratum,
R. legitimum reputantes, non autem
diſpoſuit in fauorem patris, & lex
non videtur velle, quod non diſpo-
nit, l. ſi ſeruus 70. §. prætor, ait, verſ.
non dixit prætor, de acquir. hæred. cap.
ad audientiam de decimis, l. ſi vero, §.
de viro ſoluto matrimonio, & quod lex
non dicit, non eſt nouis inuentioni-
bus inducendum, Burſatus conſ. 164. 24
num.8. & conſ.183.num.15. & quod
exprimendum eſt,non ſufficit. Si col-
ligatur per quaſcumque conſequen-
tias neceſſarias, l. hæreditas 65. l. ex
facto 19. de hæredibus inſtituendis,
atque ita, quod non admittatur pa- 25
ter, tenet Ceruant. l.6. Taur. n. 16.
dicens in hunc ſenſum limitari d.l.6.
Roias autem de ſucceſſionibus, cap.30.
num.38. & Velaſq. de Auendañ. l.6.
Tauri gloſſ.1. Gutierr.lib.3. practicar.
q.74. & Ceuallos communium contra
commun. 697. à num.16. tenent con-
trarium,& quod admittatur, qui ma-
la fide contraxit ad filij ſucceſſionem,
quod dicit eſſe probabile, Thomas
Sanchez lib. 8. diſp.34. n. 46. Licet
ipſe contrarium teneat, & reſpondit
ad rationem contrariæ opinionis.

Quando autem ambo parentes 26
contraxerunt bona fide in facie Ec-
cleſiæ, puta ignorantes ſe eſſe in
gradu prohibito ad contrahendum,&
poſtea apparuerit,vel i per probatio-
nes coram iudice Eccleſię conſtiterit,
quod primus coniux mortuus fuerit;
alter autem de licentia ſuperioris ſe-
cundo contraxerit, & poſtea primus
appareat viuus, cum ambo fuerint
in bona fide, vterque filiis ſuccedet,
Ioann. Gutierr. de matrim. cap. 70.
num.2. l.4.C.de inceſt. nupt. ibi: Ex- 27
ceptis tam fœminis, quàm viris, qui
aut errore acerrimo non affectato, inſi-
mulatove, nec ex vili cauſa decepti
ſunt.

Pro quo facit l. miles 11. §. mu-
lier ad l. Iuliam de adult. ibi: Nam ſi
longo tempore tranſacto, ſine vllius ſtu-
pri probatione falſis rumoribus inducta,

quaſi ſoluta priore vinculo, legitimis nuptiis ſecundis iuncta eſt, quod veriſimile eſt deceptam eam fuiſſe, nihil vindicta dignum videri poteſt.

Et quod dicit legitimis nuptiis, intelligas ſolum opinione, quia mulier à lege primi viri ſoluta non eſt, imò ad eum reuerti debet, ſed & ea opinio ſi iuſtiſſimus adſit error, proderit non ſolum, vt ipſa non iudicetur adultera, vt in eo textu; ſed & vt proles legitima reputetur propter vtriuſque coniugis ignorantiam, ex *d.c.ex tenore*, & aliis *ſuprà* dictis.

CAPVT IV.

Quod ventri poteſt legari, & donari, & quod ei debeatur relictum filio, qui viuat tempore mortis teſtatoris, & de aliis multis, quorum naſciturus capax eſt, & de relinquendo ei in tempus, quo poſſit capere, & de factis tempore inhabili, ſi effectus conferantur in tempus habile, quando valeant.

SVMMARIVM.

1 *Ventri poteſt legari.*

2 *Nomen filiarum ſui natura poſthumam cōprehendit, & ita ventrem.*

3 *Declaratur* l. qui filiabus 17. §. 1. ff. de legat. 1.

4 *Pater in datione tutelæ exercet officium paternum, ſed in legando filiis affectionem.*

5 *Legatum pro dote eſt pium maximè ſi relinquatur pauperi.*

6 *Legatum filiis relictum debetur ei, qui tempore teſtamenti erat in vtero, ſiue naſcatur viuo teſtatore, ſiue ſi eo mortuo.*

7 *Obtenta facultate ad faciendum maioratum in vno ex filiis, poteſt fieri in exiſtente in vtero.*

8 *Legatum relictum nepoti, qui viuat tempore mortis teſtatoris, debetur exiſtenti in vtero.*

9 *Legata quorum dies ceſſit viuo legatario, quæ tranſeunt ad hæredes, tranſeunt ad exiſtentes in vtero.*

10 *Intelligitur textus* in §. poſthumo quoque inſtituta de legat.

11 *Licet poſthumo alieno inutiliter anteà legabatur, tamen ſeruato Galli conſilio fieri poterat.*

12 *Gallus Aquilius nihil noui induxit, ſed ſolum declarauit, quomodo ſecundum ius fieret inſtitutio: non tamen fuit inutile conſilium, imò continet optimam regulam inſtituendi incapacem in tempus, quo capere poſſit.*

13 *Agitur de regula*, l. in tempus, ff. de hæredibus inſtituendis.

14 *Spurius poteſt inſtitui à patre in tempus legitimationis.*

15 *Paria ſunt aliquid facere tempore habili, vel inhabili ſi effectus conferatur in tempus habile.*

16 *Alienatio, ſeu venditio rei feudalis ſub conditione, ſi dominus conſentiat valet.*

17 *Litigantes ſuper beneficio poſſunt paciſci conſtituendo penſionem ſub conditione, ſi Papa diſpenſauerit.*

18 *Quæ*

18 *Quæ pendent à voluntate Principis, cenſentur impoſſibilia, ſi non ſit ſolitus concedere, tenetur tamen promittens poſtulare à Principe, etiamſi non ſoleat concedere.*

19 *Conſtitum collatum in tempus mortis cum clauſula ex tunc, prout ex nunc valet.*

20 *Beneficium poteſt conferri per Papam laico in tempus quo tonſuretur.*

21 *Bona capta ab hoſtibus poſſunt donari in tempus, quo recuperentur, & poſſunt infeudari, etiamſi ſint Regiæ coronæ.*

22 *Quæ capiuntur in conflictu belli, ſunt capientium.*

23 *Si bona vaſſalli recuperentur à Principe, ſunt domino reſtituenda, non ſolutis expenſis, niſi culpa vaſſalli eſſent capta ab hoſtibus.*

24 *Si bona capta recuperentur ab alio, quam à Rege, non tenetur reſtituere, niſi ſolutis expenſis, & bona poſſunt retineri.*

25 *Ei qui negotium vtiliter geſſit, ſunt ſoluenda expenſæ.*

26 *Bona amicorum capta prædia ab hoſtibus, ſi recuperētur per milites, inſequentes debent reſtitui dominis.*

27 *Secus ſi ſint recuperata poſtquam fuerint redacta in hoſtium præſidia, vel in loco hoſtibus ſecuro portu, vel armata abſque ſpe recuperandi ea ab eis quibus fuerint ablata.*

28 *In reputatis inimicis eſt, ius poſtliminij in captis ab eis.*

29 *Latrunculi non acquirunt dominium, & bona ab eis capta ſunt, reſtituenda vero domino ſine pretio.*

30 *Epiſcopi Titulares Diœceſum, quas Mauri occuparunt, ſeu hæretici, ſi Prouinciæ recuperentur à Chriſtianis gaudebunt illis, quia prouidentur in tempus, quo Diœceſes recuperentur, & habent ea, quæ ſunt ordinis, & dignitatis, & vocem in Concilio.*

31 *Sponſalia inter conſanguineos, ſuſtinentur ſub conditione, ſi Papa diſpenſauerit.*

32 *Habens facultatem inſtituendi maioratum, poteſt vti ea in fauorem filij ſpurij ſub conditione, ſi capax fuerit, & legitimetur.*

33 *Maioratus poteſt relinqui ſub conditione contrahendi cum conſanguinea, ſi Papa diſpenſauerit.*

34 *Regula, quod paria ſunt facere tempore habili, vel inhabili ſi effectus conferatur, in tempus habile limitatur, quando lex reſiſtit initio.*

35 *Minor non poteſt manumittere in tempus, quo ſit maior.*

36 *Mulier non poteſt contrahere conferendo effectum in tempus ſoluti matrimonij.*

37 *Vinculum contractus debet eſſe ab initio tempore contractus.*

38 *Mulier ſi poſt ſolutum matrimonium ratificauit actum valebit ex tempore ratificationis non retro.*

39 *Secus in contractu conditionali valido, quia retrotrahitur.*

40 *Limita ſi conditio fuerit poteſtatiua, & ponuntur exempla.*

41 *Qui ſtipulatus eſt ſub conditione ea pendente dicitur creditor.*

42 *Maioratus poteſt ventri relinqui.*

43 *Venter poteſt legitimari.*

44 *Ventri cōpetit reſtitutio in integrū.*

45 *Ventri cōpetit actio negotior. geſtor. non autem priuilegiū prælationis.*

46 *Ventri datur ius retrahendi rem patrimonij.*

47 *Ventri poteſt donari, & datur curator, qui nomine ventris acceptet.*

48 *Stipulatione acquiritur ventri.*

49 *Hodie lege Regia ex donatione facta abſenti obligatur, quis abſque acceptatione.*

50 *Si pater ſtipulatus fuerit operas, pro ſe & filiis comprehenditur exiſtens in vtero.*

51 *Qui prægnantem vxorem reliquit non videtur ſine liberis deceſſiſſe.*

52 *Legatum alicui relictum quandocumque liberos habuerit, ſi decedat vxore prægnante conditio cenſetur impleta.*

53 *Mortuo Rege, Regina prægnante relicta debet præſtari homagium Regi exiſtenti in vtero, ac ſi natus fuiſſet.*

54 *Idem in nepote ex filio primogenito, quia præferri debet patruo.*

55 *Priuilegium, quod datur pupillo in bonis gerendis eius negotia, non datur ventri in bonis curatoris antea quam editus ſit.*

56 *Ventri etiam currit præſcriptio, in quo eſt deterioris conditionis, quam pupillus cui non currit per tempus pupillaris ætatis.*

57 *Non eſt pupillus, qui in vtero eſt.*

58 *Venter non reuocat donationem à patre factam, donec naſcatur, nec rumpit teſtamentum, nec admittitur ad partem hæreditatis.*

59 *Plura ſunt, quæ ventri non conceduntur, ſed omnia reſeruantur illibata in tempus naſcendi.*

60 *Iura ſuitatis reſeruantur in tempus naſcendi, & natus poſt mortem patris eſt ſuus, licet non fuerit in eius poteſtate.*

61 *Reſeruationis natura eſt, vt conſeruet integrum ius, non tamen, vt per eum quæratur ius de nouo.*

62 *Reſeruatio nihil operatur, ſi non inuenit aliquid reſeruabile.*

63 *Reſeruatio conſeruat regulam excluſiuam reſpectu eorum, quæ non ſunt expreſſa.*

64 *Reſeruatio ſolum fit eorum, quæ iuri competunt.*

65 *Reſeruatio dat caſum Curiæ, intellige data capacitate iudicis.*

66 *Lex reſeruat ventri iura ei competentia conditionaliter.*

67 *Nec ſufficiet exiſtentes in vtero naſci, niſi viui naſcantur, & concurrant alia requiſita.*

VEntri poteſt legari, & ſic in legato filiabus relicto venter continetur, & poſthumæ debetur, *l. qui quartam* 15. §. *ſi quis*, *l. qui filiabus* 17. §. 1. *delegat.* 1. quia nomen filiarum, ſui naturam poſthumam comprehendit, & ita ventrem, *l. nomen filiarum de verbor. ſignificat.* & ſi quæras, quare *in d. l. qui filiabus* requiſita fuit nominatio poſthumæ in aliqua parte teſtamenti, vt comprehenderetur in legato filiabus relicto, dic rationem eſſe, ne poſthuma nata videretur, per obliuionem omiſſa, & ſic rumperet teſtamentum, vt *in* §. *poſthumus inſtituta de exhæredatione liber.* vel, vt ait Dominus Antonius Pichard. collega meus in hoc pinciano prætorio, *in* §. *ſi quis inſtituta, qui teſtam. tutor. dari poſſ.* quod licèt nomen filiorum diſpoſitione legis propriæ in poſthumum cadat, vt *in d. l. nomen filiarum*, tamen in diſpoſitione hominis, non ita eſt indubitabile, atque ita requiri aliquam voluntatis coniecturam, vt comprehendatur in diſpoſitione teſtatoris, ſicque ſumpſiſſe iureconſultum coniecturam voluntatis, *in d. l. qui filiabus*, ex mentione facta poſthumæ in aliqua parte teſtamenti, quæ eſt maxima

ma coniectura vocationis, Ludouiſ. *deciſ.* 329. *num.* 4. & conducit *l. ſi teſtamentum, C. de inſtit. & ſubſtit. ſub cond. factis*, ibi: *Sin autem conditiones quaſdam in quauis parte teſtamenti poſuit, videri ab initio conditionalem eſſe, & inſtitutionem.* Sed Franciſc. Ferrer. in conſtitut. Catalauniæ, *los impuberes, gloſſ.* 5. *num.* 67. poſtquam præcedentibus numeris *à n.* 64. dixerit,
4 quod in datione tutelæ, pater exercet officium paternum, ſed in legando oſtendit affectionem, ait, *d. n.* 67. quod cum pater ſciret vxorem eſſe prægnantem, & fecerit poſthumæ mentionem, videtur adæquaſſe affectionem eius, & naturam, & ſic videri de ea ſenſiſſe: poteſt itaque legari ventri.

5 Et ita Guillelmus Benedictus *cap. Raynuntius, verbo, & ſobolem,* quam geſtabat in vtero, *num.* 4. referens Baldum *in repetit. l.* 1. *Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* dicentem legatum relictum pro dote puellæ nondum natæ eſſe pium, quia in eo verſatur pietas, ſaltim aptitudine quamuis, non effectu, vel executione, licet dicat id procedere, ſi puella naſcitura ſit, pauper verius videtur eſſe legatum pium, ſiue ſit pauper legataria, ſiue non, quia dotis cauſa eſt pia, *l. cum his qui Pamphilum.* §. *ſine ea opinone, de condit. indebiti*, ibi: *Si in ea opinione ſit mulier, vt credat ſe pro dote obligatam, quidquid dotis nomine dederit non repetit, ſublata enim falſa opinione relinquitur pietatis cauſa, ex qua ſolutum repeti non poterit*, & hoc ſiue relinquatur pauperi, ſiue diuiti, vt dixi, *lib.* 1. *de anniuerſ. cap.* 21. *n.* 10. Ioan. Boër. *deciſ.* 94. *n.* 1.

6 Sed & legatum filiis relictum debetur ei, qui tempore teſtamenti erat in vtero, Bartol. *l. ſi cognatis de rebus dubiis, & l. cum ita,* §. *de legat.* 2. Benedict. *in repet. cap. raynutius verbo, & ſoboles, num.* 37. licet contrarium ſentiat, Aret. *in ſubſcriptione ad conſilium* 152. Bart. Socin. *verſ. ſed tamen, his non obſtantibus, volum.* 1. & licet ab eo videatur, diſſentire, Mier. 1. *part. de maiorat. q.* 15. *n.* 30. *&* 2. *editione, n.* 121. *&* 122. tenens poſſe fieri in exiſtentibus in vtero, 7
& non conceptis virtute licentiæ, ad faciendum maioratum in vno ex filiis tamen in legato videtur, ſequi Aretini ſententiam, verius eſt, etiam in legato ventrem admittẽdum eum, & filius intelligatur, tempus enim conceptionis, expectandum pleriſque placuit, & ſufficere eſſe conceptos tempore teſtamenti, vt veniant appellatione filiorum, ſentit Tiraq. *de retract.* §. 1. *gloſ.* 1. *n.* 85.

Et quod magis eſt, quod ſi teſta- 8
tor legauerit cuilibet nepoti, qui tempore mortis viuat centum admittetur ad legatum, qui eſt in vtero ex Dino tradit Alciat. *l. intelligendus* 153. *n.* 2. *de verb. ſignif.* ſequitur Paul. Montan. *de tutel. c.* 3. *n.* 30.

Et ſolum poteſt ventri legari, ſed 9
& quemadmodum legata quorum diſceſſit viuo legatario tranſeunt ad hæredes, *l. quæ legata* 18. *de reg. iur. l. poſt diem* 5. *quand. dies leg. cedat.* eodẽ modo tranſeunt in exiſtentes in vtero, *l. ſi in perſona* 21. *Cod. de fideicom.* Anton. Gomez. 1. *tom. var. c.* 5. *num.* 9. & licet iure antiquo poſthumo alieno, qui ſi naſceretur tempore teſtamenti, non erat futurus ſuus hæres teſtatori, nihil poterat relinqui, *l. Gallus,* §. *ille caſus de liber. & poſthum.* §. *poſthumo quoque inſtit. de leg. poſthum. quoque. Alieno inutiliter* 10
antea

Digitized by Google

*antea legabatur, eſt autem alienus poſt-
bum. qui natus inter ſuos hæredes te-
ſtatoris futurus non eſt*, quem textum,
non intelligas, vt dicat, quod poſthu-
mus alienus naſcitur inter ſuos, ſed
lege ponendo comam poſt verbum
natus, vt adeſt in præſenti pagina, vt
ſic ſeparatim legantur poſteriora ver-
ba, vno ſpiritu vſque in finem, & ſit
ſenſus, quod ille naſcitur poſthumus
alienus, qui natus non eſt futurus
hæres teſtatoris, quia non naſcitur
inter ſuos, & hic eſt melior ſenſus
quam dicere, quod pronomen ſuus
intelligitur reſpectu coniunctionis
ſanguinis, vt *in l. tale pactum*, §. *fin.
de pact.* ibi, *apud hæredem ſuum fra-
trem maneret*, *& l. peto* 71. §. *mater
de leg.* 2. vbi mater vocat filium ſuum,
& *l. qui in aliena* 6. §. *interdum, de
acquir. hæred.* ibi: *Patrem enim ſuum
ſine additione faciet hæredem, & qui-
dem neceſſarium*; nam ex eis iuribus
pronomen *ſuus*, non adiungitur no-
mini hæredis, ſed eſt adiectiuum no-
minis filij, & fratris, nec extrema
ſunt apta ad ſuitatem, cum fœminæ
non habeant filios in poteſtate, nec
filij ſint ſui hæredes, ſed extranei, vt
in §. *cæteri inſtitut. de hæred. & qua-
lit. & different.* & ita non poterat ibi
cadere in dubitationem, quia reſpe-
ctu matris non poterat filius vnquam
naſci inter ſuos hæredes, vt dicit
Guido Papæ, *deciſ.* 548. *num.* 1. vbi
de clauſula, qua mulier inſtituit ſuos,
& *in d.* §. *poſthumo quoque*, qui loqui-
tur reſpectu patris, dum dicit, quod
11 poſthumo alieno inutiliter antea le-
gabatur, tamen ſeruato Galli conſilio
poterat fieri, vt *in l. Gallus in princi-
pio, & in l. penult. de leg.* 1. ibi: *Et
obtinuit Galli ſententia alienos quoque
poſthumos legitimos nobis hæredes fieri.*

Non tamen intelligas, Gallum 12
Aquilium aliquid nouè induxiſſe cum
eius conſilium, etiam de iure anti-
quiori ſuſtineri poſſet, quia ſolum
declarauit, & explicuit modum, quo
poſthumus alienus poſſit iure inſti-
tui, vt placuit Salomonio, & Æmi-
lio Ferreto, *d. l. Gallus in princ.* nec
ex eo dicemus conſilium Galli eſſe
inutile, cum contineat optimam Re-
gulam vtilem ad noſtrum propoſi-
tum, & ad multa, & ea eſt, quod in-
capax poteſt inſtitui ſi conferatur in
tempus quo poſſit capere, iuxta tex-
tum *in l. in tempus* 62. *de hæred. in-* 13
ſtituend. l. filiam 17. *in fin. de auro, &
arg. leg.* vbi, vt valeat relictum in-
telligitur dilatum in tempus, quo fi-
lia ſui iuris eſſet, atque ita in noſtro
caſu, qui eſt in vtero.

Sic ſpurius qui hæres à patre in- 14
ſtitui nequit, poteſt inſtitui in tem-
pus legitimationis, Gualdenſ. *de art.
teſtand. tit. de his qui non habent te-
ſtam. faction. num.* 15. plures Roland.
conſ. 22. *lib.* 3. *num.* 19. Gregor. *l.* 10.
tit. 13. *p.* 6. *verb. la manda*, Roderic.
Suar. *allegat.* 27. *in fin.* Anton. Go-
mez. *l.* 9. *Taur. num.* 21. Peralta, *l. ſi
Titio, & ei n.* 3. *de legat.* 2. Iul. Clar.
recepta, §. *teſtamentum q.* 31. *verſ. pe-
nult.* & ante eos, Ludouic. Sard. *tract.
de natural. liber.* §. *de ventre*, *n.* 2. Pe-
regrin. *de iure fiſci lib.* 3. *c.* 18. *n.* 84.
Paria enim ſunt aliquid facere tem- 15
pore habili, vel inhabili ſi effectus
conferatur in tempus habile, Abb. *c.
de vxor. n.* 7. *de ſepult. l. quod ſponſæ, C.
de don. ante nupt.* optimè Valaſc. *con-
ſult.* 77. *num.* 4. ſic alienatio, ſeu
venditio rei feudalis ſub conditio-
ne, ſi dominus conſentiat, valet Ioan.
Gutierr. *c.* 22. *canonic. num.* 7. Sanch. 16
de matrimonio lib. 5. *diſput.* 5. *num.* 17.
ſic

ſic inter litigãtes ſuper beneficio poteſt paciſci conſtituendo penſionem, ſi Papa diſpenſauerit, qua conditio-
17 ne ſecluſa eſſet ſimoniacum, Thom. Sanch. *vbi ſup. & ibi n.* 12. quod poterit Epiſcopus emittere votum religionis ſub ea conditione, ſi Papa diſpenſauerit, & licet difficulter concedatur, vt *in cap. niſi cum pridem d. renunt.* & ea quæ pendent à voluntate principis cenſeantur impoſſibilia, maximè ſi non ſit ſolitus concedere, tenent omnes per text. ibi, *in l. idem Iulian. §. conſtat de leg.* 1. vbi Iaſ. *n.* 15. dicit communem opinionem, & addi-
18 tionem margi. *l.* 4. *§.* 1. *de fideicom. libert.* & optimè declarat Alu. Valaſc. *d. part. c.* 13. *n.* 62. *&* 63. non tamen excuſabitur promittẽs ſi à Principe non poſtulauerit, etiamſi difficulter concedatur, nec ſoleat concedi, Aymon Crauet. *conſ.* 64. *num.* 6. *& conſ.* 121. *n.* 10. Cephal, *conſ.* 304. *n.* 123. *lib.* 3. Dec. *conſ.* 37. *n.* 5. Mier. *de maior.* 4. *p. q.* 40. *n.* 11. Gam. *deciſ.* 32. *n.* 2.

19 Sic valet conſtitutum collatum in tempus mortis, cum clauſula ex tunc prout ex nunc, Tiraq. *de iure conſt.* 2. *lim. n.* 15. *&* 16. Guid. Pap. *deciſ.* 268. tradit Barb. *l. diuort.* 2. *p. n.* 12. *ſol. matr.* Phan. *de pignor.* 2. *p.* 2. *membr. n.* 4. Caualc. *deciſ.* 45. *in addit. n.* 9. *p.* 1. *& deciſ.* 42. *n.* 29. Laurent. Syluan. *conſil.* 97. *n.* 2. ſic, & beneficium poteſt
20 per Papam conferri, etiam laico in tempus, quo tonſuretur Flamin. Pariſ. *lib.* 4. *de reſignatione beneficiorum, q.* 2. *n.* 32. *&* 38. ſic donatio fa-
21 cta earum rerum, quæ ſunt apud hoſtes, & aliquando fuerunt propria valet in tempus quo recuperentur, Ruin. *conſ.* 25. *lib.* 2. Mieres *de maior.* 1. *p. q.* 2. *n.* 8. *&* 4. *part. q.* 1. *limit.* 3. *num.* 40. vbi quod etiamſi ſint Regiæ coronæ, poſſunt eo caſu infeudari, quod intelligas, ſi recuperentur à domino, nam cum fuit in dominio hoſtium, iam videtur priorem dominum illa amiſiſſe, quia quæ capiuntur in conflictu belli, fiunt capientium, *l.* 1. §. 1. *verſ. cum bello capta, de acquirend. poſſeſſ.* & ſi capian- 22
tur in diſcurſu territorij, iuxta diſt. traditam à Salicet. *l. ab hoſtibus, la* 2. *C. de captiu. & poſtlim. reuerſ.* Franch. *deciſ.* 262. *n.* 3. ſed tu dic, quod aut ipſe Princeps recuperat bona coronæ, & valet in feudatione ab eo antea facta, aut recuperat bona vaſſalli capta ab hoſtibus, & ſunt reſti- 23
tuenda domino, etiam non ſolutis Principi expenſis factis in recuperatione, *l. ſi captiuis* 20. *§. expulſis hoſtibus de captiu. & poſtlim.* Grammatic. *conſ. criminal.* 13. *n.* 46. & hoc quia Princeps tenetur defendere oppida, & terras vaſſallorum, ſi tamen culpa & negligentia notabili vaſſalli ab hoſtibus eſſent occupata, Princeps non tenetur reſtituere, poſt Ioann. Andr. tradit Abb. Panorm. *c. ad audientiam, n.* 15. *de præſcrip.* & eſt *l.* 31. *tit.* 18. *p.* 2. vbi Greg. *verb. por ſu culpa, col.* 1. *ad fin.* Barb. *l. diuort.* §. *interdum, n.* 9. *ſol. matr.* aut recuperantur ab alio, non Rege, & tunc non tenetur reſti- 24
tuere priori domino, niſi ſolutis impenſis factis argumento, *l. ſumptus, de rei vend. & l. ſed an vltro,* §. 1. *de negot. geſt.* nam cum vtiliter negotiũ domi- 25
ni geſſerit eripiendo opidum, ſeu terram è manibus hoſtium expenſæ in hoc factæ ſunt ſoluendæ, tradunt Bolog. Zaſſ. Iaſ. Vincent. quos refert, & ſequitur Barb. *dict.* §. *interdum, num.* 7. Menoch. *de recup. remed.* 11. *n.* 18. &
pro impenſis poteſt retineri caſtrum, 26
donec ſoluantur, *l. ſeruos de pignorat.*

ctione, in terminis, Curt. Iun. *conſ.* 41. *num.* 10. Aut bona ſunt amicorum capta præda, & recuperantur antequam ſint inter præſidia hoſtium. Vel etiam intra præſidia hoſtium recuperantur per milites inſequentes, & tali caſu debent prioribus dominis reſtitui, aut ex interuallo, & loco hoſtibus ſecuro, vt portu, vel armata, & ſublata omni ſpe recuperandi, & eo caſu ſpectant ad capientes, ita
27 tradit Maſt. *deciſ.* 180. *n.* 12. & Doctores *in l.* 1. *de acquirend. poſſeſ.* & *d. l. ab hoſtibus, la* 2. *de captiui*, & *poſtliminij reuerſ.* ſequitur Vincent. de Franch. *deciſ.* 268. *n.* 4. & 5. vbi ait, ita reſpondiſſe Conſules nautarum, & dicit *commun. opin.* Theſaur. *lib.* 2. *forenſium*, *q.* 97. *n.* 1. & idem tenent in rebus recipientibus poſtliminium, Berlingut. *l.* 1. *de acquirend. poſſ.* & Socin. ibi, *n.* 63. quæ ſunt res mobiles, *l. poſtliminium* 19. *l. hoſtes in fin. de captiui*, & *poſtlimin.* vbi gloſſa *verb. prædonem, in fin.* ait captos ab hoſtium piratis effici eorum, ſeruos, & habere locum ius poſtliminij, quia iſti reputantur inimici,
28 *authentica nauigia, Cod. de furt.* Immobilia autem expulſis hoſtibus ad dominos redeunt, *l. ſi captiuis*, §. *ex-*
29 *pulſis de captiui* & *poſtlim.* alij autem piratæ, qui non ſunt tales, ſed latrunculi nec acquirunt dominium, *l. poſtliminium*, §. *à piratis de captiui*, & *poſtlim. l. qui à latronibus, de teſtam.* & iudex Eccleſiæ poteſt procedere contra illos, Bobad. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 58. non enim acquirunt dominium, Couarr. *reg. peccatum*, §. 11. *num.* 8. vbi quod ea bona auferuntur à bonæ fidei emptore, quia ſemper ſunt reſtituenda vero domino, *l.* 2. *C. de furt.* Theſaur. *lib.* 2. *d. q.* 98. *n.* 8. & 10. poſt Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 42. Natt. *conſ.* 436. & ita inquit, Theſ. pronuntiaſſe ſenatum, reſtituendam nauem emptam à piratis ſoluto pretio emptori, *d. q.* 98. *in fin.*

Et circa dicta de donatione rerum, 30
quæ ſunt apud hoſtes in tempus, quo recuperentur, adde poſſeſſiones Epiſcopatuum, quorum diœceſes hoſtes occuparunt, vt Philipp. Cæſareæ Troiæ, Medauri Bugiæ, & ſimilium, quia valet talium Epiſcopatuum prouiſio interim, quod tales Prouinciæ à Chriſtianis recuperentur, & poſtea illis gaudebunt, licet ſint ſolum titulares Epiſcopi, ex traditis per Mandoſ. *reg.* 2. *Cancellariæ*, *q.* 4. Dominic. & Butr. & alij, *cap. Abbate ſanè de re iudic. lib.* 6. Pariſ. *cap.* 1. *de præſcr pt.* Didac. de Vald. *in additionibus ad Roderic. Suar. allegat.* 8. *in princ.* & ibi, *in addit. marginali eiuſdem authoris*, & tales non poſſunt aliquem ordinare etiam commenſalem, ſine licentia Epiſcopi, nec in loco nullius diœceſis, & exempto Campan. *rub.* 9. *cap.* 9. *num.* 6. nec vocantur ad concilium, Gra. *cap.* 291. *n.* 60. habent tamen dignitatem Epiſcopalem, & omnia quæ cohærent perſonæ, & poſſunt omnia quæ ſunt ordinis, & dignitatis Epiſcopalis, & idem de Epiſcopis, qui renuntiarunt Epiſcopatui, loco ſcilicet tantum, Grat. ibi, *n.* 61. Si tamen prædicti accedant ad Concilium, habeant ius dandi vocem, vt & alij, qui habent Eccleſias actu, quia non ibi agitur de ſpeciali iuriſdictione iſtius, vel illius Eccleſiæ, ſed de vniuerſali, & Epiſcopi exiſtentes in Concilio ad ibi tractanda recipiunt iuriſdictionem à Papa, & non ratione alicuius Eccleſiæ, & ſic idem erit de commendatariis,

Abbat. Iacob. *tract. de Concilio,lib.* 1. *art.* 2. *à.num....* & idem de Patriarchis & Epiſcopis, qui propriè dicuntur tales, quoad dignitatem, licet nullum nomen retineant, Gratianus ibi: *num.* 63.

31 Sic & ſponſalia inter conſanguineos ſuſtinentur ſub conditione, ſi Papa diſpenſet, Nauarr. *de ſponſ. conſil.* 25. *num.* 2. Boër. dicens receptam ſententiam, *deciſ.* 264. *num.* 27. Gregor. *l.* 3. *verb. Cæſar, tit.* 4. *p.* 4. Ioan. Gutierr. *canonic. q.* 22. *n.* 17. Thomas Sanch. *de matrim. lib.* 5. *diſp.* 5. *q.* 1. *num.* 24. ſic habens facultatem ad faciendum maioratum, poteſt vti ea in fauorem filij ſpurij ſub conditione, ſi

32 capax fuerit, Mieres 2. *edit. de maiorat.* 1. *p.q.* 2. *n.* 1. *&* 5.

33 Sic & maioratus poteſt relinqui cum conditione contrahendi cum conſanguinea, ſi Papa diſpenſet, Molin. *lib.* 2. *de primog. cap.* 13. *n.* 7. & poſt librum primog. *in annotationibus, num.* 11. Mier. *de maior.* 1. *p. q.* 50. *num.* 2. ſequitur Fachin. *lib.* 3. *controuerſ. cap.* 36. vbi reſpondet *ad c. fin. de condit. appoſitis.*

34 Et licet ea regula quod paria ſunt facere tempore habili, vel inhabili ſi effectus conferatur in tempus habile, limitetur, vt non procedat, quando lex reſiſtit initio, ſecundum Iaſ. *l. fin. n.* 8. *Cod. de pactis*, Aymon Crauet. *conſ.* 197. *num.* 8. vt in minore, qui non poteſt manumittere in tempus, quo ipſe futurus ſit maior,

35 *l. ſi minor* 4. *de ſeruis exportandis*, nec mulier poterit contrahere conferendo effectum in tempus *ſolut. matrim.* Mier. *de maior.* 1. *p. q.* 2. *num.* 8. Bar-

36 boſ. *l.* 1. *ſ. p. n.* 40. *ſolut. matrim.* Gregor. *l.* 19. *tit.* 3. *p.* 6. & ante eos Imol. *l. cum vir, n.* 11. *de vſucap.* & *in c. cum contingat, n.* 22. *de iur.* quia vinculum contractus debet eſſe ab initio, in contractibus enim id tempus ſpectamus, quo contrahimus *l. Rutilia, Polla de contrahend. empt. l. ſi filiusfamil. de reg. iur.* & ita ſi vxor poſt ſolutum matrimonium ratificauerit actum, non ex tunc, ſed ex tempore ratificationis, tantum valebit contractus, tradit Peral. *l. hæredem, n.* 77. *pagina* 296. *de leg.* 2. ſequitur Aluara, *de coniect. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 26. *pagina mihi* 16. quia actus non retrotrahitur ad tempus, à quo incipere non potuit, *l. obſeruare in fin. de offic. proconſulis, l. quoties in fin. de nouat.* Tiber. *conſ.* 3. *n.* 33. *vol.* 1. 37 38

Secus tamen eſt in obligatione, & contractu conditionali valido, quia retrotrahitur ad tempus contractûs, *l. pecuniam, ff. ſi certum petatur*, Rol. *conſ.* 22. *num.* 20. *vol.* 3. Zanchus *repetit. l. hæredes mei, §. cum ita* 1. *part. num.* 15. *ad Trebel.* niſi conditio fuerit poteſtatiua, *l. qui balneum, l. potio, ff. qui potiores*, vel niſi perfectio obligationis pendeat ab aliquo ad eam requiſito, vt in eo qui accepit pignus ad eam ſummam, quam numeraret, qui tunc attenditur tempus ſolutionis, *l. in fin. ff. qui potiores, deciſio ſacri palatij* 728. 1. *part. præcipuè, num.* 3. Parla. *different.* 58. §. 1. *num.* 3. & in obligatione dotis, cuius perfectio pendet à matrimonio, ſine quo non conſiſtit Barboſ. *l.* 1. 3. *p. num.* 34. *verſic. poſtremo, ſoluto matrimonio.* 39 40

Sic qui ſtipulatus eſt ſub conditione, ea pendente dicitur creditor, *l. is qui* 41. *de actionib. & oblig.* Alex. Raud. *conſ.* 10. *num.* 76. *volum.* 1. & cum ex prædictorum Doctorum ſententia conſtet valere contractum 41

F 2 ſponſa-

ſponſaliorum, ſub conditione ſi Papa diſpenſet, fatendum eſt ab initio conſiſtere obligationem efficacem, ſequuta conditione ad modum inſtitutionis poſthum. ſecundum formam conſilij Gallij.

42 Et redeundo ad id à quo digreſſi fuimus, adde quod in fauorem ventris poteſt inſtitui maioratus, Mieres *de maiorat. 3. p. q. 2. n.17.* & eo caſu debet dari curator ventri, qui eius nomine acceptat, vt ex Rebuff. Guidon. & aliis, tradit idem Mier. *de maioratu, 1.p. q.4. n.17.*

Et licèt maioratûs dignitas ſit, *l. 1. de ventr. inſpiciendo, ibi*, vt familiarum dignitas ſalua ſit, & dixi *lib. 1. de Anniuerſariis, c.5. n. 43.* poteſt ei relinqui maioratus, quia venter ſuccedit in his, quæ ſunt dignitatis, tradit Bald. *l. fin. C. de milit. teſtament.* Tiraq. *de vtroque retract. 1. p. gloſſ.9. §.1. num. 78.* quos refert & ſequitur Mandoſ. *de minori ætate, n.40.*

43 Sic & venter poteſt legitimari, & nobilitari, Tiraq. *de nobilit. l. 16. n.45.* Benedict. *c. Raynutius, verbo, & ſoboles, num.22.*

44 Sed & ventri competit reſtitutio in integrum, *l. etiam 46. de minor.* etiam, (inquit textus) ei, qui priuſquam naſceretur vſucaptum amiſit, reſtituendam actionem, Labeo ſcribit, quam legem dicit non eſſe alibi, Bald. *in rubrica de in integrum reſtit.* ſequitur Tiraq. *l. ſi vnquam, verſ. ſuſceperit, n. 144.* non tamen datur ei reſtitutio, antequam naſcatur, Caldas *de iure emphyt. c. 14. n.30.* nec ventri currit tempus, niſi inceperit currere contra parentes eius, *d. l. etiam de minor. l. Emilius Largianus 39. eo tit.* Balb. *de præſcript. 1. part. 6. partis, n.3.* Menchaca *de ſucceſſion. creation. §. 10. n.65.* & Caldas *vbi ſupra, num. 23.*

Et ventri competit actio negotiorum geſtorum, & veniet, tam id quod geſtum eſt, antequam naſceretur, quam id quod poſteaquam natus fuit, *l. cum pater 30. ff. de negotiis geſtis*, non tamen competit ventri priuilegium, præferatur aliis creditoribus, licet habeat curatorem, *l. ſi ventri in princip. de priuilegiis creditorum.* 45

Sic & ius retrahendi rem patrimoni, alienatam, datum ventri, & patri ſuo nomine, Tiraq. *lib. 1. de retract. §. 1. gloſſ.9. num. 75.* Mieres *de maiorat. 3. part. q.2. n.8. in fin. & in 2. edit. num.16.* 46

Sed & ventri poteſt donari, Bald. *conſ. 215. volum. 2.* Guido Papa *deciſ.267. & conſ.60.* incipienti ad dubia licita *dub. 3.* Belam. *conſil. 17.* & quod ius quæratur ventri ex donatione, abſque aliqua acceptatione, tenuerunt Decius *conſ.245.* Bertrandus *conſ.240. n.7. volum. 3.* ſed cautius erit, quod detur curator, qui nomine ventris acceptet, & id requiri tenet Rebuff. *l. ſubſignatum 39. §. atteſtari de verbor. ſignif.* ſicque & in melioratione tertij, & quinti, quæ poteſt ventri fieri tenet Mier. *de maiorat. 1. p.q.41. n. 16.* 47

Et etiam ex ſtipulatione acquiritur ventri, ſi quis ei ſtipuletur, Dec. *conſ.245.* & Bart. *l. quod dicitur, n.8. de verbor. obligat.* Mier. *d. queſt. 41. num. 47.* quod maximè procedit hodie attenta diſpoſitione *l. 2. tit. 26. lib. 5. recopilat.* qua ſuſtinetur ſtipulatio alteri facta, & obligatio in fauorem abſentis, per quam legem tenet Antonius Gomez. *2. tom. cap. 4. num.2. & num. 13. prope finem*, quod ex 48

49 ex donatione facta abſenti obligatur
quis hodie efficaciter abſque acce-
ptatione, & eandem opinionem te-
net Angulo *de meliorationi. l.* 1. *gloſ-*
ſa 8. *num.* 28. ſed verius eſt requiri
acceptationem, vt plures referens,
tradit Burgos de Paz *quæſt.* 10. *ciui-*
li à num. 23. *& num.* 35. Baldeſius
in additionibus ad Suar. allegation. 9.
num. 15. Parlador. *lib.* 2. *rerum quo-*
tidianarum cap. 3. *num.* 36. Molin.
lib. 4. *primog. cap.* 2. *num.* 60. Ola-
nus *in concordantia legum regni, lit-*
tera D. num. 45. Barboſ. *l.* 1. *n.* 18.
ſoluto matrimonio, Couarru. *cap. quam-*
uis pactum, 2. *part.* §. 4. *n.* 9. *in fin.*
& num. 10. *in fin.*

50 Et ſic, ſi pater ſtipulatus fuerit
operas pro ſe, & filiis, in ea ſtipula-
tione comprehenditur exiſtens in
vtero, *l. ſi quis operas* 5. *de operis li-*
bert. nam vt inquit Celſus Iureconſ.
51 *qui prægnantem vxorem reliquit, non vi-*
detur ſine liberis deceſſiſſe, l. ſi quis
prægnantem 148. *de reg. iur.* vbi no-
tat Dec. ſic & Iulian. *l. ſi autem* 18.
quando dies legati cedat, ait, ſi autem
ita legatum eſt, quandocumque li-
52 beros habuerit, ſi prægnante vxore
decedat, intelligitur expleta condi-
tione deceſſiſſe, & legatum valere, ſi
tamen poſthumus viuus natus fuerit.

53 Et tantum iuris tribuitur ventri, vt
ſi moriatur Rex Reginâ prægnante,
Regi, qui eſt in vtero, debet præſtari
homagium, quod eſt fidelitatis iura-
mentum, ac ſi natus fuiſſet, tradit
Gregor. *l.* 5. *tit.* 15. *p.* 2. *gloſ.* 1. Mier.
de maiorat. 3. *p. c.* 2. *n.* 8. *&* 13. Ho-
roc. *l. qui in vtero penult. de ſtat. hom.*
n. 3. *&* 4. vbi ait ita eſſe intelligen-
das, *l.* 22. *&* 23. *& l.* 3. *tit.* 15. *p.* 3.

54 Sed idem in nepote ex primoge-
nito exiſtente in vtero, qui præferri
debet ſecundo genito, vt dicit Peralt.
in rubr. de hæred. inſtituend. n. 123. ad
declarationem, *l.* 40. *Tauri*, nec enim,
vt ipſe inquit plus iuris habet ad pa-
trui prælationem in primogenitura
nepos, ſi naſcatur in vita aui, quam
eo mortuo, quia ſecundum receptam
DD. ſententiam, ſemper poſthumus
habet ius, ſpe, ſine potentia ad tranſ-
miſſionem ex perſona patris præ-
defuncti.

Sed quamuis pupillo detur priui-
legium in bonis gerendis eius nego-
tia, & eis bonis venditis conſeruetur
priuilegium pupillo, *l. ſi negotium,* 7.
de priuilegiis creditor. id priuilegium
non datur ventri in bonis curatoris,
l. ſi ventri 8. *eodem tit.* vbi gloſſa &
Doctores præcipue, Franciſc. Ripa, 55
Tiraq. *l. ſi vnquam verbo ſuſceperit li-*
beros, ad fin. n. 10. *& n.* 146. *in fin.*
ſed hoc intellige antequam editus
ſit, Iaſ. *l. cum filiusfamilias*, §. *in hac*
ſtipulatione, verſic. ſed aduerte, n. 6. *de*
verb. obligat. ſed etſi in lucem edatur
habebit priuilegium, Tiraq. *d. n.* 146.

Ventri etiam cucurrit præſcriptio, 56
l. etiam 2. *de minorib.* Alciat. *l. intel-*
ligendus, n. 5. *de verb. ſignific.* in quo
eſt deterioris conditionis quam pu-
pillus, cum per tempus pupillaris æta-
tis præſcriptio dormiat, *l. ſicut in rem,*
C. de præſcription. triginta vel quadra-
ginta annorum, l. bona fidei emptor, de
acquirend. rerum dominio, ibi, *veluti ſi*
pupilli ſit, & tradit Bald. *de præſcript.*
1. *p.* 6. *principali*, *num.* 29. Cald. Pe-
reir. *l. ſi curatorem habens, verſ. ſua fa-*
cilitate, n. 48. *de in integrum reſtitu-*
tione, Guid. Pap. *deciſ.* 13. & *gloſſ. fin.*
l. 2. *Cod. de vſucapion. l. pro emptore,*
non eſt pupillus, qui in vtero eſt, *l.*
pupillus 162. *de verbor. ſignificat.* & 57
quod præſcriptio currat ventri, tradit

 Bened.

Digitized by Google

Bened. *cap. Raynuntius, verſ. & ſoboles, n.* 4. Socin. *reg.* 294. incipienti minori, *verſ. ampliat.*

58 Nec venter reuocat donationem à patre factam donec naſcatur, vt nec rumpit teſtamentum, Tiraquell. *l. ſi vnquam, verbo ſuſceperit, n.* 145. & 158. nec admittitur ad partem hæreditatis, *l. antiqui,* & ſi pars hæ-
59 reditatis petatur. Tiraquel. plura congerit, quæ ventri non dantur, *vbi ſuprà*, ſed quia omnia reſeruantur in tempus naſcendi, vt diximus ſupra non ſunt conſiderabilia, quia ius competens exiſtenti in vtero integrum, & illibatum in tempus naſcen-
60 di reſeruatur, probat *d. l. antiqui, ſi pars hæreditatis petatur, & l. intelligendus de verbor. ſignif.* vbi Bart. & Doctores, quod iura ſuitatis in ſuſpenſo reſeruantur, & poſt eos, Socin. *l. Gallus, §. ſi eius, de liber. & poſthum.* & ſic natus poſt mortem teſtatoris eſt ſuus, licet nunquam fue-
61 rit in poteſtate, (vt *in l. fin. de collationibus*) dicit communem Peralt. *in rubr. de hæred. inſtit. n.* 123. *ad fin. verſic. cuius communis intellectus*, & hoc virtute reſeruationis, de cuius natura eſt conſeruare integrum ius, vt dicit Bald. *l. antiqui, in* 2. *lect.* Aymon *conſ.* 33. *num.* 17. Parlador. *lib.* 2. *cap. fin.* 5. *p.* §. 15. *n.* 5. Barboſ. *l. ſi ſi cum dotem in princip. num.* 44. *ſolut. matrimon.* Riccius *collect.* 833. non tamen acquirere ius de nouo, *l. penult. de aqua quotid. & æſtiua.* ibi: *Cauere ſine præiudicio amittendæ ſeruitutis debebit, donec quæſtio finiatur, non eſſe vſurum, l. idem fiet de teſtam. tut.* ibi, *vt ſine vllo litis præiudicio*, Cæpo-
62 la *conſ.* 25. plura iura, & Doctores ad id refert Aymon *conſ.* 29. *num.* 8. & *conſ.* 70. *num.* 6. ſed & reſeruatio nihil operatur, ſi non inuenit aliquid reſeruabile, *l. ſi quis legauerit* 75. *de legat.* 1. *l. ſi in venditione in fin.* communia prædior. Franciſc. Beccius *con- 63
ſil.* 34. *num.* 23. & *conſ.* 74. *num.* 6. imò reſeruatio conſeruat regulam excluſiuam, reſpectu eorum quæ non ſunt expreſſa, Ioann. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 36. quia ſolum fit reſeruatio ad ea, quæ iure competunt, vt quotidie practicatur in fine ſententiarum, vt dicit Peralta *rubr. de hæred. inſtituend.* 64
num. 124, & poterit petere ius reſeruatum coram eodem iudice, & erit caſus Curiæ Peregrin. *de fideicommiſ. art.* 48. *num.* 66. & hoc intellige da- 65
ta capacitate iudicis, de quo *infra cap.* 21. *n.* 51. & 52.

Et ad eundem modum lex reſeruat 66
poſthumis iura eis competentia conditionaliter, & in ſpe, ſi naſcantur, *l.* 3. §. *ex his*, ibi: *ſi naſcantur, de iniuſto rupto, & dict. l. poſthumo nato, de bonorum poſſeſſione, contra tabul.* & *l. poſthumo nato, de collation. & l.* 2. *Cod. de poſthum. hæred. inſtituend. lib.* 1. *verſicul. ſed vbi natus* 67
non eſt, vnde cognati, nec ſufficiet exiſtentes in vtero naſci, niſi viui naſcantur, *l. qui mortui naſcuntur* 129. *de verborum ſignif.* & ſi in eis concurrant, quæ dicemus *infr. cap.* 10.

* *
*

CAPVT

CAPVT V.

An venter filiæ ſpuriæ, vel vxoris filij ſpurij poßit inſtitui ab auo, & an eo caſu poſſit auus relinquere filio ſpurio vſumfructum ad alimenta, & ſimpliciter relictum cenſeatur ad alimenta, & plura de relictis ſpuriis.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes ex filio ſpurio poſſunt inſtitui ab auo, & ſic venter filiæ ſpuriæ, & idem de ventre vxoris filij ſpurij.*

2 *Nepotes ex filio ſpurio æquiparantur filiis naturalibus.*

3 *Nepos eſt ſucceſſibilis auo, quia in eo ceſſat odium paterni vitij.*

4 *Nepotes ex filio ſpurio poſſunt inſtitui tribus concurrentibus, quod deficiat legitima ſoboles, quod non ſit ex filio inceſtuoſo, quod non inſtituantur contemplatione filij, & numeris ſequentibus.*

5 *Filius clerici in ſacris non eſt inceſtuoſus, & ſic venter filiæ clerici, vel nurus ipſius poteſt ab auo inſtitui.*

6 *Defectus patris tantummodo nocet filio in his, quæ ex perſona patris perueniunt, non in his, quæ filius aliunde habuerit.*

7 *Relictum ab auo, nepoti non profectitium ex re patris, ſed aduentitium aliunde indicatur.*

8 *Nepos ex filio ſpurio, vel venter nurus non dicitur contemplatione filij inſtitutus, quando nihil filio quæritur ex inſtitutione.*

9 *Nepos ex ſpurio, licet ſit in poteſtate filij, & ſi ſimpliciter ſit inſtitutus, non præſumitur facta inſtitutio contemplatione filij, ſed nepotis.*

10 *Quod procedit, licet, auus in inſtitutione nepotis exprimat nomen filij.*

11 *Et etiam ſi dicat inſtituo nepotem, quia eſt filius, filij mei.*

12 *Qui eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati, ſed attenditur cauſa proximior.*

13 *Auus inſtituendo nepotem ex filio ſpurio, poteſt relinquere vſumfructum bonorum filio ad alimenta pro quantitate neceſſaria, reliqua parte vſusfructus ad nepotem pertinere.*

14 *Teſtator relinquens filio ſpurio aliquid, ſimpliciter præſumitur relinquere in cauſam alimentorum.*

15 *Quando dicetur auum inſtituiſſe nepotem contemplatione filij, vt vitietur inſtitutio.*

16 *Etiam per mediam perſonam non poteſt filio ſpurio relinqui, & bona ei relicta peruenient ad perſonas conſanguineorum lege expreſſas.*

17 *Si conſanguinei lege expreſſi non petant bona intra duos menſes, capiet fiſcus.*

18 *Si rogatus de reſtituendo ſpurio accommodat fidem, tenetur in conſcientia bona dare fiſco.*

19 *Nepotes, vt dicantur inſtituti contemplatione filij, debent eſſe coniectura*

iectura vrgentes & concludentes, aliàs non admittuntur ad priuationem bonorum.

20 *Priuationis proceſſus debet eſſe liquidus, non dubius.*

21 *Aliqui Doctores voluerunt, quod ſi auus inſtituat nepotem infantem ex filio ſpurio, vel ventrem filiæ ſpuriæ, cenſeatur facta inſtitutio contemplatione filij, ſed non placet.*

22 *Nepos naſciturus ex filio ſpurio, poteſt inſtitui, & ei poteſt legari.*

23 *Quoties quis legat, vel relinquit aliquid propinquo, cenſetur ratione ſanguinis relinquere.*

24 *Tutor licet amittat ſibi relictum à patre impuberis, ſi ſe excuſauerit à tutela, non amittet, ſi fuerit frater impuberis, quia ei cenſetur relictum ſui cauſa non officij, & frater ſpurius ſuccedit fratri.*

25 *Nepos præſumitur inſtitutus, & beneficiatus ab auo, ſui contemplatione.*

26 *Expeditur* l. cum allegas 4. C. de caſtr. pec. lib. 12.

27 *Amicitia præfertur conſanguinitati.*

28 *Coniunctus licet non poſſit ſtipulari, vt coniunctus liberetur, tamen ad fauorem amici, valet ſtipulatio.*

29 *Dilectus ab aliquo Principe, communiter præfertur in gratiis conſequendis conſanguineis.*

30 *Venter ex filio ſpurio, cum quandiu eſt in vtero, non ſit in poteſtate patris, & ob id non lucretur fructus, non videtur contemplata perſona patris, & quia pater poteſt prius mori, quam naſcatur.*

31 *Acceſſorium non debet influere in principale, & ita ſi filio ſpurio relinquatur vſusfructus, inſtituto nepote non vitiatur inſtitutio ob legatum.*

32 *Acceſſorium ſine principali ſtare non poteſt.*

33 *Legatorum validitas hodie non pendet ab inſtitutione, & ſine ea ſuſtinetur teſtamentum.*

34 *Legata ſunt ſumenda de manu hæredis, in quem tranſeunt actiones actiuæ, & paſſiuæ, & cenſetur eadem perſona cum defuncto.*

35 *Si teſtator concedat facultatem apprehendendi, poteſt accipere ſine hæredis traditione, & idem in prælegatario.*

36 *Prælegatarius melioratus, an poſſit petere ſe mitti in poſſeſſionem ex* l. fin. Cod. de edicto Diui Adriani.

37 *Pignus poteſt conſtitui in teſtamento per teſtatorem.*

38 *Facultas aprehendendi conceſſa per teſtatorem operatur, ſi teſtator rem legatam poſſidebat tempore mortis, vel teſtamenti.*

39 *Facultas capiendi propria authoritate, conceſſa ab inſtituente maioratum, antequam aprehendat vocatus poteſt inſtituens reuocare maioratum, & clauſula tradidit, dedit ceſſit, operatur licentiam capiendi propria authoritate, & quid ſimul ſit in clauſula conſtituti.*

40 *Pactum de capiendo propria authoritate operatur, vt etiam ſine citatione poſſit capi poſſeſſio, & quid ſi ſit apud ſingularem ſucceſſorem, & vide* ſuprà, cap. 20. n. 42.

41 *Pactum, & facultas capiendi non inducit obligationem bonorum, ſed ipſius contrahentis.*

Venter

1 VEnter autem filiæ ſpuriæ, vel vxoris filij ſpurij inſtitui poteſt ab auo, quia poſſunt nepotes ex filio ſpurio, *l. fin. Cod. de natur. liber.* quo text. *in verſic. in nepotibus*, æquiparantur nepotes ex ſpurio filiis naturalibus, & ſic ei relinqui poteſt eo modo, quo naturalibus, Aymon *con-*
2 *ſil. 200. num. 4.* vbi dicit communem opinionem, dicit etiam communem Peregrin. *de iure fiſci, lib. 3. tit. 18. num. 45. verſ. contra verò:* talis enim nepos eſt ſucceſſibilis auo, ex quo in eo ceſſat odium vitij paterni, Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 9. num. 25.* poſt gloſſam *in l. vltima, C. de natural. libert.* Bart. & alij, *l. Gallus, §. quid ſi is, de liber. & poſthum.* & licet in hoc diuerſæ fuerint ſententiæ, & opiniones, quas refert Fa-
3 chin. *lib. 5. controuerſ. cap. 97.* Vera ſententia eſt, poſſe relinqui nepotibus ex filio ſpurio tribus concurrentibus. Primum quod deficiat legitima ſoboles, vt *in d. l. fin.* ibi: *Nulla legitima ſobole ſubſiſtente.* Secundum requiſitum, quod nepos non ſit ex filio inceſtuoſo, ex doctrina Baldi per textum ibi, *in l. ſi quis inceſti, Cod. de inceſt. nuptiis*, ex quo cum in eo textu prohibeatur contrahenti inceſtas nuptias relinquere, niſi perſonis in ea
4 lege expreſſis, inter quas non reperitur nepos ex inceſtuoſo, & opinionem Baldi dicit communiter receptam, Ant. Gabr. *lib. 4. concl. tit. de hered. inſtituend. concl. 3. n. 2.* Paleot. *de nothis, & ſp r. c. 53. n. 9.* Peregr. *de iure fiſci, lib. 3. tit. 18. n. 54.* Fachin. *lib. 5. controuerſ. c. 98. in princ.* Couarr. *in 4. 2. p. c. 8. §. 5. n. 13.* & quod nepos ex filio inceſtuoſo non poſſit ab auo inſtitui, etiamſi legitimi deficiant, tradit Matienço, *l. 6. gloſſ. 8.* *num. 23. tit. 8. lib. 5. recopilation.*

Et ſic ventrem filiæ clerici, vel nurus ipſius, ſicut nepotes ex eo poſſe 5 ab auo inſtitui, vt contra gloſſ. *in l. 2. C. de Epiſcop. & cleric.* tenent communiter DD. teſte Couarr. loco proximè citato, *n. 14.* Paleot. *de nothis, c. 16. in fin.* Vincent. de Franch. *deciſ. 27. n. 4.* vbi dicit, totum Senatum Neapolitanum, ita pronuntiaſſe, Matienç. *l. 6. tit. 8. gloſſ. 8. n. 25. lib. 5. recop.* Parlad. *1. p. c. 16. n. 4. & 3. p. different. 5. §. 2. n. 4.* Matienç. *l. 6. gloſſ. 8. n. 23. tit. 8. lib. 5. recop.* Hieron. Gonçal. *reg. 8. Cancellariæ, gloſſ. 5. n. 116.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 7. cap. 3. num. 26.* quia defectus patris tantummodò nocet filio in his, quæ ex perſona patris proueniunt, non in his quæ filius aliunde habuerit, *l. 3. de interdict. & relegat. l. 1. §. penult. &* 6 *l. 3. §. ſi emancipatus, de bonor. poſſeſſione, contra tabul. l. cognonimus, Cod. de hereticis*, cum aliis traditis à Bart. *l. Gallus, §. quid ſi s n. 2. de liberis, & poſthum.* & à Fachineo *lib. 5. controuerſ. cap. 97. verſic. huic leg. accedit*, & quod auus relinquit nepoti, non 7 profectitium ex re patris, ſed aliunde aduentitium indicatur, Bart. & Angel. *in l. quæſit. de leg. 1. gloſſ.* Bart. Paul. Alex. & Iaſ. & communiter Doctores, *l. qui in aliena, §. interdum, de acquir. hæred.* Peregr. *de iur. fiſc. lib. 3. tit. 18. n. 50.*

Tertium requiſitum, quod auus non inſtituat nepotem contemplatione filij ſpurij, vt quia pater noluit aliquid filio acquiri, vel non poterat ei acquiri, quia mortuus, vel quia nepos erat ex filia ſpuria, vel erat nepos emãcipatus à filio, quibus caſibus cum 8 patri, vel matri per filiũ, nihil quæratur, in aperto eſt non eſſe inſtitutũ ne-

potem, filij contemplatione, Peregrin. *de iure fiſci, lib.*3. *cap.*18. *n.*44. *in fin* & melius *n.*46. ſed & præter caſus ſuprà relatos, ſi auus ſimpliciter
9 inſtituat nepotem, qui ſit in poteſtate filij ſpurij, non præſumitur eius contemplatione inſtitutus, ſed ipſius nepotis contemplatione, Bart. quem ſequuntur communiter Doctores, ibi, *in l. Gallus, §. quid ſi is, num.*3. *de liber. & poſthum.* vbi ait, ita iudicatum fuiſſe per magnos Doctores illarum partium, dicit communem opinionem Anton. Gab. *lib.* 4. *concluſ. tit. de hæredib. inſtituend. concluſ.*3. Paleot. *de nothis & ſpur. c.*53. Andr. Gail. *lib.*2. *obſeruat.* 115. *num.*5. vbi teſtatur ita pronuntiatum in auditorio, Peregr. *de iure fiſci lib.*3. *c.*18. *n.*49. Franch. *d. deciſ.* 27. *n.* 9. Parlad. *different.* 5. §.2. *à num.*4. vſusfructus autem bonorum patri ſpurio, non quæretur, ſed remanebit cum proprietate penes nepotem, Bartolus, & Doctores locis *ſuprà* relatis.

10 Sed & ſi auus exprimat filij nomen in nepotis inſtitutione, dicens, inſtituo nepotem ex filio meo. N. vel (quod magis eſt) ſi dicat inſtituo Ioannem, quia eſt filius filij mei,
11 adhuc non ſufficiet hæc filij contemplatio, vt vitietur inſtitutio, nam non eſt cauſa finalis, & proxima inſtitutionis, ſed remota, non magis, quam ſi quis haberet amicum à ſe dilectum, cuius cauſa contraheret amicitiam cum ipſius amici amico, & hunc ſecundum amicum inſtituiſſet hæredem, nam eo caſu primus amicus fuit cauſa inſtitutionis, quia fuit cauſa amicitiæ, ex qua prouenit, quia qui eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati, *l. & ſi amicis* 9. *ad leg. Iul. de adulter.*

Et tamen ea cauſa, non fuit proxi- 12
ma inſtitutionis, ſed remota, proxima autem fuit amicitia cum inſtituto hærede contracta, ita Bart. *d. §. quid ſi is n.* 3. quem ſequuntur Vincent. de Franch. & alij *ſuprà* relati, licet non ita clarè, & hic dicitur, & Bart. ſequitur Ceuall. *q.*796. *commun.* contra communem.

Sed quamuis pater cum inſtituerit nepotem ex filio ſpurio relinquat
vſumfructum bonorum filio ad ali- 13
menta, non dicetur, contemplatione filij factam inſtitutionem, imò ipſe filius habebit vſumfructum pro concurrenti quantitate neceſſaria pro alimentis, & reliquum vſusfructus cum proprietate ad emptorem inſtitutum pertinebit, ita fuit pronuntiatum per Senatum Neapolitanum, vt teſtatur Franch. *d. deciſ.*27. *num.* 7. & 8. & eam ſententiam tenet Peregrin. *de iur fiſc. lib.* 3. *cap.* 18. *num.* 51. Tiraq. *de retract. municipal.* §.1. *gloſſ.*9. *num.*71. & 72.

Et ſi teſtator filio ſpurio aliquid 14
ſimpliciter relinquat, præſumitur relictum in cauſam alimentorum, tradit Lara, *l. ſi quis à liberis, §. idem reſcripſit, num.*68. *de liber. agnoſc.* Nam cum poſſit pater, & teneatur relinquere alimenta filio, & dotare filiam ſpuriam, vſque ad quantitatem alimentorum, Bald. *conſ.*267. *n.*6. *lib.* 1. Boërius *d.* 127. *num.*7. Barboſ. *l.* 1. 4. *p. num.* 70. *verſ. vnde, in materia ſolut. matrim.* quando ſimpliciter pater reliquerit filio, vel filiæ ſpuriæ, videtur relinquere, eo iure, & titulo, quo poteſt, & ſic pro alimentis, & dote reſtricta ad quantitatem alimentorum per regulam, *l.*3. *ff. de teſtamento milit.* & ſi dos relicta, ſeu data filiæ ſpuriæ ſit commenſurata ad qualitatem

litatem alimentorum debitorum pro vita alendæ filiæ, vel habitu reſpectu ad computationem, *l. hæreditatum ad l. Falcidiam, vel ad l. regni de vitalitiis redditibus*, non debet reſtitui patri, vel eius hæredibus mortua filia, ſed remanere apud eius filios, vel hæredes ſecundum Baldum, *conſ.* 448. *num.* 5. *lib.* 1. Boer. *deciſ.* 127. *num.* 7. Anton. Gabr. *lib.* 6. *commun. concluſ. tit. de alimentis*, *concluſ.* 1. *num.* 11. Roderic. Suar. *tit. de todo home, n.* 26. *in fin.* Vincent. de Franch. *deciſ.* 283. *num.* 25. vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum, ſequitur Barboſ. *l.* 1. 4. *p. n.* 74. *verſ. poterit tamen opinio*, Rod. Suar. *ſaluari, ſolut. matrim.* vbi autem dos exceſſerit quantitatem alimentorum, mortua filia ſpuria eſt reſtituenda patri, vel eius hæredibus, quia incapax fuit exceſſus, vt tenent communiter Doctores, Bald. *l. eam quam n.* 41. *Cod. de fideicommiſ.* Roland. *conſ.* 74. *num.* 51. Menoch. *lib.* 2. *de arbitrar. caſu* 169. *num.* 10. Matienç. *l.* 8. *titul.* 8. *lib.* 5. *ordinam. gloſſ.* 3. *num.* 1. Lara, *l. ſi quis à liberis*, §. *idem ſcripſit, n.* 30. *de liber. agnoſc.* dicit communem Barboſ. *l.* 1. 4. *p. num.* 71. *ſolut. matrim.* vbi tenet, eo caſu filiam ſpuriam non tranſmittere dotem ad filios. Sed cum DD. ſcripſerint, & teneant nepotis inſtitutionem factam contemplatione filij ſpurij vitiari, ex prædictis videtur fere non eſſe caſum, quo ea opinio poſſit verificari,
15 & practicari. Veruntamen, id poterit contingere, ſi teſtator inſtituat nepotem, vt filio ſpurio det, ſcilicet, patri nepotis, vel extra teſtamentum declarauerit ſe facere inſtitutionem ea intentione, his caſibus, & aliis ſimilibus inſtitutio vitiabitur, *l.* 1. *Cod. de natural. liber.* quæ prohibet
etiam per mediam perſonam filio ſpu- 16
rio dare, & bona peruenient ad per-
ſonas in ea lege expreſſas, & *l.* 10.
tit. 13. *p.* 6. quibus tacentibus, & non
contradicentibus per duorum men- 17
ſium ſpatium fiſcus ea capiet, vt in di-
ctis iuribus habetur, licet aliqui Do-
ctores voluerint admittendos alios
conſanguineos, & venientes ab in-
teſtato, Peregr. *lib.* 3. *de iure fiſci,*
cap. 28. *num.* 97. Vnum tamen ſcias, 18
quod ſi rogatus de reſtituendo ſpu-
rio, accommodat fidem tenetur in
conſcientia bona fiſco dare, Bartol.
l. fin. de his quibus, vt indig. Campan.
rubr. 11. *cap.* 13. *num.* 50. Aliæ au- 19
tem coniecturæ non concludentes,
non ſunt admittendæ ad priuandum
nepotem hæreditate, nam priuatio
non eſt inducenda, niſi in caſibus
expreſſis, ex gloſſa communiter re-
cepta, *in cap. fin. verb. ex vi de iure pa-*
tron. Chacher. *deciſ.* 147. *n.* 4. Franch. 20
deciſ. 11. *n.* 23. Quia proceſſus pri-
uationis debet eſſe liquidus, ſecun-
dum Baldum *c.* 1. *ſi vaſſal. feudo priu.*
Franch. *deciſ.* 267. *num.* 3.

Et ſi coniectura Roſenſis Docto-
ris antiqui relati à Bart. *d.* §. *quid ſi is*
num. 1. quam dicit notabilem inter
omnes coniecturas, Peregrin. *dict.* 21
lib. 3. *d iure fiſci cap.* 18. *n.* 48. Nem-
pe videri contemplatam filij ſpurij
perſonam, ſi nepos ex eo pupillus,
vel infans ſit, in quo nulla merita
conſiderari poſſint, non placuit Bart.
ex quo poteſt quis inſtituere hære-
dem ignotum, nec mihi vnquam
placuit, quia ſecundum omnes po- 22
teſt auus inſtituere nepotem naſcitu-
rum ex filio ſpurio, vt tradit Ioſeph.
Ludou. *deciſ. Peruſ.* 18. *num.* 36. vbi
alios refert & Parlad. *different.* 5. §. 2.
num. 4. & 5. & *deciſ. Senatus Nea-*

pol. relata à Vincent. de Franch. *d. deciſ.*27. fuit in caſu quo fuerunt inſtituti nepotes procreandi ex filio clerici in ſacris, & fuit admiſſus nepos, & quod magis eſt, quod in caſu illius deciſionis fuit primo loco inſtitutus filius ſpurius, & caſu quo non poſſet capere, inſtituit nepotes ex eo procreandos, & quod naſcituris, ex filio ſpurio poſſit pater relinquere, tradit Maſc. *de probat. concluſion.* 156. *num.* 24. vbi quod licet non poſſit dici auum moueri propter merita filiorum, quos nondum habet, tamen poteſt dici permotum fuiſſe ad relinquendum propter coniunctionem ſanguinis, quæ intercedit inter auum,

23 & nepotes; nam vbi quis legat, ſeu relinquit propinquo, videtur ratione propinquitatis relinquere, *l. tutor petitus* 31. *§. quæ à tutoribus de excuſationibus tutorum*, vbi licet tutor amittat, ſibi relictum à patre impuberis, ſi ſe excuſauerit à tutela, non tamen amittet, ſi fuerit frater impuberis nominatus tutor, & rationem ponit textus dicens, cum iudicium patris, vt filius, non vt tutor promouerit,

24 ex quo textu deſumitur à Doctoribus regula, quod relictum conſanguineo cenſetur, ſui cauſa relictum, non officij, Andreas Tiraquellus *l. ſi vnquàm, verbo, donatione largitus, num.* 74. *de reuocand. donation.* Pelaez Mieres *de maioratibus*, 1. *part. quæſt.* 39. *n.* 7. *in fine.* Franc. Mant. *de coniecturatis mente defuncti, lib.* 4. *tit.* 30. *num.* 19. *& lib.* 12. *cap. fin. num.* 30. Alciat. *reg.* 1. *præſumpt.* 30. *num.* 1. Corraſ. Miſcelan. *cap.* 4. *& in repetitione, l. frater à fratre*, 1. *p. num.* 58. *de conditione indebiti*, Couarr. *cap. requiſiti, num.* 8. *& cap. cum Ioannes, num.* 3. *de teſtament.* Didac. Perez *l.* 2. *tit.* 4. *lib.* 5. *ordinam. verbo, de patiente, pag.* 160. Baldninus ad titulum inſtitutæ, per quas perſonas nobis adquiritur, verbo, caſtrenſibus, & quia fraternitas eſt maximum vinculum ſanguinis ad ſuccedendum, & ita frater ſpurius, etiam ex damnato coitu ſuccedit fratri ſpurio, ex damnato coitu, Afflict. *deciſ.* 96. & maiori cum ratione nepos cenſetur inſtitutus, & beneficiatus ab auo contemplatione ſui, Pe- 25 regrin. *de iure fiſci, lib.* 3. *cap.* 18. *num.* 49. nam quis maiorem affectionem habet ad nepotes quam ad filios, Tiber. *conſ.* 23. *n.* 1. *vol.* 1.

Nec prædictæ regulæ obſtat *l. cum allegas*, 4. *Cod. de Caſtrenſ. pecul.* 26 *lib.* 12. vbi hæreditatem fratri commilitoni relictam à fratre cenſetur, potius caſtrenſi peculio, fratris additam, quam patri quæſitam, & ſic quod potius attenditur militia, quam fraternitas; nam reſpondetur cum Couarruuia *cap. requiſiſti, num.* 8. *de teſtament.* Id eſt per rationem ſocietatis commilitij, & laborem peregrinationis, cui adde, quod congruit rationi, vt qui fuit ſocius paſſionum, ſit & conſolationis, iuxta illud Pauli 2. *Cor.* 1. *num.* 7. ibi: *Scientes, quod ſicut ſocij paſſionum eſtis, ſic eritis, & conſolationis*, ne dicamus, id ſtatutum in fauorem militiæ, cuius cauſa multa ſpecialia in iure inueniunt, militibus conceſſa, & *in d. l. cum allegas* remanſit hæreditas penes fratrem, cuius ſocietas, & conſuetudo affectionem fratris auxit, vt notauit gloſſa *d. l. cum allegas*, in cuius caſu concurrit duplex vinculum fraternitatis ſanguinis, & amicitiæ; nam amicus pro fratre reputatur, & inſtituitur nomine fratris, *l. nemo dubitat*, 58.

§. qui

§. qui frater de hæred. inſtit. l. verum in princ. pro ſocio quinimo, & præfertur amicitia conſanguinitati, nam habetur, *Prouerb.* 18. *n.*24. *Vir amicabilis ad ſocietatem magis amicus erit, quam frater,* Ioſeph. de Ruſtic. *l. cum auus, lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 12. *&* 26. & ſic iura communiter nominant prius amicos, quam conſanguineos, text. *ſi*
27 *plures, §. in arrogato* ibi, *amicus, vel cognatus*, de vulgari, & pupillari, *l. Teopompus*, ibi, *amici mei, & cognati, de dote prælegata, l. ſi ſeruus plurium, §. vltimò de legatis,* 1. *l. affectionis de donationibus, ſed & Pſalm.* 37. *n.* 12. *Amici mei, & proximi mei, aduerſum me, & cætera*, & plura de prælatione amicitiæ, tradit Tiraquellus, *l. ſi vn-*
28 *quam, verbo, libertis, à n.*96. vbi *n.*99. ponit notandum, quod licet coniuncto non permittatur ſtipulari, vt coniunctus liberetur ab obligatione, ex gloſſa quam dicit communiter receptam, *in l. fideiuſſoris* 24. *verbo, neque, de pactis*, tamen valet ſtipulatio ad fauorem amici, ex gloſſa, quam ibi notant communiter DD. *in l. ſi vnus, §.* 1. *verbo*, videmus de pactis, & alia iura de præferendis amicis tradit Segura, *l. Imperator, n.*17. *ad Trebell.* Didac. Perez, *l.* 2. *tit.* 4. *libr.* 5. *ordinam. verbo, ò de amigo, pag.*160. Carolus de Graſ. *tract. de effectibus amicitiæ*, qui eſt in fine tractatus *de effectibus cleri‹c›ati,* & vide *tit.*27. *p.*4. & experimento habemus, quod dilectus ab aliquo potente, ſeu Princi-
29 pe præfertur in gratiis conſequendis conſanguineis, ita vt ipſi cognati ipſum quærant ad interceſſorem, caueant tamen tales dilecti, vulgo priuados, ne abutantur poteſtate: & gratia Principis, immittendo manum in Principi reſeruatis, per ea quæ dixit textus *in cap. niſi ſpecialis, de officio legati*, in hæc verba: *Niſi ſpecialis illa dilectio, quam ad perſonam tuam habuimus, & habemus iuſtum motum animi noſtri temperaret pœna docente, cognoſceres quantum exceſſeris, &c.* & Aymon *conſ.* 18. *n.*2. ait, quod committit crimen læſæ maieſtatis, quia ſumit Principi reſeruata.

Et vt ad noſtrum propoſitum re- 30
deamus, dico, quod ſi auus nepotem ex filio ſpurio exiſtentem in vtero inſtituat hæredem, cum tempus, quo eſt in vtero, non ſit in poteſtate Patris, *l. fin. de collation.* Tiraq. *de retract. linag. gloſſ.* 9. *§.* 1. *num.* 78. & ob id non lucretur fructus, minus poteſt dici, quod filij contemplatione fuerit nepos inſtitutus.

Nec obſtabit, quod ſi naſcatur erit in filij poteſtate, quia poterit prius mori filius ſpurius patre ventris, vt aliàs conſiderauit Iureconſ. *l. ſtatius Flor. §. Cornelio felici, de iure fiſci, & l. Gall. in princ. de liber. & poſthum.* & ſi patre viuo, naſcatur nepos, non pertinebit ad patrem vſusfructus, ſi incapax ſit, nec ſi expreſſe legatus eſſet filio ſpurio, vſusfructus poterat præiudicari inſtitutioni nepotis, vt ea inſtitutio diceretur facta contemplatione filij, quia quod eſt acceſſorium in teſtamento, vt legatum, non debet influere in principali, id eſt inſtitutione, à qua teſtamentum pendet, argumento capit. ſuper eo, vbi omnes *de prabend.* nec principale debet confirmari, vel infirmari ab 31
acceſſorio, *l. quod per manus traditum eſt de iure codicillor.* quod eſt ſine dubio, quia acceſſorium ſine principali per ſe ſtare non poteſt, Meno- 32
chius *de recuperand. poſſeſſione, remedio* 15. *num.*449.

33 Et licet validitas legatorum hodie non pendeat ab inſtitutione hæredis, & abſque ea conſeruentur legata, vt *in authent. ex cauſa, Cod. de liberis præteritis*, & melior textus *in l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 5. *recop.* Tamen quando adeſt hæredis inſtitutio, & eſt præcipua, &
34 principalis diſpoſitio teſtamenti, ex qua & omnia regulantur ad actiones actiuas, & paſſiuas, quæ ſunt exercendæ cum hærede, vt *in tit. Cod. vt actiones ab hæredibus*, & ſic legata percipiuntur de manu hæredis, qui debet tradere, *l.* 1. *ff. quorum legatorum*, quia hæredes cenſentur eadem perſona cum defuncto authentico de iureiurando à moriente præſtito, & *l.* 13. *in fin. tit.* 9. *p.* 7. de quo Dueñ. *reg.* 277. Anton. Gom. *l.* 45. *Tauri, num.* 154. Greg. *verbo, en lugar, l.* 1. *tit.* 3. *partit.* 6. Meneſ. *l. ſi quis maior, n.* 50. *C. de tranſactionibus.*

35 Et ita cum teſtator, non tradi rem legatam, hæres facere debet, niſi conceſſerit facultatem apprehendendi propria authoritate legatario, vt *in l. Titia, §. Lucius de legat.* 2. *ibi, volo eam à ſeipſa accipere*, quem textum ad id extollunt, Salicetus, & Alexand. *l. non dubium, C. de legatis*, & alij, quos refert, & ſequitur Roderic. Suar. *l. quoniam in prioribus, in declaratione legis regni, quæſt.* 7. *n.* 18. vbi in prælegato loquitur, quia aliàs
36 ſine facultate apprehendendi ab hærede eſt petendum, nec poteſt prælegatarius melioratus petere ſe mitti in poſſeſſionem, *ex l. fin. Cod. de edicto Diui Adriani*, Menoch. *de adipiſcend. Remedio* 4. *quæſt.* 17. *&* 18. Achiles perſonalis *de adipiſcenda, num.* 238. Valdeſ. *in addition.* ad Suarez, *l. quoniam in declaratione legis regni, q.* 7. *num.* 19. contrarium tamen contra Suar. defendit Parlador. *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin.* 1. *p.* §. 9. *num.* 7. quod ſcilicet, competat melioratio *in* 3. *&* 5. *remedium, l. fin. Cod. de edicto Diui Adriani*, & ibi etiam tenet poſſe teſtatorem concedere facultatem apprehendendi poſſeſſionem rei legatæ, ſed & aliarum rerum 37
pro ſecuritate legati, quia in teſtamento poteſt teſtator pignus conſtituere, *l. non eſt mirum, de pignoratitia actione.* Et hæc facultas apprehendendi conceſſa à teſtatore legatario, operatur, quando teſtator poſſidebat rem legatam tempore teſtamenti, & mortis; nam ſi tunc temporis non 38
poſſidebat, non poteſt concedere talem facultatem, Mieres *de maiorat.* 3. *p. q.* 17. *n.* 18. *in prima editione*, qui 39
enim dat talem facultatem debet poſſe tradere, cum videatur quaſi tradere Mier. *de maior.* 1. *part. q.* 29. *num.* 4. & 6. *in noua editione*, qui loquitur in maioratu, licet poſſit inſtituens illum reuocare ante apprehenſionem, quia facultas apprehendendi non eſt traditio, vt ibi ait Mieres *n.* 7. licet per clauſulam tradidit, ceſſit, dedit cenſeatur conceſſa facultas apprehendendi propria authoritate, Marta *de clauſulis clauſula* 189. *part.* 1. & ſi cum facultate capiendi propria authoritate, ſit clauſula conſtituti, poteſt ingredi, etiam non facta liquidatione, Menoch. *de adipiſcend. poſſeſſ. remedio* 5. *num.* 140. cum ſecus ſit ſine clauſula, vt tradit latè Menoch. *dicto remed.* 5. *à num.* 47.

Et ad eundem modum eſt in con- 40
tractibus pactum de capiendo poſſeſſionem propria authoritate, *l. creditores, Cod. de pignoribus, l.* 11. *tit.* 13. *& l.* 14. *tit.* 14. *p.* 5. vbi Gregor. Tiraquell. *de iure conſtitut.* 1. *part. n.* 37. Menoch.

Menoch. *de recuperand. remedio* 1. *quæſt.*22.*& remedio* 5.*quæſt.*8. *n.*28. Carrot. *de remed. exception.* 6.*n.* 21. vbi *num.* 24. quod habet locum in incorporabilibus,& *n.*3.quod in ſententia ſecus in fideicommiſſis, vt ibi, *n.* 20. Et ſtante eo pacto poteſt apprehendi ſine citatione, Afflict. *deciſ.* 326. vbi Vrſilius additionator, *num.*4.*&* 5. quod virtute huius clauſulæ, & præcarij, poterit poteſtatem exercere contra ſingularem ſucceſſorem,etiam reſiſtentem Carthar. *deciſ.* 12. ſequitur Riccius *collect.* 7. quod difficile videtur cum tertius ſit audiendus; nam vt inquit textus *in c. licet Epiſcopus de prabend. lib.* 6. *forſan ius poſſet competere retinendi*,& ſi cauſa iuſta reſiſtat, qui dedit facultatem non poteſt vti facultate, Menoch. *de adipiſcenda, remedio* 5.*n.*78. & eſt bonum conſilium adire iudicem, etiam ſtante clauſula conſtituti, ſi res ſit penes tertium, Gutierr. *de iuramento confir.* 1.*p.cap.*23.*n.*32. & conducit, quod tradit Caldas *de emption. & vendit. c.* 25. *à n.* 42. *&* Conſtantius Roger. *de potentia legis*, §.*fin.num.* 53. vbi quod etiamſi eſſet dictum, quod poſſet ingredi eo inuito.

Et ſcias, quod pactum ingrediendi propria authoritate non inducit obligationem bonorum, ſed ipſius contrahentis, per textum *in l. creditor*, §. *poſt diuiſionem, ff. qui potiores*,
41 quem textum, dicit non eſſe alibi in toto iure, Bar. *l. creditores*, *Cod. de pignor.* & ita fuiſſe deciſum in Senatu Neapolitano, teſtatur Afflict. *deciſione* 210. & adde quod ſi habens facultatem capiendi propria authoritate adierit iudicem pars eſt citanda, & an eo caſu poſſit relinquere iudicium, & vti facultate, *infra, cap.* 29. *à num.* 10.

CAPVT VI.

An Pater poſſit ſubſtituere ventri, & venter poßit alteri ſubſtitui, & poßit ventri dari tutor.

SVMMARIVM.

1 *Pater non habet in poteſtate exiſtentem in vtero, donec naſcatur; nec interim dicitur ſuus hæres.*

2 *Pater poteſt ventri ſubſtituere pupillariter.*

3 *Vulgaris ſubſtitutio expreſſa ventri facta etiam matre exiſtente in medio, continet tacitam pupillarem conditionalem.*

4 *Taciti, & expreſſi licet ſit idem iudicium pupillaris tacita non excludit matrem, vt expreſſa.*

5 *In ſubſtitutionibus plus operatur expreſſio eius, quod tacitè ineſt.*

6 *Regula, quod taciti, & expreſſi idem eſt iudicium, procedit ceſſante forma data.*

7 *Tacita pupillaris, vt non excludit matrem, ita nec auiam, niſi adſint coniectura voluntatis contraria teſtatoris, vt ſi à ſubſtituto teſtator matri legauit, non à pupillo.*

8 *Pupillaris comprehenſa in compendioſa ſemper excludit matrem iure communi & regio.*

9 *Pupillaris comprehenſa in compendioſa dicitur expreſſa.*

10 *Mater*

10 *Mater excluſa per pupillarem, ſi inops ſit, eſt alenda à ſubſtituto.*

11 *Subſtitutus non tenetur in conſcientia reſtituere matri hæreditatem, vt aliqui voluerunt.*

12 *Subſtitutus ventri datus ſub ea conditione, ſi maſculus naſcatur, & credat fœminam naſcituram, poterit pleno ventre adire, & ſi interim decedat hæreditatem tranſmittere.*

13 *Coniecturæ aliquæ afferuntur à Medicis ad cognoſcendum, an mulier grauida geſtet in vtero maſculum, vel fœminam, licet ſæpè fallantur.*

14 *Si apparuerit mulierem eſſe prægnantem, ſubſtitutus adire nequit.*

15 *Venter, quoad moram faciendam ſubſtitutis, habetur pro nato, & cohæredibus, quoad partem naſcituro competentem.*

16 *Filius cuius mater eſt grauida, interim ſolùm admittitur ad quartam hæreditatis.*

17 *Teſtator inſtituens ventrem, ſi filius naſcatur, & fuerit orta filia, quæ moriatur, ſi poſtea ſecto ventre filius extrahatur, inſtitutio valebit.*

18 *Teſtator ſi inſtituat ventrem vxoris ſuæ, & ſi peruiuat, appareatque vxorem non fuiſſe prægnantem tempore teſtamenti, & cum poſtea moriatur, appareat vxorem eſſe prægnantem, admittitur venter, & ſubſtitutio ventri facta valebit.*

19 *Teſtator ſi inſtituat ventrem vxoris ſuæ, non ſolum intelligitur inſtitutus, qui ex ea vxore, quam tunc habet natus fuerit, ſed ex alia quacumque, mortua prima.*

20 *Ventris inſtitutio comprehendit omnes poſthumos, etiam non conceptos tempore teſtamenti.*

21 *Venter poteſt alij dari ſubſtitutus.*

22 *Pater poteſt dare tutorem ventri in tempus naſcendi.*

23 *Pater dando tutorem filiis, cenſetur dare ventri, & poſthumis.*

24 *Filiorum appellatione continentur poſthumi, exceptis certis caſibus.*

25 *Ventri tutor dari non poteſt, quia non eſt pupillus, cui detur, cum tutor detur perſonæ tuendæ.*

26 *Ventri datur curator, qui tenetur ſatisdare, niſi ex inquiſitione detur, quia tunc non ſatisdat.*

27 *Mater tenetur petere curatorem ventri, vt iam nato, & ſi non petierit intra ſex menſes priuatur ſucceſſione.*

28 *Mater tenetur petere tutorem ventri etiam, quod ventri ſit datus ſubſtitutus, licet ipſe ſubſtitutus teneatur etiam petere.*

29 *Qui in ventre portatur non dicitur homo, ſed quod homo fieri ſperatur, ſecundum ius ciuile, ſed contrarium eſt verius.*

30 *Homo dicitur, ex quo anima carni infunditur, & quo tempore id contingat.*

31 *Exiſtens in vtero dicitur eſſe in rerum natura, & infans dicitur.*

32 *Reprehenditur opinio gloſſæ* in l. qui vtero, 7. ff. de ſtatu hom. *dicentis, quod antea quam naſcatur, non eſt animal.*

33 *Verbum ſum, es, fui, denotat ſubſtantiam.*

34 *Exiſtens in vtero, hominis appellatione continetur.*

35 *Reprobatur opinio Alberici, dum ait perfectionem hominis pendere*

ài

à natiuitate, quaſi non ſit homo, donec naſcatur.

36 *Deus fuit homo factus in inſtanti incarnationis, in quo fuit infuſa anima carni, & verbum aſſumpſit humanam naturam non terminatam, ſed terminando illam in propria perſona.*

37 *Partus antequam edatur mulieris portio dicitur ſecundum leges.*

38 *Pregnans non ſoluit vecturam pro exiſtente in vtero, nec mater pro lactaneo.*

39 *Pramium, quod datur capienti lupum non augetur ſi capiat lupam pregnantem, nec habebit premium pro ſingulis lupatinis.*

40 *Exiſtens in vtero non habetur pro nato ad ſui incommodum, ſed ad ſui commodum.*

1 LIcet autem pater non habeat in poteſtate exiſtentem in vtero, donec naſcatur, *l. fin. de collatione bonorum*, & tradit Auendañ. *reſponſo* 28. *num.* 2. nec dicitur ſuus hæres, *l.* 2. *Cod. de bonor. poſſ.* contra vbi Iaſ. & *l.* 1. *§. toties, de ventre in poſſ. mittend.* tamen poteſt ventri ſubſtituere pupillariter, *l. fin. in fin. C. de inſtit. &*
2 *ſubſtitution*, ibi; tunc autem tantummodo ſubſtitutionem admitimus cum poſthumus, minime editus fuerit, vel poſt eius partum mater prior deceſſerit, in quo textu etiam vulgaris ſubſtitutio expreſſa ventri facta, etiam
3 matre exiſtente in medio continet tacitam pupillarem conditionalem, ſcilicet, ſi mater non ſuccedat, vel quia prius moriatur, vel repudiet, atque ita, inquit, eſſe intelligendam dictam legem finalem, Bart. *l. Centurio n.* 4. *de vulgari*, vbi Alex. *n.* 15. Galiaula *n.* 42, contra gloſſam ibi.

Nec obſtat argumentum dicen- 4
tium, quod ſi ſtante matre vulgaris comprehendit pupillarem tacitam per eam excluderetur mater, vt per expreſſam cum taciti, & expreſſi, idem ſit iudicium, *l. eum qui, ſi certum petatur, l.* 3. *de leg.* 1. *Phanus, de pignor.* 2. *p.* 4. *membro, num.* 101. Bellon. *in princ. num.* 9. *inſtit.* quibus modis re contrahitur obligatio. Nam reſpondetur, quod vtraque in ſubſtitutionibus, plus operatur expreſ-
ſio eius, quod tacite ineſt, vt tradit 5
Alexand. dicens communem eſſe opinionem, *l. Centurio, num.* 66. *in fin. de vulgari*, vbi Ripa *num.* 61. &
76. Cephal. *n.* 108. *d. regula*, pro- 6
cedit ceſſante forma data; tunc enim tantum operatur tacita, quantum expreſſa, *l. ſicut, Cod. de teſtament. militis*, & non ſolum mater non exclu-
ditur per tacitam pupillarem, ſed nec 7
auia paterna, vel materna, Antonius Faber, *deciſ.* 3. *Cod. de impuber.* & aliis, niſi adſint coniecturæ voluntatis teſtatoris volentis excludere matrem, & auiam, vt tradit idem Faber *deciſ.* 4. *eod. tit.* vt ſi à ſubſtituto matri teſtator legauit, non tamen à pupillo, quia cenſetur voluiſſe ſubſtitutum matri præferri, Anton. Faber
deciſ. 16. *C. de impuber. & aliis ſubſt.* 8
Riccius *collect.* 440. pupillaris autem comprehenſa in compendioſa, ſemper excludit matrem, plures referens tradit Peregrin. *de fideicommiſ. ar.* 34. *num.* 39. vbi ait, ſe obtinuiſſe in duobus caſibus iudicio contradictorio, Aquilin. *de ſubſtit. n.* 162. Franc. Ferrer. *de impuber. gloſſ.* 7. *n.* 50. vbi inuehitur contra aliquos tenentes contrarium, *per l. fin. Cod. de inſtit. & ſubſtit.* cum ea lex loquatur in pupillari tacita, comprehenſa in vulgari,

vulgari, quod autem pupillaris comprehenſa in compendioſa excludat matrem probatur, *l.* 12. *tit.* 5. *part.* 6.
9 & dicitur pupillaris expreſſa, Giurba innumeros referens *deciſion.* 11. *num.* 11. vbi quod non habet contradictorem, dicit tamen, quod ſi mater eſt inops, tenebitur ſubſtitutus eam
10 alere, aut legitimam præſtare, *per l. ſi quis à liberis*, 8. item *reſcriptum de liber. agnoſc.* Couarr. *cap. cum eſſes, num.* 11. *& c. Raynuntius*, §. 5. *n.* 6. *de teſtam.* Menoch. *lib.* 4. *præſumption.* 38. *num.* 32. Gregor. *l.* 1. *tit.* 19. *part.* 4. Trentacinq. *de ſubſtit. c.* 16. *num.* 6. Giurb. *deciſ.* 11. *num.* 11.
11 *verſ. verum*, quod ſi mater tamen, tenebitur ſubſtitutus in foro conſcientiæ reſtituere matri hæreditatem, vt voluit Gratia. *deciſ.* 61. *in additione*, ſed verius eſt non teneri, vt reſoluit Fachin. *lib.* 4. *controuerſ. cap.* 42. poſt Trentacinq. de ſubſtitut. 2. *part. c.* 16. niſi putet ſe teneri, Men. *lib.* 4. *præſumpt.* 38. *n.* 33.

12 Sed ſi ſubſtitutus ſit datus ventri ſub ea conditione, ſi filius maſculus naſcatur, & ſubſtitutus ex ſignis, & coniecturis crediderit fœminam, & non maſculum, naſcituram, quod poſſit pleno ventri adire, & ſi interim decedat hæreditatem tranſmittere, eſt celebris doctrina Ancharran. *conſ.* 354. quam opinionem dicit mirabilem, & ſtupendam, Felin. *cap.* 1. *num.* 2. *de ſumma Trinit. & fide cathol.* Benedictus, *cap. Raynuntius, verbo, & ſoboles, quam geſtabat in vtero, num.* 64. *de teſtamentis* Stephan. Gratian. *diſceptat. cap.* 15. *num.* 6. & 7. pro qua doctrina facit text. *in l. cum quidam*, §. *quod dicitur, el ſegundo, de acquirend. hæred.* ibi, *toties igitur præſumptio* proficit quoties concurrit cum veritate, ex quo textu manifeſte probatur, quod ille, qui ſucceſſurus eſt in defectum ventris, ſi præſumpſerit non eſſe prægnantem, & adierit hæreditatem, præſumptio ei proficit, & aditio tenet, ſi concurrat cum veritate, ſed ſi poſtea apparuerit eſſe prægnantem tempore aditionis, & ſi aborſum faciat mulier, nulla eſt additio retro facta, vt in eodem textu habetur.

Sed & opinio Ancharrani poteſt 13
ſuſtineri ex eo, quod dantur coniecturæ, an maſculum, vel femellam mulier grauida in vtero geſtet, vt ex Hippocrate & Galeno, 5. *Aphoriſmo* 42. *&* 40. tradit Trincauellus Medicus, *lib.* 11. *de ratione curandi particulares humani corporis affectus c.* 20. *poſt medium verſ. nec minus* etiam poteſt agnoſci, vbi quod ſi portet maſculum, ex quo maſculus calidior eſt, naturales actiones à calore adiunctæ meliores fiunt, & melius colorata erit mater, ſi femellam geſtet, non quia frigidior decoloratior erit, ſed & ſit maſculus dextera matris mamma magis turget, quia venter maſculi inhæret lateri dextero, ſi fœmina ſiniſtra, cui adhæret, & hoc quia cum vtero mammæ plurimum conſentiunt, ſecundum Galenum 6. *de locis affectibus, cap.* 1. *&* 15. *c.* 13. ſed & Auicenna 2. 1. 3. ait pulſum geſtantis maſculum in dextro brachio pleniorem eſſe, ſi fœminam, in ſiniſtro.

Sed & geſtantis maſculum dexter oculus velocius mouetur, & geſtantis fœminam, ſiniſter; & quod prægnans ambulatura communiter incipere cum dextero pede, ſi maſculum portet, ſi fœminam cum ſiniſtro, ſed & ſurrectura, vtitur brachio dextro,

tro ſi maſculum habeat, ſi fœminam ſiniſtro, ſed & ſecundum eundem Auicennam concepto maſculo venarum, & pupillarum rubicundior apparet color, nigrior vero in fœmina, lac etiam gerentis in vtero fœminam, fluidius eſt, quia minus concoctum, gerentis vero maſculum magis craſſium nec ita diluens, & magis lucens, vnde, ſi fundatur ſuper ſpeculum conſiſtunt guttæ eius, & quaſi orbem faciunt, quæ quaſi Margaritam imitantur, vel granum argenti viui vulgo Acogue, ſed Amatus medicus Luſitanus *medicinalium, Centuria* 1. *curatione* 70. de vxore Ioannis à Triumpho, Patritij Anconitanij, grauida, cui dextera mammilla ſiniſtra tumentior erat, & fœtus lateri dextro (illa referente) hærebat, & venter in altum prominebat, & eius facies bene colorata apparebat, ait, non obſtantibus omnibus prædictis ſignis maſculini fœtus fœminam peperiſſe, Nicolaus autem Rochei *de moribus mulierum curand.* 1.*p.c.*21. in notis verſic. *vt certo ſcias, an vterum gerat*, alia refert ſigna, inquit namque, quod ſi vrina mulieris ponatur in vaſe cooperto ne aër ſubintret per triduum, deinde panno lineo mundo traiiciatur, ſeu per eum transferatur; ſiquidem in panno inſecta quædam pediculorum quantitate appareant, dicetur concepiſſe mulierem, quia ſi inſecta rubeſcant maſculum geſtare, ſi albeſcant fœminam, & idem erit ſi acus polita maneat noctu in mulieris lotio, ſeu vrina in vaſe, in eo, quod ſi maſculis variiſque coloribus tinctura eius, ſi maculæ rubeſcant, maſculum pariet, quod ſi non conceperit, acus nigra, & æruginoſa apparebit, aliqua alia ſigna congerit ex Friſciano, Ariſt. & aliis DD. Illefonſus de los Ruices, *lib. de priuileg. prægnant. priuilegio* 1. *fol. mihi*, 25. *&* 26.

Vbi apparuerit prægnantem eſſe mulierem ſubſtitutus adire nequibit, *d. l. cum quidam*, §. 1. *de acquir. hæredit.* qui vt inquit textus ibi: *Qui in vtero eſt, quantum ad moram faciendam inferioribus, & ſibi locum faciendum, ſi fuerit editus, pro iam nato habetur, l. inter agnatos*, §. *quandiu, vnde legitim. l. fin. de ventre inſpiciend. l.* 16. *tit.*6. *p.*6. 14

Sed hoc ſaltem intelligas, reſpectu partis naſcituro competentis, nam pro alia parte poterit alter filius acquirere, *d. l. cum quidam*, §. *ſuum hæredem*, & licet textus ibi dicat acquiri iam nato pro dimidia, ex eoque per naturam humanæ conditionis in ventre alius partus formari non poſſit. Verius eſt ſolum admitti pro quarta parte, ex quo poterit prægnās tres parere, *l. ſed & ſi reſtituatur*, §. *fin. de iudiciis*, *l. antiqui in fin. ſi pars hæreditatis petatur*, & licet ibi referat Paulus Iureconſ. vidiſſe tergeminos Senatores, & prudentiſſimos authores tradidiſſe, quinquies quaternos enixam Peloponeſiam, & tradit Plinius, & ſeptem naſci poſſe inquit gloſſa *l.*2. §. *interdum, de petitione hæredit.* vel quinque, quia ſecundum Ariſtotel. tot ſunt receptacula in vtero, vt ait textus *in l. ſi pater* 36. *de ſolution.* vbi Iulianus Iureconſ. refert Romæ allatam fuiſſe mulierem Alexandrinam, ex Ægypto cum quinque ſimul filiis, quos habebat incolumes, ſed & Hollandiæ Comitiſſam peperiſſe trecentos ſexaginta tres liberos, & omnes fuiſſe baptizatos, tradit Guillerm. Benedict. *cap. Raynuntius*,

(margin numbers: 15 beside "betur, l. inter agnatos"; 16 beside "ſit. Verius eſt")

numius, verbo, & ſoboles, quam geſta-
17 *bat num.*3.Sic ſi teſtator inſtituat ven-
trem, ſi filium parit, & pariat filiam,
& moriatur, ſi poſtea ſecto ventre
filius extrahatur, eius inſtitutio vale-
bit, Bald. *conſ.*113. *& conſil.*122. *&*
*conſ.*128.*lib.*1.quem ſequitur Tuſch.
*littera V. concluſ.*78. *num.*5. *vbi ſuprà*
18 *n.*11. quod ſi pater inſtituat ventrem
vxoris, ſi grauida eſſet, & poſtea ſu-
peruiuat, & appareat non eſſe præ-
gnantem tempore teſtamenti, ſi po-
ſtea moriatur, & appareat vxorem
eſſe prægnantem, admittitur venter,
& natus poſthumus hæres erit, ex
Bald. *conſ.* 130. *lib.* 2. vbi quod va-
lebit dicta inſtitutio, etiam ad effe-
ctum ſuſtinendi ſubſtitutionem pu-
pillatem factam ventri, idem tenet
Tuſch. *vbi ſuprà n.*12. niſi fuerit fa-
cta inſtitutio, per verba præſentis
temporis, vt ſi dicat ſi prægnans eſt,
nam non extenditur ad aliud tempus,
quoad inſtitutionem, nec ſubſtitu-
tionem, Bald. *conſ.* 130. Tuſch. *ibi,*
num. 24. ſed contrarium teneo, ex
quo cum eo teſtamento deceſſit, nec
ratio differentiæ poteſt eſſe in patre
teſtante (ſecus in alio) per ab eo di-
cta *n.*16. *& ſuprà.*

19 Sed & ſi teſtator inſtituat ventrem
vxoris ſuæ, non ſolum inſtitutus eſſe
intelligitur, qui ex ea vxore, quam
tunc habet natus fuerit, ſed ex alia
quacumque vxore, cum qua mortua
prima contraxiſſet ad ſimilitudinem
inſtitutionis poſthumi, *l. placet de li-*
*beris,& poſthum.*quam ad hoc expen-
dit Fachin. *lib.*4.*controu.c.*89. & tra-
dit Mantic. alios referens, *de coniect.*
mente defuncti, lib. 4. *t.*9. *n.*6. Me-
noch. *lib.*4. *præſumpt.*21. *n.*14.quid-
quid dicat Paul. Caſtrenſ. Raphaël.
Cuman. & Aretin. *d. l. placet.*

Et ſi teſtator ſimpliciter inſtituat 20
ventrem omnes poſthumos compre-
hendit,etiam non conceptos tempore
teſtamenti,Ang.*conſ.*51.*n.*3.ſequitur
Tuſch.*lit.V. concluſ.*78.*n.*8. *&* 9.

Sed & venter poteſt dari ſubſtitu-
tus hæredi inſtituto, *l.ſubſtitui* 17. *de* 21
*vulg.c.Raynun.de teſtam.*ibi,*adiiciens,*
vt Altheroca & ſoboles, quam geſtabat
*in vtero eidem impuberi ſuccederent,*vbi
Guill. Bened.*verb.& ſoboles,n.*1.*&* 2.

Sed & poteſt pater dare tutorem
ventri in tempus naſcendi,§. cum an-
tem inſtituta de tutelis,& ſi pater tu- 22
torem filiis dederit, cenſetur dare, &
poſthumis, §. *ſi quis filiis ſuis inſtitu-*
ta, qui teſtamento tutor. dari poſ. l. ſi
quis filiabus de teſtam. tutela, etiamſi 23
ignoret vxorem prægnantem eſſe,
quia vt ibi ait Iureconſ. *filia appella-*
*tione etiam poſthuma continentur,l.*1.*in*
princip. de bonor. poſſeſſ. contra tabulas,
l. ſi quis operas 5. *de operis libert.* ex
qua lege notatur, quod ſicut viuen-
tibus, ita & poſthumis naſcituris po-
teſt ſtipulari, & licet in caſibus con-
geſtis à Rebuffo, *l. nomen filiarum,*
verbo. ne tamen fallat, de verbor. ſignif.
non comprehendantur regulariter,
tamen comprehenduntur, quia ve-
niunt ex mente patris relinquentis
tutorem filiis, vbi autem aliena eſſet 24
mens teſtantis ſecus dicemus,*l.ſi quis*
ita 16.§. *ſi quis cum ignoraret de teſta-*
ment. tutela, vbi datio tutoris non
comprehendit filium ignoratum,quia
pater de ipſo non ſenſit, ne fiat ex-
tenſio, de perſona ad perſonam ven-
tri autem tutor dari non poteſt, *l.* 1.
verſ. ſimili modo, de eo qui pro tutore
negotia geſſit, ex quo non eſt pupillus
cui detur, *l. non eſt pupillus* 162. vbi
Alciat. *in fin. de verborum ſignif.* quia 25
tutor datur perſonæ tuendæ, Don.
*lib.*3.

Digitized by Google

lib.3.c.28. verb. bonis, ſed datur cu-
rator, *l. ventri 20. ff. de tutor. & cu-
rat.* datis ab his, *l.1. §. quoties, & §.*
26 *mulier de ventre in poſſ. mittendo*, &
talis curator ventri datus tenetur ſa-
tisdare, ſed ſi ex inquiſitione detur
non tenetur ſatisdare, *l. bonorum, de
curator. furioſ. prodig.* Paul. Montan.
*de iure tutelar. cap. 32. reg. 7. n. 30.
pag. mihi. 114. in fine*, durabit autem
donec naſcatur, & natiuitate definit
eſſe curator, Paul. Mont. *de iure tu-
tel. c.8. n.34.* & *ibi n.33.* quod mater
tenetur petere curatorem ventri, vt
iam nato: & eſt text. *in d.l.1. §.quo-*
27 *ties*, ibi: *Solet mulier curatorem ven-
tri petere, & ſi non petat intra ſex men-
ſes, priuatur ſucceſſione poſthumi poſtea
nati, ſi moriatur.* Bart. *conſ.22. num.5.
lib.1.* ſequitur Tuſch. *litt.V. concl.76.
n.14.* Greg. *l.12. tit.16.p.6. verb. no
piden guardador*, *per l. 2. §. ſi mater
non petierit, verſ. quid ſi cum prægnans
eſſet*, ad Tert. Tiraq. *l. ſi vnquam, verb.
ſuſceperit liberos, ante n. 145.* Man-
doſ. *de min. ætate, n.34.* Sed & mater
tenetur petere, etiam quod ventri ſit
28 datus ſubſtitutus, quamuis ſubſtitutus
teneatur etiam petere, non tamen
ob id mater liberatur per ea, quæ
tradit Donel, *lib.3. cap.8. verb. quòd
matri*, poſt medium contra Bart. ad
quem ſe remittit Greg. *vbi ſuprà*, &
quia adhuc incertum eſt, an in lucem
viuus proditurus ſit an abortiuus, in-
terim datur qui res gerat, Donell. *d.l.
3. comm. iur. c.18. verſ. impuberem, in
fin. & c.23. verſ. bonis.* Et dum in vte-
ro eſt, dicitur pars viſcerum matris,
l.1. §. ex hoc reſcripto, de ventre inſpic.
Alciat. *l. partum 26. de verbor. ſignif.*
Et ſic qui in ventre portatur, non
29 dicitur homo, ſed quod homo fieri
ſperatur, vt inquit text. *in l. in leg. Fal-
cid.9. ad leg. Falcid. in l. cum inter, de
fideicomm. libert.* ſed hoc impropriè,
cum in contrarium ſit veritas: nam in
ſymbolo Athanaſ. dicitur. Sicut anima
rationalis, & caro vnus eſt homo.
Vnio autem animæ, & carnis fit in
vtero, in maſculis 40. die, in fœmi- 30
nis 80. ſecundum magis communem
opinionem, gloſ. *verb. quadraginta, in
princ. 51. diſt.* Guill. Bened. *c. Rayn.
verb. & ſoboles quam geſtabat in vte-
ro, n.24.* Campan. *rub.11. c.23. n.22.*
Mand. *de min. ætat. n.45. & 46.* Alciat.
l. quod dicimus 231. n.8. de verb. ſign.
& in gloſſa ordinaria, Iſich. Leuitic.
12. *ver. ſeptem diebus.* Et ſic exiſtens
in vtero, dicitur in rerum natura eſſe,
l. pen. de ſtat. hom. Qui in vtero ſunt,
in toto penè iure ciuili intelligantur 31
in rerum natura eſſe, inquit Iureconſ.
& infans dicitur, *l. cum pater, in fin. de
neg. geſt.* & quo anteaquam naſceretur
infans geſſit, & quo poſteaquam
natus ſit, & ita perperam gloſſa,
*verb. proſit, in l. qui in vtero 7. de ſtat.
homin.* quia anteaquam naſcatur, ani-
mal non eſt, nec id probatur, *l.1. ſi* 32
quis proximior, vndè cognat. allegata à
gloſſa ibi: *Quia non fuerit proximus
cognatus ei, quo animal non fuerit*, nam
ea lex loquitur de non concepto, at-
que ita *l. item præt. 8. de ſuis & legitim.
hær.* ait: *Nam quod ex conſuetudine ne-
potes cognati appellantur etiam eorum,
poſt quorum mortem concepti ſunt, non
propriè, ſed per abuſionem accidit*, nam
qui eſt in vtero, dicitur eſſe, & eſt
iuxta illud Iob, *fuiſſem quaſi non eſſem,
de vtero tranſlatus ad tumulum*, non
enim abhorruit eſſe propter excel-
lentiam eſſentiæ, de qua poſt Augu-
ſtinum, & Sanct. Thom. quos refert
Sanch. *de matrim. lib.7. diſp.93. n.8.*
Lira, & Orig. relati à gloſſa ordinaria

H 3 *ſuper*

ſuper Matth. cap. 26. & Bartholom. Medina *ſuper* 1. 2. *Sancti Thomæ quæſt.* 29. *num. vlt.* propterea Iob dixit, *fuiſſem*, quia verbum *ſum*, *eſt*, *fui* denotat ſubſtantiam, gloſſa ordinaria *Ioann.* 1. *ſuper illud in princ. erat*
33 *Verbum.* ait, non enim pro tempore, ſed pro ſubſtantia ponitur erat, & tradit Sanct. Thom. *ſuper Matthæum, cap.* 5. explicans illa verba, *vos eſtis lux mundi*, ait, quod Verbum, *eſtis*, dicit ſubſtantiam, & probat textus iuncta gloſſa finali *in fin. l. mercis* 297. *de verbor. ſignif.* Menoch. *conſil.* 945. *num.* 15. *vol.* 10. & Stephan. Daoiz *in iuris indice, verſ. ſum, eſt, fui.* Et natus vocatur exiſtens in vtero, *Matth.* 1. *num.* 20. *Quod enim in ea natum eſt de Spiritu Sancto eſt*, vbi Auguſt. quem refert gloſſa ordinaria, ibi: *Ait in ea naſci eſt concipi ex ea naſci eſt in lucem prodire*, & Nicol. de Lira, inquit: dici ex ea naſci, quia Natiuitas in vtero expectabatur, & tunc dicitur, homo naſci in mundum, vt habetur *Ioann.* 16. *num.* 21. *Mulier cum parit triſtitiam habet, quia venit hora eius; cum autem peperit puerum, iam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum*, & ita intelligas Alciat. *l. intelligendus* 153. *num.* 4. *de verborum ſignific.* dum ait, exiſtentem in vtero hominis appellatione non compre-
34 hendi, vt loquatur de homine in lucem prodito, quia tractat de ſubrogando eum officio, & de pœna imponenda, non autem, quod dicat non eſſe hominem exiſtentem in vtero, quia in veritate homo eſt poſt infuſionem animæ, vt probauimus ex ſymbolo Athan. & quod dicatur homo, qui in vtero eſt poſt infuſionem animæ, Ludou. Sard. *tract. de naturalibus liberis*, §. *de ventre, n.* 2. ſic per contrarium ſeparata anima à corpore non eſt homo, vt inquit S. Thom. 3. *p. q.* 50. *art.* 4. *in corpore*, vnde malè Aluer. *l. qui in vte-* 35
ro num. 4. *de ſtatu hominum*, dum dicit perfectionem hominis pendere à natiuitate, ſic ait: *Hæc etiam in ſymbolo cantatur in miſſa, dum dicit, & natus ex Maria Virgine, & homo factus eſt, quaſi factio hominis ſit in Natiuitate*, hæc Aluer. ſed fallitur quidem, quia in ſymbolo Miſſæ non legitur, nec canitur, prout ipſe refert, ſed in hunc modum, *& incarnatus eſt de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine, & homo factus eſt*, ita etiam ſcriptum adeſt in œcumenica Tridentina ſynodo *ſeſſ.* 3. *decreto de ſymbolo fidei.* Deus 36
enim fuit homo factus in inſtanti Incarnationis, in quo fuit infuſa anima carni, & Verbum aſſumpſit humanam naturam non terminatam, ſed terminando illam in propria perſona, ita vt vtriuſque naturæ ſit, vnum ſuppoſitum, vel vna hypoſtaſis, S. Thom. 3. *part. q.* 4. *art.* 3. *in corpore.* Et in hunc ſenſum intelligendum eſt quod tradit Guillelm. Benedict. *in cap. Raynuntius, de teſtament. verb. & ſoboles, quam geſtabat in vtero, n.* 29. Nec intelligatur quòd in Chriſti Domini Incarnatione prius terminata fuerit natura humana, quàm in Verbo: quia nunquam, neque in inſtanti, humana natura terminata fuit in ſeipſa, vt aduertit ipſe Bened. ibi, verſiculo nec tamen intelligendum eſt (vt dicit Sanctus Thomas,) quòd caro Chriſti priùs fuerit concepta, & poſteà aſſumpta à Verbo Dei, quia nunquam habuit aliquam hypoſtaſiam præter hypoſtaſim Verbi Dei, & fuit Chriſti corpus in inſtanti ſuæ conceptio

conceptionis formatum, non expectata organizatione quadragenaria. S. Thomas, *3. p. q. 33. art.* 1. Et licet qui in vtero eſt, ſit homo poſt infuſionem animæ, non tamen talis reputatur, donec elementa confecta ſuas imagines membraque ſuſcipiant, *c. ſicut. 32. q. 2.* vel quandiu in lucem non prodierit, Mandoſ. *de minor. ætat. n.* 47. vbi quod in vtero di-
37 citur homo in potentia: partus enim antea quam edatur, mulieris portio eſt, *l. 1. §. 1. verſ. partus enim, de ven-*
38 *tre inſpiciend.* atque ita pro exiſtenti in vtero mater prægnans non ſoluit vecturam, ſeu penſionem, Alciat. *l. non eſt pupillus* 162. *num.* 5. *de verborum ſignificat.* Anton. Gomez. *tom.* 1. *variar. c.* 2. *num.* 14. Textus eſt ad id expreſſus *in l. ſed addes* 21. *§. ſi quis mulierem loc.* vbi text. ampliat ad lactaneum, quia cenſetur vnum corpus cum matre & eius ſubſtantia & liquore alitur, ſecundùm Paulum, &
39 Doctores ibi. Sequitur Anton. Gomez. *d. n.* 14. Et ſic ſtante ſtatuto, quod qui ceperit lupum, habeat decem, ſi capiat lupam prægnantem, non habebit decem, pro quolibet lupatino, non quia omnes vnum cum matre cenſentur. Paul. Caſtrenſ. & omnes, *l. qui in vtero* 7. *de ſtatu hominum*, Alciat. *l. quod dicimus* 231. *num.* 2. *de verbor. ſignif.* Et licèt Bald. *l. fin. C. de liber.* cauſam extendat ad lupatinos lactaneos, & idem exiſtiment Alex. & Imola, quos refert Horoc. *d. l. qui in vtero* 7. *verſ. commodis, n.* 5. ipſe tamen tenet contra eos: quia & ſi paruuli ſint, multa accidere poſſint, per quæ non capiantur, *l. in laqueum, de acquirend. rerum domin.*

40 Et cùm vt dictum eſt, penſio, ſeu vectura non ſoluatur pro exiſtente in vtero, nec habeatur pro nato, quia de incommodis eius agitur, ſi ageretur de eius commodo, haberetur pro nato, vt *in dict. l. qui in vtero* 7. *de ſtatu hominum.*

CAPVT VII.

De commodis mulieris prægnantis, & qualiter, & à quibus ſit inſpicienda, cuſtodienda, & alenda vidua, quæ dicit ſe grauidam remanſiſſe, & cuius expenſis, & quod generaliter acta iudicialia fiant expenſis petentium, & quando vtriuſque litigantis.

SVMMARIVM.

1. *Vidua ſi ſentiat ſe grauidam debet nuntiare conſanguineis proximioribus quorum intereſt non eſſe prægnantem. Et ei ſunt præſtanda alimenta licet diues ſit.*
2. *Alimenta data viduæ, ſiue pariat, ſiue aborſum faciat, non debet reſtituere.*
3. *Mulieri dicenti ſe grauidam eſt credendum ad hoc ſolum, vt inſpiciatur, quia ad probationem requiruntur obſtetrices, nec ſufficiunt teſtes.*
4. *Mulieri ſoli creditur extantibus aliis coniecturis, vt teſti de fa-*
cto

ẽto proprio creditur cum aliis.

5 *Quæ ex accidenti habentur, non ex natura potius præſumuntur non eſſe, quam eſſe.*

6 *Mu ier ſi neget ſe grauidam, quia velit diſſimulare ſe prægnantem, debet inſpici petentibus conſanguineis.*

7 *Periti ad declarandum in omni materia ſunt à partibus nominandi.*

8 *Fallit in obſtetricibuſque, vt aſpiciant mulierem à iudice ſunt eligendæ.*

9 *Vidua quando dubitatur an ſit grauida, eſt cogenda mulctis, & distractione pignorum, vt ſe inſpici patiatur.*

10 *Mulier ſi eſt cuſtodienda expenſæ cuſtodum ſoluendæ ſunt à conſanguineis.*

11 *Generaliter debet præſtare expenſas, qui al quid faciendum petit à iudice, & ſic ſi procurator administrator, vel negotiorum geſtor theſaurarius, à quo petitur redditio rationis rei adminiſtratæ miſſus fuerit, extra ſuam patriam, ei eſt dandum ſalarium.*

12 *Litigans petens à iudice, quod iuret aduerſarius abſens, debet ſoluere expenſas, & pro examinandis teſtibus abſentibus, vel ęgregiis perſonis, vel ægritudine impeditis, vel muliere prægnante, vel virgine, aut vidua honeſta, vel ſene, ad quorum domos eundum eſt.*

13 *Egregia perſona dicitur Epiſcopus, vel prælatus vel miles præſidij.*

14 *Aduocatus dicitur egregia perſona etiam depoſito officio.*

15 *Licẽtiatus, dicitur egregia perſona.*

16 *Egregiæ perſonæ non poſſunt renuntiare huiuſmodi priuil gio.*

17 *Petens, vt carceratus cuſtodiatur, vel ſi petat remiſſionem delinquentis carcerati debet ſoluere expenſas.*

18 *Idem ſi petat, quod cauſa remittatur aſſeſſori, ſeu conſultori, vel quod aſſumatur tertius à iudice recuſato.*

19 *Iudex ſi motu proprio aſſumat conſilium aſſeſſoris expenſæ ſunt communes partium.*

20 *Aliqui Doctores tenent expenſas ſoluendas eſſe ab eo, à quo recipitur iuramentum calumniæ, ſed contrarium eſt verius, & ita ſeruatur.*

21 *Limita ſi cum iudex iuſſiſſet parti præſenti iurare, ſe abſentauerit, quia ſoluet expenſas, vel habebitur pro confeſſo.*

22 *Petens equum, vel aliud animal ſequeſtrari, & deponi ſoluet expenſas, & quid de petente, quod aliquis incarceretur an teneatur alere.*

23 *Inſpectio oculorum, quæ fit ex officio fit expenſis vtriuſque partis.*

24 *Iudex ſi ponat cuſtodes carcerato in caſu neceſſario ſoluendæ ſunt expenſæ de bonis condemnati.*

25 *Obſtetrices, quæ inſpiciunt mulierem non debent ventrem tangere ea inuit e ne ſequatur aborſus. ſeu abortus, & in quo differant, hæc nomina.*

26 *Obſtetricibus dicentibus, non eſſe prægnantem creditur, & eis diſcordantibus ſtatur maiori parti.*

27 *Obſtetrices dicuntur habere ſcientiam obſtetricandi, & medicinandi.*

28 *Vbi maior numerus melior zelus*

eſſe

Digitized by Google

eſſe præſumitur, & maior pars dicitur ſanior.

29 *Obſtetrix ſi vna fuerit in loco ſufficiet ad inſpectionem, & ſufficiet vnus artifex peritus, vel vnus architectus, ſi non ſint alij.*

30 *Peritus ſi habet authoritatem à publico ei ſoli creditur, & ſic creditur cogiſtati (vulgo contraſte) ſed & nuntio.*

31 *Obſtetricum inſpectio eſt facienda expenſis petentis, & præfertur cuicumque alij probationi, & ſi facta inſpectione dubitatur, an prægnans ſit adhuc ſunt ei præſtanda alimenta.*

32 *Obſtetrices ſi viſo ventre nuntiauerint non eſſe prægnantem, mulier autem dicat eſſe, & petat ſe cuſtodiri ne dubitetur de partu ſuis expenſis fieri debet cuſtodia.*

33 *Mulier ſi non nuntiauerit eſſe prægnantem iuxta formam à lege Regni præſcriptam non præiudicat ventri.*

34 *Prægnans ſi ſit minor reſtituitur aduerſus negligentiam non denuntiando.*

35 *Prægnans ſi ſit vltimo ſupplicio damnata ſuſpenditur executio, donec pariat etiamſi venter adulterinus ſit.*

36 *Si poſt partum non inueniatur nutrix pro lactando infante mater eſt indemnis ſeruanda, vt eum nutriat.*

37 *Si ſit nutrix, & mater non habet bona, alendus eſt infans de publico.*

38 *Prægnans membri mutilatione puniri nequit.*

39 *Prægnans non poteſt torqueri, & ſi torqueatur, licet non periclitetur confeſſio in tormentis facta eſt nulla.*

40 *Prægnans non poteſt verberari, nec fuſtibus cædi.*

41 *Prægnans non poteſt compelli ire ad iudicium pro teſtimonio dicendo, quantumuis actus ſit perſonalis, & erit legitima excuſatio in cauſa nobilitatis, nec ad id requiritur, quod ſit in menſibus maioribus, ſed quod ſit grauida.*

42 *Ventri non debet inferri damnum, etiam ob matris culpam, nec alij, & ſic adminiſtratori negotiorum geſtori, tutori, & curatori delinquenti differtur pœna delicti, donec rationes reddiderit.*

43 *Quando non poteſt conſiderari commodum aliquod ventris non habetur pro nato ad fauorem tertij, vt ad excuſandum patrem à tutela ob numerum liberorum.*

44 *Ventris ſi intereſt non habetur pro nato, & ita in exhæredatione filiarum non comprehenditur poſthuma.*

45 *Si ventris non interſit, quod inſtantia cepta cum defuncto tranſeat in eum non tranſiuit, licet Gregorius dubitet.*

46 *Si tempore conceptionis parentes non poterant contrahere matrimonium, & poterant tempore natiuitatis attenditur id tempus, vt ſit naturalis, & non ſpurius.*

47 *Spurius dicitur, quaſi extra puritatem natus.*

48 *Si dubitatur an tempore conceptionis, vel partus parentes potuerint contrahere: venter & poſthumus potius præſumitur naturalis, quam ſpurius.*

49 *Filius potius præſumitur naturalis*

ralis quam ſpurius, quod maximè procedit ſi reperiatur in poſſeſſione filij naturalis, etiamſi pater contrarium affirmet.

50 *Expoſitus, præſumitur legitimus, & non ſpurius, atque ita poteſt ad ordines promoueri.*

51 *Naturales gaudent nobilitate patris, & poſſunt portare arma, & inſignia domus, & dicuntur de domo, & caſata.*

52 *Quemadmodum vno ex fratribus pronuntiatio nobili, cæteris hoc ſufficit, ita & ventri proderit ſi ſuper iure reali ſanguinis pronuntietur.*

53 *Recognitio facta à patre filij naturalis prodeſt omnibus, ſaltem cæteris ex eadem concubina natis, ſic & vtero exiſtenti.*

54 *Sententia lata in iure reali ad inſtantiam vnius prodeſt omnibus partem habentibus in ipſo prædio.*

55 *Sufficit parentes potuiſſe contrahere matrimonium tempore conceptionis, vel tempore partus, vt filius poſt contractum matrimonium efficiatur legitimus.*

56 *Inter plura damna, & nocumenta, quæ ventrem conceptum committantur, maximum eſt contractio originalis culpa, quæ omnes committatur.*

57 *Excipitur Deipara Virgo Maria quæ fuit præſeruata, quod defenditur, & oſtenditur.*

58 *Niſi corpus baptizanti tangatur aqua cum prolatione verbi, non fiet Sacramentum.*

59 *Exiſtens in vtero, non poteſt baptizari, ſed ſi aliquod membrum fuerit extra vterum, vt poſſit aqua tangi licet non ſit caput poterit baptizari.*

60 *Mortua vxore prægnante, debet fieri ſectio ventris, vt in eo exiſtens baptizetur, matris autem viuentis, viſcera non ſunt ſcindenda, vt infans baptizetur.*

61 *Si martyrio matris proles occiſa ſit, exiſtens in vtero ſaluatur.*

62 *Si parentes coëant tempore, quo mulier fuit menſtruata concipitur, & naſcitur leproſus.*

63 *Prægnanti ſi purgationes menſtruæ procedant nocent fœtui, vt non ſit ſanus, non tamen ſufficiet vnica purgatio, ſed plures.*

64 *Matris infirmitates ventri obſunt, & occaſionem aborſus præbent.*

65 *Prægnantes ſi aliquid vehementer optent, & ipſarum deſideria fruſtrentur, cauſatur aborſus.*

66 *Tonitrua fœtui nocent.*

67 *Exiſtens in vtero non habet Angelum cuſtodem, qui homini à Deo datur ei qui naſcitur in mundum ſecundum Diuum Thomam & alios.*

68 *Ventre conceptus, quandiu eſt in vtero, non totaliter eſt à matre ſeparatus, ſed per quandam colligationem eſt aliquid eius, ſicut & fructus pendens in arbore eſt aliquid arboris.*

69 *In computatione annorum, non attenditur tempus, quo quis eſt in vtero, quia ætas à natiuitate enumeratur.*

70 *Anni Domini enumerantur Romæ ab eius Incarnatione in noſtra Hiſpania à Natiuitate, in aliis prouinciis à Circunciſione, & in aliis à Reſurrectione.*

NOn ſolum venter ſibi prodeſt, ſed & matri, cuius vtero geſtatur; nam ſtatim, quod ſciatur eſſe prægnan

1 prægnantem, vel ipſa ſentiat ſe grauidam, & nuntiauerit conſanguineis proximioribus, iuxta *l.* 1. §. *de inſpiciendo ventre, & in* §. *denuntiari, ff. de ventre inſpiciendo*, & formam traditam, *à l.* 16. *tit.6. part. 6.* Sunt ei præſtanda alimenta, etiamſi ipſa prægnans diues ſit, *l. curator* 5. *de ventre in poſſ. mittend.* Roman. *l. diuortio, num.* 15. *ſolut. matrimon.* vbi Socin. *num.* 16. *in fine*, Ioann. Petrus Surdus *de aliment. tit.* 1. *quæſt.*44. *n.* 51. Mandoſ. *de minor. ætate, n.*7. Tuſch. *litteræ V. concluſ.* 76. *num.*9. & ſi vel pariat, vel abortum faciat non debet
2 reſtituere alimenta ſibi data, Mieres *de maioratib.* 3.*p.q.*2. *n.*36. Boër. *deciſ.*324. Couarr. *quæſt.6. pract. n.* 7.
3 Afflict. *deciſ.*252.*num.*4. ſed & mulieri dicenti ſe grauidam eſt credendum gloſſ. *in l. illud, ff. ſi pars hæreditatis pet.* vbi Angelus *num.*2. Afflict. *deciſ.* 236. *n.*4. tamen ad hoc ſolum, vt inſpiciatur, quia ad approbationem requiruntur obſtetrices, nec ſufficiunt teſtes, Farin. *de falſitate, q.*150. *n.*267. bene tamen verum eſt, quod ſtantibus aliis coniecturis mulieri
4 credetur, vt dicit Ioſeph. *de ruſticis, l. cum anus, lib.*4. *cap.* 15. *num.* 15. *&* 16. *de condition. & demonſtration.* nec obſtat, quod deponat de facto proprio, vt dicit Angel. *vbi ſuprà*, nam & teſti deponenti de facto proprio non creditur ſine aliis indiciis, *l. quæro* 58. *in fine, de ædilitio edicto*, ibi: *Si alia indicia prioris fugæ non deficiant, tunc etiam ſerui reſponſo credendum eſt*, quod maximè procedit, ſi deponant in ſui fauorem, *l. non omnes, §. à barbaris, de re militari*, vbi quia in ſui fauorem deponebat miles attenditur, ſi antea bonus miles exiſtimabatur, vt ex eo ſumatur indicium veritatis, & potius præſumitur non eſſe prægnantem, quia quæ ex accidenti habentur, non ex natura
potius præſumuntur non eſſe quam 5
eſſe, Monachus *conſ.*47.*n.*11.*&* 12. Maſcard. *de probat. concluſion.* 1154. *num.* 7. ſequitur Marius Giurba, *deciſ.*18. *n.* 12.

Si autem negetur eſſe prægnantem, vel ipſa mulier neget, ſe grauidam eſſe, vel quia voluerit diſſimulare, vt dicit textus *in l.* 1. §. 1. *ff. de ventr. inſp.* ibi: *ſi mulier diſſimularet ſe prægnantem, vel etiam negaret*, ſunt eligendæ honeſtiſſimæ fœminæ, & domus, in qua ſint obſtetrices peritiſſimæ, & artis, & fidei quæ eam inſpiciant, Menoch. *lib.* 2. *de arb. centur.* 1. *caſu* 69. Maſcard. *concl.* 169. *de probationibus*, & ſi omnes, vel duæ grauidam eſſe renuntiauerint perſuadenda eſt mulier, vt cuſtodes admittat, *d.l.* 1. *in princ. de ventre inſpiciendo*, & licet alias periti ſint à partibus 7 nominandi, *l. hac edictali, C. de ſecund. nupt. nobilium*, prædictæ tamen 8 mulieres, & obſtetrices non à partibus, ſed à iudice ſunt aſſumendæ, & eligendæ, *d.l.* 1. §. *ex hoc reſcripto, verſ. & notandum*, vbi quod ſi ipſa ſe inſpici non patiatur cogenda eſt, ad 9 id multis, & diſtractione pignorum, & hoc intellige petentibus conſanguineis, iuxta *lib.* 17. *tit.* 6. *part.* 6. ibi: *E la guarda de eſta muger, deue ſer deſta guiſa, que el iuzgador de aquel lugar do eſto acaeſciere, ſi los parientes del muerto lo demandaren*, & poſtea, ibi: *Pueden poner los parientes del finado tres hombres, y tres mugeres libres, è ayan ellos dos compañeros, y ellas dos compañeras que la guarden*, & ita expenſæ cuſtodum ſunt ſoluendæ 10 per conſanguineos, tradit in terminis

11 Vincent. de Franch. *deciſ.*332. *n.* 3. *&* 4. eſt enim generalis regula, quod quando quis aliquid petit, ipſe debet præſtare expenſas, text. *in l. fin. Cod. de erogation. milita. annon, lib.* 12. *l. quoniam liberi, C. de teſtibus*, & Bald. *l. generaliter*, §. *his de præſentibus, verſic. deinde nota, Cod. de rebus credit.* Campanillus *in diuerſorio iuris, rubr.* 7. *cap.* 6. *n.* 132. ex quo nota, quod ſi procurator, vel negotiorum geſtor, ſeu adminiſtrator miſſus fuerit, de vno loco ad alium cauſa exercendæ negotiationis, vel adminiſtrationis cum certo ſalario, ſi poſtea ei remoto ab officio petatur à conſtituente reditio rationis, quæ debet fieri loco adminiſtrationis, vt per titulum, *Cod. vbi de ratio agi oporteat* Gregor. *l.* 32. *tit.* 2. *p.* 3. *in fin. verb. la catorcena*, Auendañ. *lib.* 1. *de exequendis mandatis, cap.* 1. *n.* 16. debet ei ſolui ſalarium per tempus, quod durauerit rationis redditio, tradit Campanill. *vbi ſupr.* Aymon *conſil.* 138. *n.* 15. quod nota ad praxim, vt omnes ſumptus faciendi ſint expenſis petentis Vrſil. ad Afflict. *deciſ.* 177. *num.* 2. Couarr. *practicar. q.* 11. *verſ.* 14. non immerito, Boër. *deciſ.* 303. *n.* 2. Ioſeph.
12 Ludouic. *deciſ.* 74. *à n.* 3. & ita ſi alter ex litigantibus petierit, quòd alter iuret, qui abſens ſit, vel producat teſtes abſentes, vel ſi non ſint abſentes, ſint tamen egregiæ perſonæ, vt
13 nobiles, vel ægritudine impediti, vel mulier prægnans, vel virgo, aut vidua honeſta, vel ſenex ſeptuaginta annorum pro quorum declaratione, & teſtimonio eundum eſt ad eorum domos, vt *in l. ad perſonas egregias* 15. *de iureiurando, & l.* 22. *tit.* 11. *part.* 3. vel Epiſcopus, ſeu prælatus, vel miles exiſtens in præſidio, vel alter iudex, de quibus *in l.* 35. *tit.* 16. *p.* 3. 14
vel Aduocatus etiam depoſito officio, vt tradit Roland. *conſ.* 11. *lib.* 2. *n.* 22. Menoch. *lib.* 2. *de arbitrar. cent.* 1. *caſu* 70. *n.* 10. Phebus *Arreſt.* 56. & tradunt gloſſa & Doctores, *in d. l. ad perſonas egregias*, Barboſ. *l.* 1. 7. *part. n. fin. ſolut. matrim.* Quia Aduocato 15
conceditur homagium, Phebus *Arreſto* 58. ſed & licentiatus inquit Roland. *d. num.* 22. & alij de quibus Ioann. Garc. *de nobilitate, gloſſ.* 48. §. 1. *&* 2. Reuard. 1. *tom. variar. lib.* 4. *c.* 15. Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. cent.* 3. *caſu* 228. Couarr. *lib.* 5. *variar. cap.* 13. *n.* 5. *& cap. quamuis pactum,* 2. *p. in initio, n.* 8. Chacheran. *deciſ.* 123. *n.* 3. cui priuilegio non poteſt renuntiari, Didac. Perez, *l.* 1. 16
tit. 4. *lib.* 4. *ordinament. pag.* 89. *in fine*, Otalora *de nobilit.* 5. *p. principali. cap. fin.* 16, vel ſi petat, quod carceratus cuſtodiatur ab hominibus, vel ſi 17
petat remiſſionem delinquentis carcerati, vel quod cauſa remittatur aſſeſſori, ſeu conſultori, vel petat aſſumi ſocium, iudice ab eo recuſato in 18
omnibus iis, & ſimilibus expenſæ ſoluendæ ſunt à petente, vt tradunt Baldus, Vincent. de Franch. Menoch. & alij *ſuprà* relati, *n.* 10. *&* 11. Gratian. *cap.* 55. *num.* 33. vbi *num.* 44. quòd ſi à iudice motu propriò aſſumatur conſilium aſſeſſoris expenſæ ſunt communes partium, vt per Surdum *de alimentis, tit.* 1. *quæſt.* 63. & ibi: Quòd ſi iudex ſimul cum Nota- 19
rio ſeu tabellione accedit ad aliquem locum pro negotio litis, ſunt præſtandæ expenſæ ab eo, qui petit actum fieri: non tamen ſunt ferendi iudices, qui leui cauſa exeunt per loca iuriſdictionis, vt percipiant ſalaria, ob quod in Senatu Gallæco

datur

datur ordinaria prouiſio, ne iudices
exeuntes per iuriſdictionem perci-
piant ſalaria. Quod non ita amarè &
rigidè eſt accipiendum, vt iudex ſuis
expenſis militet, cum à ſua domo
diſceſſerit ex iuſta, & graui cauſa,
quo caſu ei debet aſſignari ſalarium.

In viſitatione autem locorum iu-
riſdictionis non debent percipere ſa-
larium, ſed partes pœnarum, quas à
lege habent.

20 Et licèt plures Doctores tenue-
rint, & non ſine magno iuris fun-
damento, expenſas factas pro ſu-
mendo iuramento calumniæ & ſimi-
libus, ſoluendas eſſe per abſentem,
per *l.*2. §. *defendi,* vbi gloſſa & Do-
ctores, ex quibus cauſis *in poſſ. eatur*
tamen. Greg. *l.*22. *tit.* 5. *part.*3. *ver-*
bo, ò ſi fuere à otra parte, in fine, te-
ſtatur, in regalibus auditoriis, de con-
ſuetudine ſolui expenſis petentis,
quem ſequitur Parlador. *lib.*2. *rerum*
quotidianarum, cap. fin. 5. *part.* §. 1.
num. 28. vbi etiam teſtatur moribus
21 receptum. Ioan. Gutier. *lib.* 1. *pract.*
*quæſt.*63. *n.* 2. ſed ſeruabitur contra-
rium, & fiet expenſis abſentis, quo-
ties eo præſente iudex parti iuſſerit
iurare, & ſe abſentauerit, vel habe-
bitur pro confeſſo, iuxta *l.* 1. *tit.* 7.
lib. 4. *Recopil.* & per Doctores *in d.*
*l.*25. §. *defendi, ex quibus cauſis in poſſ.*
22 *eatur.* Regulariter autem expenſis
petentis fit, & ſic petens equum, vel
aliud animal ſequeſtrari & deponi,
debet ſoluere alimoniam, Boër. *de-*
*ciſ.*203. *n.*3. per *l. ſi in Aſia* 12. §. 1.
depoſiti ibi: *Si velit actor ſuis expenſis,*
ſuoque periculo rem perferri. Idem te-
nent Petrus Surd. *de alimentis, tit.* 1.
q. 70. *n.*51. vbi de petente, quod ali-
quis incarceretur, vt teneatur eum
alere, & *q.*71. *n.*2. Pheb. *deciſ.*3. *n.* 1.
& 2. & eſt *l.* 1. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recop.*
Sed ſi aliquid horum iubeatur à iudi-
ce fieri ex officio, veluti inſpectio
oculorum, *in caſu l. ſi irruptione, fi-* 23
nium regund. c. quia indicante, de præ-
ſcript. vel vtatur declaratione perito-
rum, vel conſilio aſſeſſoris ad pronun-
tiandum, debet fieri expenſis com-
munibus partium litigantium, Io-
ſeph. Lud. *deciſ.*74. *n.* 3. Sed ſi po-
nat cuſtodes carcerato, ait Boër. *de-*
*ciſ.*303. *n.* 1. quod expenſæ ſoluen- 24
dæ ſunt de bonis condemnati, & eis
deficiētibus de publico, *l. leg. Corn.* 25.
in prin. ad ſilan. ibi: *Aut ſi inde ea quā-*
titas redigi non poſſit de publico accipiat.

Sed vt ad propoſitum inſpectionis 25
prægnantis redeamus aduertas, quod
dum inſpiciunt ventrem obſtetrices
inuita muliere non debent ventrem
tangere, ita text. *in d. l.* 1. §. *denuntia-*
*ri, de ventre inſpic. & l.*17. *tit.*6. *p.*6.
ibi: *Demanera, que non la tangan con-*
tra ſu voluntad, vbi Gregor. inquit, id
eſſe, ne fortè ex tactura ſequatur ab-
orſus, ſi eſt prægnans in primis men-
ſibus, vel abortus ſi vltimis prope par-
tum, iuxta diſtinctionem poſitam, *in-*
*frà c.*9. *de aborſu, n.*21. Quod ſi plu-
res non eſſe prægnantem renuntia-
uerint nulla erit cauſa cuſtodiæ, *d. l.* 1.
in fin. princ. ibi: *Si autem omnes, vel plu-* 26
res, nam peritis diſcordantibus ſtatur
maiori parti, Ioſeph, Maſcard. *de prob.*
concluſ. 1169. *n.*41. bonus textus *in l.*
cum quidam 30. §. *quod dicitur el ſegun-*
do, verſ. finge obſtetrices dicere, & ibi: *Si*
ſecundum multorum opinionem, de ac-
quirenda hæreditate, maximè in hoc
caſu, quo *dict. l.* 1. vult credi plu-
ribus; nam obſtetrices dicuntur ha-
bere ſcientiam obſtetricandi, vt le-
gitur *Exod.* 1. *n.* 19. *l.* 1. §. *ſed ob-* 27
ſtetrices audiant de var. & extraordin.

cognitionibus, & licet Greg. *l.16.verbo, è conocieren, tit.*8. *part.*5 .dicat diſcordantibus peritis peritioribus eſſe credendum, quod melius eſſet, nam vt inquit Anton. Gamma *d. deciſ.* 1. *num.* 2. plus creditur aliquibus prudentibus, quam toto populo; ſed quia de hoc diſputare eſſet odioſum, maiori parti fides adhibenda eſt, quia vbi maior adeſt numerus, ibi, melior zelus eſſe præſumitur, *cap. Ec-*
28 *cleſia* 57. *de electione*, & quod fit à maiore parte dicitur fieri à ſaniori, *c.* 1. *de his quæ fiunt à maiore parte cap.* ibi: *Quòd pluribus, & ſanioribus*, & ibi, *quòd à maiori, & ſaniori parte*, text. *in c. Nicena* 31. *diſt.* gloſſ. *verb. maioris*, *cap. ea noſcitur de his quæ fiunt à Prælato, ſine conſen. Cap.* & licet facta declaratione à peritis ſi allegetur læſio poſſit fieri probatio per alios peritiores, tamen vltra ſecũdam deputationem peritorum non eſt facienda alia nominatio, ne procedatur in infinitum, vt ex multis tradit Gratian. *diſceptat. cap.* 600. *num.*28. & 29. & plus creditur peritis, ſi teſtes contradicant, Honded. *conſ.* 31. *num.*46. *volum.* 1. Gratian. *diſceptat. cap.* 600. *num.* 26. quia vt ipſe inquit, *n.*25. participant de iudice, & teſte, imò & periti dicuntur iudices, *l. certi iuris*, *Cod. de iudiciis*, ibi: *Quid enim obſtaculi eſt homines, qui alicuius rei peritiam habent de ea iudicare*, *cap. quia iudicante de præſcript. & arbitratores*, dicuntur Surd. *conſ.*452. *n.*3. *vol.*3.

29 Sed ſi non fuerint in loco, niſi vna obſtetrix, & difficulter alia inueniatur, vna ſufficiet argumento text. *in authentic. de non alienand. & permutandis*, §. *quod autem dictum*, ibi: *Duobus inſignibus mechanicis, aut architectis, aut etiam vno, ſi vnum ſolum ciuitas habeat*, Auil. *cap.* 2. *prætorum, verb. ninguno, num.* 9. Stephan. Gratian. *forenſ. diſceptat. cap.* 235. *num.* 29. & 67. Quod maximè pro- 30
cedit, ſi peritus habeat authoritatem à publico, nam ſufficit vnus, *l.* 2. *C. de ponderat. lib.* 11. & nominatus à iudice, habet publicam authoritatem, vt dicitur de nuntio cui creditur, Maſcard. *concluſ.* 189. 290. Tiraq. *de retract. linagi*, *gloſſ.* 9. §. 1. & de cuſtode, & ſaltuario, dicit Auendañ. *lib.* 1. *de exequend. mandat. cap.* 1. *num.*16. Matienç. *l.* 1. *tit.* 17. *lib.* 5. *Recopilation.* Grammatic. *deciſ.* 67. Capic. *deciſ.* 45. *n.* 3. Aymon *conſil.*196.*n.*7. Et licèt mulieres ab omnibus officiis publicis arceantur, *l. fœmina, de reg. iur.* non tamen in his quæ ad mulieres pertinent, Horocius *l.* 1. *num.*3. *de legibus*, & quamuis vbi ſit copia, debeant duo obſtetrices inſpicere ventrem, nec ſufficiat vna, quia earum iudicium fallax eſt, *cap. nec aliqua* 26. *q.* 1. & tradit Farinac. *de falſitate*, *cap.* 150. & *num.* 268. ſecus erit, ſi duo haberi non poſſint per ſupradicta. Et hæc inſpectio obſtetricum debet fieri expenſis petentis, vt omnis alia oculorum inſpectio, Franch. *deciſ.*332. *num.* 7. & hæc probatio ex aſpectu præfertur cuicumque alij, Ludouiſ. *deciſ.*575. *num.* 6.

Sed ſi facta inſpectione dubitetur, 31
an prægnans ſit, adhuc ei ſunt præſtanda alimenta, *l.* 1. §. *ſed ſi incertum, verſ. ſatius eſt, de ventre in poſſeſſ. mittend.* ibi: *Satius eſt enim ſub incerto eius qui editur, ali etiam eum.* Sed & ſi omnes obſtetrices viſo ventre nuntiauerint non eſſe prægnan- 32
tem, mulier autem dicat eſſe, & petat cuſtodi

cuſtodiri, ne poſteà dubitetur de partu, ſuis expenſis fieri debet; nam ſæpè oculus obſtetricum fallax eſt, ſed & manus, ***dict. cap. nec aliqua*** 27. *quæſt*. 1.

33 Sed ſi mulier non renuntiauerit eſſe prægnantem, iuxta formam, *l*. 1. §. *denuntiari, de ventr. inſpiciend.* & *l*. 16. *tit*. 6. *p*. 6. nec fuerit venter miſſus in poſſeſſionem, non ob id præiudicatur filio in proprietate bonorum, & hæreditate; nam conſtito de partu, & probata filiatione, hæreditatem filius conſequetur. Signorolus, *conſ*. 256. *in fin.* ſequitur Tuſch. *littera V. concluſ*. 76. *num*. 4. Si tamen prægnans minor ſit, reſtituetur ad-

34 uerſus negligentiam in non denuntiando, *l*. 3. §. *& ſi hæres, de minor.* Aymon *conſ*. 204. *num*. 26. Aret. *in conſil*. 67. *num*. 5. Mier. *de maiorat.* 2. *part. quæſt*. 4. *illatione* 8. *num*. 7. *in* 1. *editione.*

35 Sed ſi prægnans ſit vltimo ſupplicio damnata, ſuſpenditur executio donec pariat, *l. Imperator, de ſtatu hominum*, Quintilian. *declamat*. 277. *ſupplicia* (inquit) *prægnantium, lex differri in diem partus iubet*, & hoc etiamſi venter adulterinus ſit, ita Horoſcius, *l. Imperator, n*. 10. *de ſtatu hominum.*

36 Quinimò, ſi non inueniatur nutrix pro lactando infante nato, eſt indemnis ſeruanda, vt tradit Benedictus, *in c. Raynuntius verbo, & ſoboles, num*. 60. *verſ. quo caſu ſeruari debet, de teſtam.* poſt Bart. *l. prægnantis, de pœnis*, cum eadem ſit ratio ſeruandi tam matrem enixam, quam prægnantem, Bart. *d. l. Imperator, n*. 6.

37 vbi Horoſcius *n*. 9. Si tamen reperiatur nutrix, tamen matri non ſint bona, alitur infans de publico, Boër. *deciſ*. 303. *num*. 6. Surd. *de alim. tit*. 1. *quæſtion*. 81. *n*. 3.

Sic & prægnans membri mutilatione puniri nequit, ex quo vltimo æquiparatur ſupplicio, *authentic. de collatoribus*, §. *ad hac prohibemus*, ibi: *Citra tamen nouiſſimum ſupplicium, aut membri inciſionem*, Bart. *d. l. Imperator, n*. 5. & ibi Horoſc. *n*. 6. 38

Sed nec prægnans torqueri poteſt, etiam intra quadraginta dies poſt partum, Bart. *l. prægnantis, de pœnis*, Alex. *l*. 1. §. *ſi non propter, ff. ſi quis cautio.* Horoſc. *vbi ſuprà, n*. 8. & ſi torqueatur, licèt non periclitetur confeſſio erit nulla, Benedictus *cap. Raynuntius, verb. & ſoboles, n*. 6. *in fine*, vbi ex Bald. *in l. Imperator, de ſtatu homin.* tradit, quod ſicut torqueri non poteſt, ita nec verberari, nec flagellari: in hoc enim conſideratur vtilitas ventris, Alciat. *l. quod dicimus* 23. *n*. 6. *de verb. ſignif.* 39 40

Sed nec compelli poteſt ire ad iudicium pro teſtimonio dicendo, vel alio actu, ſi partui periculum poſſit eſſe, quantumcumque actus ſit perſonalis, *l*. 2. §. *ſi non propter, ff. ſi quis cautionibus*, poſt Bartolum, & Hippolytum, tradit Horoſcius *l*. 2. *in* §. *grauida, num*. 4. *eod. tit.* & *in l. Imperator, n*. 14. Benedictus *vbi ſuprà, n*. 60. Et hæc erit legitima excuſatio, vt talis dicatur impedita, ne vadat ad curiam pro teſtimonio dicendo in cauſis nobilitatis, & aliis. Nec requiritur, quòd mulier ſit grauida, ita vt iam ventre grauetur, quia ſit in menſibus maioribus prægnationis, ſed quoquo tempore à conceptione, Horoſc. *d. l. Imperator, n*. 2. *de ſtat. homin.* Quinimò magis periclitatur fœtus in primis menſibus à conceptione, vt dicetur infrà, *n*. 64. 41

Nec

42 Nec enim debet fœtui damnum inferri, etiam ob matris culpam, ne alterius culpa prægrauetur contra iuris regulam. Ob quam rationem etiam in adminiſtratore, curatore, & negotiorum geſtore delinquente differtur pœnæ ex cutio, donec rationes reddit. Bartol. *l. ſeruo legato, § ſeruus, de legat.* 1. Cæpol. *cautela* 1. Felin. *cap. meminimus, n.* 11. *de accuſationibus*, Horoſc. *dict. l. Imperator. n.* 11. *&* 12. *de ſtatu hom.*

43 Quando autem non verſatur, nec poteſt conſiderari commodum aliquod ventris, non habetur pro nato; & ſic ad excuſandum patrem à tutela, non numeratur inter liberos, qui eſt in vtero, *l.* 2. *§. numerum autem, de excuſationibus tutorum*, quem text. expendit Alciatus, *l. quod dicimus, n. 6. de verbor. ſignif.* per text. ibi ſic dicentem. *Quod dicimus, eum qui naſci ſperatur, pro ſuperſtite eſſe, tunc verum eſt, cùm de ipſius iure quæritur, aliis autem non prodeſt, niſi na-*

44 *tus ſit.* Imò & ſi intereſt ventris non haberi pro nato, non habetur pro tali, & ita in exhæredatione filiarum non comprehenditur poſthuma, vt per *l. Titius in princ. de liber. & poſthumis*, tradunt ibi Doctores, contra gloſſam ibi, ſequitur Benedict. *cap. Raynunt. verb. & ſoboles, n.* 36. *de teſtament.* venter enim ſolùm habetur pro nato in ſui commodum, *d. l. qui*

45 *in vtero* 7. *de ſtatu homin.* & ſic ſi non interſit commodo ventris, quod inſtantia cœpta cum defuncto, tranſeat in ventrem, non tranſibit: ſecus alias, licèt Gregorius relinquat cogitandum, *l.* 3. *tit.* 23. *p.* 4. *verb. à pro del, in fin.* nec aliquod dubium eſſe poteſt cùm ſolum in ſui commodum pro nato habeatur, ex *d. l. qui in vtero.*

Sic ſi tempore conceptionis parentes non poterant contrahere matrimonium, & tempore natiuitatis, poterant, non attenditur tempus conceptionis, ſed Natiuitatis in eius commodum, vt ſit naturalis, & non ſpurius, *l. nuper, Cod. de natur. liber.* ibi: *Et hoc fauore facimus liberorum, vt editionis tempus ſtatuamus eſſe inſpiciendum exceptis iis tantummodò caſibus, in quibus conceptionem magis approbari infantium conditionis vtilitas expoſtulat.* Idem diſponitur, *l.* 11. *Tauri, quæ hodie eſt, l.* 9. *tit.* 8. *lib.* 5. *Recopilation.* ibi: *Que entonces ſe digan ſer hyos naturales, quando à el tiempo que nacieren ò fueren concebidos ſus padres podian caſar con ſus madres iuſtamente ſin diſpenſacion, con tanto que el padre lo reconozca por ſu hyo*, de qua lege vltra gloſſatores illius, & *in dict. l.* 9. *Recopilation.* vide Couarruuiam *in* 4. 2. *part. cap.* 8. §. 4. *num.* 7. Auendañ. *in dictionario, verb. hyo natural*, Suar. *l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 3. *fori, n.* 4. Aluaradum *de coniecturat. l.* 2. *cap.* 3. *n.* 77. Meneſium *l. naturalis, in princ. n.* 11. *de præſcriptis verbis.* Habilitas itaque parentum ad contrahendum vno ex dictis temporibus ſufficit, vt filius ſit naturalis, & non ſpurius, qui ita dicitur, quaſi extra puritatem natus, Afflict. *deciſ.* 96. *n.* 10. 46

Sed & ſi dubitetur, an tempore conceptionis, vel partus parentes potuerint contrahere matrimonium, præſumendum eſt in fauorem ventris, & nati, vt ſit naturalis: ita argumento textus, *in cap. inter cæteras, de reſcriptis*, tradit Burg. de Paz, *conſ.* 26. *n.* 44. quia potiùs præſumitur naturalis, quam ſpurius Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 21. *num.* 90. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 37. 47 48

Mantic.

Mantic. *de coniectur. mente lib.* 4. *titul.* 39. *num.* 30.

49 Quod maximè procedit, ſi poſteà filius reperiatur in poſſeſſione filij naturalis, ex gloſſa *verbo, conueni-, l. matrem, C. de probation.* quam ſequuntur ibi Angel. Bald. Paul. Caſtrenſ. & Salicet. Mier. *de maiorat.* 3. *p. in initio, n.* 5. 1. *editione, &* 2. *editione, n.* 22. vbi quòd contraria aſſertio patris non præiudicabit filio exiſtenti in poſſeſſione filiationis, *cap. tranſmiſſa, qui filij ſint legitimi, l. Imperatores*, §. *fin. de probat. l.* 9. *tit.* 4. *p.* 3.

50 Sic expoſiti præſumuntur legitimi, & non ſpurij, Ioann. de Anania, *cap.* 1. *de infantibus expoſitis*, Paleot. *de nothis. & ſpuriis, cap.* 63. tenens, hos expoſitos poſſe ad ordines promoueri, licèt in hoc contrarium teneat Mandoſ. *de minori ætate, n.* 24. *& de ſignatura gratiæ, tit. de diſpenſatione ſuper natalibus.*

51 Sed & tales naturales gaudebunt nobilitate patris, *l.* 1. *tit.* 11. *part.* 7. Auendañ. *in dictionario, verbo hyo natural, verſ. iſta tamen regula*, Otalor. *de nobilit.* 2. *p.* 3. *part. princip. cap.* 3. *n.* 3. Roias *de ſucceſſion. cap.* 15. Meneſ. *l. naturalis, in princ. num.* 9. *& ſequentibus, de praſcript. verbis.* Et poterunt portare arma, & inſignia domus, Bartol. *tract. de inſigniis, & armis, n.* 11. B nedict. de Barcis, *tract. de filiis non legitimè natis, in princip. num.* 1. Azeuedus *conſ.* 24. *num.* 27. *&* 29. vbi quod ſunt de domo & caſata.

52 Et quemadmodum vno ex fratribus pronuntiato nobili, cæteris hoc ſufficit, Gregor. *l.* 8. *tit.* 15. *part.* 4. *gloſſ.* 9. *in fine*, Cott. *verb. vaſſallus, pag.* 894. ita & ventri proderit, ſi naſcatur. Hoc, ſi ſuper iure reali ſanguinis pronuntietur, vt poſt Otaloram tenet Ioann. Garc. *de nobilitate, gloſſ.* 6. *n.* 48. Pheb. *deciſ.* 30. *n.* 14.

Sicut recognitio facta à patre vnius filij naturalis, prodeſt cæteris ex eadem concubina natis, *l. ſi quis liberos, Cod. de naturalib. lib. authentic. vt liceat matri & auia*, §. *ad hoc autem, in fine*, Aluaradus *de coniectur. mente, libr.* 2. *cap.* 3. *num.* 77. *in fine*, proderit & exiſtenti in vtero 53

Quemadmodùm ſententia lata in iure reali, vt ſeruitutis, ad inſtantiam vnius operatur quoad omnes habentes partem, ſeu ius in ipſo prædio, text. *in l. loci corpus*, §. *ſi fundus, ſi ſeruitus vendicetur* ibi: *Et victoria vnius aliis proderit, l. qui in aliena*, §. *finali, de negot. geſt.* ibi: *Vno defendente cauſam communis aquæ ſententia prædio datur, l. Imperatores, de publican. & vectigal.* Aym. *conſ.* 206. *n.* 8. Marin. Freccia *de ſubfeudis, lib.* 2. *quaſt.* 59. *num.* 27. *& lib.* 3. *in princ. p.* 1. *num.* 22. 54

Sed & hi, quorum parentes, vel conceptionis, vel partus tempore, poterant contrahere matrimonium, per matrimonium poſteà contractum efficiuntur legitimi, vt poſt Hoſtienſem Ioann. Andr. Ant. & Cardinal. *in cap. tanta, qui filij ſint legitimi*, tradit Couarr. *in* 4. 2. *p. c.* 8. §. 2. *num.* 2. ſequitur Fachin. *lib.* 3. *controuerſiar. cap.* 50. 55

Sed cum initio capitis dixerimus, hominem repletum multis miſeriis, & poſteà hominem, etiam dici exiſtentem in vtero, cùm omnia ſuprà à nobis ſcripta tendant ad commodum & vtilitatẽ illius, ne dicat aliquis fœtum non affici incommodis, nec in eo verificari à nobis initio tradita, libet

Google

libet hîc inſerere damna & nocu-
56 menta ventris. Et vt ab initio exordiamur, & à maiori damno, dico, quòd primus effectus conceptionis, ſi poſteà anima infundatur, eſt contractio originalis peccati, iuxta illud *Pſal. 50. num. 7. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea*, vbi Sanct. Auguſt. relatus à gloſſa ordinaria, ait. Non quia peccatum eſt miſceri coniugibus, ſed quod de carne pœnali fit, & quod de corpore mortuo propter peccatum ſeminatur, cum vinculo peccati naſcitur. Et gloſſa interlinealis ait: *Nam hoc opus caſtum in coniugio, non habet culpam, ſed origo peccati in prole trahit debitam pœnam*, & Iob. 14. *num. 4. Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine, niſi tu qui ſolus es?* & Paulus *ad Epheſ. 8. n. 3. Eramus natura filij iræ*, Auguſtin. ait: *Ira de propagine iniquitatis, de maſſa peccati:* explicat dictum locum Paul. text. *in cap. firmiſ-*
57 *ſimè, de conſecratione, diſt.* 4. Eam tamen labem non comprehendiſſe Deiparam Virginem Mariam, ſed præſeruatam fuiſſe à peccato originali, firmiter teneo atque profiteor: pro quo expendo, quod S. Thom. 3. *p. q. 27. art.* 1. dum agit de natiuitate in corpore, ponit hæc verba: *Sed contra eſt, quòd Eccleſia celebrat Natiuitatem Beatæ Virginis, non autem celebratur feſtum in Eccleſia, niſi pro aliquo ſancto, ergò beata Virgo in ipſa Natiuitate fuit ſancta*, ex quo ſequitur, quòd cum hodie ab vniuerſali Eccleſia celebretur feſtum Conceptionis beatæ Mariæ Virginis, ita vt etiam concedantur indulgentiæ intereſſentibus celebrationi, Clem. 1. *de Reliquiis & venerat. Sanctorum*, ſi tempore hoc Sanct. Thom. ſcriberet, idem teneret, per rationem ab eo traditam pro reſolutione illius articuli: accedat etiam conſideratio, quòd Eccleſia celebrat feſtum Conceptionis octaua die menſis Decembris, per nouem integros menſes ante Natiuitatem, & ſic ante infuſionem animæ, vt dicamus eſſe præſeruatam à labe originali, quæ contrahitur in ipſa animatione, quia in inſtantiali puncto anima munda, mundiſſimè carni fuit infuſa, accedente Dei gratia & beneficio. Pro quo facit, quod legitur *Prouerb. 8. num. 22. Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quidquam faceret à principio*, qui locus ſecundum vnum ſenſum conuenit Deiparæ Virgini.

Et quod præſumendum ſit, Virginem præſeruatam, iure defenditur, *ex l. Aurelius 19. §. Titius teſtamento, de liber. legata*, ibi: *Reſpondi eum cuius notio eſt æſtimaturum: præſumptio enim propter naturalem affectum facit omnia patri videri conceſſa, niſi aliud ſenſiſſe teſtatorem, ab hæredibus eius probetur.* Ergò cum Deus potuerit eam liberationem matri concedere, conceſſiſſe cenſendum eſt, nec in hoc hæſitandum. Et cum omnes alij concepti contraxerint originale peccatum, quod baptiſmo abluitur, nec poſſit quis baptizari, quandiu in vtero eſt, vt habetur, *c. qui in maternis vteris, de conſecratione, diſt.* 4. nam
cum baptiſmus ſit lotio omnino re- 58
quiritur, quòd corpus baptizandi aliquo modo aqua abluatur: ita Sanct. Thom. *3. p. q. 68. art. 11. in corpore*, atque ita, niſi corpus baptizandi tangatur aqua cum prolatione verbi, non fiet Sacramentum, text. *in cap. de retrakend.* 54. 1. *q.* 1. *Detrahe* (inquit text.)

text.) *verbum , & quid eſt aqua , niſi aqua ? Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum. Vnde iſta tanta virtus aquæ , vt corpus tangat , & cor abluat , niſi faciente verbo ?* Quare cùm exiſtens in vtero , non poſſit aqua tangi , ita nec baptizari , vt DD. tenent, & non relato D.Thom. Guillelm. Benedict. *in cap. Raynunt.*
59 *verb. & ſoboles, n.*21. Hieron. Campan. *rubr.* 1. *num.*97. & 98. vbi dicit communem plures referens Boër. *deciſ.* 952. *num.* 1. Et ſic reiicitur opinio Vrſ. ad Afflic. *deciſ.* 151. *n.*17. dicentis , exiſtentem in vtero , poſſe baptizari. Amplectimur autem eius ſententiam, quatenus tenet , quòd ſi infantis aliquod membrum fuerit extra vterum, etiamſi non ſit caput, poterit baptizari , quod tradit Tiraq. *l. ſi vnquam, verb. ſuſceperit, n.* 156. & 157. qui plures refert Theologos, & iuris Doctores, ita tenentes. dicit communem Campanil. *vbi ſupr. n.*98. Et hoc tam in maſculo , quàm in fœmina , quidquid teneat Capella Toloſana *deciſ.* 156. quam refert Riccius *collect.* 2133.

60 Sed quia ſæpiſſimè prægnantes fœminæ moriuntur , vt experientia docet , cùm tale contigerit , mortua vxore , debet fieri ſectio ventris , vt in eo exiſtens poſſit baptizari. Cauti tamen ſint , ne circa hoc feſtinent, niſi teſtimonio Medicorum conſtiterit eſſe mortuam , & veriſimile ſit fœtum viuere in vtero , vt poſſit conſequi ſalutem ſpiritualem per baptiſmum : nam matris viuentis viſcera non ſunt ſcindenda , vt infans baptizetur , Boër. *deciſion.* 952. *n.*4. ex Sanct. Thom. *in* 4. *ſent. diſt.* 6. *num.* 1.

61 Benè tamen verum eſt , quòd ſi martyrio matris proles occiſa ſit in vtero , ſaluatur illo martyrio, vt tradit Saa *in aphoriſmis, verbo , matrimonium, n.*3. ſequitur Campan. *d. rubr.* 1. *num.* 97. *in fine.*

Et ſi coëant parentes tempore 62
quo mulier fuerit menſtruata concipitur & naſcitur leproſus , Benedict. *cap. Raynunt. verb. & ſoboles quam geſtabat in vtero, n.*57.

Sed & ſi prægnanti purgationes 63
menſtruæ procedant , multum nocent fœtui ; nam Hypocrates *lib.* 5. *aphoriſm.* 60. ſic ait : *Si mulieri vtero gerenti purgationes procedant , impoſſibile eſt fœtum eſſe ſanum,* vbi Galenus ait, requiri purgationes numero plurali , nec vnam ſufficere , de quo etiam Tiraq. *l. ſi vnquam , verſ. ſuſceperit liberos , n.* 140. *in fin.*

Et quia etiam matri grauidæ in- 64
firmitates obueniunt, & occaſionem aborſus præbent in ſui curatione , præcipuè in morbis acutis , vt tradit Doctor Mercado *lib.* 3. *de mulierum affectionibus, cap.*22. vbi *verſ. verum,* ait , quòd primis menſibus aborſu plus periclitatur fœtus, minus autem in quinto , & ſexti initio , mox in quarto, & fine ſexti.

Sed & ſi prægnantes aliquid ve- 65
hementer optent, & ipſarum deſideria annihilentur, & fruſtrentur, cauſatur aborſus : tradit Hieronym. Mercurial. *lib.* 1. *de morbis mulierum curand. c.* 4. vbi quod nihil eſt , quod æque prægnantibus noceat, ac ſi aliquid optent , & eis non concedatur: & refert Phiſtum philoſophum Pythagoricum , & Trotulam medicum 66
antiquum cauiſſe, ne grauidæ hortos frequentarent , quia optant fructus, qui ſi concedantur , nocent , ſi deſiderio fruſtrentur exanimantur inter-

dum. Sed & terrores,& tonitrua fœtui nocent , vt ibi tradit Mercurialis ex multis , vt iam vidi tonitru terreri : & mori prægnantem valde pulchram.

67 Sed & cùm fœtus in vtero ſit in periculo moriendi ſine baptiſmo in abortu, non habet Angelum cuſtodem, qui homini datur cum naſcitur in mundum, vt tradit S.Thom. 1. *p. q.* 113. *art.* 5. vbi refert duas opiniones, alteram dicentium, Angelum dari à die quo infans baptizatur. Cuius opinionis fuit Origenes *ſuper cap.* 18. *Matthæi*, & alteram dicentium dari à natiuitate, quam approbat Diuus Hieronym. quem ſequitur S.Thom. *d. artic.* 5. vbi tenet, quòd cum in Natiuitate fœtus ſeparetur à matre, Angelus ei ad cuſtodiam de-
68 putatur. Et in reſponſione ad tertium dicit, quòd puer quandiu eſt in materno vtero, non totaliter eſt à matre ſeparatus, ſed per quandam colligationem eſt quodammodo aliquid eius ſicut & fructus pendens in arbore, eſt aliquid arboris : tamen, vt ipſe inquit, probabiliter dici poteſt, quòd Angel. Qui eſt in cuſtodia matris, cuſtodiat prolem in matris vtero exiſtentem : quod etiam non relato Diuo Thom. tenet Mandoſ. *tract. de minori ætate, n.* 11. ſed Vincent. Beluacenſ. *in ſpeculo naturali, lib.* 1. *cap.* 72. dicit probabile eſſe, quòd detur ab infuſione animæ Angelus cuſtos: Regem autem plures Angeli ſeruant, Caſſaneus *in cathalogo Gloriæ mundi* 2. *part. conſiderat.* 3. *in fine.*

69 Sed & in computatione annorum non attenditur tempus quo quis eſt in vtero. Alciat. *l. intelligendus* 153. *n.* 5. *de verb. ſignif.* ex Bald. *cap. cum in cunctis, de elect.* quia ætas à natiuitate enumeratur, *l.* 1. *de minor.* ibi: *Quod cum minore quam viginti quinque annis natu eſſe dicetur, l. geſtum* 2. *in princip. de excuſat. tutor.* ibi: *Ætas* 70
autem probatur, aut ex natiuitatis ſcriptura, l. anniculus 134. *de reg. iuris.* Anni autem Domini numerantur Romæ ab eius Incarnatione: in Hiſpania à Natiuitate, in aliis prouinciis à Circumciſione, aliis à Reſurrectione, vt videre eſt per Couarruu. *lib.* 1. *variarum, cap.* 12. *n.* 2. & per Gregor. *in proœmio partitarum, verbo. Hera de la Encarnacion*, & Rota *deciſ.* 3. *&* 4. *de indiciis, in nouis, & deciſ.* 17. *de iudic. in antiquis.*

CAPVT VIII.

De citandis conſanguineis pro cuſtodienda parturiente, ne ſupponatur partus : Et ſi nocte contingat, quod lumina requirantur: Et quid in contractibus requirentibus ſcripturam ; & quales ſint. Et de teſtamento, ſententia, & actibus iudicialibus nocte celebratis, & an poßint probari teſtibus : & quando admittatur probatio teſtium, non obſtante pacto, vel ſtatuto de probando per inſtrumenta de partu ſuppoſito, & pœna delicti.

SVMMA

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 Spes eſt conſanguineo ſuccedendi conſanguineis ſuis; ſed ea ſpes non facit eum locupletiorem.

2 Facultas adeundi hæreditatem, non facit quem locupletiorem.

3 Sperans ſuccedere in maioratu, poteſt paciſci, ſed & renuntiare ſucceſſioni.

4 Quando ex partu aufertur conſanguineis ſpes ſuccedendi, ad eorum inſtantiam ponuntur cuſtodes ventri.

5 Publicè intereſt partus non ſubiici, vt familiarum dignitas ſalua ſit.

6 Denuntiatio facienda eſt his quos proxima ſpes ſuccedendi contingit, & eorum, his qui primum locum tenent, non quos ſecundario cauſa tangit.

7 Solùm citantur qui habent ius de præſenti, & immediatè, non illi quibus competere poteſt, nec attenditur quod venit in conſequentiam.

8 Citari ſolent hi quos ſecundariò cauſa contingit, vt eis præiudicet, & eſt optima cautela.

9 Qui non fuerunt citati in iudicio, ſi poſteà contingat ſuccedere, poſſunt appellare, ſi ille cum quo cauſa fuit agitata, non appellauit ad ſuprema tribunalia.

10 Si non ſeruetur forma à lege præſcripta in cuſtodiendo partu, & denuntiando, intereſſe putantes poſſunt reclamare ex defectu formæ.

11 Lex ſi introducit aliquid faciendum certis modis, cenſetur data forma.

12 Negligentia matris in denunciando, non officit partui, conſtito de veritate.

13 Defectus leuis ſolemnitatis non vitiat.

14 Partus ſi in nocte contingat, debent adeſſe tria lumina. Ab ea autem ſolemnitate paupertas excuſat, vt ab appellando, & aliis.

15 Tenebræ ſunt aptiores ad fabricandum malum: & ſubiiciendum partum.

16 In aliis actibus nocte celebratis non ſunt neceſſaria lumina.

17 Teſtes poſſunt deponere de his quæ contrahentes trans parietem, vel cortinam contraxerunt.

18 Contractus poſſunt in nocte celebrari: tamen requiritur, quod teſtes habeant notas voces contrahentium.

19 Si contractus nocte celebratus requirat ſcripturam, lumen quoque eſt neceſſarium pro eius lectione.

20 Qui contractus requirant ſcripturā.

21 Fideiuſſio non requirit ſcripturam, niſi ſit iudicio ſiſti.

22 Cenſus non requirit ſcripturam ſecundùm veriorem ſententiam, quidquid teneat gloſſa in cap. 1. de cenſibus lib. 6. quæ enumerat cenſum inter contractus requirentes ſcripturam.

23 Licèt ex forma ſtatuti ad probandum contractum requiratur ſcripura, cohærentia contractus probantur teſtibus.

24 Si pactum ſit, vt debeat probari per ſcripturam, pacto non obſtante, poteſt probari teſtibus.

25 Modus probandi non eſt coarctandus, nec anguſtandus; admittitur tamen pactum de probando per ſcripturam, ſtante ſtatuto iurato, vel conſuetudine.

26 *Soluenti, poſtquam ſoluerit, ſi non habeat aliam probationem, ſuccurritur per denuntiationem legis Euangelicæ.*

27 *Stante ſtatuto, quod probetur per inſtrumentum, poteſt teſtibus probari promiſſio de celebrando inſtrumento.*

28 *Si fuerit renuntiatum probationi teſtium cum iuramento, non poterit tamen per confeſſionem partium.*

29 *Sententia pro ſui eſſentia requirit ſcripturam, & ſine ea non meretur nomen ſententiæ.*

30 *Sententia diffinitiua non poteſt ferri nocte, etiam in prima hora noctis: ſecus in interlocutoria.*

31 *Sententia diffinitiua poterit nocte ferri de conſenſu partium, vel ſi iuriſdictio ſpiraret ſequenti die, vel ob multitudinem negotiorum, vel ſi iudex eſſet arbiter voluntarius, vel ſi eſſet conſuetudo in contrarium.*

32 *Sententia diffinitiua de ſtylo etiam in nocte fertur.*

33 *Teſtamentum ſi celebratur nocte, requiritur lumen, vt teſtes cognoſcant teſtatorem.*

34 *Actus, ſeu contractus nocte celebratus ante mediam noctem, attribuitur præcedenti diei, ſi poſt mediam noctem, ſequenti.*

35 *Factum in nocte, propriè dicitur factum in die.*

36 *Regulariter omnes actus poſſunt in nocte fieri, niſi prohibeantur.*

37 *Actus nocte celebrati habent præſumptionem contra ſe.*

38 *Clandeſtinitas inducit præſumptionem contra facientem, etiam ruſticum, qui aliàs in multis iuuatur, & excuſatur.*

39 *Facta in occulto, ſuſpicione non carent: & teſtamentum nocte factum, ſine ſufficienti luce ad cognoſcendum teſtatorem, & teſtes, præſumitur dolo factum.*

40 *Partus cum non ſit actus voluntarius, ſed natura neceſſarius, ſi nocte contingat, voluit lex adeſſe lumina, ad vitandum periculum ſuppoſiti partus.*

41 *Pœna ſuppoſiti partus eſt capitalis, & mortis, vt volunt plures, & conciliantur opiniones: & quid author ſentit.*

42 *Falſitas vt puniatur, requiruntur duo, & dolus, & damnum tertij. Et quid in re modica.*

43 *Vbi nulla adeſt ſpes lucri, ceſſant præſumptiones ſuppoſiti partus; nam debet eſſe alia cauſa, quæ mouere poſſit: vt ſi partus ſupponeretur, ne deficientibus filiis bona tranſirent in dominum, vel fiſcum.*

44 *Vel in bonis Henriquenis, quæ in defectum filiorum redeunt ad Regiam coronam, ex l. Regni.*

45 *Bona Henriquenia ſemper ſeruant ſuam naturam, licèt tranſeant in tertium titulo oneroſo, niſi Rex alienationi conſentiat.*

46 *Coniectura ſuppoſiti partus plus operantur, ſi vltimus poſſeſſor non habeat ſucceſſionem: & magnum eſt delictum, ſi ageretur de ſucceſſione ſtatus, vel opulentæ hæreditatis, & puniendum vltra exilium in vilibus pœna triremium.*

47 *Quando pœna eſt arbitraria, poteſt arbitrari vſque ad mortem.*

48 *In caſu ſuppoſiti partus proceditur ad torturam, & cùm de falſo ciuiliter agitur, adhibetur tortura, licèt non acriter.*

49 De

Digitized by Google

49 *De partu ſuppoſito ſoli accuſant parentes, aut hi ad quos ea res pertinet, non quilibet de populo: iudex tamen poteſt procedere ex officio.*

50 *Actiones populares ſolùm dantur ad tuendum populi ius.*

51 *In cauſa ſuppoſiti partus ſolùm agitur de conſeruando iure priuati.*

52 *Actio popularis ſolùm poteſt proponi intra annum, nec tranſit ad hæredes, niſi lis ſit conteſtata: & ſi vnus ſuccumbat, cæteris præcluditur via.*

53 *Actio ſuppoſiti partus non perimitur tempore.*

54 *Fily non poſſunt accuſare matrem ſuppoſiti partus: poterunt tamen ciuiliter agere ad intereſſe, vt poſſeſſionem recipiant.*

55 *Mortua vxore quæ ſuppoſuit partum, poſſunt participes, & complices delicti accuſari, nec oberit, quòd parentes vt filium tractauerint.*

56 *Confeſſio matris dicentis ſuppoſuiſſe partum, non præiudicat filio exiſtenti in poſſeſſione filiationis, niſi alia concurrant.*

57 *Filius poteſt retinere maioratum, licet mater in vita vel morte dicat non eſſe filium mariti, ſi filius matri non credat: nec mater tenetur ſe prodere, ſed reſarcire damnum in quantum poſſit.*

58 *Coniectura ſuppoſiti partus erit, ſi mulier fuerit maior quinquaginta annorum, licèt ſoleant concipere; non tamen erit euidens, ſed adminiculum à communiter accidentibus.*

59 *Coniectura ſuppoſiti partus etiam erit, ſi prægnans non vocauerit obſtetrices, & ſe contulerit in locum ſolitarium, vel niſi non habuerit tempus vocandi ob breuitatem partus.*

60 *Inſtitutio facta de naſcituro, tempore quo iam natus ruri erat, ignorante teſtatore, ſuſtinetur.*

61 *Præſumptio ſuppoſiti partus erit, ſi dicens ſe prægnantem, non patiatur ſe inſpici, & cuſtodiri: mulieris tamen probitas excludit præſumptionem.*

62 *Præſumptio partus ſuppoſiti erit ſi viſa ſit portare culcitram ſuper ventrem, vel ſi ad locum partus fuerit allatus infans recenter natus, niſi afferatur vt ſugat mammillas, ad exonerandum eas à lacte.*

63 *Præſumptio ſuppoſiti partus eſt, ſi in ea quæ dicit ſe peperiſſe, non inueniatur veſtigium lactis in vberibus, vel vbera ſint ſicca, nec ſit emiſſio ſanguinis, nec fuerint ſecundinæ.*

64 *Excipitur ab his ſordidis partus Deiparæ Virginis, quæ abſque ſecundinis, & ſordibus peperit Saluatorem.*

65 *Si mulier pepererit, & ei auferatur infans natus, & alius ſupponatur, magnum committitur delictum, & qualiter puniatur.*

SEd quia ex partu ſolet ſpes ſuccedendi auferri, quam habent conſanguinei, vt *in l. fin. C. 1. de pact.* ibi: *Spes alienæ hæreditatis fuerat ex cognatione fortè ad eos deuoluenda.* Licèt hæc ſpes ſuccedendi aliquem locupletiorem non faciat, imò nec facultas adeundi hæreditatem, *l. pretia rerum 63. ad leg. Falcidiam,* vt tradit dominus D. Ioann. Chumacero *ſele-* 1

ctarum

ctarum iuris, *diſput.* 1. *num.* 13. Licèt
poſſit paciſci qui ſperat ſuccedere in
maioratibus, ſed & renuntiare, cum
non agatur de hæreditate viuentis,
ſed primi inſtituentis, iam mortui.
Phœb. *deciſ.* 21. *num.* 7. *& deciſ.* 2.
num. 2. Molin. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 22.
Quare quando ex partu alicui aufer-
4 ri poteſt ſpes ſuccedendi, ſiue homi-
nis diſpoſitione, ſiue legis, ad cuius
inſtantiam cuſtodes ventri ponun-
tur iuxta formam præſcriptam, *l.* 1.
de ventre inſpiciendo, *& l.* 17. *tit.* 6.
p. 6. Auendañ. *reſp nſ.* 28. *in fin.* ma-
ximè, ſi natus ſucceſſurus ſit in maio-
ratu: *Publicè enim intereſt, partus non*
5 *ſubiici, vt ordinum dignitas, familia-
rumque ſalua ſit*, ait Iureconſult. *dict.*
l. 1. §. *quamuis*, & Couarr. *lib.* 3. *va-
riar. cap.* 5. *num.* 5. *verſ.* 3. eadem opi-
nione Pariſ. *conſ.* 19. *n.* 34. *lib.* 2. Ti-
raq. *de iure primog. c.* 18. *n.* 1. Aym.
conſ. 118. *n.* 7. Burg. de Paz. *conſ.*
1. *n.* 43. & *conſ.* 26. *n.* 8. & *in quæſt.
ciuilibus. q.* 3. *in prin.* Franc. Beccius
conſ. 39. *n.* 12. Aluarad. *de coniect.
ment. lib.* 2. *c.* 1. §. 1. *n.* 10. Molin.
plures referens *lib.* 1. *primog. c.* 18.
num. 1. *& lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 17.
Meneſ. *rubr. de fideicommiſ. num.* 4.
verſ. tertia ratio, Roxas *de ſucceſſio-
nib. cap.* 3. *n.* 20. Auend. *l.* 27. *Tau-
ri, gloſſ.* 1. *num.* 2.

Et ea denuntiatio facienda eſt iis
6 quos proxima ſpes ſucceſſionis con-
tingit, *dict. l.* 1. §. *denuntiari, & dict.
l.* 17. *tit.* 6. *p.* 6. ibi: *A los parientes
mas propinquos*, vbi Gregor. Molin.
lib. 4. *primog. cap.* 3. *num.* 5. Suarez
l. quoniam in prioribus, ampliation. 11.
num. 7. Eſt enim generale, quòd poſ-
ſit is cuius intereſt, actui aſſiſtere, *l.
ſi ſuſpecta* 29. *de inofficioſ. teſtament.*
Barboſ. *l. diuortio*, §. *interdum* n. 10.
ſolut. matrimon. Anton. Gomez. *l.* 40.
Tauri, num. 37. Tamen ſolùm citandi
ſunt primum locum tenentes, &
quos principaliter tangit cauſa, non
autem quos ſecundariò. Tradit gloſſa
verb. quos cauſa contingit, *l. de vno-
quoque, de re iudicata.* Plures refert
Tiraq. *tract. Res inter alios acta, li-
mitat.* 1. *in princ.* Cacheran. *deciſ. Pe-
demontana* 157. *num.* 4. Ant. Gam-
ma *deciſ.* 195. *n.* 4. Anton. Gomez.
l. 40. *Tauri*, *n.* 73. Seſſe *deciſ.* 164.
Curt. Iun. *conſ.* 23. *num.* 8. Pinel. *l.* 1.
3. *p. n.* 48. *in fin.* Et eſt bonus *textus
in d.* §. *denuntiari*, ibi: *Non etiam ſub-
ſtituto*, Cancer. 2. *p. variar. cap.* 10.
n. 77. *& c.* 16. *num.* 98.

Solùm namque citantur, qui ha-
bent ius de præſenti; ſecus ſi com- 7
petere poteſt. Honded. *conſ.* 28. *n.* 30.
volum. 1. Nec attenditur quod venit
in conſequentia, *l.* 1. *de auctor. tutor.
l. & ſi non.* 21. §. *perueniamus*, *de au-
ro, & argento legat. l. ſi filius* 43. §.
cùm filius, ibi: *Et ſine dubio qui ſe-
quentis gradus ſunt, non admittuntur
interim, de bonis libertorum.*

Solent tamen citari illi quos ſe-
cundariò contingit cauſa, vt eis præ- 8
iudicet, Caſtillo, *l.* 30. *Tauri*, *verſ.
inhibitio*, & eſt optima cautela & vti-
lis ad multa, præcipuè ne poſteri di-
cant colluſiſſe cum primum locum
tunc tenente, & ne poſſint poſteà
ſucceſſores appellare, ſi ſuccedant, vt
poſſunt qui in iudicio vocati non
fuerunt, à ſententia, quæ ipſis in
conſequentiam nocet, quando prin-
cipalis citatus, cum quo lis fuit agi-
tata, non appellauit, cum poſſet ad
ſuprema tribunalia, vt optimè tra-
dit & declarat Pinel. *l.* 1. 3. *p. n.* 50.
verſ. limito tertio, de bonis maternis. 9
Cancer. 1. *p. variar. cap.* 18. *n.* 46.

vbi

vbi quòd dies ad appellandum currunt eis à die ſcientiæ prolationis ſententiæ, vt tradit Ripa, *l. filiusfamilias, §. diui, n.69. de legat.* 1. Aym. *conſ.* 202. *num.* 21. *verſ. ſecundò reſpondeo.* vbi plures refert. Et hac cautela citandi vlteriores, conſultiſſimè vtetur in hoc caſu partus, in quo ſi
10 non ſeruentur ſolemnitates requiſitæ, à *dict. l.* 1. *§. denuntiari, de ventre inſpic. & l.* 17. *tit.*6. *p.*6. poſſunt ſua intereſſe putantes reclamare ex defectu formæ, *d. l.* 1. *§. ſi cui ventrem inſpici*, ibi: *Quominus ita ea fiant, vti ſuprà comprehenſum eſt.* Aym. *in terminis conſil.* 327. *num.* 176. *verſ. in eadem cauſa mulier eſt.*

11 Quoties enim lex aliquid introducit faciendum certis modis, illud cenſetur datum pro forma. Matienc. *l.* 1. *tit.*4. *gloſ.*5. *n.*12. *in fin. lib.*5. *Recop.* cuius omiſſio reddit actum nullum, vt tenent DD. communiter per *l. cum his, §. ſi prætor. de tranſact. l.*3. *Cod. de ſentent. ex periculo recitand. l. cum eorum, Cod. de ſentent, & interloq. omn. iud.* etiamſi deficiatur in minima qualitate. Roland. *conſ.*30. *num.* 1. & 11. *lib.*5. Parlador. *lib.*2. *rerum quotid. c. fin.* 8. *p.* §. 3. *n.*5.

12 Hoc tamen caſu cùm partus editus fuerit, conſtito de veritate, ei non oberit, quòd mater negligens fuerit in denuntiando, vt ſuprà, *c.*1. *n.*5. & eſt text. *in l.*17. *tit.*6. *p.*6. *in fin.* ibi: *E ſi eſta muger ſobredicha, de que fuere duda ſi era preñada, ò no, no, ſe quiere dexar catar el vientre, ò no quiſiere que la guardaſſen aſſi como ſobredicho es, ò en otra manera que fueſſe guiſada è vſada en el lugar do viue, maguer parieſſe, è huuieſſe el fijo, no le entregarian de los bienes del muerto, à menos de ſer prouado que la criatura naciera della en tiempo que pudiera ſer fijo, ò fija de ſu marido.*

Quod maximè procedit, ſi leuis ſo- 13
lemnitas omiſſa ſit, *d. l.* 1. *§. fin. de ventre inſpic.* ibi: *Si per ruſticitatem aliquid fuerit omiſſum ex his quæ prætor ſeruari voluit, non obſit partui. Quale eſt enim, ſi quid ex his quæ leuiter obſeruanda prætor edixit, non ſit factum, partui denegari bonorū poſſeſſionem?* Omiſſio namque leuis ſolemnitatis non vitiat actum, Greg. *verb. treynta dias, l.*5. *tit.*6. *p.*6. & ibi *verb. la ſeñal de la Cruz.* Horoſc. *l. ſi quis ex argentariis, §. ſi initium, n.*8. *de edendo,* Meneſ. *l.*4. *n.*16. *de diuerſ. reſcript.* Didac. Per. *l.*1. *tit. de teſtam. lib.*5. *ordin. p* 66. & *l.*1. *tit.*15. *lib.*8. *ordin. p.*286. Aluar. Val. *conſul.*52. *num.*26. & 27. Rol. *conſ.*82. *n.* 10. *lib.* 1. Quod autem nullatenus omitti debet, ſi partus in nocte contingat, eſt, quòd ſint ibi tria lumina,
nam textus *in d. l.* 1. *§. tria lumina,* ita 14
adeſſe iubet, vt neget de minori numero, quia, vt inquit ibi text. *tenebræ aptiores ſunt ad ſubiiciendum partum,*
quod ponderat Meneſ. *l. non minorem,* 15
n. 22. *C. de tranſact.* Sed ſi ſolum ſit luminare vnum, fortè quia prægnans pauper, quæ vnico lumine vtitur, vt
in l. illicitas, §. ne potentiores, in fin. ibi: 16
Vbi vnico lumine, & ſupellectili, ff. de offic. præſid. non ob hoc dicetur, fœtum non ſuccedere: tum quia paupertas excuſat, *l. ſi procuratorem* 8. *§. ſi ignorantes, ff. mandat.* ibi: *Quid tamen, ſi paupertas ei non permiſit excuſata eſt eorum inopia:* vbi excuſatur qui præ inopia non prouocauit: & tradit Theſaur. *deciſ. Pedemont.* 10. *n.*5. quia pauperi non currit inſtantia, vt ibi: nec fatalia. Scacia *de appell. q.*12. *n.*163. Giurba *deciſ.* 18. *n.* 13. Sed & ſi litigans impediatur appellare facto tertij, & tertius ſit pauper, reſtituitur contra

contra lapſum fatalium. Seſſe *deciſion.* 142. *num.* 4. Et generaliter paupertas excuſat: gloſſ. *facile, l. ſi autem, de negot. geſt. l. fin.* vbi additio margin. *C. de his qui num. liberorum ſe excuſant.* Tum etiam, quia imputari debet ſucceſſoribus conſanguineis, quod non vſi fuerint remediis opportunis ad melius videndum partum. Rolandus *conſ.* 52. *n.* 25. *vol.* 4. maximè ſi fuerint citati. Regulariter autem in hoc caſu ob periculum magnum requiruntur tria lumina, vt *infrà n.* 40. licèt in aliis actibus nocte celebratis non ſit neceſſarium lumen, ex gloſſa *verb. audierint, l.* 2. §. *idem Labeo, de aqua pluuia arcend.*

17 quæ permittit teſtes deponere de his quæ contrahentes trans parietem vel cortinam contraxerint, ſeu dixerint; quam ſequuntur ibi Bart. *n.* 4 Ioann. de Imol. *n.* 23. dicens communiter receptam: alios refert Meneſ. *l. non minorem, n.* 22. *de tranſaction.*

18 Atque ita contractus poteſt in nocte celebrari, *l. non minorem, Cod. de tranſact.* Quia in contractibus ſolum requiritur, quod teſtes habeant notas voces contrahentium. Bart. Angel. Paul. & Roman. *l.* 2. §. *item Labeo, de aqua pluu. arcend.* Mantic. *de tacitis & ambiguis conuention. lib.* 3. *tit.* 15. *n.* 14. & 15. niſi (vt ibi inquit *n.* 16. contractus fieret in ſcrip-

19 tis; nam eo caſu cum lectio ſcripturæ ſit neceſſaria, *l. contractus, Cod. de fide inſtrument.* lumen quoque eſt neceſſarium.

20 Qui ſunt autem iſti actus, ſeu contractus ſcripturam requirentes, refert gloſſa *verb. in ſcriptis, cap.* 1. *de cenſibus lib.* 6. & *gloſſ. verb. valet, l. contrahitur, de pignoribus*, Matienç. *l.* 9. *gloſſ. fin. tit.* 17. *lib.* 5. *Recopilat.* Didac. Perez. *l.* 3. *tit.* 8. *lib.* 3. *ordin. p.* 612. *in fin.* Anton. Maſa *de forma cameralis obligationis, p. mihi* 96. Maſc. *de probat. concluſ.* 586. Gregor. *l.* 9. *tit.* 4. *p.* 5. Meneſ. *l. cùm te tranſegiſſe, n.* 6. *in fin. cum ſeqq. C. de tranſact.* 21
vbi reprobat gloſſam *dict. cap.* 1. dum requirit ſcripturam in fideiuſſione, quod dicit ſolum habere locum in fideiuſſione iudicio ſiſti, quia pars iu- 22
dicij eſt.

Sed & ſi aliqui teneant, cenſum requirere ſcripturam, per gloſſam *in cap.* 1. *de cenſibus, lib.* 6. verius eſt, etiam ſine ſcriptura cenſum conſtitui, vt tradunt Felic. *lib.* 1. *de cenſib. c.* 9. *n.* 9. & Gaſp. Rod. *de cenſibus lib.* 1. *cap.* 1. *ex num.* 1. Cenc. *de cenſibus,* 1. *p. c.* 4. *n.* 4. & 15. Auendañ. 23
de cenſib. cap. 84. *à n.* 5.

Adde tamen, quòd licèt ex forma ſtatuti ad probandum contractum requiratur ſcriptura, cohærentia contractus probantur teſtibus. Anton. Gamma *deciſ.* 72. *n.* 4. Surd. *deciſ.* 43. 24

Sed & ſi pactum conuentum ſit vt debeat probari per ſcripturam, eo non obſtante, poterit teſtibus probari: gloſſ. ordinaria, *verb. Senatuſconſulto, in auth. vt ſine prohibitione matris*, vbi Iacob. de Belloviſ. & Bart. *n.* 10. Angel. *n.* 16. Plures refert Meneſ. *l. cum te, num.* 6. *de tranſact.* Roland. *conſ.* 88. *n.* 6. *lib.* 3. vbi dicit communem opinionem Ioann. Gutierr. *de iuram. confirmat.* 1. *part.* 25
cap. 66. *à n.* 1. Et hoc, quia non eſt coarctandus, nec anguſtandus modus probationis, *l. quoniam, in fin. C. de hæreticis*, quia vtilitas teſtificandi eſt communis *authentic. de teſtibus, in principio.* 26

Admittetur tamen pactum, ſtante ſtatuto vel conſuetudine, vel ſi fue-

rit iuratum Gutier. *vbi ſuprà num.* 4. Dicit autem *ibi n.* 6. quòd poſtquam ſoluerit, ſi non habet aliam probationem, ſuccurritur ei per denuntiationem Euangelicam. Maranta *de ordine iudiciorum 6. p. principali, cap.*
27 *de denuntiatione, num.* 4. *&* 5. *fol. mihi* 346. Et ſtante ſtatuto, quod probetur per inſtrumentum, poteſt probari per teſtes promiſſio de celebrando inſtrumentum, ad effectum
28 vt fiat Surd. *deciſ.*43. *n.*7.

Sed ſi fuerit renuntiatum probationi teſtium cum iuramento, non poterit teſtibus probari: tum propter authoritatem iudicij, vt dicit Gutier. *vbi ſuprà*, tum etiam ob vim iuramenti, Aymon *conſ.*216. *num.*1. Poterit tamen probari per confeſſionem partis. Meneſ. *d. l. cum te, n.* 8. *Cod. de tranſact.* Roland. *conſil.* 88.
29 *num.*7. *lib.* 3.

Et cum de eſſentia ſententiæ ſit ſcriptura, quia debet ferri in ſcriptis, *l.*3. *C. de ſent. ex pericu. recit.* ibi:
30 *Cum ſcripta non eſſet, nec nomen quidem ſententiæ habere mereatur*: & debet recitari *l.* 1. *eod. tit.* ibi: *ſi non ipſe recitauit.* Nec poteſt ferri in nocte authentico *de iudicib.* §. *ſedebunt, c. conſuluit*, vbi gloſſ. & Doctores *de officio delegat.* etiam in prima hora
31 noctis. Signorol. *conſ.*52.

Poterit tamen in nocte ferri ſententia interlocutoria. Communem dicit Villalob. *verb. ſententiam, n.*32. Sed & ſententia diffinitiua poterit ferri in nocte de conſenſu partium: vel ſi die ſequenti iuriſdictio ſpiraret, vel ſi iudex eſſet impeditus multitudine negotiorum, vel eſſet iudex arbiter voluntarius, qui poteſt de facto procedere, vel eſſet conſuetudo in contrarium. Et in omnibus dictis caſibus poſſe ferri ſententiam in nocte, tradunt Doctores *c. conſuluit, de offic. delegat. & in l. non minorem,* 32
de tranſaction. pluribus relatis Carroc. *de except. except.* 37. *n.* 2. *&* 3. vbi *n. fin.* ait, quòd de ſtylo ſeruatur, vt nocte feratur ſententia. Vantius *de nullitatibus ex defectu iuriſdictionis ordin. num.* 132. Menoch. *de arbitrar. q.*2. Franc. Marc. *deciſ.*301.2.*p.* Soc. *reg.*359. *fall.*2.

Sic & teſtamentum fieri in nocte 33
poteſt, *l. ad teſtium.* 22. §. *poſſe, de teſtam.* tamen debet eſſe lumen, Mantica *de coniectura vlt. mente, lib.* 2. *tit.*8. *num. fin.* quia teſtes debent cognoſcere teſtatorem, *l. ſi non ſpeciali, Cod. de teſtam.* vbi Bald. & alij notant. Tiber. *conſ.*65. *n.*20. *vol.* 1.

Etſi contractus, ſeu actus qui no- 34
cte celebratur, fiat ante mediam noctem, tribuitur præcedenti diei; ſi poſt ſequenti. Abb. *c. conſuluit, n.*6. *de officio delegat.* quia dies à media nocte incipit, & ſequentis noctis media parte finitur, *l. more Romano, de feriis*, licèt propriè dies intelligatur, quando eſt Sol ſuper terram, *l. hac verba, ille aut ille* 124. *de verb. ſignif. l.* 2. *C. de cuſtodia reor. cap. ſi perfodiens, de homicidio, & Ioann.* 11. *n.*9. *Reſpondit Ieſus: Nonne duodecim ſunt horæ diei? ſi quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt.* Marc. Anton. Eugen. *conſ.* 48. *num.* 3. vbi quod fa- 35
ctum in nocte, impropriè dicitur factum de die, & ſic cum verba debeant intelligi propriè, mentio diei intelligi debet de artificiali, vt ibi *num.* 5. maximè ſi actus nocte fieri nequeat.

Regulariter autem omnes actus 36
poſſunt in nocte fieri, niſi ſpecia-

liter prohibeantur. Mantic. *lib.* 3. *de*
37 *contractibus*, *tit.* 15. *n.* 17. Et ſi celebrati in nocte habeant præſumptionem contra ſe: Felic. conſuluit, *n.* 19. *de offic. deleg. text. in c. Anaſt.* 19. *diſt.*
38 quia ex clandeſtinitate præſumitur contra facientem, *l. fin. de ritu nuptiarum*, etiam contra ruſticum, gloſſa *l.* 1. *Cod. de interdict. matrim.* quam
39 ad hoc expendit Gregor. *l.* 13. *tit.* 7. *p.* 6. *verb. Aldeano necio*, Menoch. *de arbitr. caſu* 194. *n.* 1. licèt in multis excuſetur ruſticus, & iuuetur, vt ibi refert plures caſus, & alium caſum, 160. *n.* 17. & *dict. caſu* 194. *num.* 18. quod facilius præſumitur ex actu clam geſto; facta enim in occulto, ſuſpicione non carent, *cap.* 1. *vt Eccleſiaſtica beneficia.* Aym. *conſil.* 321. *num.* 2. Menoch. *centur.* 6. *caſu* 529. Quod maximè procedit, ſi poſſint in die celebrari. Sed & teſtamentum nocte confectum ſine tot luminaribus, quibus manifeſtè cerni poſſit perſona teſtatoris ac teſtium, præſumitur dolo factum. Menoch. *lib.* 4. *præſum.* 12. *n.* 5. ſequitur Dom. Ioan. Caſt. *lib.* 3. *controuerſ. c.* 1. *n.* 74.

40 Partus autem cum non ſit actus voluntarius, ſed naturâ neceſſarius ſuo tempore, contingit in die, vel in nocte, præter prægnantis voluntatem. Prouidet tamen Iuriſconſ. quòd ſi nocte contingat, ſint tria lumina, licèt in aliis actibus ſufficiat vnum luminare; in hoc autem, cum ſit magni momenti, ob periculum ſubiiciendi partum, tria requiruntur, vt dicit Meneſ. *l. non*
41 *minorem*, *C. de tranſact. n.* 22. niſi ob paupertatem deficiant, vt diximus *ſuprà*, *n.* 14. Et ita eſt magni momenti, vt pœna ſuppoſiti partûs ſit capitalis, *l.* 1. *in fin.* ibi: *Cum periculum capitis ſubeat*, *C. de falſis.* Petr. Gregor. Toloſ. *in ſyntagm. iur. lib.* 36. *c.* 3. *n.* 5. & pœna mortis, dicunt plures. Lud. Pegnera *deciſ.* 80. *n.* 8. Farin. *de falſit. q.* 150. *n.* 242. vbi plures refert: licèt mortis pœnam ſolùm ſeruis imponendam dicat ibi, *n.* 243. poſt Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. caſu* 356. *n.* 3. Conciliantur tamen opiniones ex eo, quòd pœna ciuilis capitalis, pro pœna mortis habetur, *l. ſi necem*, §. *ſi deportatus*, ibi: *Qui mortui loco habentur, de bonis libertor. l.* 2. *in princ. de pœnis.* Ant. Gom. *l. fin. Tauri*, *n.* 11. vbi quòd pro partu ſuppoſito pœna falſi imponitur, quæ regulariter eſt deportationis cum publicatione bonorum, *l.* 1. §. *fin. de falſis.* Sed quòd hodie ſit pœna exilij ſine publicatione, tradit Menochius *lib.* 2. *de arbitr. caſu* 306. *n.* 3. ſequitur Farin. *de falſit. q.* 150. *n.* 242.

Credo tamen, quod ex qualitate perſonæ, cui partus ſupponitur, & eius facultatibus augeri, vel minui debeat pœna: nam ſi ex partûs ſuppoſitione nulli damnum ſequeretur, ſaltem conſiderabile, vt putà ſi eſſet vxor pauperis, aut inopis, qui nihil haberet in bonis, quæ partum ſuppoſuerit, fortè vt mariti affectionem haberet, ferè nulla pœna eſſet ei imponenda: nam falſitas, vt puniatur, duo continere debet copulatiuè, dolum & damnum tertij, vt tradunt
Cyn. Bald. Salycet. & omnes *in l.* 42
neque exemplum, *C. de falſ.* dicit communem opinionem Gomez. de Leon *in ſua centuria*, *facto* 21. *n.* 3. Sed & falſitas commiſſa in re modica, leue dicitur delictum, etiam quòd dolus interuenerit, vt ex multis tradit Ay- 43
mon *conſ.* 46. *num.* 12.

Et ſic vbi nulla adeſt ſpes lucri, ceſſant præſumptiones ſuppoſiti partus. Farin. *vbi ſuprà*, *num.* 266. *in fin.*

Digitized by Google

poſt Menoch. *lib.* 5. *præſumpt.* 24. *num.* 26. nam vt præſumptiones operentur, requiritur, quod ſit aliqua cauſa quæ mouere poſſit ad ſupponendum partum, vt poſt Bart. *l. poſt contractum, num.* 3. *&* 7. *de donationibus*, tenet Boſius *de partu ſuppoſ. n.* 16. vbi exemplificat, ſi partus ſupponeretur, ne deficientibus filiis feuda
44 tranſirent in fiſcum, Maſcard. *dict. concl.* 1147. *num.* 28. vt in bonis donatis à Rege Henrico ſecundo, vulgò *Henriqueños*, quæ in defunctum filiorum redeunt ad Regiam Coronam ex clauſula teſtamenti dicti Regis, per *l.* 11. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recopilat.* quæ cenſentur data iure primogenituræ. Bald. ad Suar. *l. quoniam in declaratione, l. Regni, limitat.* 6. Molin.
45 *lib.* 1. *de primogen. cap.* 6. *num.* 21. Et ſemper ſeruant dicta bona Henriqueña ſuam naturam, licèt tranſeant in tertium titulo oneroſo, Domin. Chriſtophor. de Paz *de tenuta*, 2. *part. cap.* 57. *num.* 64. niſi dominus Rex venditioni conſentiat D. Ioannes Caſtil. *controuerſ. cap.* 89. *n.* 112. his enim caſibus, ſi vltimus poſſeſſor non haberet ſucceſſorem, plus operarentur coniecturæ ſuppoſiti partus; & probata ſuppoſitione, maior pœna
46 eſſet imponenda; & maxime, ſi ageretur de ſucceſſione alicuius ſtatus, ſeu Comitatus. Et idem eſſet, ſi ageretur de opulenta hæreditate; nam magnum eſſet delictum, & maiori pœna quam exilij puniendum. Et magnam falſitatem appellat, *l.* 3. *tit.* 7. *part.* 7. ibi: *Eſto dezimos que es gran falſedad, faziendo, e poniendo hijo ageno por heredero en los bienes de ſu marido.* Et dicitur crimen graue, quando pœna eſt capitalis, vel à relegatione ſupra à gloſſa *in l.* 1. *Cod. de requiren. reis*, Franciſc. Marcus *deciſ.* 905. *num.* 11. *part.* 1. Et de grauitate delicti ſuppoſiti partûs Iacobus de Graſ. *lib.* 2. *caſuum reſeruator. c.* 30. *n.* 4. Et poteſt imponi in participes humiles pœna triremium, quæ ſucceſſit in locum pœnæ damnationis in metallum, *Capit. deciſ.* 63. Farinac. *in praxi*, 4. *part. tit. de pœna poculum dantis, quæſt.* 122. *num.* 44. *pag.* 215. Scipio Rouitus *pragmat.* 2. *de iuriſdict. inuicem non turband. num.* 63. Et condemnatus ad triremes, licèt ad tempus dicitur mortuus ciuiliter, Cancer. 2. *p. variar. cap.* 2. *n.* 45. vbi quod talis condemnatio pertinet ad merum Imperium; & quando pœna 47
eſt arbitraria, poteſt quis arbitrari vſque ad pœnam capitis, Bart. *l. licitatio*, §. *quod illicitè*, *de publicanis*, Bald. Ioan. Faber, Angel. Aretin. *in* §. *iniuria, de pace iuramento firmanda*, Franciſc. Marc. *deciſ.* 905. *n.* 2. Tuſch. *verbo furtum*, *concluſ.* 564. *num.* 45. ſed limitat Menochius in iudicibus ſupremis. Vide in fine huius capituli.

Et poteſt in hac cauſa ſuppoſiti 48
partus procedi ad torturam; nam cùm de falſo ciuiliter agitur, torturæ locus eſt, præcedentibus indiciis, Bald. *l. ſicut*, *Cod. de falſis*, modò tamen non acriter torqueatur, Franciſc. Marc. *deciſion.* 906. *num.* 6. Partum autem ſuppoſitum qui poſſint accuſare, habetur *l.* 3. *tit.* 7. *part.* 7. ibi: *E tal falſedad como eſta puedela acuſar el marido a la muger: è ſi el fueſſe muerto, puedenla acuſar todos los parientes mas propinquos.* Idem diſpoſuerat *l. lege Cornelia*, §. 1. *ad legem Corneliam de falſis*, ibi: *De partu ſuppoſito, ſoli accuſant parentes, aut* 49
hi ad quos ea res pertinet, non quilibet de

populo, vt publicam accuſationem intendat. Nec obſtat, *l.* 1. §. *quamuis, de ventre inſpiciend.* ibi: *Publicè enim intereſt, partus non ſubiici, vt ordinum dignitas, familiarumque ſalua ſit*, ex quibus verbis videtur, delictum eſſe publicum, vt poſt Boſ. & alios tradit Farinac. *de falſitat. quæſt.* 150. *n.* 263 vbi quòd ob id iudex poteſt procedere ex officio, licèt non admittantur ad accuſandum, niſi hi quo-

50 rum intereſt. Et ratio quare non admittatur quilibet de populo, ea eſt, quia actiones populares ſolùm dantur ad tuendum populi ius, *l.* 1. *de popularibus actionibus*, Azeued. *in Curia Piſana, cap.* 18. *num.* 45. *lib.* 2. & competunt, quando principaliter iniuriam publicam, ſeu ius populi proſequimur, Alciat. *l. ſi cui* 12. *verb. ex populari, num.* 3. *de verbor. ſignificat.* vt ſi in publico aliquid fiat, omnes ciues nouum opus nuntiare poſſunt, *l.* 3. §. *fin. de noui operis nunciatione.*

51 Nam reſpondetur, quod in noſtro caſu ſuppoſiti partus principaliter agitur de conſeruando iure priuati, mariti, vel conſanguineorum, quibus per ſuppoſitionem partus aufertur hæreditas; & ita datur etiam contra eum qui non fuit particeps delicti, Maſcard. *d. concl.* 1147. *n.* 40. & ſic iis accuſantibus pinguiùs ſuccurritur, cùm actio popularis ſolùm poſſit intra annum proponi, *l. fin. de popular. action.* nec tranſit ad hæredes, vt ibi, niſi lite conteſtata, *l. ſi*

52 *cui* 12. *de verborum ſignif.* & ſi vnus ſuccumbat, cæteris præcluditur via, ſi non probetur colluſio, *l.* 3. *de popular. action. l.* 3. §. *ſi tamen, de libero homin. exhibend.* Donel. *lib.* 4. *cap.* 9. *in fin.*

53 Actio autem ſuppoſiti partus, & eius accuſatio non permittitur tempore, *l. qui falſam*, §. 1. *ad leg. Cornel. de falſis*, vbi Alber. quod nec triginta annorum ſpatio extinguitur, Petrus Gregor. *ſyntagmat. iuris, lib.* 36. *cap.* 3. *num.* 5. Gregor. *l.* 3. *tit.* 7. *p.* 7. *verbo, puede acuſar*, Farinac. *de falſitate, quæſt.* 150. *num.* 243. Leandrus Galganetus *de iure publico, lib.* 1. *titul.* 41. *num.* 15.

Et licèt filij veri, quorum intereſt, non poſſint matrem ſuppoſiti partus accuſare, poterunt tamen ciuiliter agere ad intereſſe pecuniarium, & vt poſſeſſiones recipiant, *l. falſi, Cod. de falſ. l. hi tamen*, §. *liberi, de accuſation.* Gregor. *l.* 3. *verſic. a ſu madre, tit.* 7. *part.* 7. 54

Sed & mortua vxore quæ viro partum ſuppoſuit, poſſunt complices delicti accuſari, Petrus Gregor. *ſyntagmat. iuris, lib.* 36. *cap.* 3. *n.* 5. *verſ. neque intereſt*, Boſius *de partu ſuppoſito, num.* 2. Farinac. *d. quæſt.* 150. *num.* 244. Molin. *de iuſt. & iur. tractat.* 2. *diſp.* 701. *n.* 2. 55

Sed etſi vir & vxor ſibi partum ſuppoſuerunt, in præiudicium vocatorum, ſi non habuiſſent filios; vterque poteſt accuſari, & eis mortuis, participes. Nec oberit, quòd ſuppoſitum vt filium tractauerint; nam, vt inquit Farinac. *vbi ſupr. num.* 246. talis tractatus dicitur figmentum, vt magis credatur quod ſit verè filius, Maſcard. *d. concl.* 1147. *num.* 26. Vt per contrarium non creditur confeſſioni matris dicentis ſuppoſuiſſe partum, nec præiudicat filio exiſtenti in poſſeſſione filiationis, Menoch. *lib.* 1. *de arbitrar. caſu* 89. *num.* 18. *& lib.* 5. *præſumpt.* 124. *n.* 24. Maſcard. *concluſ.* 288. *num.* 2. 56

Contrarium tamen tenent Socin. *conſ.* 90.

*conſ.*90. *num.*4. *vol.*2. Boſius *de partu ſuppoſ. num.*12.Farinac. *d.quæſt.*150. *num.* 247. Quod maximè dicunt procedere, ſi ſit mater in extremis conſtituta,ex quo cenſetur facta ad exonerationem conſcientiæ; vel ſi ſæpius fuerit confeſſio repetita.Sed eorum opinio procedit, ſi cum confeſſione concurrant multæ coniecturæ, vt dicit Alciat. *tract. præſumptio. regul.*3. *præſump.*3. *n.*10. Maſcard.*concluſ.* 1147. *num.* 21. Farinac. *vbi ſuprà, n.*247. Vel ſi alij participes ſuppoſitionis dixerint.Maſcard. ibi *n.*35. vbi *n.* 46. etiamſi iurauerint ſe non manifeſtaturos; quia tunc veniunt contra iuramentum temerarium & illicitum: ſola tamen confeſſio matris non ſufficiet, *l. neque profeſſio, C. de teſtam. l. Imperatores, in fin. de probat. l. ſi poſthumus* 14. §. *fin. de liber. & poſthum.* etiamſi confeſſio ſit iurata, *l.*3. §. *matris igitur, de iureiur. cap. per tuas, de probation.* Maſcard. *concl.* 366. Anton. Gom. *l.* 9. *Taur. num.* 2. & 3. vbi plures refert, & Cynum, *in l. ſi vicinis ſcientibus.q.fin.*
57 *Cod. de nupt.* dicentem, filium iuxta conſcientiam poſſe retinere regnum, maioratum, vel hæreditatem patris, licèt mater in vita, vel mortis articulo dicit, non eſſe filium mariti,ſed alterius, Abb. *cap. per tuas, num.* 4. *de probat. & cap. tranſmiſiſſe, num.* 4. *qui filij ſint legitimi*,vbi Præpoſit.*n.*5. dicit eſſe communem opinionem. Quod ſine dubio eſt verum, ſi filius matri non crediderit, vt dicit Menoch. *vbi ſupr.* & Parlador. *different.* 12. §. 2. *num.* 2. Anton. Gom. *vbi ſuprà*, & ibi: Quod ſecus erit, ſi crediderit, & ſic habeat læſam conſcientiam, & Maſcard. *concluſ.* 778. *num.* 41. vbi de filio qui nimis credulus renuntiauit regno, Ioan. Gutier. 1. *part. canonicar.cap.*38.*à n.*30. qui latè materiam tractat, vbi quòd mater non tenetur ſe prodere, ſed reſarcire damnum in quantum potuerit: quod ante eum tenuerunt Abb. & Couarr. *cap. officij, de teſtam. & regula peccatum,* 1. *part.* §.6. *verſ.*10. quos ſequitur Parlador. *different.* 12. §. 2. *num.* 2. plures refert Cened. *in collect. ad d.cap. officij, de pœnitent. & remiſſion.* vbi pœnitentia eius mulieris admittitur ab Eccleſia. Sed & Iacobus de Graſis, *de arbitrariis confeſſariorum, c.*64. *num.* 12. tenet mulierem, nec cum periculo mortis, nec cum diſcrimine famæ teneri ſe prodere,etiamſi certo ſciat, ſuam declarationem profuturam, ne filius ſpurius patrimonium mariti habeat.
Coniectura autem ad probandum 58
partum fuiſſe ſuppoſitum,erit,ſi mulier quæ dicitur peperiſſe, fuit maior quinquaginta annorum, cum mulieres eius ætatis non ſoleant concipere, vt diximus, non tamen erit euidens coniectura, ſed adminiculum magnum ſumptum ex eo, quòd eius ætatis mulieres non ſoleant concipere, à communiter accidentibus, Maſcard. *concl.* 1147. *num.* 4. & *ſequentib.* Menoch.*lib.*5. *præſump.*24. *à num.*6. Farin. *de falſit. quæ.* 150. *num.*252. Quòd autem mulier anteà apparuerit ſterilis per aliquod tempus, non eſt ſufficiens coniectura, cùm ſoleat euenire multis, & poſteà concipere, Farinac. *dict. quæſt.* 150. *num.* 249. & Menoch. *vbi ſuprà, num.* 11. & 12.

Sed ſi mulier non apparuerit præ- 59
gnans, nec vocauerit obſtetrices; imò ſe contulerit in locum ſolitarium, vel rus, tempore aſſerti partus erit

erit præſumptio ſuppoſitionis eius, Boſ. *de part. ſuppoſ. num.* 12. *verſ. & cum eſſet*, Farinac. *dict. quæſt.* 150. *num.* 253. Menoch. *d. præſump.* 24. *num.* 16. *&* 20. Quæ enim in occulto fiunt, ſuſpicione non carent, vt *ſuprà num.* 38. *& infrà num.* 61. ſi autem caſu nullus præſens fuerit, quia ob breuitatem partus non habuerit tempus vocandi obſtetricem, vel alias mulieres quæ ſibi opem ferrent, vt ſolet contingere, non præbet ſuſpicionem, Menoch. *ibi n.* 20. niſi ſolitudo fuerit procurata & affectata; quia pluries contingit, prægnantes abeſſe, & parere, etiam ignorantibus coniunctis, & proximioribus, vt in *l. Titius*, *teſtam.* 25. §. 1. *de liber. & poſthum.* ibi: *Et haberet neptem ex filia prægnantem ruri agentem*, & iterum ibi: *Albeſcente cœlo ruri enixa eſt*, &
60 ibi: *Licèt ignorante teſtatore*, vbi ſuſtinetur inſtitutio de naſcituro facta, *cùm iam tempore conditi teſtamenti natus eſſet ruri, ignorante teſtatore.*

61 Sed & idem erit, ſi cùm dixerit ſe prægnantem, non paſſa ſit ſe inſpici, & cuſtodiri; qui enim malè agit, odit lucem; *cap. conſuluit, de offic. deleg.* & ſic admittunt omnes eam coniecturam, Menoch. *dict. præſumption.* 24. *num.* 15. Ioſeph. de Ruſticis, *l. cum auus, lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 17. ex Socin. *conſ.* 90. *num.* 1. *volum.* 2. Aymon. *conſ.* 134. *n.* 29. Maſcard. *concluſion.* 1147. *num.* 13. Farinac. *dict. quæſtion.* 150. *num.* 259. Probitas tamen & bona vita mulieris excludet falſi præſumptionem, Menoch. *dict. præſumpt.* 24. *num.* 27. & eius hilaritas.

62 Erit etiam coniectura, ſi viſa fuerit portare culcitram ſuper ventrem, vt prægnantem ſe fingeret: Maſcard. *vbi ſuprà*, *n.* 15. & Menoch. *lib.* 5. *præſumpt.* 24. *num.* 18. Quod maximè procedit, ſi viſa fuerit portare culcitram vltimis menſibus prope partum, quibus, ſi eſſet grauida, non oneraret ventrem aliquo extrinſeco, quod ventri damnum afferret.

Sed & erit coniectura, ſi ad locum partus fuerit allatus infans recenter natus ex alia, & traditus familiari mulieris dicentis ſe peperiſſe, Boſ. *vbi ſup. num.* 16. Maſcard. *dict. concluſ.* 1147. *num.* 11. Farinac. *d. q.* 150. *num.* 56. Menoch. *de præſumpt.* 24. *num.* 17. *verſ. certum.* Sed in hoc aduertendum eſt, quòd ſolet afferri infans, vt ſugat mammillas puerperæ, ad eas à lacte leuandas, & exonerandam puerperam à lacte, quod ad vbera eius profluit.

Ex quo etiam ſequitur, quòd ſi in 63
ea quæ dicit ſe peperiſſe, non inueniatur veſtigium lactis in vberibus, ſed fuerint eius vbera ſicca, vel die quo dixerit ſe peperiſſe, non appareant ſigna partus, nec emiſſio ſanguinis, nec fuerint ſecundinæ (vulgo *pares*) quæ naturaliter partum ſequuntur, erit indicium maximum ſuppoſiti partus. Et licèt ſint qui exiſtiment, poſſe interdum naturaliter fieri, vt mulier ſine ſecundinis, aut ſordibus pariat, vt videtur ſentire Cornel. Ianſen. *in concord. cap.* 10. citans ad id Ariſtotelem; tamen, vt inquit Suar. *in* 3. *part.* D. Thom. *quæſt.* 35. *à num.* 6. *diſp.* 13. *ſect.* 2. *pag. mihi* 234. & Ariſtotel. *lib.* 7. *de hiſtor. animal. cap.* 9. dum de partu loquitur, vt naturales partus ponit ſecundinas, in illis verbis. *Deinde fœtus inuerſo vtero, & ſecundis interna euoluentibus, foras venit in lucem.*

Excipitur autem ab iis ſordidis 64
ſanctiſſi.

ſanctiſſima Deipara Virgo Maria, quæ abſque ſecundinis, & ſordibus peperit Saluatorem, vt colligitur ex ſexta Patrum Synodo, *actu* 11. & tradit S. Sephronius in ſua epiſtola, quam vocat partum incorruptibilem; quia ſine ſordibus ſanguinis, aut ſimili paſſione perfectus eſt. Et Epiphanius *lib.* 3. *contra hæreſes, in fin.* inquit: *Natus eſt citra pudefactionem impolluta aliiſque inquinamentis.* Et Cyprianus *in ſermone de natiuitate Chriſti*, ait: *Maria genitrix & obſtetrix, nullus dolor, nulla naturæ contumelia in puerperio.* Et Aug. *lib.* 29. *contra Fauſtum, cap.* 3. & 4. & *lib. de quinque hæreſibus, cap.* 5. ait: *Stulte, vnde ſordes in Virgine matre, vbi non eſt concubitus cum homine patre?* Et idem videtur ſentire D. Thom. 3. *p. q.* 35. *artic.* 6. vbi negat cum Diuo Hieronymo interfuiſſe in partu Virginis miniſterium obſtetricum, ac mulierum ſedulitatem; quæ (inquit) non parum eſſent neceſſaria, ſi beata Virgo ſordibus puerperij eſſet obnoxia, & ob id Sancti dicunt, beatam Virginem non indiguiſſe purificatione; quia germinans germinauit ſicut lilium. Et Cyprian. *vbi ſuprà*, ait: *Sicut fructum ex arbore, aut ſicut radium ex Sole.* Quæ exempla Sanctorum fuerunt, vt oſtendant Virginis puritatem, vt tradit Suar. *d. q.* 35. *art.* 6. *diſput.* 13. *ſection.* 2.

Quidquid dixerit Petrus de Peramato Medicus *lib. de hominis procreatione*, à conceptu in partum, in appendice, quid naturale, quidve miraculoſum in conceptione, & partu Domini noſtri Ieſu Chriſti interfuerit, §. *non modo, verſ. quamuis autem*, melius ſentit S. Ildephonſus in libro contra eos, qui diſputant de perpetua virginitate ſanctæ Mariæ, & eius parturitione, cuius refert frater Franciſcus Viues, in libro de conceptione, in titulo Sancti Patres vindicati, *cap. vltim.* Ildephonſi vindicati, §. 2. quæ alia ſunt. *Hinc ergo colligitur, quòd ſuperſtitioſa ſit iſtorum cunctatio, & ſuperflua diſputatio, qui dicunt oſtia ve tris, & vulua cum* (id eſt Chriſtum in ſua natiuitate) *apperuiſſe, & colluuionem ſanguinis; vt cæteros omnes, & ſecundinas ſpurcitias poſt ſe traxiſſe; in quibus omnibus gemitus, & dolor multiplicatur, triſtitia, & ærumna augentur, & nemo ſine his pariat filium. Sed abſit à cordibus fidelium, vt tale aliquid ſuſpicentur de Maria Virgine, quæ pro maledicto primæ originis benedictionem attulit mundo.* Hæc S. Ildephonſus.

Sed etſi mulier peperit, poteſt dari 65
ſuppoſitio partus. Nam ſi obſtetrix, vel alij miniſtrantes parturienti, iurauerint vere natum, & eius loco alium ſubrogauerint, & natum expoſuerint, erit grauiſſimum delictum; maximè ſi natus erat ſucceſſor alicuius magni ſtatus, vel maioratus, ſeu opulentiſſimæ hæreditatis; quod pœna capitis erit puniendum. Plura enim concurrunt in hoc delicto, & furtum magnum, quod fit parentibus proprij filij, & eorum bona, quæ naturali filio auferunt, & ſuppoſito tribuunt: tum quia eſt plurium opinio, magno furto imponendam mortis pœnam, ſequendo doctrinam Bald. *in auth. ſed nouo iure, n.* 3. *de ſeruis fugitiuis*, cuius opinio recipitur præcipuè ab Angelo *de maleſic. verbo veſtem, num.* 13. *verſ. quod eſt verum*, Marſil. *l. vnius*, §. *cognituram, num.* 79. *de quæſtion.* Abiles *cap.* 1. *prætorum, verbo, derecha mente, num.* 13. Couarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 9.

Perez de Lara de vita Hom. M

cap.9.n.7. verſ. ſic ſanè, quibuſdam viſum eſt, teſtatur conſuetudine eſſe receptam, Peguer. *deciſ. criminal.27. à n.6.* Plures refert Ceuallos *communium contra comm. quæſt.741. à n.4.* Farinac. *de furtis, quæſt.67. num.45.* Et licèt verior ſit, & communior contraria ſententia, vt conſtat ex traditis à Farinac. *vbi ſup. n.47.* & eam ſemper ſequutus ſum, & ſeruabo, quantumuis furtum fuerit magnæ quantitatis; tamen ſi concurrat qualitas quæ magnoperè aggrauet delictum furti magni, aliter iudicarem, & forſan mortis pœnam imponerem; vt iam vidi iuſtè impoſitam furanti argentum poſitum in monumento in nocte Cœnæ Domini: vel ſi fecerit cum effractura Templi, vel publicæ domus, vel aliis modis poſitis, *l.28. tit.14. part.7.* vbi Greg. Vel ſtantibus magnis circunſtantiis quæ ad id poſſent iudicem iuſtè mouere; vt exemplo terreantur alij, vt ſentit Auil. *d. cap.1. Prætor verbo, derechamente, n.15. verſ. ego in hoc tenerem.* Quia & arbitrium poteſt extendi vſque ad pœnam mortis in furto, vt tradunt Doctores, quos refert Tuſch. *verbo, furtum, concluſ.594. n.45.* Bonifac. *de furtis, §. fin. n.58. in fin.* Et licèt hoc dicat Menochius *lib.2. de arbitr. centur.3. caſu 295. n.9. in fin.* procedere in iudicibus ſupremorum tribunalium; non tamen in ordinariis, quibus conſulit, vt conſulant ſuperiores: tamen cùm hoc caſu tot circunſtantiæ concurrant, magnum pœnæ exemplum requiritur, & ſine dubio imponenda eſt pœna mortis, ſi expoſitus ſubreptus obiiſſet, vel non inueniretur, nec de eo conſtaret; probato tamen quod eum expoſuerunt.

CAPVT IX.

De aborſu, & præbente cauſam abortionis: Et an, quando præcedit culpa, & ſequitur caſus, culpoſus teneatur de caſu: & qua puniatur pœna cauſans aborſum fœtus inanimati: & an incurrat irregularitatem. Et an poſſint Medici vti remediis curationis morbi prægnantis, ſi ex eis timeatur aborſus; & an ſit licitum procurare aborſum, ob matris ſanitatem.

SVMMARIVM.

1 *Aborſum cauſans punitur vt homicida, ac ſi natum occideret. Intellige, vt infrà.*

2 *Nihil intereſt, occidat quis manibus propriis, vel cauſam abortionis præbeat.*

3 *Argumentum ſumitur ab etymologia vocabuli: & homicidium dicitur ab hominis cæde.*

4 *Legis verba in odioſis & pœnalibus ſunt ſtrictè intelligenda.*

5 *Aborſum cauſans, non dicitur hominem occidere, ſed ſpem animantis extinguere,* & n.18.

6 *Lex loquens de homicidio, intelligenda eſt de homine in eſſe perfecto;*

cto; quia antea non reputatur homo.

7 Feciſſe non intelligitur qui propriam formam, quæ ex conſummatione contingit, non dederit, nec dicitur factum, dum aliquid ſupereſt agendum.

8 Verba legis quando non poſſunt adaptari, non habet locum diſpoſitio.

9 Familiaris & coniunctus præſumuntur ſcire facta coniuncti.

10 Paria ſunt, non eſſe, & non apparere.

11 Voluntate & propoſito diſtinguuntur delicta.

12 Culpa non ordinata ad caſum, non eſt conſiderabilis.

13 Quæ ex accidenti, non ex natura fiunt, potiùs præſumuntur non eſſe, quàm eſſe.

14 Culpa ſi præcedit, & ſequitur caſus, culpoſus tenetur de caſu, licèt non ſit ordinata ad caſum: debet tamen probari, quòd ſi culpa non præceſſiſſet, caſus non eueniſſet.

15 Percutiens vxorem, quam ſciebat prægnantem, tenetur de aborſu, ſi inde ſequatur; quia hoc euenire poſſe, proſpicere debuit.

16 Faciens illicitum, ex quo veriſimiliter poteſt ſequi delictum, tenetur, & eſt puniendus.

17 Percutiens prægnantem animo committendi aborſum, ſi fœtus erat animatus, punitur pœna mortis.

18 Aborſum cauſans ante animationem fœtus, dicitur ſpem animantis interimere, & non punitur morte, ſed alia mitiori pœna.

19 Aborſum cauſans fœtus inanimati, non incurrit irregularitatem magis quam ſi hominem mortuum decapitaret. Idem ſi ante formationem venena ſterilitatis dederit, ne mulier conciperet, aut vir generaret.

20 Intellige ſupradicta ad excuſationem irregularitatis, lataliter tamen peccabit talia faciens, & punietur pœna extraordinaria, & arbitraria.

21 Animus faciendi abortiuum ex percuſſione & inſtrumento, quo vſus fuit, arbitrabitur: & in primis menſibus prægnationis difficile eſt cognoſcere, an fœtus ſit animatus.

22 Aborſum cauſans poſt quadrageſimum diem, acriùs punitur, quàm anteà; quia poteſt eſſe fœtus animatus.

23 In dubio an ſit animatus, vel non, cauſatur irregularitas.

24 De aborſu abſoluit quilibet confeſſor cum ſpeciali licentia ordinarij.

25 Prægnans lætali morbo laborans, ſi ad eius ſalutem non ſupereſt aliud remedium, poteſt ſumere & ei dari pharmacum ſui natura curatiuum illius morbi, licèt extinctio fœtus inanimati ſequatur.

26 Limita, ſi fœtus iam ſit animatus, ex quo ſalus ſpiritualis præferenda eſt propriæ corporali.

27 Si alteri ſubueniri non poteſt, niſi alter lædatur, commodius eſt neutrum iuuare.

28 Fœtus ſi ſit animatus, nec ſuperſit aliud remedium ad ſanitatem, poteſt vti remediis curatiuis morbi, & experiri anceps remedium curatiuum pro ſpe ſalutis: ſed limitatur numero ſequenti.

29 Limita, ſi vtatur medicinis ſua natura curatiuis illius morbi: ſecus ſi medicina non eſt ad id, ſed

determinata ad aborſum*, *quia id non licet* , *etiamſi fœtus non ſit animatus.

30 *Procurare aborſum ob matris ſanitatem* , *eſt contra naturam* : *& minus poterit uti remedio abortiuo fœtus animati.*

31 *Si nulla eſt ſpes quod partus edatur*, *& probabiliter ſperetur ſanitas matris* , *poterit mater vti remedio curatiuo morbi* , *ſi non ſit ſpes ſalutis ſpiritualis.*

32 *Mulier prægnans mortua non ſepelitur*, *niſi priùs venter ſcindatur.*

1 EXiſtens in vtero ita habetur pro nato, vt aborſum cauſans, puniatur tanquam homicida, ac ſi iam natum interfeciſſet Benedict. ***in c.Raynuntius*, *verb.& ſoboles quam geſtabat in vtero*, *num.*** 32. Felin. ***cap. ſicut*, *de homicidio***, Alber. ***l. qui in vtero,de ſtatu homin.*** vbi plures referunt. Qui enim partum antequam naſcatur, extinguit, videtur necare , *l. necare* , *ff. de lib. agnoſc. c. ſi aliquis* 5. *de homic.*

2 Nam nihil intereſt, occidat quis manibus propriis,an cauſam mortis præbeat , *l.* 3. *in princ. & l. nihil* , *ad leg. Cornel. de ſicariis* , *l. qui occidit* , §. *in hac*, *l. ita vulneratus,in princ. verſ.occidiſſe* , *ad l. Aquil.* Et quod teneatur pœna homicidij , Boër. *deciſ.* 935. *num.* 10.

Contrarium tamen , & quod non teneatur de occiſo cauſam abortionis præbente,tenet Alciat.*in l.non eſt pu-*
3 *pillus* 162. *n.* 5. *de verb. ſignific.* Pro quo facit,quod ſumitur argumentum ab etymologia vocabuli, *l.* 2. §.*appellat. ſi certum petat. l.* 1. *de acquir. poſſ.* Enerad. loco ab Etymologia vocabuli , videtur abortum cauſans non committere homicidium:dicitur enim homicidium ab hominis cæde. *l.* 1. §.*occiſorum* , *ad Silanian. l. ſi ita vulneratus* , *in princ.* ibi : *Tracta videlicet interpretatione vocis à cædendo* , *& à cæde* , *ad l. Aquil.* ergo à ceſſante 4
etymologia, debet ceſſare effectus, *l. à nullo*, *C. de feriis.* Et pro hoc facit , quod verba legis in odioſis , & pœnalibus ſunt intelligenda ſtrictè, & non largè, *l. quod conſtitutum* , *de militari teſtamento*, *l.* 1. §.*is qui nauem*, *de exercitoria actione* , *l.Cæſar. de publicanis,& vectigal. & reg. l. cùm quidam,de liber.& poſthum.*& quia abor- 5
ſum cauſat,non dicitur hominem occidiſſe, ſed ſpem animantis, *l.* 2. *de mortuo inferendo.*

Præterea lex , ſeu ſtatutum , lo- 6
quens de homicidio , intelligi debet de hominis cæde, prout homo eſt in eſſe perfecto ; & eam perfectionem videtur recipere in natiuitate,cùm in terram ceciderit, *l.*3.*C.de poſth.hæred. inſtit. & ſapient.* 7. *n.*3. *Et ego natus accepi communem aërem,& in ſimiliter factam decidi terram* , Tiraq. *l. ſi vnquam* , *verb. ſuſceperit* , *n.* 154. quia antea quàm naſcatur , non reputatur homo, *l.in l. Falcid.* 9. *ad l. Falcid.* *l. cùm inter* , *de fideicom. libert.* & ante conſummationem non dicitur quid eſſe, *l.ſi is qui*, §. *quædam*, *ad l.Falcid.* ibi : *Nec feciſſe intelligitur* , *qui pro-* 7
priam formam quæ ex conſummatione contingit, non dederit, *l.ædificia*, §.*perfeciſſe*, *de verb. ſignif.* Nec dicitur factum,dum aliquid ſupereſt agendum, *l. cum Silanian. in fin. C. de his quibus vt indignis* , *c.* 1. *in fin.* iuncta gloſſ. fin. ad medium , *de renuntiatione* , & tradidi *in lib.* 1. *de anniuerſar. cap.*20. *num.*66.& cum non conueniant verba legis,nec eius diſpoſitio conuenit, *l.* 4. §. ***toties* , *de damno infecto*** Tiberius

rius *conſ. 9. n. 24. & conſ. 11. n. 40. vol.* 1. Et vbi verba non poſſunt adaptari, non habet locum diſpoſitio, *l. hos accuſare, §. omnibus, de accuſationib. l. ab omnibus, de leg.* 1. *& cap. indemnitatibus, §. penultim de elect. lib. 6.*

8 Quare diſtingue, quod aut quis fuit cauſa abortionis non data opera; vt ſi in rixa cum prægnante percutit eam cum pede, vel brachio, vel inſtrumento; & tunc, aut ſciebat eſſe prægnantem, vel non poterat ignorare, quia venter erat plenus; aut non apparebat eſſe grauidam, nec ei aliter erat notum, cùm non eſſet maritus, aut familiaris domeſticus, vel alius
9 coniunctus, in quibus præſumitur ſcientia. Aym. *conſ.* 171. *n.* 8. *verſ.* 8. Rolan. *conſ.* 10. *n.* 7. *& conſ.* 66. *n.* 19. *lib.* 3. *& conſ.* 19. *n.* 22. *vol.* 1. Tib. *conſil.* 100. *num.* 85. *cum ſeq. vol.* 1. Aym. *conſ.* 151. *n.* 24. *& conſ.* 123. *ex n.* 1. Marilian. *deciſ.* 43. *n.* 3. Farinac. *q.* 52. *n.* 102. Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. cent.* 2. *caſu* 39. *n.* 14. text. *in l. octaui, vnde cognati, in fin.* Anton. Gabr. *lib.* 1. *concluſ. tit. de præſumpt. concl.* 6. Tiraq. poſt leges connubiales, *gloſſ.* 4. *n.* 142. Ludou. *deciſ. Peruſina* 103. *num.* 4. Marilian. *deciſ.* 59. *num.* 26. Beccius *conſ.* 6. *n.* 10. Auileſius *cap.* 2. *Prætor. verb. derechamente, n.* 2. Maſc. *de probat. concluſ.* 413. Raudenſ. *con-*
10 *ſil.* 23. *n.* 524. *lib.* 1. Et tunc cùm paria ſint, non eſſe, vel non apparere, text. *in l. fundi.* 37. *de contrah. empt. & l. duo ſunt Titij, de teſtament. tutel. l. quo tutela.* 77. *de reg. iur. & tit. ff. de his quæ pro non ſcript. hab.* & ignorantia præſumatur, vbi ſcientia non
11 probatur. Non videtur taliter percutiens mulierem, voluiſſe præbere cauſam abortionis, & cum voluntate, ac propoſito delicta diſtinguantur, *cap. cum voluntate, de ſent. excomm. l. verum, de furtis, l. qui iniuria* 55. *eod. tit.* non tenebitur abortionis delicto, ſed ex percuſſione matris, quia illa culpa non fuit ordinata ad caſum, & ſic quoad eum non eſt conſiderabilis,
l. 1. *C. de ſicariis, l. diuus, ff. eod. tit. l.* 12
non omne, de ſtatu lib. l. item apud Labeonem, §. ſi quis virginem, de iniuriis. Riccius *collect.* 662. gloſſa ſingularis, *verb. ſuſpenſus, c. quia diuerſitatem, de conceſ. prebend.* Abb. *conſ.* 49. *n.* 5. 2. *p.* Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. centur.* 2. *caſu* 183. *n.* 57. Tiber. *conſ.* 44. *n.* 33. *vol.* 1. Aym. *conſ.* 319. *n. fin. verſ. tertio reſpondeo*, Nicolaus Moroni, *de tregua & pace, q.* 122. *à n.* 6. Non enim debuit diuinare mulierem eſſe prægnantem, vt dicit Alber. *d. l. qui in vtero, n.* 4. Nam ea, quæ ex accidenti fiunt, non ex natura potiùs præſumuntur non eſſe, quàm eſſe; vt *ſup. c.* 7. *n.* 5. Bene tamen verum eſt, quòd 13
vltra delictum percuſſionis matris, tenebitur ad damna, & curam puerperij; nam quoties præcedit culpa, & ſequitur caſus, culpoſus tenetur de caſu, licèt non ſit ad eum caſum
ordinata, *l. penultima, in princip. ſoluto matrimonio* ibi: *Quia Grachi cul-* 14
pa, l. ſi putator, ad legem Aquiliam, Bart. *l. ſi vt certo, §. ſed interdum, ff. commodati.* Et debet articulari & probari, quòd ſi culpa non præceſſiſſet, caſus non eueniſſet. Tib. *conſil.* 29. *num.* 28. *volum.* 1. & conducit *l. fin. §.* 1. *ad legem Rhod. de iactu.* nam poterat eſſe, quod ante percuſſionem eſſet iam factus abortiuus, vt dicit Alber. *dict. l. qui in vtero*, & contingit in multis mulieribus aborſum facere, nulla ex cauſa extrinſecus accedente.

15 Aut ſciebat eſſe prægnantem, vel quia ita apparebat, ſeu aliàs ſibi erat notum: & eo caſu culpoſus in perſecutione matris, tenetur de aborſu, quia id euenire poſſe, debuit cogitare, *cap.fin. de homicid. lib.6.* Et quando res ſui natura ſubiacet alicui caſui, is caſus eſt præueniendus, & conſiderandus, *l.ſi quis domum 9. hinc ſubiungi, ff.locati,* ibi: *Hoc euenire poſſe, proſpicere debuit*, *l.ſi vtero*, §. *Prætor ait, de his qui deiecer. vel effuder.* ibi: Cuius caſus nocere cui poſſit, *l. Iulianus,ff. qui & à quibus* Barboſ.*l.fructus 7. num.12. ſolut. matrim.* & non cogitanti imputatur culpa, *l. qui occidit. 30. §.fin. ad leg. Aquiliam,* Ay-
16 mon, *conſ. 97. num.4.* & faciens illicitum, ex quo veriſimiliter poſſet ſequi delictum, tenetur, & eſt puniendus Anguiſola, *conſil. 27. num. 10. lib. 1.*

17 Aut percuſſit prægnantem animo committendi aborſum, & tunc ſi fœtus erat animatus, punitur pœna mortis, *l. ſi quis aliquid*, §. *qui abortionis, de pœnis,* ibi: *Quòd ſi ex eo mulier, aut homo perierit, ſummo ſupplicio afficiuntur, l. Cicero, eodem titulo, l. ſi quis necandi infantis, C. ad leg. Cornel. de ſicar. cap. Moyſes 32. q. 2.* in hæc verba: *Si quis percuſſerit mulierem in vtero habentem, & abortierit, ſi formatum fuerit, det animam pro anima.* Et *Exod. 21.*

18 Aut fœtus non erat animatus, quo caſu dicitur interimire ſpem animantis, *l.2. de mort. inferend. cap.quod verum 32. quæſt.2. cum ſequentibus*, & non punitur pœna mortis, ſed alia mitiori, *l. Diuus 4. de extraordinar. crim. cap. ſicut literarum, de homicidio,* vbi gloſſa, *verbo viuificatus*, Alberic. *l. qui in vtero, n.4. de ſtat. homin.* Menochius plures referens Doctores, *de arbitrar.centur.4.caſu 317.* Hieronymus Campanillus *rubric.11.*
cap. 28. Nec eo caſu incurritur irre- 19
gularitas, cùm inanimatum abegerit, *cap.ſicut, el 2. de homicid.* non magis quàm ſi hominem mortuum decapitaret. Card. Zabarel. *clem. ſi furioſus 39. num. 1.* Archidiacon. *cap. ſi quis iratus, n.2. 15.q.2.* Et idem eſſet, ſi ante formationem venena ſterilitatis dederit, ne mulier conciperet, aut vir generaret, gloſſa *in c. ſi aliquis 5. de homicid.* Campan. *rubr. 11.cap.23. n. 2.* qui plures refert, vt ſi fructum ſalicis admixtum pabulo pecoris tritum in potu aſſumatur; nam ex teſtimonio Medicorum ſterilem facit mulierem, ne concipiat & hominem ne generet; vt ex Democrito, & Schola Salerni tradit Campanillus, *dict. rubric.11. cap.23. n.30.* & Doctor Laguna in annotationibus ad Dioſcoridem, *lib.2. cap.40.* ait, quod vngula mulæ igne aduſta potata cum ſero, facit mulierem ſterilem.

Sed hoc quod dicitur, *d. cap. fin.* 20
de homicidio, lib. 6. intellige quoad irregularitatem, ſeu cenſuram, licèt lætaliter peccet. Sot. *in 4. ſententiarum, diſt. 25.q.1. art.9. ad 2.* Thomas Sanchez *de matrimonio, diſp.20. num. 1.* nam vt ipſe inquit *n. 2.* parum, vel nihil diſtat à feminis effuſione extra vas: punietur tamen pœna extraordinaria, non capitali, tamen corporali, & acriter, *d. cap. ſi aliquis, de homicidio,* vbi gloſ. & ibi Anania, *num. 5.*

Aut dubitatur, an habuerit ani- 21
mum faciendi abortiuum, & tunc iudex inſpecta qualitate perſonæ & percuſſionis, & inſtrumenti quo vſus fuit, arbitrabitur, an eo animo percuſſe-

percuſſerit : arg . *l.* 1. *Cod. ad legem Corneliam , de ſicariis* , cum ibi notatis per gloſſam *l.* 1. §. *Diuus* , & *ſed ſi claua* , *ad leg. Cornel. de ſicar.* Theſaur. *deciſ.* 224. Farinac. *q.* 108. *num.* 78.

Sed quia licet facile ſit cognoſcere animatum eſſe fœtum, quando ſit abortus , qui eſt prope tempus pariendi in menſibus maioribus (vt vulgò dicitur) quo caſu moritur quod iam natum eſt per animæ infuſionem : difficile tamen eſt , cùm ſit aborſus , qui eſt in primis menſibus à conceptione, iuxt. diſtinct. Simon. Schard. *in lexicon* , *verb. aborſus* , in quibus aborſu magis periclitatur fœtus, vt *ſupr. cap.*7. *num.*64.& in quibus ignoratur , fuerit necne fœtus animatus ; cùm poſſit eſſe fœmina, cui anima infunditur octuageſimo die, vel maſculus,cui infunditur quadrageſimo , vt diximus *n.* 2. & tradit Sylueſt. *verb. homicidium* , *num.* 3. Henriq. *in ſum. Theol.moralis,lib.* 14.
22 *cap.*15. §.6. Campan. *rubr.* 11. *c.*23. *num.* 24. qui fuerit cauſa aborſionis poſt quadrageſimum diem acrius punietur,quàm anteà ex quo poteſt eſſe fœtus animatus, gloſ. *l.* 4. *verb. exilium* , vbi additio marginalis, de ex-
23 traordinariis criminibus. Et talem aborſum cauſans,erit irregularis Nauarrus *in ſumma cap.*27.*num.*223. & *cap. ſi quis num.* 2. *de pœnitentia* , *diſtinct.*1. Campanil. *d. rubr.* 11. *c.*23. *num.* 24. & 25. vbi quod in dubio cauſatur irregularitas. Silu. *in ſumma*,
24 *verb. aborſus,num.*2. Et de aborſu abſoluit quilibet confeſſor cum ſpeciali licentia ordinarij. Leonardus Duardus *in commentariis Bullæ Cœnæ Domini, lib.*2. *cap.* 13. *quæſt.* 5. *num.* 3. *pag. mihi* 41.

Sed & prægnans lætali morbo la- 25
borans , ſi non ſupereſt aliud remedium ad eius ſalutem , poteſt ſumere, vel ei dari pharmacum ex ſui natura morbi illius curatiuum , ad expellendum morbum , licet extinctio fœtus nondum animati poſteà ſequatur : quod non attenditur , ſi ſit directè ad ſanitatem matris. Sylueſt. *in ſumma, verb. medicina* , *quæſt.*4. Nauarr. *in manuali* , *cap.*25. *num.*62. Sanch. *de matrimonio* , *lib.*9. *diſp.* 20. *n.* 14. vbi quod id licet , etiam cum proba-
bili aborſus periculo.Leſſius *de iuſtitia & iure* , *lib.* 2. *cap.* 9. *dubio* 20. *num.* 62. Leonardus Duard. *in Bulla Cœnæ Domini lib.*2. *canon.*7.*quæſt.*36. *num.*39. & ibi *n.* 40. quod ſecus erit, ſi fœtus iam ſit animatus, ex quo ſalus ſpiritualis præferenda eſt propriæ 26
corporali. Antonin. 3.*p. cap.* 2. §. 2. 27
Syluest. *in ſumma,verb. medicina,q.*4. Nam ſi alter ſubueniri non poteſt,niſi alter lædatur , commodius eſt neutrum iuuare , *cap. denique* , 14. *q.* 5. Thom. Sanch. *vbi ſup. n.* 7.

Sed quod etiamſi ſit fœtus anima- 28
tus, poſſit vti remediis curatiuis , ſi non ſupereſt aliud remedium ad ſanitatem, tenuerunt Cordoua *in ſumma, quæſt.* 178.*lib.*2.*quæſtionum,quæſt.*38. *dubitat.*2. Arag. 2.2.*quæſt.*64.*n.* 4. Ludouic. Lopez *in inſtructor. conſc. lib.*1. *cap.*63. Petr. Nauarr. *lib.* 2. *de reſtitutione* , *cap.* 3. *n.* 138. Thomas Sanch. *d. diſputat.* 20. *num.*18. vbi,
num. 19. quod eo caſu anceps reme- 29
dium curatiuum experiri poteſt pro ſpe ſalutis, omnes autem prædicti id ſolum admittunt , ſi vtatur medicinis ſua natura curatiuis illius morbi : ſecus ſi medicina non eſt ad id, ſed ordinata ad aborſum ; quia id non licet, etiamſi fœtus non fuerit animatus.

Couarr.

Couarr. *in* 4. 2. *p. cap.*3. *n.*2. Sanch. *de matrimonio, diſp.*20. *num.*14. Leonard. Duard. *in Bulla Cœnæ Domini, lib.*2. *cap.*7. *quæſt.* 36. *num.* 40. *in fi-*
30 *ne*, vbi ait, rationem eſſe, quia procurare aborſum ob matris ſanitatem; eſt contra naturam: ſicut eſt illicitum procurare pollutionem propter ſalutem: & minus poterit vti remedio abortiuo fœtus animati.

31 Si tamen nulla eſt ſpes quòd partus edatur, & probabiliter ſperetur ſanitas matris, poterit mater vti remedio ex ſuo genere curatiuo, ſi non ſit ſpes ſalutis ſpiritualis, vt tenent prædicti, quos refert & ſequitur Leonardus Duardus loco proximè relato, *num.* 41. & 42. & 43. vbi ad id allegat Martin. Bonacin. *tract. de reſtitutione, diſput.*4. *quæſt. vltima, ſect.*1. *punct.* 7. *ſub num.* 8. *verbo, adde tamen.* Et iuxta hanc diſtinctionem intelligas, quod tradit Hieronymus Campanill. *rubrica* 11. *cap.*23. *n.*17. poſt Theſaur. *deciſ. Pedemontan.* 12. *num.* 11. Et ſi ex multis Doctoribus Theologis, & iuris profeſſoribus breuiter hæc proferre licuerit, latius tamen ſcripta circa hanc materiam inuenies penès Doctores, quos refert Cenedo *in collectanea ad cap. ſi aliquis de homicidio*, licèt non referat quos hic allegaui: & aliqua congerit Farinac. *in pract. criminal.* 4. *part. tit.*14. *quæſt.*122. *p.*5. & 6. *à n.* 91. *de pœna poculum dantis, & de pœna aborſum facientis, pag.*25. *cum ſequentibus*, in quo minores excuſantur à pœna ordinaria à Farinac. *quæſt.* 92. *num.* 126.

32 Et pro complemento adde, mulier prægnans mortua non ſepelitur, niſi prius venter ſcindatur, & ei partus excidatur, *l.* 2. *ff. de mortuo inferen. & infrà cap.* 10. *num.* 5. Debet tamen cautè fieri, vt dixi *cap.*7 *n.*60. vbi à *num.* 62. de pluribus, quæ nocent fœtui, & aborſum cauſant.

CAPVT X.

De naſcente, & legitimo tempore naſcendi, vt iure pro naturali partu habeatur. Et de nato octauo menſe, & viuente, an ſuccedat. Et quid, ſi naſcatur in tertio, quarto, quinto, & vltra nouem menſes vſque ad quatuordecimum incluſiuè. Et de extracto ſecto ventre matris, quando adimpleat, vel non conditionem. Et de partu monſtruoſo, qui non ſuccedit, an adimpleat conditionem in fauorem parentum. Et qualiter computentur menſes ad partum, & ad omnia, & quorum dierum fuerint etiam ab origine mundi. Et de anno, &c.

SVMMARIVM.

1 *Partus cauſa fauorabilior eſt quàm pueri; licèt propter puerum naſcitur.*

naſciturum expectetur partus.

2 *Quando quid eſt propter aliud, potius conſideratur id propter quod eſt: & inſpicienda eſt cauſa ob quam aliquid fiat, potius quam exercitium actus.*

3 *Liberorum cauſam fauorabilem ſolùm appellat Iureconſultus: & quare fauorabilior cauſa partus.*

4 *In partu concurrit fauor corporalis vitæ puer., & matris, cùm ambo in puerperio ſoleant perire, & mori.*

5 *Prægnans ſi deceſſerit in puerperio, vel ante, ſit ſectio ventris, vt fœtus in lucem producatur.*

6 *Filio extracto à ventre matris iura tribuunt poſſeſſionem bonorum, & in eum tranſeunt omnia iura quæ competunt aliis filiis ordine naturæ natis.*

7 *Ventre ſecto matris extractus admittitur ad emphyteoſim pro ſe & filiis naſcituris.*

8 *Conditio natiuitatis verificatur in extracto ſecto ventre matris, quamuis debeat adimpleri in ſpecifica forma.*

9 *Legatum R. lictum, ſi mulier peperit, & ea mortua, filius extractus ſit, non debetur legatum.*

10 *Partus inceptus tribuit fauorem libertatis.*

11 *Partus admittitur ad ſuccedendum, ſi tempore à iure præfinito naſcatur, vt ſeptimo, nono, vel decimo menſe: & ſufficit tangere duos dies ſeptimi menſis: & communiter naſcitur nono menſe.*

12 *Natus decimo menſe, eſt magis vitalis.*

13 *Natus vndecimo menſe, an admittatur ad ſuccedendum.*

14 *Contra præſumptionem iuris admittitur probatio.*

15 *Præſumptio iuris ceſſat, ſi appareat de veritate in contrarium.*

16 *Partum in duodecimo, decimotertio, & decimoquarto menſe poſſe edere fœminam aliqui tenent.*

17 *Natus ſexto menſe, abortiuus iudicatur.*

18 *In libro Eſdræ legitur, quòd prægnantes immaturos parient; & infantes trium, & quatuor menſium, & viuent.*

19 *Difficilimũ eſt probare natum fuiſſe ante ſeptimum menſem; cùm nec ipſæ mulieres ſciant quando conceperint.*

20 *Quando credendum ſit, partum eſſe legitimum, natum ante ſeptimum menſem.*

21 *Si quis ducat concubinam, & contracto matrimonio, pariat breuiori tempore, quam à iure præfixo, præſumendum eſt, conceptum fuiſſe partum ante matrimonium.*

22 *Si quis ducat vxorem, quam alius habuit in concubinam, & pariat ſeptimo menſe poſt matrimonium, præſumitur concepiſſe in matrimonio.*

23 *Petrus de Peramato medicus de Hiſpanis teſtatur, ſe certò ſcire, aliquos ſuperuixiſſe natos ſexto & quinto menſe.*

24 *Natus octauo menſe, communiter abortiuus iudicatur.*

25 *Natus debet tali tempore naſci, quod naturaliter viuere poſſit.*

26 *Tiraquellus & alij tenent, natum octauo menſe viuere poſſe.*

27 *Octimeſtris partus, ſi ſolum viuat per duos, aut tres dies, præſumitur natus quaſi ex non naturali partu.*

28 *Animal mortuum intra triduum à tempore venditionis, præſumitur*

mortuum ex ægritudine generata penes venditorem.

29 *Octimeſtris partus ſi viuus ſeruetur, admittitur ad ſucceſſionem, licèt tales communiter minus viuant.*

30 *Præſumptio eſt quod mulier quinquagenaria non concipiat.*

31 *Mulieres quinquagenarias aliquando peperiſſe refertur.*

32 *A iure præſumitur, ſexagenarium non poſſe generare: ſed contrarium eſt verius.*

33 *Diuertiſſe non videtur qui cito redit.*

34 *Ad vnum concubitum mulier concipit, vt legitur de Thamar, quæ concepit, & peperit duos, Phares, & Zaram.*

35 *Regulariter partus editus octauo menſe, non viuit.*

36 *Planetæ omnes influunt in fœtus; & quo ordine, diſcurrendo à Saturno per omnes inferiores.*

37 *Octauo menſe redit Saturnus, qui ſua frigiditate, & ſiccitate partum mortificat, quia ſpiritus non poteſt habitare in ſicco.*

38 *Octimeſtris partus, ſi viuat, erit legitimus hæres.*

39 *Menſes qui ad partum numerantur, lunares ſunt, viginti nouem dierum, & duodecim horarum; & dicuntur ſolares, ſi partus ſit nouem menſium. Et referuntur loci ſcripturæ de tempore naſcendi.*

40 *Menſes communiter conſtituuntur ex tringinta diebus.*

41 *Dictio, Alius, alia, aliud, implicat ſimiles cauſas & qualitates.*

42 *Menſes quod ſint triginta dierum, & annus duodecim menſium, oſtenditur iuribus & locis ſacræ Scripturæ.*

43 *Era per quam fit computatio temporis, etiam ab initio mundi, vnde dicatur: & an tempus durationis mundi poſſit cognoſci.*

44 *Non ſufficit quòd partus legitimo tempore editus ſit, niſi viuus naſcatur: nec ſi viuus naſcatur, ſi vitalis non ſit: nec ſepelitur in ſacris, niſi receperit baptiſmum.*

45 *Paria ſunt non naſci, vel viuere non poſſe.*

46 *Idem, ſi partus ſit monſtruoſus, licèt viuat.*

47 *Partus monſtruoſi ſolent eſſe ſignum futuri mali, vt peſtis, famis, ſeu belli.*

48 *Reginam Paſiphaëm non fuiſſe animali bruto ſuppoſitam, ſed pulcherrimo viro magiſtro militum, qui Taurus nuncupabatur.*

49 *Monſtruoſus partus erit, ſi naſcatur monoculus aut ſine capite, vel Cyclopes, vel Pygmæus, aut Cynocephalus, & ſimiles.*

50 *Partus monſtruoſi proſunt parentibus ad implementum conditionis.*

51 *Qualitates requiſitæ iure regio Hiſpano, vt fœtus ſuccedat.*

52 *Teſtibus, quibus ex dicto ſuo poteſt reſultare commodum, non creditur. Et quid de mulione: & de portante res in humeris, vulgò,* ganapanes.

FAuorabilior eſt cauſa partus, quàm pueri: partui enim in hoc fauetur, vt in lucem producatur; puero, vt in familiam inducatur. Verba ſunt Vlpiani relata, *l. 1. §. & generaliter, de ventre in poſſeſſionem mittend.* Sed cùm partus expectetur

propter

propter puerum naſciturum, vt *in §.*
ſi filius, in fin. d. l. 1. ibi: *Eſt enim*
æquiſſimum, ei partui conſuli, qui natus
bonorum poſſeſſionem accepturus eſt, &
quando quid eſt propter aliud, po-
tius conſideratur id propter quod eſt,
l. & ſi non ſint claui, §. perueniamus,
2 *de auro, & argent. legat.* & eſt inſpi-
cienda cauſa facti, & quare aliquid
fiat, *l. verum, l. 2. de furtis, l. cum ta-*
le, §. fin. de condit. & demonſtr. Ay-
mon *conſ.* 304. *n.* 3. potius quam exer-
citium actus, *l. nauis onuſte.* 1. *re-*
ſponſo, ad l. Rhod. de iactur. Felin.
c. auditis, n. 29. *de præſcription. deciſ.*
Gennenſ. 128. *num.* 2. Pro quo & fa-
cit illud axioma, propter quod vnum-
quodque tale, & illud magis, *authen-*
tica multo magis, C. de ſacroſanct. Ec-
cleſ. Clement. ſi Dominum de reliquiis
& venerat. Sanctor. & dixi, *lib.* 1. *de*
Capellaniis, c. 2. *à n.* 1. videbatur, non
plus partui fauendum, quàm puero
propter quem eſt; vel ſaltem eodem
fauore partum proſequi debere. At
3 Iureconſult. Paul. *l. fin. §. fin. de bon.*
damnator. ſolum ait, fauorabilem eſſe
cauſam liberorum: quare ergo Vl-
pianus, partus cauſam fauorabilio-
rem, quam pueri appellant? Facilis
eſt reſponſio, ſi attendamus ad ſalu-
tem animæ; nam cùm anima cun-
ctis rebus pretioſior ſit, & antepo-
nenda ſit ſalus animæ ſaluti corpo-
ris, vt diximus *ſuprà cap.* 8. *n.* 25. cum
natus ſalutem ſpiritualem conſequa-
tur per Baptiſmum, quod exiſtenti in
vtero non datur, vt *ſuprà cap.* 7. *n.* 59.
inquit optimè text. *in d. §. & genera-*
liter, fauorabiliorem eſſe cauſam par-
tus, ex quo agitur vt in lucem eda-
tur, vt ſcilicet recipiat Baptiſmum, &
ſaluetur ſpiritualiter. Sed cùm hoc
incognitum fuerit Romanis genti-
bus illius legis tempore, aliunde
quærendum eſt de ratione quam de
ea quam lex exprimit ibi, dicens:
Parti enim in hoc fauetur, vt in lucem 4
producatur: fauorabilior igitur eſt
cauſa naſcentis ex qua ſequitur bap-
tiſmus, & quæ poſteà nato obue-
niunt. Sed & in partu concurrit fa-
uor corporalis vitæ pueri, & matris,
& ſic agitur de duorum vita, quæ vni
præualet: Solent namque in puer-
perio mater & fœtus mori, *l. ſi ma-*
ter, Cod. de inofficioſ. teſtam. ibi: *Sed*
cùm eam in puerperio vita deceſſiſſe pro-
ponas, l. aſſiduis, C. qui potiores in pi-
gnore habeant, ibi: *Propter periculum*
partus. Abbas, *cap. Paſtoralis in fine,*
de officio ordinar. Alciat. *l. non eſſe pu-*
pillus 162. *n.* 3. *de verbor. ſignif. &*
Geneſis 31. *n.* 28. legitur, quòd Ra-
chel præ nimio dolore partus interiit:
& 1. *Reg.* 4. legitur de vxore Phi-
nees, quod ſubitis doloribus irruen-
tibus peperit ſimul & periit. Sic &
Ioann. 16. *n.* 21. dicitur: *Mulier cùm*
parit, triſtitiam habet, quia venit hora
eius. Sed & partus fauore, ſi mater
prægnans deceſſerit in puerperio, vel
ante, fit ſectio ventris, vt fœtus in
lucem producatur, vt *l. poſthumus* 6. 5
in fine principij, de inofficioſo teſtamen-
to, ibi: *Simili modo, & eum qui poſt*
teſtamentum matris factum ex ſecto
ventre extractatus eſt, l. 1. *vnde co-*
gnati, ibi: *Si qua prægnans deceſſerit,*
& vtero exſecto partus ſit editus, l.
quod dicitur de liberis & poſthum. l. 1.
§. ſed & ſi matris ad Tertullianum, l.
etiam ea mulier 141. *de verb. ſignific.*
quæ iura tali filio extracto à ventre
matris tribuunt poſſeſſionem bono-
rum, & in eum transferuntur omnia
iura, quæ competunt filiis ordine na-
turæ natis. Bart. *l. Arethuſa, à n.* 20.

de ſtatu hom. vbi Paul. *n.*4. Benedict.
cap. Raynutius, de teſtament. verbo, &
ſoboles, n. 16. Tiraquel. *l. ſi vnquam,*
verb. ſuſceperit, à n. 139. vbi quod
reuocat donationem, & *num.*141. *&*
7 142. quod ita natus ſciſſo ventre,
admittitur ad emphyteoſim pro ſe &
filiis ex ſe naſcituris, & excludit ſub-
ſtitutum: & quod habeatur pro nato
in omni materia quantumuis odioſa,
& reſtringibili, & refert Baldum, &
8 Paulum, Albericum, & alios ita te-
nentes, ſic vt conditio natiuitatis ve-
rificetur in eo, licèt conditio de-
beat impleri in ſpecifica forma,
per l. Mauius, & l. qui hæredi, de cond.
& demonſtr. quia, vt ipſe inquit, cùm
habeamus iuris effectum, non eſt cu-
randum de modo, *l. ſi mater, C. de in-*
ſtitut. & ſubſtit. l. fin. §. fin. mandati.
Honded. *conſ.* 88. *n.*70. *vol.* 1. Tamen
ſi Titio legetur, ſi Arethuſa peperit,
& ea mortua, filius exſectus ſit, non
habebit legatum. Salicet. *l. fin. C. de*
hæred. inſtit. Alciat. *l. anniculus* 132.
9 *n.*19. *de verbor. ſignif.* quia, vt inquit
textus ibi in fine, *falſum eſt eam pepe-*
riſſe, cui mortua filius extractus eſt, li-
cèt cùm moritur, dicatur habere fi-
lium ea mulier quæ exciſo ventre
edere poſſit, *l. etiam* 194. *de verbor.*
id tamen fictione legis, vt tradit
Alciat. ibi, *num.* 1. Sed & partus in-
ceptus tribuit fauorem libertatis, *l.*
10 *Arethuſa, de ſtat. hom.* ibi: *Incipiente*
partu exiſtens conditio efficit, vt ex li-
bera naſcatur.

11 Partus autem cognoſcitur à iure
ad ſuccedendum, ſi tempore à lege
præfinito naſcatur, vt ſi editus ſit ſep-
timo menſe, nono, vel decimo, *l. ſepti-*
mo menſe, de ſtat. homin. vbi omnes
Ioan. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 48. §. 1. *n.* 3.
Benedict. *cap. Raynunt. verbo, & ſo-*
boles, n. 25. Et ſufficiet tangere duos
dies ſeptimi menſis, vt ſi naſcatur
centeſimo octuageſimo ſecundo die
à tempore conceptionis quo paren-
tes coierint; vt ex teſtimonio Hip-
pocratis tradit Iureconſultus, *l. inte-*
ſtato, §. poſt decem, de ſuis & legitim.
hæred. & de ſeptimo, nono, & deci-
mo menſe, eſt *l. Gallus in princ. de li-*
ber. & poſthum. vbi Bart. & Docto-
res, Anton. Gomez. *l.* 13. *Tauri, n.*4.
Maſcard. *de probation. concluſ.* 1146.
*n.*32. Tiraq. *l. ſi vnquam, verb. ſuſce-*
*perit, à n.*210. Et communiter menſe 12
nono partus editur: & ita habetur
Machabæorum, 2. *c.*7. *n.*27. ibi: *Ait*
patria voce: Fili miſerere mei quæ te in
vtero nouem menſibus portaui, & lac
triennio dedi, & *l.*4. *tit.*23. *p.*4. ibi:
Que nace faſta en los nueue meſes: è
eſte quento es mas vſado, vbi Gregor.
quod potiùs præſumitur quis natus
in nono menſe, licèt qui naſcitur in
decimo menſe, dicatur magis vitalis,
de quibus fuit Salomon, vt conſtat
Sapientiæ 7. *n.*2. ibi: *Decem menſium*
tempore coagulatus ſum, vbi Nicolaus
de Lyra id aduertit.

De partu autem vndecimi menſis, 13
an admittatur ad ſuccedendum, dubi-
tari poteſt per textum *in auth. de re-*
ſtitution. & ea quæ parit in vndecimo
menſe, §. 1. ibi: *Neque enim in tan-*
tum tempus conceptionis extenſum eſt,
& per textum *in l. inteſtato, §. poſt de-*
cem, de ſuis & legitim. hæredib. l. 4.
*tit.*23. *p.* 4. ibi: *Y lo mas que la muger*
preñada puede traer la criatura en el
vientre, ſon diez meſes. Admiſſum ta-
men fuiſſe in ſupremo Vlyſſiponenſi
Portugalliæ Senatu, teſtatur Mel-
chior Phebo *deciſ.* 51. *num.* 3. *&* 4.
ex fundamentis ab eo traditis, *à n.* 26.
& ibi *num.*27. reſpondet *ad dict. au-*
thentis.

Digitized by Google

thentic. de reſtitut. & dict. l. inteſtato, quod loquuntur ſecundum iuris præſumptionem, contra quam admittitur probatio in contrarium. Aym.
14 *conſ.* 258. *num.* 13. Menoch. *lib.* 1. *præſumpt. q.* 1. *num.* 2. nam præſumptio ceſſat, ſi apparet de veritate in
15 contrarium, *l. fin. in prin.* quod metus cauſa, *l. nuptura, in fin. de iure dotium, l. cum de indebito, de probation. cap. his qui fidem, de ſponſal. cap. quicumque* 81. *diſt.* Sed & Pheb. *dict. deciſ.* 51. *num.* 6. poſt Tiraq. *in l. ſi unquam, verb. ſuſceperit, num.* 210.
16 ex Ariſt. Auicen. & aliis, tenet, poſſe fœminam partum edere duodecimo, & decimotertio, & decimoquarto menſe, quod latè proſequitur Cerb. *l.* 13. *Tauri. n.* 31. & talis partus an ſit naturalis, cum occurret iudicandum eſt teſtimonio Philoſophorum, & Medicorum; nam ex eo ſtatuir, *l. inteſtat.* §. *fin. de ſuis & legit. hæred.*
17 Natus autem ſexto menſe, abortiuus iudicatur. Maſcard. *de probat. concluſion.* 1146. *n.* 2. Boër. *deciſ.* 220. *per totam.* Afflict. *deciſ.* 236. *n.* 4. *& ult.* Anton. Gom. *l.* 13. *Tauri, n.* 4. & Auendañ. eadem *l.* 13. *gloſ.* 4. *n.* 1. *in fine, & n.* 2. Ariſt. *lib.* 1. *de hiſtor. animal. c.* 4.
18 ibi: *Fœtus qui maturius quàm ſeptimo menſe prodeat, nullo pacto vitalis eſt*, licèt contra habeatur Eſdræ 4. *cap.* 6. *n.* 21. ibi: *Et prægnantes immaturos parient infantes, trium & quatuor menſium, & viuent.* Nam liber ille non reputatur inter Canonicos, vt conſtat ex ſancto Concilio Tridentino, *ſeſſ.* 4. *Decreto de Canonicis ſcripturis*, vbi ſolùm liber primus & ſecundus Eſdræ inter Canonicos ponuntur.
19 Difficillimum tamen eſt, probare, natum fuiſſe ante ſeptimum menſem; cùm nec ipſæ mulieres ſciant quando conceperint, gloſſ. *cap. cùm enixa* 5. *diſtinct.* & Ariſtot. *lib.* 7. *de hiſtor. anim. cap.* 4. *verſ. Latet enim mulieres concepti initium.* Cagnol. *l.* 1. *num.* 195. ſi certum petatur, vbi dicit nouiſſe multas mulieres, non putantes ſe grauidas, cùm eſſent; & multas per contrarium intumeſcente ventre cogitantes ſe prægnantes, cùm non concepiſſent, & poſteà euaneſcere, & nullum edidiſſe partum, quem refert, & ſequitur Maſcard. *de probationibus, concluſion.* 1146. *num.* 31. vbi *num.* 32. ait, 20
poſſe probari, ſi honeſtiſſima fœmina contraxiſſet matrimonium, & ſtatim cum viro coiſſet, quo mortuo, ante ſeptimum menſem mulier pareret, nam tunc præſumptiuè iudicari debet pro matrimonio. Ita Cagnol. *vbi ſup. n.* 196.

Si tamen ante matrimonium quis 21
habuiſſet in concubinam mulierem, cum qua contraxit, & pareret breuiori tempore quam à iure præfixo, præſumeretur ante matrimonium ex viro concepiſſe, vt argumento, *l. nubiles*, §. *defuncto, de adulteris*, tenet Gomez. *lib.* 13. *Tauri, num.* 4. *verſic. quod iterum limita.* At 22
quando eo caſu quo vir duxerit vxorem, quam alius habuerat in concubinam, ſi pariat tali tempore, quòd potuit concipi in matrimonio, puta ſeptimo menſe, eſt præſumendum conceptum in matrimonio per *d.* §. *defuncto*, quem text. ad id notant ibi DD. pro ſingulari, & Bald. *l. ſi matre, C. de ſuis, & leg. liber.* ſequitur Anton. Gom. *l.* 13. *Tauri, n.* 4. *ad finem.*

Video tamen, quòd Petr. de Pera- 23
mato Medicus Hiſpanus, qui plura, & doctè ſcripſit, *lib. de hominis procreatione, à conceptu in partum, cap.* 8. affirmat,

Digitized by Google

affirmat, ſe certò ſcire, aliquos ſupervixiſſe natos ſexto, & etiam quinto menſe, quos refert, & nominat eorum parentes nobiles, dicitque poſſe naturaliter contingere; quare ſi caſus ſimilis contingat, medici ſunt conſulendi, quorum ſententiæ ſtandum erit, *l. ſemel cauſaria, Cod. de re militari, lib.* 12. iuncta bona vita & fama mulieris, vel contraria: quia mulieris probitas excludit præſumptionem mali. Regulariter autem immaturus partus non admittitur ad ſucceſſionem, *l. vxoris abortu, de poſthum. hæred. inſtit. Vxoris abortu* (inquit) *non ſolui teſtamentum viri*, vbi omnes.

24 Si tamen naſcatur octauo menſe, communiter abortiuus iudicatur. Plures refert Antonius Peregrinus *de fideicommiſſis, artic.* 43. *num.* 30. & Maſcardus *de probationib. concl.* 1147. *num.* 2. Afflict. *decis.* 236. *num.* 4. Et hoc in tantum, quòd licèt viuat per duos aut tres dies, adhuc reputatur ac ſi natus non eſſet, *d.l. vxoris abortu, C. de poſthum. hæred. inſtituend.* vbi Bartol. Baldus, & Doctores, text. *in l. quod certarum, eodem titulo*, ibi: *Si viuus perfectè natus eſt*, Tiraquel. *l. ſi vnquam, verbo, ſuſceperit, n.* 205. Nec dicitur natus, ſi non perfectè natus ſit, & tempore vitali, vt dicit Paulus *dict. l. quod certarum, n.* 3. vbi Alexand. ait, paria eſſe non naſci, vel viuere non poſſe. Aymon *conſil.* 210. *num.* 6. Peregrinus *de fideicommiſ. art.* 43. *verſ. & nouiſſimè*: nec dicitur factum, quod non durat factum, *l. inter Caſtellianum, de arbitris*, gloſſa *in cap. vam & ego, de verborum ſignificat. l. ex his, de condiction. indebiti*, & eo caſu, etiamſi vixerit vltra vigintiquattuor horas, & fuerit baptizatus, & ſic renatus Deo; tamen quoad ſucceſſionem non habebitur pro nato, nec attendetur deciſio, *l.* 13. *Tauri*, D. Chriſtophorus de Paz *de tenuta, cap.* 68. *num.* 34. ea enim lex intelligenda eſt in terminis habilibus, in eo qui naſcitur legitimo tempore: & ſic ſi mater moriatur in partu intempeſtiuo, non ſuccedet ei taliter natus, & agetur ſolùm de ſucceſſione matris, non verò nati, quia viuere non poteſt, Michaël Scot. *lib. Phiſionomiæ, c.* 20. & ita tenet Tiraquellus, *l. ſi vnquam, verbo, ſuſceperit, n.* 205. dicens, ita fuiſſe iudicatum per Senatum Neapolitanum, & eo non relato, tradit Didacus Perez, *l.* 1. *tit. de los teſtamentos, lib.* 5. *pag.* 104. & pro hac 25 ſententia ponderat, *l.* 13. *Tauri*, quæ vult, natum debere eſſe tali tempore, quo naturaliter viuere poſſit. Quæ verba etiam intelligi poſſunt iuxta deciſionem, *l.* 17. *in fin. tit.* 6. *part.* 6. ibi: *A menos de ſer prouado, que la criatura naciera della en tiempo que pudiera ſer fijo, ò fija de ſu marido*, & iuxta *l. filium eum definimus, de his qui ſunt ſui, vel alien. iur.* & non ſolum de octimeſtri partu.

Sed video quòd Tiraquellus, *l. ſi* 26 *vnquam, verb. ſuſceperit, n.* 201. & Camillus Borrel. *conſ.* 28. *n.* 19. dicunt, octauo menſe vitales naſci, & ſemper in Naxo inſula; & non ſolùm in ea inſula vitales naſcuntur octimeſtres partus, ſed in locis, vbi mulieres fertiliores ſunt, eſſe victuros affirmant Doctores. Sed etiam in noſtra Hiſpania contingere, ex Auicenna tradit Benedict. *cap. Raynunt. verb. & ſoboles, n.* 31. & Ariſtot. *lib.* 7. *de hiſtor. animal.* 14. *verſ. qui autem menſe octauo.* Iuan. Garc. *de nobilit.*

Digitized by Google

bilit. gloſſ. 48. §. 1. *num.* 3. Sed & Doctor Petrus de Paramato, *lib. de hominis procreatione à conceptu ad partum*, *c.*9. plures refert, & ait ſe vidiſſe Octimeſtres viuere, vbi de filia Comitis de Baylem, & aliis octauo menſe natis; quare (inquit) meritò legum latores à legitima hæreditate octauo menſe natum non excluſiſſe.

27 Et poteſt intelligi dictum Didaci Perez *vbi ſup.* caſu quo loquitur, quando octimeſtris partus ſolùm vixit duos, aut tres, vel paucos dies, quo caſu præſumitur mortuus, quaſi ex non naturali partu natus, & ſic ex præcedenti defectu, vt dicimus de animali vendito, equo, vel boue
28 mortuo intra triduum, quod præſumitur mortuum ex ægritudine generata apud venditorem, & ſic morboſum venditum fuiſſe Ioſeph. Ludou. *deciſ. final. in Peruſ. Boër. deciſ.* 323. *n.* 12. vbi plures refert Didac. Perez. *l.* 2. *tit.* 7. *lib.* 5. *ordinamenti, pag.* 191. *verſic. ſed circa præmiſſa eſt dubium.* quod maximè dicit, ſi haberent aliquod ſignum morbi, vt cor macilentum, vel iecur corruptum, vel alia huiuſmodi, & ibi *pag.* 192. *in princ.* idem de ouibus mortuis minori tempore ante triduum, licet tandem dicat relinquendum tempus iudicis arbitrio. Et in terminis defendit Pariſ. *conſ.* 56. *n.* 6. *vol.* 2. filium ex immaturo partu, qui quatuor dies vixit, pro non nato haberi & reputari, & abortiuum iudicari: & ita inſucceſſibilem, Afflict. *deciſ.* 236. vbi ait, ita pronuntiatum à Senatu Neapolitano. Guillelm. Benedict. *cap. Raynutius, verb. & ſoboles, n.* 27. & alij quos retulimus, *ſupr. n.* 24. admittetur tamen ad ſucceſſionem hæreditatis, ſi partus octimeſtris viuus ſeruetur. Ioann. Garc. *de nobilitate, gloſſ.* 48. §. 1. *n.* 3. & Greg. *l.* 4. *tit.* 23. *part.* 4. *verb. fa-* 29
ſta diez meſes, quod contingere poſſe dicunt Tiraq. & Benedict. locis *ſupr.* relatis: licet, vt ibi inquit Tiraquel. minus viuant, nec eſſe diuturnioris vitæ: ceſſauit tamen iuris præſumptio, & locus erit veritati in contrarium, in indiuiduo caſu contingenti, vt diximus *ſup. n.* 15.

Et ad eundem modum videmus, 30
quòd licèt ſit iuris præſumptio, ſumpta communiter ab accidentibus, ad quæ iura debent adaptari, *l. nam ad ea, ff. de legibus*, quòd mulier quinquagenaria non concipiat, *l. ſi ſterilis, in princip. d. actio. empti*, iuncta gloſſ. *verb. quinquaginta*, & ita eſſe receptum dicit Maſc. *de probat. concluſ.* 1147. *n.* 5. Thom. Sanch. *lib.* 7. *de matrimon. diſp.* 32. *n.* 26. *ad finem*, vbi quod, vel ea ætate accidat ſterilitas: tamen ſi quinquagenaria peperit, partus admittetur ad ſucceſſionem, *l. ſi maior, Cod. de legitim. hæred.* Vbi Imperator dicit mirabilem talem partum, & quod admittatur, tradit Menoch. *lib.* 5. *præſumpt. præſumpt.* 24. *n.* 6. tamen miraculum dicit eſſe gloſſ. *verb. quinquaginta, d. l. ſterilis*; ſed & Barboſ. in remiſſionibus ad leges Regni Portugal. *lib.* 4. 31
pag. 241. refert, mulierem quinquageſimo ſecundo ſuæ ætatis anno peperiſſe in oppido Vimaranenſi Antonium de Faria, qui fuit Abbas de Aueleda; & in eo loco mulieres concipere vſque ad ſexaginta annos. Et de Federico Imperatore nato ex matre quinquagenaria Menoch. *vbi ſuprà num.* 7.

Sic licèt præſumeretur à iure ho- 32
minem ſexagenarium generare non poſſe,

poſſe, *l. ſi paterfamilias* 15. §. *fin. de adoptionibus*, vbi id manifeſtè probatur, ob quam rationem priſci Romani prohibuerunt nuptias inter virum maiorem ſexaginta annis, & fœminam minorem quinquaginta; vel inter mulierem quinquagenariam, & hominem non ſexegenarium, præſumens, poſt ſexaginta annos non poſſe virum generare, nec mulierem poſt quinquaginta concipere, & ne alter incapax ſobolem alteri capaci impediat, ita diſpoſuerunt, *l. penult. Cod. de nuptiis*, iuxta eius verum ſenſum, vt dicit Maſcard. *de probat. concl.* 1147. *n.* 7. & tamen contrarium ſæpiſſimè experimur, & ſic natus ex vxore nupta ſexagenario, admittitur ad ſucceſſionem. Ioſeph. de Ruſtic. *l. cum auiu*, *lib.* 4. *cap.* 12. *n.* 13. *de cond. & demonſtrat.* Maximè, quòd ita affirmat Ariſtot. *lib.* 5. *de hiſtor. animal. c.* 14. ibi: *Homo mas ad annum vſque ſeptuageſimum.* Thom. Sanch. *vbi ſup.*

Et ad eundem modum ſi partus octomeſtris viuat, conſequens eſt, vt (licèt miraculoſum videatur) debeat ſuccedere: quidquid dixerint gloſſatores legum Tauri, *in l.* 13. & hoc eo caſu quo verè conſtiterit partum eſſe octimeſtrem, non quod ſit in opinione matris vel patris, quod editus fuerit in octauo menſe, quia ſæpè circa id decipiuntur mulieres, vt ſupra dictum eſt, *n.* 19. nam poteſt verè conſtare, eſſe octimeſtrem, vt ſi vir contraxerit matrimonium, & coierit cum vxore tali die, & poſt duos, tres, aut paucos dies moriatur, vel abfuerit, & non redierit ad eam per plures menſes; nam ſi breui tempore reuertatur, nec diuertiſſe videtur, *ll.* 3. *in fin. de diuortiis*, gloſſ. *verb. mente, in fin. cap. ſi poſt quam, de elect.* Concil. Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 1. *de reformat.* ibi: *Quoniam autem qui tantiſper abſunt, ex veterum canonum ſententia non videntur abeſſe, quia ſtatim reuerſuri ſunt.* Plura ad id cumulaui, *lib.* 2. *de Capellaniis*, *cap.* 8. *à num.* 21. 33

Et ſic ad noſtrum propoſitum, cùm vna die, vel duabus, aut tribus, accubuerit cum vxore; & vna ſufficiet, quia ad vnum concubitum concipit fœmina, vt legitur de Thamar *Geneſ.* 38. *n.* 18. ibi: *Ad vnum igitur coitum mulier concepit*, & vt ex eodem capite conſtat, à *n.* 27. peperit duos gemellos, Phares, & Zaram, poterit verè conſtare partum eſſe octimeſtrem. 34

Regulariter tamen partus editus octauo menſe, non viuit. Cuius rei rationem, poſt Tiraq. *l. ſi vnquam, verb. ſuſceperit*, *n.* 210. *circa principium*, ponit Bened. *cap. Raynuntius, verb. & ſoboles quam geſtabat in vtero, n.* 27. dicens, quòd cùm iam omnes planetæ in fœtum influxerint, incipiendo à Saturno, & ſecundò menſe Iupiter, tertio Mars, quarto Sol, quinto Venus, ſexto Mercurio, ſeptimo Luna, & idem Ioann. Garcia *de nobilit. gloſſ.* 48. §. 1. *n.* 3. *verſ.* ſit enim vt in vulua: & poſteà redit in octauo menſe Saturnus, qui ſua frigiditate & ſiccitate partum mortificat, ex quo exſiccat; & quia ſpiritus non poteſt habitare in ſicco, vt dicit textus *in cap. Moyſes* 32. *q.* 2. moritur fœtus, quia frigiditas & ſiccitas ſunt qualitates vitæ contrariæ. Eandem rationem ponit Gel. *lib.* 2. *noctium*, Attic. *cap.* 16. Cel. Rhodig. *lib.* 22. *cap.* 14. Ariſt. *lib.* 7. *de Hiſtoria animal. cap.* 4. *in princ.* & poſteà *verb.* 35 36 37

qui

qui autem menſe octauo, Ioan. Garcia
de nobilit. gloſſ. 48. §. 1. *n.* 3. vbi eam
38 rationem proſequitur. Dicit tamen,
ſe credere, quòd natus octauo men-
ſe, erit legitimus; recedendo à Me-
39 noch. *lib. 2. de arbitr. cent. 1. caſu* 89.
n. 38. Menſes autem qui ad partum
numerantur, lunares aliqui Doctores
eſſe volunt, enumerando eos menſes
viginti nouem dierum & duodecim
horarum. Alciat. *l. Gallus, in princ.*
n. 30. ſequitur Menoch. *lib. 2. de ar-*
bitr. cent. 1. caſu 89. *n.* 35. Ioan. Garc.
de nobilit. gloſſ. 48. *n.* 3. Quod verum,
ſi enumeres decem menſes iuxta il-
lud *Sap.* 7. *n.* 2. ibi: *In ventre matris*
figuratus ſum caro, decem menſium tem-
pore coagulatus ſum in ſanguine; qui
menſes ſunt nouem Solares, iuxta
computationem optimè factam à D.
Laur. Ramirez in Pentecontarcho,
cap. 3 *pag.* 9. conciliando dictum Sa-
pientiæ locum, cum loco Macha-
beor. 2. *c.* 7. *n.* 27. ſuprà relato, *n.* 11.
intelligas deciſionem, *l. Gallus tamen*
in princ. de liber. & poſthum. & l. qui-
dam cum teſtament. 4. *C. de poſthum.*
hered. inſtit. & l. inteſtato, §. poſt de-
cem, de ſuis & leg. hered. & l. 4. tit. 23.
p. 4. de menſibus ciuilibus triginta
dierum, quibus conſtant, *l. fin. §. ſimi-*
lique modo, cum ſequenti, §. ſin autem
duobus, C. de iure deliberand. quæ eſt
communis iuris ciuilis computatio.

40 Et quod menſes conſtituantur ex
triginta diebus, probat *l. miles* 11. §.
ſexaginta, de adulteriis, l. ſi maritus
preuenerit, §. *hac in maritis*, iuncta
gloſſa, *verb. poſt ſexaginta, eod. tit.*
auth. iubemus, C. de iudiciis, ibi: *Intra*
triginta dies, & ibi: *Alius menſis in-*
41 *dulgeatur*; ex vi dictionis, Alius, quæ
implicat ſimiles qualitates, gloſſ. *ver-*
bo, alia, l. ſi fugitiui, Cod. de ſeruis fu-
git. vbi Angel. Paul. & Salicet. Co-
uarr. *practic. cap.* 23. *n.* 3. Meneſius
l. cùm acutiſſimi, n. 25. *C. de fideicom-*
miſ. Suar. *l. quoniam in declaratione*
leg. Regni, quæſt. 5. *n.* 3. Puteus *de-*
ciſ. 23. *lib.* 2. Roland. *conſ.* 5. *n.* 44. *&*
conſ. 61. *n.* 43. *volum.* 1. Petr. Surd.
conſ. 200. *n.* 3. *& conſ.* 281. *n.* 7. *vol.* 2.
& conſ. 151. *n.* 92. vbi quando non
implicet ſimilitudinem; & quod ſi
addatur dictioni Alius dictio vniuer-
ſalis, etiam diſſimiles comprehendit,
Felin. *cap. dilecta, num.* 4. *in princ. de*
maiori, & obed. Couarr. *practic. c.* 23.
num. 3.

Et quod menſis ſit triginta die- 42
rum, clariùs probatur *l. vbi lex* 102.
de reg. iur. Vbi lex (inquit) *duorum*
menſium facit mentionem, & qui ſexa-
geſimo die primo venerit, audiendus eſt.
Tradit Tiraq. *l. ſi vnquam, verb. ſuſ-*
ceperit, n. 210. Pheb. *deciſ.* 51. *n.* 24.
qui ad id referunt Galenum *lib. 2. de*
cryſibus, cap. item ij, & alios. Sed &
ab origine mundi menſes triginta
dierum fuerunt numerati, & anni
duodecim menſium. Ita tradit Aug.
lib. 15. de Ciuitate Dei, cap. 14. vbi
ad id ponderat locum Geneſ. *cap.* 7.
n. 10. *Aquæ diluuij inundauerunt ſuper* 43
terram. Anno ſexcenteſimo vi. a Noe,
menſe ſecundo, ſeptimodecimo die men-
ſis, &c. & *Geneſ. 8. num. 4. Requieuit*
arca menſe ſeptimo, vigeſimoſeptimo die
menſis ſuper montes Armeniæ, ex qui-
bus locis datur intelligi, menſes &
annos eſſe ſimiles præſentibus, ſi-
quidem ſit mentio vigeſimiſeptimi
diei, & vndecimi menſis. Et obiter
ſcias, quòd Era idem eſt quod annus,
& præcedit trigintaocto annos, in
computatione Natiuitatem Domini
Couarr. *lib. 1. variar. cap.* 12. *n.* 3. ſic
dicta, vel ab inſcriptionibus antiquis,

Erat annus, vel à nomine Herus,ſeu Dominus, quaſi à dominio Principis; de quo Iſidor. *lib.* 5. *etymologiarum, cap.*30.& Couarr. *lib.*1. *variar.c.*12. *n.*3.Vincent.Tornamira *in chronographia*, *cap.* 70. Petrus Mexia *in ſylua variæ lectionis*, *lib.*2. *cap. fin.* Vel ab ære ſoluendo per luſtra, & indictiones : vel à collatione æris. Vtcunque tamen ſit, tempus Eræ eſt vnius anni ; & enumeratur aliquando ab Adam, vel à Diluuio, vel ab Alexandr. vel à Iulio Cæſare,& aliis,vt refertur in procemio Partitarum, vbi Gregor. *verb. Era*, *&* *l.* 54. *tit.*18. *p.* 3. *verb. la era.* Et ſi ab initio mundi tempus nobis notum ſit,finem autem ignoramus:nam actorum 1. *n.*7. habetur, *non eſt noſtrum noſſe tempora, vel momenta quæ pater poſuit in ſua poteſtate*, nec Angeli qui ſunt in cœlo id ſciunt, vt dicitur *Matth.* 24. *n.*36. *&* *Marc.*13. *n.* 32. quod ponderat Alex.Raudenſ. *conſ.*17. *part.*2. *n.*66. *vol.*1. Licet aliqui, quos refert Galganet. *de iure publico, lib.*1. *tit.*5. *num.*29. quos deludit Genebrard. in principio ſuæ Chronologiæ auſi ſint coniecturis præfigere tempus durationis mundi ponderando illud Habachuc Prophetæ, *cap.*3. *num.* 1. ibi: *Domine opus tuum in medio annorum viuifica illud in medio annorum, notum facies, cum iratus fueris miſericordiæ recordaberis*, dicentes Dominum, ſe hominibus oſtendiſſe in medio temporis curſus mundi,ſic duraturum per tot annos, quod præceſſerunt Chriſti natiuitatem,vt refert Marſilius Ficinus, *de Chriſtiana religione*, *cap.*16. cui ſententiæ, & coniecturæ poſſunt addere illud Pſalmi 97. *à num.*3. *Notum fecit Dominus ſalutare ſuum in conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam, recordatus eſt miſericordiæ ſuæ, & veritatis ſuæ domui Iſraël. Viderunt omnes termini terræ, ſalutare Dei noſtri*, & illud Luc.1. *num.*54. *Suſcepit Iſraël puerum ſuum, recordatus miſericordiæ ſuæ*,quæ verba videntur conuenire cum loco Pſalm. & cum verbis Abachuc Prophetæ, ſed aliquas coniecturas aduentus Antichriſti ponit Viegas, *in Apocal. cap.* 1. *ſect.*2. *& cap.*13. vbi in fine explicat locum Ioannis *epiſt.*1.*cap.*4. *num.*3. ibi: *Antichriſtus de quo audiſtis quoniam venit, & nunc iam in mundo eſt*, vt intelligatur de hæreticis, & vide Thomam Maluend. *de Antichriſto, lib.*1. *cap.*28. *&* 29. *&* 30.

Nec ſufficiet, quod partus legitimo tempore editus ſit, niſi viuus naſcatur, *l. qui mortui naſcuntur* 129. *de verb. ſignific.* quia qui viuus naſcitur abortiuus non eſt, *l. quod certarum, C. de poſthum. hæred. inſt.* Tiraquellus, *l. ſi vnquam, verbo, ſuſceperit, num.*205. *&* 209. 44

Qui autem mortui naſcuntur, non ſepeliuntur in ſacris, & idem ſi viui naſcantur,& decedant ſine baptiſmo, S. Anton. 3. *part. tit.*10. *cap.*5. §. 9. *in fin.* Sebaſtian. Medic. *de ſepulturis, q.* 11. *n.* 15. Nec ſi viui naſcantur ſi vitales non ſint ſuccedunt, *l.quod dicitur, de liber. & poſthum.* Tales enim etiam abortiui dicuntur, *l. vxoris, Cod. de poſthum. hæred.inſtituend.* vbi Paul. Caſtr. *num.* 3. quod paria fiunt non naſci, vel viuere non poſſe, Afflict. *deciſ.* 256. *n.* 4. Alciat. *l. qui mortui naſcuntur, num.*2. *&* 3. *de verbor. ſignificat.* Maſcard. *de probation. concluſion.* 1146. *num.* 7. & Anton. Gom. *l.* 13. *Tauri*, *num.*4. Ioſeph. de Ruſtic. *l. cùm auus, lib.*4. *cap.*5. *num.*10. *& l.*28. *arg. l. qui ſic ſoluit*, *de ſolut.* 45

Sicut

Sicut nullum & inefficax æquiparantur, *l. ex his, de condiction. indebiti.* Nec dicitur natus, qui ſtatim decedit; *cap. nam & ego, de verborum ſignificatione.*

46 Idem erit, ſi monſtruoſi nati ſint, licèt viuant, *l. non ſunt liber. de ſtatu homin. l. quæret aliquis* 135. *de verbor. ſignif.* Gregor. *l.* 10. *tit.* 6. *part.* 6 *verb. dexaſſe hijos,* Auend. *l.* 10. *Taur. gloſſa* 2. *n.* 4. Aluarad. *de coniect. mente,*
47 *lib.* 2. *cap.* 3. *n. fin.* & eſt textus *in l.* 5. *tit.* 2. *part.* 4. ibi, *Aſſi como ſi ouieſſen cabeça, ò otros miembros de beſtia,* quod ſolet eſſe ſignum futuri mali, vt peſtis, famis, ſeu belli, Benedict. *cap. Raynuntius, verb. quæ filium ex eo ſuſcipiens, num.* 19. vel ſi oſtentum & portentoſum pariat mulier, vt ſi aliquid non formatum, vel contra naturalem hominis formam ediderit; vt cum tribus brachiis, aut pedibus, vel alia parte corporis quæ naturæ contraria eſt, *l. oſtentum* 38. *de verb. ſignif.* vbi Alciat. *num.* 1. exemplificat in minotauro, licèt nunquam fuiſſe viſum, dicat Guillelm. Bene-
48 dict. *cap. Raynuntius, verb. quæ filium ex eo ſuſcipiens,* negans, reginam Paſiphaem fuiſſe animali bruto ſuppoſitam, ſed pulcherrimo viro Magiſtro militum, qui Taurus nuncupabatur; fortè ex familia Taurina, quæ antiquiſſima eſt; & ſic fabuloſè loquutus eſt Virgilius Bucolicorum, Ecglog. 6.

Et fortunatam, ſi nunquam armenta fuiſſent,
Paſiphaëm niuei ſolatur amore iuuenci.

De quo & Dedali labyrinto Cretæ idem Bened. loco ſupra citato, *n.* 25. *&* 26. *& verbo, domum, num.* 6. ſed nec Hippocentaurum fuiſſe viſum, dicit gloſſa *in princ. inſtit. de inutilib. ſtipulat.*

Erit itaque monſtruoſus partus, ſi naſcatur monoculus, habens vnum oculum in fronte, vel in pectore; aut ſine capite, vel Cyclops, vel Pygmæus, qui eſt ſtaturæ vnius cubiti. Tales tertio anno gignunt & octauo moriuntur: & naſcuntur vltra Ægyptum prope originem Nili fluuij; aut Cynocephali, qui caput habent canis; & de aliis Aug. *de Ciuitate Dei, cap.* 8. vbi eos vocat homines monſtruoſos. Benedict. *vbi ſupra, n.* 31. Petr. Gregor. Toloſan. *in ſyntagmate iuris, lib.* 2. *cap.* 3. vbi etiam loquitur de Satyris Tritonibus, Nereis, Syrenis, Centauris, Hippocentauris, & Sphynge imitante vocem humanam, & Faunis, ſeu Libithinis, & inquit *num.* 7. hos vel eſſe hominum monſtra, vel inter animalia annumerandos. Miror tamen Franciſcum Torreblanca, qui plura de his doctè congeſſit, *lib.* 2. *de magia, cap.* 32. *&* 33. *&* 34. de Harpiis, non allegaſſe doctiſſimum Petr. Greg. *d. c.* 3. 49
qui optimè de his tractauit. Et nihilominus tamen huiuſmodi partus monſtruoſi parentibus proſunt ad implementum conditionis, *l. quæret aliquis* 135. *de verbor. ſignific.* quamuis monſtruoſi non ſuccedant, *l. non ſunt liberi, de ſtat. homin.* & occidens tale monſtrum, punitur, ac ſi perfectum occidiſſet, Bened. *vbi ſupr. num.* 30. Et licèt iure communi & Regio Partitarum ſufficeret ad ſuccedendum, quod fœtus viuus naſceretur, licèt ſtatim decederet, *l.* 2. *&* 3. *C. de poſt. hæred. inſtituend. l.* 26. *tit.* 6. *part.* 6. tamen per *l.* 13. *Tauri* plura hodie requirūtur, nempe quod totus viuus naſcatur: quod viuat per vigintiquatuor

O 2 horas:

horas: & quod ſit baptizatus. Per quam legem multa dubia de iure communi, & Regio Partitarum iam eſſe ſublata, ait Gregor. *dict. lib.* 16. *tit.* 6. *part.* 6. *verb. naciere viuo.* Sed quia adhuc in facti probatione ſuper vita nati, poſſunt eſſe cautelæ, debent eſſe cauti intereſſe putantes, vt ex tempore partus per omnes vigintiquatuor horas adhibeant teſtes, vt videant an natus habeat membra diſtincta, & formata, & anhelitum, & moueat membra, & brachia, vel non moueat brachia, nec corpus, nec habeat formam articulatam humani corporis, nec reſpirationem emittat, iuxta tradita per Maſcard. *concl.* 1146. *num.* 19. & 35.

52 In hoc tamen non erunt teſtes de quibus ſuſpicari poſſit, quod habeant affectionem vt non ſit abortiuus, de quorum honore ageretur; nam ſi diceretur, parochum baptizaſſe partum mortuum, non eſſet ſufficiens teſtis; vel Chirurgus, qui carnificium exercuiſſe in mortuum diceretur: vel phyſicus qui fruſtrà conſuluerit vt mater diſſecaretur; tales enim non debent admitti in teſtes, Maſcard. *de probat. concl.* 1146. *n.* 21. & hoc quia ex dicto ſuo poteſt illis reſultare commodum, & euitare vituperium & pœnam, per *l. omnibus. Cod. de teſtib. Omnibus* (inquit textus) *in re propria dicendi teſtimonij facultatem iura ſubmouerunt*, & inquit Iureconſult. Vlpia. *l.* 1. §. *in propria*, quando appellandum ſit: *Palam eſt, eam propriam eſſe cauſam, cuius emolumentum, vel damnum ad aliquem ſuo nomine pertinet.* Et facit, quod teſti, cui ex dicto poteſt reſultare commodum, vel vituperium, non creditur. Bartol. *l. deferre*, §. *idem de iure fiſci*, Alex. *conſ.* 45. *num.* 11. & *conſil.* 86. *num.* 6. *vol.* 2. Aym. *conſ.* 99. & *conſil.* 112. Maſcard. *de probation. concluſion.* 1358. *per totam*, vbi *num.* 61. limitat in hominibus portantibus in humeris pro pretio, vulgo *Ganapanes*, alias, *Palanquines*: nam eis creditur; hi enim nudum miniſterium præſtant portandi humeris, nec de eis confiditur, licèt videantur deponere ad ſui exonerationem. Idem tradit *deciſ.* 94. Rotæ Genuenſ. Quod ſecus dicit in mulionibus, vulgò, *barrieros*, quia tales poſſunt aſtringi ad rei redditionem; ſed extra ſuſpicionem affectionis. Et quod in hoc, an viuus, vel mortuus partus fuerit, ſi credendum peritis in arte, & ſic Phyſicis, & Chirurgis, tradit Maſcard. *dict. concl.* 1146. *num.* 22. *l. ſemel cauſaria, Cod. de re militari, lib.* 12. ibi: Medicis denuntiantibus: Adde tamen, quod admittatur probatio.

CAPVT XI.

Si Hermaphroditum mulier pariat, an admittatur ad ſucceſſionem, & poſſit contrahere matrimonium, & ordinari, vel religionem ingredi, & de diuerſis qualitatibus, & officiis concurrentibus in eadem perſona. Et de habentibus duas voces, an poſſint diuerſa vota emittere. Et quid in prælatis

latis habentibus Eccleſias Cathedrales inuicem annexas. Et de exercente duas artes, quarum cauſa ſortitur forum, vel habet priuilegia Et quando actiuum & paſſiuum poſſint concurrere in eodem ſubiecto. Et quando fiat confuſio actionum, ne detur repugnantia.

SVMMARIVM.

1 *Hermaphroditus admittitur ad ſucceſſionem, quia teſtamenti factionem actiuam & paſſiuam habet, nec comprehenditur in ſtatuto prohibente fœminam contrahere ſine conſenſu propinquorum.*

2 *Hermaphroditus præualens in maſculino ſexu, poteſt eſſe teſtis in teſtamento.*

3 *Hermaphroditus iudicatur maſculus vel fœmina, iuxta ſexum in quo præualet.*

4 *Hermaphroditus in ſexu quo præualet, poteſt contrahere matrimonium.*

5 *Denominatio ſumitur à fortiori & potentiore.*

6 *Semper præſumitur magis pro plus operante.*

7 *Potentior cauſa attenditur.*

8 *Plenior ſcriptura attenditur.*

9 *Habens diuerſas artes, quarum cauſa ſortitur forum, ſubiicitur iudicibus illius artis, cui magis adhæret.*

10 *Immunitas conceſſa alicui, ex quo exercet aliquam artem, illa non gaudet, niſi maiorem partem ſuæ ſubſtantiæ in ea habeat.*

11 *Exercens duas artes, licèt in altera habeat maiorem partem facultatum: tamen in rebus tangentibus vnamquamque artem ſubiicitur iudicibus vniuſcuiuſque artis. Intellige,* vt n. 13.

12 *Mutuum ſi fiat mercatori, cenſetur factum in cauſam mercantiæ, & Conſules de eo cognoſcunt.*

14 *Permutatio ſi fiat rerum inæqualis valoris; & ſuppleatur ex vna parte pretium: ſi plus ſit in pretio, cenſetur venditio, ſi plus in re permutatio.*

15 *Voces ſi ſint æquales in electionibus, nobiles præferuntur, quia qualitate præponderant.*

16 *Iudex ſi poteſt iudicare vt arbiter, & vt arbitrator, præſumitur vt arbiter, quia ſententia arbitri fortior & efficacior eſt.*

17 *Sententia ſi non valet vt arbitri, & valeat vt arbitratoris, ſumitur coniectura pro validitate actus.*

18 *Sententia interpretatur interlocutoria, vel diffinitiua modo quo valeat.*

19 *Hermaphroditi conſcientiæ, & dicto ſtatur, quando Medicorum iudicio non poteſt diſcerni, quo ſexu præualeat.*

20 *Hermaphroditus electo ſexu, non poteſt coabuti, vtendo alio.*

21 *Vbi officia non ſunt repugnantia, poteſt quis vicem duorum ſuſtinere.*

22 *Habens duo officia compatibilia, habebit duo ſalaria: & procedit in omni gerẽte duplex exercitium.*

23 *Et talis tenebitur ad duos ſyndicatus.*

24 *Idem ſi Rex de duobus officiis faciat vnum, & ſupprimat alterum, quia percipiet duo ſalaria; aliàs non confunduntur.*

25 *Idem poteſt eſſe Epiſcopus & Canonicus, & adeſſe Capitulo tanquam Canonicus, licet ſit Epiſcopus.*

26 *In habente duas voces, idem ſeruatur, quod in duobus.*

27 *Habens duas voces, vnam pro ſe, alteram ex commiſſione, poteſt diuerſa vota emittere: & qualiter intelligatur.*

28 *Vbi plura iura conſolidantur in perſona vnius, poteſt ſolus facere quod plures.*

29 *Si duæ cauſæ lucratiuæ habentes originem à perſonis diuerſorum, deueniant ad vnum, poterit ex vtraque cauſa conſequi ſolidum: & eadem ratione hæres ex perſona propria poteſt impugnare, quod defunctus geſſerat illius nomine.*

30 *Actiuum, & paſſiuum, poſſunt concurrere in eadem perſona, quoad diuerſos effectus.*

31 *Vbi iura non compatiuntur, non poſſunt ab eadem perſona exerceri.*

32 *Non poteſt quis eſſe in ſtatu contrario.*

33 *Vt euitetur repugnantia, fit confuſio actionum; vt ſi debitor creditori ſuccedat, vel è contra.*

34 *Confuſio perſonalis actionis non mutat cauſas rerum.*

35 *Intelligitur,* l. debitor ſub pignore 59. ad Trebel.

36 *Correlatiuorum ea eſt natura, vt duo extrema ſemper requirant.*

37 *Si hæres grauatus ſit reſtituere fideicommiſſario vniuerſali, non confunduntur actiones.*

38 *Licèt in hærede confundantur actiones, confuſio ceſſat & reſoluitur, reſtituta hæreditate; & non reſtituta reſurgunt actiones.*

39 *Quando dominium transfertur reuocabiliter non confunditur actio.*

40 *Idem in hypotheca iudicauit Senatus Neapolitanus.*

41 *Actio realis & rei vendicatio non confunduntur additione hæreditatis.*

42 *Hæres ſi adiuit cum beneficio inuentarij, acquirit dominium reuocabile, & licèt confundantur actiones in ſui ſubſtantia, non tamen quoad effectum & exercitium.*

43 *Exiſtentia ſui hæredis ſufficit ad confuſionem actionum ſecundùm aliquos, ſed contrarium eſt verius.*

44 *Suus hæres per beneficium abſtentionis redactus eſt ad ſimilitudinem extraneorum.*

45 *Aditio neceſſaria non inducit actionum confuſionem.*

46 *Filius ſuus reſpectu eorum quæ ſibi vtilia ſunt, hodie iudicatur eo iure quo tempore duodecim tabularum.*

47 *Creditor defuncti hæres ſi vendiderit hæreditatem non fit confuſio actionum, quaſi actum ſit vt emptor ab initio ſit hæres.*

48 *Hermaphroditus ſi contrahat in ſexu à ſe electo, iureiurando aſtringitur ne alio vtatur.*

49 *Hermaphroditus ſi vt maſculus contraxerit, mortua vxore non poterit in alio ſexu contrahere; licèt Thomas Sanchez contrarium teneat.*

50 *Hermaphroditus ſi frigeſcat in ſexu quo prius contraxerat, & finito matrimonio, alter ſexus coaluerit, & contineri nequeat, conſulendus*

ſulendus eſt Romanus Pontifex, qui poterit ei licentiam indulgere contrahendi in alio.

51 *Hermaphroditus non poteſt Religionem ingredi Monachorum, nec Monialium.*

52 *Hermaphroditus non admittitur ad ordines.*

1 SEd ſi hermaphroditum mulier pe-
perit, non expellendum à ſuc-
ceſſione, iura oſtendunt; quia teſta-
menti factionem actiuam & paſſi-
uam ei iura concedunt, *l. ſed eſt quæ-
ſitum, §. hermaphroditus, de liberis, &
poſthumis, l. repetundarum, §. herma-*
2 *phroditus, de teſtibus.* Nec compre-
henditur in ſtatuto prohibente fœ-
minam contrahere conſenſu propin-
quorum. Tiraq. *poſt ll. connub. gloſſ.* 5.
num. 70. Et ſi in maſculino ſexu præ-
ualeant, tales poſſunt eſſe teſtes in
teſtamento, *gloſſ. nec mulier, §. teſtes
autem, inſt. de teſtamentis, & eſt l.* 10.
3 *tit.* 1. *part.* 7. quoniam iudicandus eſt
maſculus, vel fœmina, iuxta ſexum
in quo præualuerit, *l. quæritur*, vbi
omnes Doctores, de ſtatu homi-
num, & in eo ſexu quo tales præ-
ualent, poſſunt contrahere matri-
monium, gloſſa, *verbo, ad teſtimo-
nium, in cap. ſi teſtes, §. hermaphrodi-
tus* 4. *quæſt.* 3. Angelus *in ſumma
verbo, Hermaphroditus, num. finali,*
Silueſter *in ſumma, verbo, hermeus,*
4 *in fin.* Plures alios refert Thomas
Sanchez, *libr.* 7. *de impedimentis, di-
ſputat.* 106. *num.* 4. Torreblanca,
lib. 2. *de magia, cap.* 17. *num.* 8. &
5 hoc quia denominatio ſumitur à for-
tiori, & per textum *in l. interdum, §.
paterfamilias, de hæred. inſtituend.* te-
net Aymon. *conſ.* 327. *num.* 2. quia,
6 vt ipſe inquit, magis præſumitur
pro plus operante, *conſilio* 318.
num. 4.

Et ſic potentior cauſa attenditur, 7
l. qui habent, de tutel. cap. 2. *de con-
uerſione infidelium* Meneſ. *l. tranſige-
re. num.* 59. *de tranſaction.* Anton.
Gomez. *l.* 40. *Tauri, num.* 65. *verſ.* 4.
facit & *l.* 45. *num.* 115. *& lib.* 50.
num. 22. Couarruu. *lib.* 1. *variarum,
cap.* 18. *num.* 4. *& practicar. cap.* 7.
*numero quarto, verſicul. primus etenim
caſus.*

Sic plenior ſcriptura attenditur, 8
l. ſi ita ſcriptum 67. *de hæredibus in-
ſtituendis, l. nam ad ea, verſicul.
quod ſi purè, de condition. & demon-
ſtration.*

Sic habens diuerſas artes, qua- 9
rum cauſa ſortitur forum, ſubiicitur
iudicibus illius artis, cuius magis
adhæret. Bartolus, *l. quæritur de ſta-
tu hominum*; nam in tali attenditur
exercitium eius artis, in qua plus
verſatur, *l. legatis* 63. *§. ſi vnus, de
legatis* 3. ibi: *In quo artificio plerum-
que verſabatur.*

Et ad eum modum, quando im- 10
munitas conceditur alicui, ex quo
exercet aliquam artem, illa non
gaudet, niſi maiorem partem ſuæ
ſubſtantiæ in ea habeat: gloſſa, &
Bartolus, *in rubrica, Cod. de naui-
culariis, libro decimo,* Vincentius de
Franchis, *deciſion.* 175. In exercen- 11
tibus autem duas artes, licèt in al-
tera habeat maiorem partem ſua-
rum facultatum; verumtamen in re-
bus tangentibus vnamquamque ar-
tem, ſubiicietur ordinationibus, &
iudicibus vniuſcuiuſque artis, *per
leg. final. Cod. de iuriſdictione om-
nium iudicum:* atque ita ſi mutuum
fiat mercatori, quia præſumitur fa-
ctum in cauſam mercantiæ, conſules
de

de eo cognoſcunt Vincent. Carrocius *de remediis, exceptione 22. q. 7. num. 4. & 5.*

12 Sed & quod tradit Ludouic. Roman. *conſ. 322. n. 1.* vbi affirmat exercentes duas artes, ſubiici iudicibus ambarum artium, intelligitur in tan-
13 gentibus earum negotiationem, referendo ſingula ſingulis.

14 Sic ex ratione præponderationis, ſi fiat permutatio, & quia res permutatæ non ſint æqualis valoris, ſuppleatur ex vna parte pretium, ſi plus ſit in pretio, quam valeat res permutata, iudicatur venditio: ſi autem res quæ cum pecunia datur, ſit pretioſior ipſa pecunia, erit permutatio Alberic. *l. quæritur, num. 5. de ſtatu hominum.*

15 Sic ſi voces ſunt æquales in electionibus; nobiles præferuntur, quia qualitate præponderant Caſſaneus *in Cathalogo gloriæ mundi, 8. part. conſiderat. 36.* per textum *in l. maiorem, de pactis*, ibi: *Qui dignitate inter eos præcellit.*

16 Sic cùm quis poteſt pronuntiare ſententiam vt arbiter, & vt arbitrator, quia ſententia arbitri dicitur efficacior, cenſetur vt arbiter pronuntiaſſe. Aym. *conſ. 318. n. 4.*

17 Si autem, cùm caſus occurrerit, non valeat ſententia vt arbitri, cenſendum eſt, vt arbitratorem pronuntiaſſe; quia ſumenda eſt coniectura pro validitate actus, *l. 3. de militari teſtament.* Anton. Gom. *l. 3. Tauri, n. 105. in fin.* & dixi *lib. 2. de capellaniis, cap. 9. n. 2.* & tradit Dominus Ioannes del Caſtillo, *lib. 4. controuerſ.*
18 *cap. 30.* Aymon *conſ. 52. num. 3.* vbi quod ſententia interpretatur interlocutoria, vel diffinitiua, modo quo valeat, Corn. *conſ. 261. vol. 4.*

Si tamen in nullo ſexu prævaleat 19
hermaphroditus, & vtriuſque ſit capax, id Medicorum ſeu obſtetricum iudicio ex aſpectu corporis dirimendum eſt: ſin autem nequeant diſcernere, illius conſcientiæ relinquitur, vt tradit Albericus, *in l. quæritur, n. 4. de ſtatu homin.* quem ſequitur Ioſeph. de Ruſticis, *l. cum auus, lib. 4. cap. 8. n. 45. de condition. & demonſtration.* Turrecremata, *cap. ſi teſtes, §. hermaphroditus, n. 14. q. 3.* & Sanchez, *l. 7. de impedimentis, diſp. 106. n. 2.* vbi dicit communem eſſe opinionem. Et poterit eligere ſexum à quo velit denominari, vt poſt Baldum & Albericum, *d. l. quæritur*, tradit Hoſtienſ. *in ſumma, tit. de teſtib. §. quis poſſit eſſe teſtis, n. 2. verſ. quid ſi vtr. uſque*, Silueſter, *verbo, Hermaphroditus, in fin.* Ceuallos, *quæſt. 248. n. 36.* communium contra communes. Plures alios refert Thomas Sanchez, *dict. diſput. 106. n. 1. & 6.* vbi quod ſexu electo, non poterit eo abuti, vtendo alio. Torreblanc. *lib. 2. de magia, c. 17.* 20
n. 8. & tenent omnes, argumento textus, *in cap. preſbyteros 16. quæſt. 1. & cap. diuerſis fallaciis*, vbi gloſſ. *de cler. coniug. l. ſi plures, de pactis*, ibi: *Difficile eſt, vt vnus homo vicem duorum ſuſtineat*, & *in l. final. in principio, Cod. de aſſeſſoribus*, vbi prohibetur quis ſimul eſſe aduocatus, & conſiliarius: & rationem ponit textus ibi: *Cùm ad vtrumque feſtinat, neutrum bene peragat.*

Nec obſtabit, *l. ſi conſul. de adop-* 21
tionibus, vbi quis gerit vicem duorum: nam vt inquit Bartolus ibi, id procedit, vbi officia non ſunt repugnantia, vt in ea lege, & *in l. ſiſtulas, §. fundum, de contrahend. emption.* & in aliis multis, quæ concurrere poſſunt

poſſunt in eadem perſona, vt tradunt Pinellus, *l.* 1.3.*part. num.* 73.*de bonis maternis*, Anton. Gomez. *l.*3. *Tauri, num.*80. Couarr. *lib.*3. *variar. cap.*3. *n.*6. Franch. *deciſion.*138.*&* 144.*&* 1168. Gratian. *cap.* 106. Ricc. *collect.*674.*&* 1863. Ludouic. Roman. *conſil.* 422. *n.*1. Anton. Faber *in ſuo Codice, titul. de Epiſcopali audientia, diffinit.*13. Menoch. *conſ.*51. *&* 52. *& conſ.* 902. Valdes *de dignitate Regum, cap.*2. *à num.*26. Becius *conſ.*36. Andreas Gail. *de arreſtis Roman. Imper. cap.*6. *à num.* 14. qui omnes ponunt plures caſus, qui videntur inuicem contrariari, & diuerſis reſpectibus concurrunt in eadem perſona, & Auiles *cap.* 1. *Prat. verbo, officio, n.*9. vbi quòd ſi quis gerat duo officia compatibilia, habebit duo ſalaria, *auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio,*
22 §. *illud tamen*, vbi gloſſ. *verbo, periculum*, Roman. *conſ.* 25. *num.* 1. vbi quod procedit in omni gerente duplex exercitium, vt contingit in Regno Gallaciæ; vbi idem Gubernator præeſt regali Senatui, vt Regens,
23 & militiæ, vt militum Generalis, & percipit duo ſalaria, & talis tenetur ad duos ſyndicatus. Angel. *d. authent. vt iudices ſine quoquo ſuffragio*, §. *illud*. Auil. *vbi ſuprà num.* 12. Et idem erit, ſi Rex de duobus officiis faciat vnum, & ſupprimat alte-
24 rum, vt poſt Baldum, *conſil.* 277. *volum.*2. *per legem fin. Cod. de frumen.* Alexand. *lib.* 10. tradit Auill. *vbi ſuprà, num.* 15. & eo caſu percipiet ſalaria, quæ ambo officiales percipere conſueuerunt; nam cui accreſcit onus, accreſcere debet & commodum, vt tradunt prædicti, præcipuè Roman. *vbi ſuprà*, & tunc non confunduntur officia nec iura, & vnus plures repræſentat perſonas Alexand. Ludou. *deciſion.* 531. & eſt quaſi eſſent duæ perſonæ diſtinctæ: idem *deciſ.* 252. *num.* 8. *& deciſ.*366. *num.*1.

Sic & idem poteſt eſſe Epiſcopus 25
& canonicus, & adeſſe capitulo tanquam canonicus, licèt ſit Epiſcopus, *cap. poſtulaſti, de reſcriptis*: & ſi Capitulo interfuit vt Canonicus, poteſt appellari ad eum tanquam ad Epiſcopum, *cap. à collatione, de præbendis, lib.* 6. tradit Scacia *de appellation. quæſt.* 8. *num.*60. *& num.* 124. Et cum eſt in Capitulo vt canonicus, ſed & in inferiori loco, & habebit ſecundum locum. Felin. *in rubric. de maiorit. & obedient. num.* 4. Gail. *de arreſtis Roman. Imper. cap.* 6. *à numero* 14. quia licèt ſuperior ſit dignitate, ſi ſit in congregatione baronum, vel feudatariorum, non attenditur quod ſit Prælatus, Epiſcopus, aut Archiepiſcopus, Comes, Dux, vel Regius officialis. Scac. *de appellat. quæſt.* 8. *num.* 92. *verſ. confirmatur.* Tamen quando dignitas eſt inſeparabilis à perſona, non ſedet in inferiori loco: vt in Conſiliario, qui eſt in Conſilio tanquam aduocatus, quia debet eſſe in propria ſede: Franchis, *deciſion.* 138. ſequitur Riccius *collect.* 674. *in princip.* vbi idem in quolibet habente dignitatem inſeparabilem à perſona, vt quamuis ſit poſterior tempore, præferatur: & idem de omnibus aliis, quem videas, & Franchis *deciſ.*144. vbi quòd Principes, Duces, Marchiones, ſi ſint in Senatu in cauſis propriis, ſedent in inferiori loco. In Hiſpaniæ autem tribunalibus Regiis ſedent inter Conſiliarios, quia & ipſi de Conſilio ſunt, *l.* 4. *tit.*4. *lib.*2.

Digitized by Google

recopil. vbi idem de Magiſtris ordinum militarium.

26 Et ſic in habentibus duas voces, idem ſeruatur, quod in duobus: Auil. *cap.1. Prætor. verbo, officio, num.9. in fin. & n.10.* Meneſ. *l.3. n.3. Cod. de*
27 *fideicommiſ.* Et hoc in tantum, quod habens duas voces, alteram pro ſe, & alteram ex commiſſione, poteſt diuerſa vota emittere ſeu dare, vnum pro ſe, aliud nomine eius procurator. cuius extitit, modò præſtet votum diuerſum de voluntate certa committentis, qui de certa perſona eligenda mandauit, *cap. penultim. §. porrò, de*
28 *elect. lib. 6.* Nam vbi plurium iura conſolidantur in perſona vnius, poteſt is ſolus facere quod plures text. *in l. tutorem, de his quibus vt indignis. l. non eſt nouum, de actionibus empti, l. ſicuti, §. fin. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine, l. ſi mihi, & Titio in princip. de legat.* 1. vbi Bart. & Doctores, Petrus Surd. *conſ.* 300. *n.* 13. Scias tamen, quod Epiſcopi habentes Eccleſias Cathedrales inuicem annexas, non habebunt in Concilio plures voces, quando vna eſſet vnita alteri extinctiuè; vox enim prælatorum non habetur ratione Eccleſiarum, ſed dignitatis (vt diximus *ſuprà, cap.* 4. *n.*30.) ſecus ſi Eccleſiæ eſſent principaliter vnitæ, vel vnus Epiſcopus haberet vnam pro ſe, & alteram in commendam, tradit Gratian. *diſcept. cap.*291. *n.*65. vbi ex Bart. *dict. l. ſi*
29 *mihi, n.* 4. tradit, quòd ſi duæ cauſæ lucratæ habentes originem à perſonis diuerſorum, deueniant ad vnum, poterit ille ex vtraque cauſa conſequi ſolidum, Surd. *conſ.*300. *n.*13. Bart. *d.l. ſi mihi, & Titio n.*4. Et ex eadem ratione poteſt hæres ex perſona propria impugnare negotium; quod defunctus geſſerat illius nomine, Bart. *l. cum vir, in fin.* Corn. *conſil.* 310. *n.*11. *volum.*1. & eſt bonus textus *in l. fin. Cod. de euictionib.* & Corneum ſequitur Surd. *d. conſ.* 300. *n.*13. Sic & duo ſpecialia poſſunt concurrere circa idem, ſi procedant ex diuerſis fontibus, vt per *l. ſingularia, ſi certum petat.* tradit Barboſ. *l.*1. 3.*p.num.*46. *ſolut. matrim.*

Sed & poſſunt in eadem perſona 30
quoad diuerſos effectus ius actiuum, & paſſiuum concurrere, *l. cum filio, de leg.*1. Caſanate, *conſ.* 59. *n.* 151. & vnum ius ab alio non vincitur, quando per ſe poſſunt conſiſtere, & æquali potentia ſunt, ex Philoſopho tradit Angel. *l. ſi reos, num.*1. *de duobus reis,* vbi Ronchegal, quem refert Caſanate, *vbi ſupr.*

Si tamen iura non compatiuntur 31
in eadem perſona, quia contraria, non poterit quis ea exercere, vt nec hermaphroditus vtrumque ſexum; ne detur actio & paſſio in eodem ſubiecto, *l. Vranius* 72. *de fid.iuſſor.* 32
l. ſi quis pro eo 56. §.1. *eodem tit.* non enim poteſt quis eſſe in ſtatu contrario, *l. ſi pater, in fin. de liber. cauſ. l.*1. *§. quis enim patiatur, Cod. de Latina libert. tollend.* Anton. Gom. 1. *tom. cap.* 9. *num.* 26. *l. Titia ſi non nupſe-* 33
rit 99. *de cond. & demonſtrat.* ibi: *Ridiculum eſt enim, eandem, & vt viduam, & vt nuptam, admitti*: quia repugnantia, & contraria nequeunt in vno conſiſtere: & vt euitentur, fit confuſio actionum, ſi creditor debitori ſuccedat, vel è contra, *l. debitori tuo, Cod. de pact. l. vt debitum, Cod. de hæredit. actio. l. Stichum* 95. *§. adiectio, de ſolution.* ex quo cùm hæres cenſeatur eadem perſona cum defuncto, authent. de iureiurando à moriente

Digitized by Google

riente præſtito, *l.* 13. *tit. p.*7. Dueñas
*reg.*277. Meneſ. *l. ſi quis maior*, *n.*50.
de tranſactionibus, non poteſt in eo
34 dari actio & paſſio. Tu tamen adde,
quòd confuſio perſonalis actionis
35 non mutat cauſam rerum, *l. uni quis*
38. *§. fin. de ſolution.* atque ita intel-
ligitur, *l. debitor ſub pignore* 59. *ad*
Trebellian. vbi hæres rogatus reſti-
tuere hæreditatem, confuſa perſona-
li actione, remanet creditor propter
pignus. Ita intelligit Fachin. lib. 6.
controuerſ. cap. 33. *verſic. videamus.*
Perſonalis tamen actio extinguitur
addita hæreditate; quia telis eſt cor-
relatiuorum natura, vt duo extrema
36 ſemper requirant, & in vnico extre-
mo collocari minimè poſſint, *l. qui-*
dam referunt, verſ. eſſe enim debet, de
iure codicillorum, l. 2. *de ſtipulat. ſer-*
uorum, l. penult. de arbitris, cap. fin.
de inſtitution. Meneſ. *l.* 3. *n.* 13. *de fi-*
deicommiſ. Et ſi actio hæredis & de-
functi non confunderetur, eſſet in
actu ſimul actiuum, & paſſiuum, vt
eſt notum, & vt confundantur actio-
nes, ſufficit per momentum eſſe hæ-
redem, *l. qui hominem, §. quidam fi-*
lium, de ſolution.

37 Non tamen confundentur, ſi hæ-
res ſit grauatus reſtituere fideicom-
miſſario vniuerſali, *l. cum hæredes, §.*
poſtulante, l. cum hæreditas ex fidei-
commiſſo, l. ita tamen, §. ſi ex Trebel-
liano, ad Trebellian. l. ſi hæreditatem,
de hæredit. vel act. vend. Maſtrill. *de-*
ciſ. 53. *n.* 1. & 2. Padilla, *l.* 3. *n.* 15.
de fideicommiſ. & ſi confunduntur,
ea confuſio ceſſat & reſoluitur hære-
38 ditate reſtituta. Mantic. *de coniect.*
mente, lib. 7. *tit.* 9. *num.* 15. Peregrin.
de fideicommiſ. art. 7. *n.* 20. & *art.* 31.
n. 1. Plures refert Caſanate *conſil.* 10.
num. 149. vbi quod & ſeruitutes ad-
ditione hæreditatis confuſæ, ea ta-
men reſtituta, reſurgunt, *l. Papinia-*
nus, de ſeruitutibus, iuncta l. ſi ei, Co l.
communia prædior. Et ratio eſt, quia 39
quando dominium transfertur reuo-
cabiliter, non confunditur actio,
Franch. *deciſ.* 80. *n.* 12. vbi loquitur
de actione, ex ſententia Cyni, *l.* 1.
Cod. ſi anterior creditor pignus vendi.
dicit communem opinionem, Curt.
Iun. *l. debitori, num.* 8. *de pactis*, Ne-
guſant. *de pignor.* 5. *part.* 3. *membro,*
num. 79. *verſ. & prædicta*, Gratus *con-*
ſil. 63. *n.* 13. *volum.* 2. Plures refert
Franch. *vbi ſuprà, n.* 12. & 21. dicens, 40
Concilium Neapolitanum in actione
hypothecaria ſecundùm Cyni opi-
nionem indicaſſe: & hoc ex quo bo-
na hæreditatis poſſint auocari per
ſecundum creditorem, Meneſ. *l.* 3.
n. 31. *Cod. de fideicommiſ.* vbi *n.* 30. 41
quòd actione talis, vt rei vendicatio,
non confunditur additione hæredi-
tatis, vt ibi; & Bald. *l. ſi vxor, n.* 2.
verſ. quid ſi hæres, de bonis authorit.
iud. poſſiden. ſequitur Salicet. *l. final.*
§. ſi verò aliquis, in fine, de iure deli-
berand. Alexand. *l. debitore, num.* 3.
de pactis, vbi Socin. *n.* 3. *verſ. quod li-*
mita primò. Decius *num.* 7. Curt. Iun.
num. etiam 7. vbi teſtatur commu-
nem eſſe opinionem. Petr. Dueñas
reg. 18. *num.* 3.

Et pari ratione ſi hæres adierit 42
cum beneficio inuentarij, cum do-
minium eo caſu tranſeat in hæredem
reuocabiliter, non confunduntur
actiones, gloſſa, *verb. actiones, l. in*
imponenda, C. ad leg. Falcidiam. text.
in l. fin. §. in computatione, Cod. de iure
deliber. Meneſ. *l.* 3. *num.* 34. *Cod. de*
fideicommiſſ. vbi tenet, quòd licèt
etiam confecto inuentario confun-
dantur actiones in ſui ſubſtantia, non

tamen confunduntur quoad effectum
& exercitium. Dicit communem
Menchac. *de ſucceſſion. creatione*, §.6.
*num.*46. *verſ. licèt tamen.* Et eo mo-
do vitatur difficultas, quia aliàs vide-
tur impoſſibile, actiones reciprocas
in eadem perſona poſſe concurrere;
in tantum, vt ſecundùm aliquos, ſola
exiſtentia ſui hæredis ſufficiat ad con-
43 fuſionem actionum, quos refert Pa-
dilla, *l.* 3. *n.*16. *C. de fideicommiſ.* Sed
contrariam ſententiam dicit commu-
niter approbatam Soc. *l. frater à fra-*
44 *tre, num.*36. *de condict. indebiti*, tum
quia per beneficium abſtinendi ſuus
hæres redactus eſt ad ſimilitudinem
extraneorum, *l. nam emancipatus*, *de*
45 *legat.* 1. tum etiam, quia aditio ne-
ceſſaria non inducit actionum confu-
ſionem, *l. debitor, ad Trebellian.* Pa-
dilla, *vbi ſupr.* Et ibi, quòd cùm ho-
die filius ſuus reſpectu eorum, quæ
46 ſibi vtilia ſunt, adhuc iudicetur eo-
dem iure, quo cenſebatur tempore
duodecim tabularum ſuus atque ne-
ceſſarius; in his tamen quæ ei dam-
no eſſe poſſunt, efficitur voluntarius,
l. filius qui patri, de vulgari.

47 Sic & ſi creditor defuncti hæres
vendiderit hæreditatem, non fit con-
fuſio actionum, quaſi actum ſit vt
emptor ab initio ſit hæres, *l. ſi ei
cuius, C. communia prædior.* ibi: *Quia
id agitur, vt quaſi tu hæres videaris
extitiſſe*, Menеſ. *l.* 3. *num.* 2. *Cod.
de fideicommiſſ.* ceſſat enim repu-
gnantia.

48 Et cùm hermaphroditus in ſexu
à ſe electo poſſit contrahere, ſi con-
trahat iureiurando aſtringitur, ne
alio vtatur. Steph. Daoiz *in iuris in-
dice*, *verb. hermaphroditus*, Thomas
Sanch. *vbi ſuprà.*

49 Et ſi vt maſculus contraxerit, mor-
tua vxore non poterit alio ſexu con-
trahere tradit Maiol. *lib.* 3. *de irregu-
lar. cap.* 25. *num.* 16. Thomas San-
chez contrarium ſentiat, *lib.* 7. *de
impedim. matrim. diſputat.* 106. *n.* 8.
eo quod non inuenitur in iure pro-
hibitum: nam ſatis prohibet ſta-
tus matrimonij præcedentis, & ſuf-
ficit firmari in iuſtitia publicæ ho-
neſtitatis, argumento *leg. ſcire*
15. §. *conſequens*, *& excuſation. tu-
torum.*

Si autem ſexus, quo prius contra- 50
xit, finito matrimonio frigeſcat, al-
ter autem coaluerit, & ſe continere
nequeat, conſulat Romanum Ponti-
ficem, qui poterit ei licentiam indul-
gere. Nec mirum quòd fiat mutatio
caloris de vno ſexu ad alium; ſiqui-
dem & ſexus mutatio fit, & ſæpè con-
tigiſſe pluribus, comprobat Torre-
blanca *de Magia*, *lib.* 2. *cap.* 17. *de
ſexus mutatione.*

Sed licèt hermaphroditus, cuius 51
neuter ſexus prævalet alteri, poſſet
in ſexu à ſe electo contrahere matri-
monium: non tamen poterit reli-
gionem ingredi, ex æquè ſit fœmi-
na ac vir: quia licèt in quantum
vir, ſit capax religionis monacho-
rum, eſt incapax quia fœmina: etſi
vt fœmina poſſit ingredi monaſte-
rium Monialium, nequit tamen quia
maſculus. Tradunt Henricus, *lib.* 4.
de irregularitat. capit. 8. *num.* 6. Na-
uarr. *conſil.* 8. *num.* 3. *de ætate*, *&
qualitate*, *& conſil.* 47. *num.* 3. *de
regular.* Thomas Sanchez *dict. diſpu-
tatione* 106. *num.* 3. Et ſi prævaleat
in ſexu fœmineo, eſt incapax ordi-
nis clericatus iure diuino, & etiam
beneficiorum: ſed ſi in maſculi-
no, eſt incapax iure canonico, quia
reputatur infamis, *cap. ſi teſtes* 4.
quæſt. 4.

Digitized by Google

quæſt. 4. Filiucius *de beneficiis*, *cap.* 5. *num.* 3.

Et ex eadem ratione non admittitur ad ordines: qui æquè eſt maſculus & fœmina, quia vt fœmina repellitur: tradit Cardin. Turrecremata *cap. ſi teſtes*, §. *hermaphroditus*, *num.* 3. & 4. *quæſt.* 3. Sanch. *vbi ſuprà num. final.* Deterioris autem conditionis ſunt Eunuchi, qui nec maſculini, nec fœminini generis dicuntur, teſte S. Baſilio, *epiſt.* 87. vbi vocat ignominioſum, & modis omnibus pernicioſum Eunuchorum genus, qui nequeunt contrahere matrimonium, vt infrà *cap. fin. num.* 38. & plura contra eos Pater Mendoça, 1. *Reg. cap.* 8. *n.* 15. *fol.* 1062.

CAPVT XII.

Si mulier ſtatim poſt viri mortem cum alio contrahat matrimonium, & naſcatur filius tali tempore quo poſsit eſſe primi & ſecundi viri, cuius erit iudicandus. Et quid operetur poſſeſſio filiationis, & matris aſſertio. Et de gemellis ſimul natis, quorum naſcendi prioritas ignoratur, quis ſit præferendus in Regno, ſeu maioratu. Et de prioritate, quòd adquiratur per punctum & momentum: & de concurrentibus pariter, & non ſucceſsiuè.

SVMMARIVM.

1 *Si mulier poſt viri mortem breui tempore ſecundò nubat, ita vt natus ex ea filius potuerit eſſe primi & ſecundi viri, cuius filius reputabitur, variæ referuntur opiniones*: & num. ſeqq.

2 *Filius præſumitur illius, in cuius poſſeſſione filiationis reperitur, &* num. 50.

3 *Lex non fingit ſuper aliquo impoſsibili.*

4 *Veritas ſub imagine naturæ, non debet obumbrari, & geſtorum erroribus non mutatur.*

5 *Filius eo tempore natus, quod poſſit eſſe primi & ſecundi viri, eſt adiudicandus vni vel alteri, ex ſignis naturalibus, ſecundum Philoſophos, & peritorum iudicium, & ſi apparere non poſſit, ſecundo viro eſt adiudicandus, &* n. ſeqq.

6 *Cùm res eſt in obſcuro, eſt dandus fauor probationibus.*

7 *Iudex vbi res eſt difficilis probationis non debet euidentiã facti expectare, ſed humanam certitudinem.*

8 *Intelligitur difficilis textus in* l. liberorum, §. 1. de his qui not. infam. ibi: *Propter turbationem ſanguinis, &* num. ſeqq.

9 *Reprehenditur Rofredus, dum dicit Iureconſultos ſolere allegare malas rationes, fundatus in ratione allegata,* d. l. liberorum.

10 *Quod dicimus de muliere contrahente poſt mortem primi viri, habebit locum, ſi matrimonium fuerit diſſolutum iudicio Eccleſiæ,*

 quoad

quoad vinculum, vel primo viro abſente & reuerſo. Et in dubio, & indicatur filius ei, qui eſt in poſſeſſione. Et de commodis poſſeſſionis, remiſſiuè.

11 *In filiatione probanda non eſt ſtandum aſſertioni matris, licèt non modicam præſumptionem faciat: dicenti autem ſe patrem, non creditur: niſi præſumptione matrimonij viuetur.*

12 *De filio nato ex coïtu cum dæmone ex ſemine per eum transfuſo & immiſſo in mulieris matrice, quid dicat diuus Auguſtinus.*

13 *Cùm vno fœtu duo naſcuntur, & ignoratur quis eorum prior natus fuerit, vt ſuccedat in regno, vel maioratu, quid ſit agendum, diſcutitur: &* n.29.

14 *Incertum dicitur, quod nec à natura, nec ab homine habet certos fines, & quod probari non poteſt, vel quod non apparet.*

15 *Scripta vt intelligi non poſſint, pro non ſcriptis habentur.*

16 *Scripta per cifras, non probant.*

17 *Prioritas adquiritur per momentum, &* num. ſeq.

18 *In actibus eadem hora geſtis attenditur durior cauſa.*

19 *Eſaü vocatur prophanus, quia vendidit primogenituram, cui erat annexum ſacerdotium.*

20 *Momentum qualiter accipiatur: & eſt tempus quod magis intellectu percipi poteſt.*

21 *Momentum ſui natura ſignificat duplex tempus inſtantaneum.*

22 *Actus humani inſtātaneè fieri non dicuntur, quia in eis præciditur ad punctum & ad momentum.*

23 *Momentum ſeu punctum duplex eſt, aut temporis, aut intellectus: temporis, in motu diſtincto per prius & poſterius: naturæ momentum dicitur modicum interuallum.*

24 *De concurrentibus eodem puncto ſeu momento ſucceſſiuè, vel non ſucceſſiuè.*

25 *Quando plura concurrunt pariter, non ſucceſſiuè omnia valebunt, ſi ad validitatem actus non eſt neceſſe quod vnum præcedat aliud.*

26 *Vbi eſt ſuus hæres, nunquam iacet hæreditas.*

27 *Si vir vxori donauerit, vel è contra, & decedant ſimul, valet donatio, & tranſit ad hæredes.*

28 *Quando neceſſarium eſt quod vnum præcedat, vt aliud valeat, ſi concurrant pariter, actus vitiatur.*

29 *Referuntur opiniones circa ſucceſſionem alterius ex gemellis, quando ignoratur prioritas naſcendi, remiſſiuè ad Doctores eas diſputantes.*

30 *In eo quod lege expreſſum eſt, non eſt vlterius hæſitandum.*

31 *Expenditur,* l.12. tit.33. part.7. *quæ diſponit, marem præferendum: & ſi ambo maſculi ſint, ſimul admittendos. Et quod ea lege deciſum eſt, habet locum de iure, etſi maioratus habeat dignitatem.*

32 *Deciſio legis Partitæ difficulter poteſt ſuſtineri in ſucceſſione Regni; & quod interſit, Regnum per vnum regi.*

33 *Diuiſio Regni bono Reipublicæ aduerſatur: & ad id expenditur,* l.15. tit.2. part.2.

34 *Rex propter regnum factus eſt, non regnum propter Regem.*

35 *Cauſa pius influit in ſeipſa, quàm in cauſato.*

36 *Mandatum Principis contra publicam*

blicam vtilitatem non valet.

37 *Princeps vult regni vtilitatem ſua preferri.*

38 *Quæ ſpeciali nota digna ſunt, non debent ſub generalitate comprehendi.*

39 *Difficultates naſcuntur ex admiſſione vtriuſque gemelli ad ſucceſſionem, &* n.ſeq.

40 *Filio Regis homagium præſtatur viuo patre.*

41 *Et ſtante perpexitate in electione Regis, conſulendus eſt Romanus Pontifex: quod iure oſtenditur.*

42 *Et idem, ſi regium anceps ſit in dando tutore Regi, vel gubernatore Regni.*

1 SEd quia contingit, quòd mortuo viro, intra paucos dies mulier ſecundò nubat, ſi naſcatur filius tali tempore, quòd potuerit generari à primo coniuge, & à ſecundo, ſatis controuerſum eſt inter Doctores, cuius mariti filius iudicandus eſt natus. Et reiecta diſtinctione Iacobi de Belouiſo, quem refert Ruſtic. *l. cùm auus, lib.4. cap.8. num.* 1. vt ei ſuccedat, cui aſſimilatur quod tenent plures Doctores, quos refert Stephanus
2 Gratianus, *diſceptation. forenſ. c.*567. *n.* 31. & ſi neutri ſimilis fuerit, ei cuius reſpectu eſt in poſſeſſione filiationis: argumento, *l. filium eum definimus, de his qui ſunt ſui vel alieni iuris, & l. ſi vicinis ſcientibus, Cod. de nuptiis*, & ſi reſpectu nullius ſit in poſſeſſione filiationis, eius cenſeatur, cuius non extat ſoboles. Quæ diſtinctio reiicitur, quia ex cogitatione conceptionis contingit, partum alteri aſſimilari, gloſſ. *in l. quæret aliquis, de verborum ſignificat.* Et reiecta opinione Dyni *in l.3. ff. de alimentis legat.* & Angeli *in l. duo ſocij, de heredibus inſtituendis*, dicentium, vtriſque ſuccedere, quia lex ſuper aliquo impoſſibili à natura non fingit, Bartol. *l. eadem in princip. de duobus reis.* 3
Aym. *de antiquitate, 3. part. in princ. n.* 22. & tradit gloſſ. *verb. excludantur, ad fin.* ibi: *Quia hoc erat impoſſibile, in l. Gallus, §. ſi eius, de liber. & poſthum.* gloſſ. 1. *in l. 3. ff. pro ſocio*, gloſſa finalis, *l. talis ſcriptura* 30. *de legat.* 1. & natura impoſſibile eſt habere duos patres.

Et ſecluſa opinione Lambertini de Ramponibus, quem refert Cynus, *l. vulgo concepti, de ſtatu homin.* & ibi Iacobi de Raben. tenentium, neutri ſuccedere propter incertitudinem, quia patrem demonſtrare nequit; quam opinionem ſequuntur plures quos refert Hieron. Ceuall. *q.* 248. *n.*67. communem contra communes, quia ex ea ſequeretur, quòd filius qui in veritate eſt legitimus, haberetur pro vulgo concepto, quaſi & ſine patre nato: quod dicit per iniquum & impium Ioſephus de Ruſticis, *vbi ſuprà, n.* 24. & reprobata opinione Marij Salomonij, *leg. Gallus, in principio, in diuiſione, n.*61. in fine, tenentis, ſequendum quod fauorab lius ſit nato; argumento, *l. ſi fuerit, §. fin. & leg. qui duos, §. ſi cum filio, de rebus dubiis*, & ſic adiudicandum natum nobiliori potiùs quàm humili, & ditiori potiùs quam pauperi; licèt eam ſequatur Tellus Fernand. *leg.* 13. *Taur. num. final.* poſt Alciatum quem refert.

Quia nullus poteſt iura ſanguinis mutare, & quod natura dat, §. *ſed hodie, inſtit. de adoption. & §. ſed naturalia, inſtit. de iure natural. gent.*

& ciuili. Et per noſtrum affirmare vel negare veritas rei non immutatur, *leg. illicitas*, §. *veritas, de officio Præſidis, leg. aſſumptio*, ad municipalem, quia veritas ſemper vna eſt, & geſtorum erroribus non immutatur. Socin. *conſ. 3. n. 16. & 17. vol.* 1. & eſt iuſtum iudicium, quod ſequitur
4 veritatem. Ioſephus Ludouicus *deciſione Lucenſ.* 44. *à n.* 51. & veritas ſub imagine naturæ non debet obumbrari, *leg. filio quem pater 23. de liber. & poſthum.* vt eſſet, ſi eligeretur ille, qui in veritate pater non erat, & nomine patris priuare ſuos conſanguineos eius ſucceſſione, maximè, cùm poſſit ad aliqua veritatis indicia recurri.

Nec indiſtinctè admittenda eſt Baldi opinio, *in l. ſi matre, n. 1. verſic. tu dic, C. de ſuis & legitim. liberis*, quem ſequitur Imol. *leg. Gallus, in principio*, dicentis, ei ſuccedere, in cuius domo natus eſt; nam poſſet naſci infra vnum, vel duos menſes à matrimonio contracto; nec dicitur filius mariti, qui legitimo tempore natus non eſt, vt in authentico de reſtitutione, & ea quæ parit in vndecimo menſe, & diximus *ſuprà c. 10. num.* 13.

Licèt ſi legitimo tempore naſceretur, eſſet indicium maximum, in ipſius mariti domo ex initio creuiſſe ventrem, vt maior ſit præſumptio pro ſecundo viro: non tamen tollit difficultatem, cùm poterit à primo generari.

Et licèt plures alij Doctores hanc quæſtionem mouerint, & indiffinitam reliquerint, vt Lancelot. Galiaul. *l. Gallus in prin. n. fin.* vbi cogitandum relinquit, Gregor. *l. 9. verb. ſienda cauſa, tit. 14. p.* 3. Roxas, *de ſucceſſ. cap. 2. num.* 3. Aluarad. *de coniect. mente defuncti, lib. 2. cap. 3. §. 3. num.* 36.

Vera tamen & amplectenda vide- 5
tur ſententia Bartoli *in leg. Gallus, in principio, num.* 13. dicentis inſpicienda eſſe ſigna naturalia, quæ inueniuntur, ſecundùm Philoſophos, & peritorum iudicio dirimendum, & ſpectandam eſſe mulieris conſuetudinem pariendi tali tempore, quod conueniat primo, vel ſecundo; & ipſius mulieris confeſſionem, cum aliis adminiculis, tradit Antonius Theſaurus *deciſ. 3. n.* 60. occurrendum tamen ad id quod frequentiùs accidit: quam opinionem comprobat Conanus *lib. 8. commentariorum iuris, cap. 7. ante num.* 3. & plures eam diſtinctionem approbare dicit Alciatus *in leg. Gallus, in principio, n.* 17. vbi Alexand. *num. fin.* dicit, Bartoli opinionem magis communiter receptam, & ibi Iaſon *n.* 72. & eam eſſe tutiorem, & communiter recipi, affirmat Menchac. *de ſucceſſionum creation. lib. 2. part. 2. 1. partis, §. 20. requiſ. 29. declarat. 2. ante num. 114. verſ. verùm ſi mulier.* Cæpol. *leg. quod ſi nolit, §. quia mancipia, n. 16. verſic. vltimò allegatur, de ædilitio edicto*, & dicit ſatis receptam Zeual. *quæſt. 896. n. 12. commun. contra commun.* & eam dicit veriorem & ſequendam in iudicando & conſulendo, Ioſephus de Ruſticis, *l. cùm auus, lib. 4. cap. 8. n. 8. & 36.* quo loco latè & doctè refutat alias opiniones.

Circa hoc tamen aduertes, quòd ſi iudicio peritorum non potuerit conſtare, ad quos eſt recurrendum, iuxta *l. 1. §. 1. de ventre inſpiciend.* & debeat fieri probatio ſuper conſuetudine mulieris, & aliis ſignis naturalibus,

libus, & defectu menſtrui, & aliis quæ poſſint peritos mouere ad iudicandum de partu, cùm res ſit obſcura, eſt dandus fauor probationibus,
6 Aymon *conſ.* 207. *num.* 9. *per leg. curent, de teſtibus, lege* 2. *&* 3. *ff. de interrogat. actionibus, leg. ne quid, §. de his, de incend. ruin. & naufr. lege, quoniam, Cod. de hæreticis*, & iudex debet totis viribus in caſibus qui incerti eſſe videntur, ſubtiliter veritatem inquirere; vt dicit textus *in lege* 1. *verſic. in aliis, Cod. de ſententiis*, quæ pro eo quod intereſt. Baldus *conſil.* 455. *ad finem volum.* 1. Et
7 vbi res eſt difficilis probationis, iudex non debet euidentiam expectare, ſed humanam certitudinem. Sotus *de iuſtitia & iure, libr.* 3. *quæſt.* 4. *articul.* 3. *verſ. ſuperſunt autem, l. ſed & ſi reſtituatur, §. fin. in fin. de iudiciis*, ibi: *Sed noſtram inſcientiam inſpici debere.*

Sed ſi ſecundus vir, mortuo primo, ita breuiter matrimonium contraxerit, vt ſecundùm conſuetudinem mulieris, & id quod frequentiùs prægnantibus illius loci accidit, videatur fœtus ipſius eſſe, licèt poſſibile ſit eſſe conceptum à primo viro, de quo tamen apparere non poteſt, ſecundo viro eſt adiudicandus. Et hoc ſecundùm doctrinam Bartoli procedit, cùm id quod apparet, eſt, partum eſſe ſecundi viri; & licèt potuerit eſſe primi, de eo non apparet: & paria ſunt, non eſſe, & non apparere, *l. de ætate, §. nihil, de interrogator. action. l. vbi autem non apparet,* 75. *in princip. de verborum obligation.* Et in hoc caſu ſibi debet imputare ſecundus vir, qui tam intempeſtiuè contraxit, vt turbaretur, & obſcuraretur, ex cuius ſanguine eſſet fœtus. Et hoc eſt quod 8
vult textus *in l. liberorum, §.* 1. *de his qui notantur infamia*, ibi: *Propter turbationem ſanguinis.* Et licèt per eum text. Rofredus *titul. de Carboniana bonorum poſſeſſion. num.* 10. *pagina mihi* 352. dicat, Iureconſultos 9
ſolere allegare malas rationes; fallitur quidem, cùm ratio reddita à Iureconſulto optima ſit; nam cùm pœnam infamiæ iure ciuili incurrerent mulieres contrahentes intra tempus quo moris erat viros elugere, vt *in lege* 1. *de his qui notantur infamia*, ſcilicet anni continui, *l. genero.* 8. *eodem titulo*, quærit Vlpianus *in dicto §.* 1. *legis liberorum*, an ſi maritus eſſet talis, qui non elugeretur, quia hoſtis populi, vel perduellionis damnatus, vel ſibi mortem intuliſſet conſcientia criminis à ſe commiſſi, poſſet mulier contrahere, à ceſſante cauſa dilationis, ſcilicet anni luctus. Et reſpondit, adhuc non poſſe contrahere, propter turbationem ſanguinis; quaſi dicat, ne reddatur incertum, ex cuius ſanguine ſit filius, qui ex ea naſcetur. Et quòd hoc voluerit dicere, colligitur manifeſtè, ex quo in ſequentibus verbis legis Iureconſultus ait, quòd ſi vidua pepererit, ſtatim poterit contrahere, non expectato anno, in illis verbis: *Vnde Pomponius, eam quæ intra legitimum tempus partum edidit, putat, vel ſtatim poſſe ſe nuptiis collocare.* Ex quo euidenter colligitur in præcedentibus verbis, ibi: *Propter turbationem ſanguinis*, reſpexiſſe Iureconſultum ad turbationem ob obſcuritatem iudicandi, ex cuius ſanguine eſſet fœtus: & ita intelligit ea verba Lancellotus Ga-

Digitized by Google

liaula, *lege Gallus, num.*41.*ad finem, verſic.* & *licèt reuerſa ſit turbatio ſanguinis.* Ioſephus de Ruſticis, *lege cum auus, lib.*4. *cap.*8. *n.*21.

10 Et quod dicimus de matrimonio ſeparato morte primi viri, poteſt exemplificari, etiamſi non morte mariti diſſoluatur matrimonium, ſed eo viuo, indicio Eccleſiæ ſeparetur quoad vinculum, quia contraxerint in gradu prohibito, iuxta textum *in cap. porrò in fine, de diuortiis*: vel quia primus vir contraxerat alia vxore viuente: vel ſi marito abſente, & reputato mortuo, præmiſſa ſufficiente informatione, mulier in facie Eccleſiæ ſecundas inierit nuptias, & viro poſtea reuerſo, ei fuerit tradita vxor, vt iam vidi contigiſſe Toleti in muliere Ildephonſi Duarte captiui; quibus caſibus poteſt tale dubium contingere, eſſeque ſub incerto, quis eorum ſit genitor fœtus: & eo caſu iudicandum eſt ſecundùm Bartoli ſententiam *in l. Gallus, in princip. num.* 13. *de liber.* & *poſthum.* relati *ſuprà num.*5.

Et ſi alter ex duobus maritis apprehenderit natum, tanquam ſuum filium, altero conſentiente, cum fuerit in poſſeſſione, quandiu contrarium non conſtiterit modis à Bartolo præfinitis, tuendus erit; quia melior eſt conditio poſſidentis, text. *in cap. ſi à ſede, de præbend. lib.* 6. Et eo caſu poſſet practicari opinio Alberici & aliorum, quos refert Tiraquellus *de iure primogenit. quæſt.* 17.*n.*3. volentium, iudicandum eſſe pro poſſeſſore, & tunc vincet iure poſſeſſoris, *l. final. Cod. de rei vendicatione, l. vtifrui, ff. ſi vſusfructus petatur*, ibi: *Vincit tamen iure quo poſſeſſores ſunt potiores*, & text. *in* §. *commodum, inſt. de interdict.* & in terminis filiationis, Menoch. *lib.*5. *præſumpt.*69. *num.*4. vbi optimè de pluribus commodis poſſeſſionis, Mier. *de maioratibus*, 3. *part. in initio.*

Nec in præſenti articulo omitten- 11
dum eſt, in ea filiatione probanda non eſſe ſtandum aſſertioni matris, vt tenent omnes, teſte Galiaula *dict. l. Gallus, in princ. num.* 42. *per l. penult. in fin. de probation. l. neque profeſſio, Cod. de teſtament.* & *cap. per veſtras, de donationib. inter virum, l. ſi poſthum.* 14. §. *fin. ff. de liber.* & *poſthum. l.* 3. *ad finem, verſ. matris igitur, de iureiurando*, vbi gloſſ. *verb. non nocebit*, & *l.* 9. *tit.* 14. *part.* 3. Maſcard. *de probation. concl.* 366. Ioſeph. de Ruſticis, *l. cum auus, lib.*4. *cap.* 8. *num.* 21. & quia ſæpè circa hoc mulieres falluntur, vt diximus ſuprà, *cap.*10.*n.*19. licèt non modicam præſumptionem in hoc caſu matris aſſertionem facere, dicant Grammaticus *conſ.*154. *num.*5. Ioſeph. de Ruſticis *vbi ſuprà, n.*23. per *l. etiam de probat.* Sfort. *conſ.* 28. *n.* 71. Dicenti autem ſe patrem, non creditur, quia deponit de eo quod ignorat, & eſt impoſſibilis probatio, *l. Lucius* 82. *de cond.* & *demonſt.* Tiraq. *l. ſi vnquam, verbo, donatione largitus, n.* 161. Menoch. *de arbitrariis, lib.* 2. *caſu* 89. *n.* 5. niſi iuuetur præſumptione matrimonij, iuxta *l. filium eum definimus, ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris*, vel *l. ſi vicinis ſcientibus, Cod. de nuptiis.* Menoch. *de arbitrariis lib.*2. *caſu* 89. *num.* 19. maximè ſi neget ille quem dicit eſſe ſuum filium, & ſit in poſſeſſione filij alterius; nam eius præſumitur quandiu contrarium non probatur, vt diximus *ſuprà num.* 19. *verſ.* & *ſi aliter.*

aliter. Sed nec patri creditur contra poſſeſſionem, in qua eſt filius ſi dicat non eſſe legitimum, Mier. *de maior. 3. p. in initio, n. 22.*

12 Quid autem dicemus de nato ex coitu cum dæmone ex ſemine virili à dæmone immiſſo in mulieris matricem, quod ipſe ſumpſerat ex pollutione dormientis, vel cùm eſſet ſuccubus hominis, cum quo coiuit in forma mulieris? Et cùm dæmon ſit incapax generationis, filius erit illius viri, cuius erat ſemen. Ita ex Auguſtino, *lib. 3. de Trinitate, & lib. 21. de Ciuitate Dei,* tradit Paulus Grillandus *de ſortileg. quæſt. 7. num. 13.* Torreblanca *in epitome delictorum, cap. 30. de incubis, n. 35.*

Solet etiam edito partu aliud contingere dubium, cùm duo naſcuntur, & ignoratur quis eorum priùs natus fuerit vt ſuccedat in maioratu, vel

13 hæreditate, ad quam primogenitus vocatur: quod contingit, non aduertentibus obſtetricibus, vel aliis miniſtrantibus & aſſiſtentibus partui, vt fecit obſtetrix Thamar, quæ ligauit coccino brachium alterius gemelli, quod foras emiſerat, Zaræ ſcilicet; quo retrahente manum, Phares egreſſus fuit, & poſtea Zara coccinum habens, *Geneſ. cap. 38. n. 27.* Vel quia ſola peperit mulier, ſeu in loco obſcuro, quo dignoſci non potuit, quis prior & quis poſterior naſceretur, vel poſito quod aduertiſſent, ob ſimilitudinem infantium, verſum eſt in dubium, ita vt eorum ordo naſcendi incertus ſit.

14 Et licèt incertum dicatur, quoties nec à natura, nec ab homine habet certos fines, Bald. *l. vnica, num. 14. & 15. Cod. de ſententiis* quæ pro eo quod intereſt proferuntur; & in iſto caſu ſit certum, alterum gemellum priùs de vtero exiiſſe, cum natura non permittat, duos infantes vno impetu de vtero matris excedere, vt dicit, *l. Arethuſa, de ſtatu hom.* tamen quia ignoratur, dicitur incertum, *l. ſubſignatum 39. de verbor. ſignificat.* vbi Petrus Rebuf. & quod probari non poteſt. text. *in authentico, vt hi qui obligatas ſe habe. perhibent.* iuncta gloſſ. *verbo, incertum, collat. 6. & l. duo ſunt Titij, ff. de teſtamentar. tutel. l. in lege, de contrahend. emption.* vbi quòd paria ſunt, non eſſe, vel non apparere, *l. de ætate, §. nihil, de interrogator. action. l. vbi autem non apparet 75. in princ. de verbor. oblig.* Aym. *conſ. 48. num 4.* Tiraq. *l. ſi vnquam, verb. donatione largitus. n. 78.* Phan. *de probatione negatiua, n. 76.* cum aliis à me allegatis, *lib. 1. de anniuerſariis, cap. 10. n. 62. & 63.* Et ob eam rationem ſcripta, vt intelligi 15 non poſſint, pro non ſcriptis habentur, *l. 1. & 2. de his quæ pro non ſcriptis habentur,* ob quod ſcripta per cifras non probant, Flamin. Pariſ. *de* 16 *confidentiis, quæſt. 69. num. 12.* Ioan. Garc. *de nobilitate, gloſſ. 14. n. 35.* qui alios referunt; & ſcribentes per cifras puniuntur, text. *in §. illud, in proœmio digeſtorum.*

Si tamen non ſit omnino incertus 17 ordo naſcendi, ſed poterit conſtare de prioritate, etiam per momentum, ceſſat difficultas, quia eo momento acquiritur prælatio; vt per gloſſam *fin. §. fin. l. ſi ex pluribus, de ſolutionibus,* quam dicit communiter receptam Anton. Gom. *l. 40. Tauri, n. 68.* 18 Et licèt dicta gloſſa dicat, quod in actibus eadem hora geſtis attenditur cauſa durior; intelligenda eſt, ſi neſciatur quis actus priùs fuerit celebra-

Q 2 tus;

tus; quia etiam in actibus eiuſdem horæ datur prioritas per momenta. Tiraq. *de iure primogenituræ, quæſt.*2. *num.* 1. & 12. Meneſ. *l.* 3. *num.* 15. *Cod. de fideicommiſ.* Molin. *lib.* 3. *de primogen. cap.* 1. *n.* 17. qui ponderat illud Geneſ. 25. *n.finali,* de gemellis Eſaü & Iacob, ita natis, vt Iacob planta Eſaü manuteneret, & quia ex eo cognitus fuit ordo naſcendi, Eſaü primogenium accepit, licèt poſteà fratri vendiderit: ob quod ab Apo-
19 ſtolo appellatur profanus, *ad Hebræos* 12. *num.* 16. ibi: *Prophanus vt Eſaü, qui propter vnam eſcam vendidit primitiua ſua.* Et obiter ſcias, rationem eſſe, quia, vt eo loco inquit ſanctus Chryſoſtom. poſitus in gloſſa ordinaria, ante tempus Aaron, omnes primogeniti erant ſacerdotes, & quia erat annexum ſacerdotium primogenituræ, cum ea illud vendidit,& ſic profanus dicitur Eſaü:nam, vt inquit ſanctus Theodoretus, & Nicolaus de Lyra, *dict. cap.* 12. Prophanus dicitur, quaſi longe à Phano, id eſt, templo.

20 Sufficit itaque momentum ad prælationem momentum autem accipiunt authores Latini pro modico temporis interuallo; ſicut & punctum. Simon Schardi iuris lexicon, *verbo, momenta decem.* Et Lazarus Fanutius *de momento temporis, cap.* 2. *num.*8. qui referunt Ciceronem, & alios, & *gloſſ. fin. in l. fin. Cod. de bo-*
21 *nis quæ liberis*, appellat momentum quoddam tempus, quod magis intellectu percipi poteſt, & Ariſtoteles *Phyſicor.* 6. *cap.* 20. ponit punctum pro indiuiſibili, & Fanutius *vbi ſupr. num.* 7. ait, quòd momentum ſui natura ſignificat duplex tempus inſtan-
22 taneum. Actus autem humani inſtantaneè fieri non dicuntur, quia in eis præciditur ad punctum; & ad momenta, Bald. *cap.* 1. *de noua forma fidelitat. in vſibus feud.* Simon Schardi *in lexico, verb. inſtantaneum*, quia nullus motus localis poteſt fieri in inſtanti, *gloſſ. fin. in l.fin. Cod. de bon. quæ liberis,* Sanct. Thom. 1. *p. q.*67. *artic.*2. *in corpore,* & 3. *part. quæſt.* 33. *art.*3. *in corpore.* Operatio autem intellectus, & voluntatis poteſt eſſe in inſtanti. Sanct. Thom. 1. 2. *q.* 113. *art.*7. *in corpore,* & 3. *p. q.* 54. *art.*2. *in corpore.*

Conclude igitur, quòd momen- 23
tum, ſeu punctum eſt duplex; aut temporis, aut intellectus. Punctum ſeu momentum temporis eſt, quando tempus inuenitur in motu diſtinctum, in quo datur prius, & poſterius in intellectu, licet in tempore naturali ſit vnum & idem inſtans: quam diſtinctionem poſt Bald. *in l. Arethuſà, in princ. lectura, n.*7. *verſ. extra quæro.* & 2. *lectura, n.*2. *de ſtatu homin.* tradit Fanutius *de momento temporis, cap.*24. *n.*3. & 4. vbi exemplificat ſecundam partem diſtinctionis, per id quod tradunt Bart. Bald. & Doctores, *l. fin.* §. *fin. de eo per quem factum erit,* vbi ex promiſſione iudicio ſiſtendi, extincta prima actione tempore, naſcitur eodem inſtanti actio, contra impedientem ad iudicium venire, ad intereſſe: & in natiuitate harum actionum in motu non inuenitur prius & poſterius, licèt in intellectu deprehendatur; nam conſideratur quod prius eſt orta actio ad intereſſe ex promiſſione ſiſtendi; contra reum, & poſteà actio ad intereſſe contra impedientem. Quando autem ſumus in momento naturæ, quod dicitur modicum interuallum,

uallum, vt *in l. continuus actus* 137. *de verborum obligation. in princip. & in l. cum antiquitas, Cod. de teſtamentis, verſ. etſi quidem*, nulla eſt ambiguitas, cùm euidenter cognoſcatur
24 prius, & poſterius. Et quando duo, plurave concurrunt eodem puncto, ſeu momento, vbi non reperitur ita interuallum, vel non eſt interuallum, dicunt Bartol. *l. ſi poſt mortem, de leg.* 1. Aret. §. *in poteſtate*, de his qui ſunt ſui, quos ſequitur Phanuc. *d. cap.* 24. *num.* 5. quod aut concurrunt ſucceſſiuè, aut non ſucceſſiuè, ſed pariter. Si concurrunt ſucceſſiuè, ita vt ſtatim, deficiente vno, aliud incipiat, iudicatur vnum per prius, aliud per poſterius, vt *in l. Arethuſa, de ſtatu hominum*, vbi legata libertate Arethuſæ, ſi tres peperiſſet, cùm primo partu vnum peperiſſet, & poſteà tres, ſolus quartus filius dicitur naſci ex libera, quia eo momento quo tertius naſcitur, ipſa conſequitur libertatem, & iudicatur per poſterius libertas matris, quia ſucceſſiuè contingit poſt tertij natiuitatem, & ipſe naſcitur ex ſerua.

25 Aut concurrunt pariter, & non ſucceſſiuè; & tunc, ſi ad validitatem actus de quo agitur, non eſt neceſſe, quod vnum præcedat aliud, ſed ſufficit quod vnum non ſequatur aliud, omnia quæ concurrunt, valebunt, text. *in l. ſi poſt mortem*, 71. *in princip. verſicul. præter quam, de leg.* 1. vbi ſi relinquatur legatum ſeruo poſt mortem domini ſui, & dominus eidem ſeruo relinquat libertatem, inquit Iureconſultus, quòd
26 hæres domini percipiet legatum, quia legati dies antè ceſſit, quàm aliquis hæres domini exiſtat: quod ſecus dicit eſſe, ſi ſuus hæres aliquis domino ex teſtamento fuerit; tunc enim, inquit textus, quia in vnum concurrat, vt hæres exiſtat, & dies legati cedat, ad eum cui relictum eſt legatum pertinet. Cuius rei ratio eſt, quia vbi eſt ſeruus hæres, nunquam iacet hæreditas, *gloſſ. in l. cùm hæreditas* 9. *verbo, ſucceſſeritis, Cod. depoſiti.* Molin. *lib.* 3. *de primogen. cap.* 12. *num.* 21. Anton. Gomez. 1. *tom. cap.* 9. *num.* 7. & ſic eo momento, quo dominus moritur, quia ſuus hæres adeſt, ſeruus libertatem conſequitur, & legatum ſibi, & non hæredi acquirit.

Sic *in l. ſi inter,* 9. *de rebus dubiis,* 27
ſi vir vxori donauerit, & ſimul decedant, valet donatio, & ad hæredes vxoris tranſit; quia, & vt inquit textus ſufficit quod maritus non ſuperuiuat, *l. ſi hi qui inuicem, de donat. cau. mer.* Couarr. *lib.* 2. *variarum, cap.* 7. *num.* 8. *verſicul. quintò* hinc oritur. Sarmiento *lib.* 2. *ſelectar. c.* 5. *num.* 5.

Quando autem neceſſarium eſt, 28
quòd vnum præcedat, vt aliud valeat, tunc ſi plura concurrant pariter, & non ſucceſſiuè, actus vitiatur, & non valet, *l. ſi ita fuerit* 11. *in princip. l. quod de pariter,* 17. *de rebus dubiis,* Couarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 7. *n.* 8. vbi etiam ponderat *l. idem eſt,* 18. & *l. ſed & in illo* 19. *de reb. dub.* quibus iuribus actus vitiatur, quia ad validitatem requiritur, quòd alter ſuperuiuat.

Quando autem ignoratur priori- 29
tas naſcendi in gemellis, ita vt omnino incertum ſit, quis prior, & quis poſterior editus fuerit, quid agendum ſit, latè & anxiè Doctores diſputant, & *gloſſ. in l. idem erit, de ſtatu hominum*, diuerſas ponit ſententias: & eam quæſtionem pertractat, plures

Q 3 referens

referens ſententias, & opiniones, Ioan. Licerier. *de primogen. lib.* 1. *quæſt.* 6. & 7. & *quæſt.* 11. latiſſimè Tiraquell. *de iure primog. quæſt.* 17. vbi refert duodecim opiniones diuerſas, quarum vnamquamque eleganter proſequitur, & poſt eum Anton. Gom. *l.* 40. *Taur. n.* 68. Molin. *lib.* 3. *de primogen. cap.* 1. *n.* 19. *cum ſequentib.* Lazarus Phanutius *tract. de momento temporis, cap.* 24. *num.* 8. Hieronym Zauallos, *quæſt.* 248. communium contra communes, Cardoſo *in praxi, verb. Rex, num.* 10. Pater Molin. *de iuſt. & iure, tract.* 2. *diſputation.* 624.

Sed quia ſuper eo quod deciſum à lege, non eſt vlterius hæſitandum, *l. ancillæ, Cod. de furtis,* ibi: *Nulla iuris quæſtio eſt,* vbi gloſſa addit, *ſcilicet dubitabilis, quia eſt caſus legis.*
30 Aym. *conſ.* 17. *num.* 7. vbi idem dicit de caſu inſtrumenti, & ſententiæ: & cùm in noſtro Regno *lege* 12. *tit.* 33. *part.* 7. ſit ſtatutum, eo caſu maſculum eſſe præferendum, & quòd ſi ambo mares, aut fœminæ ſint, vtrumque admittendum decernit, ibi: ***Ambos deben auer aquella honra, y heredamiento, que auria el que ante nacieſſe, à que dizen en Latin, primogenitus.*** Et viſum eſt Gregorio ibi, verbo *ambos*, & deciſione dictæ legis Partitæ ceſſare tot Doctorum opiniones ſuper gemino partu: Sed non eſt ita, quia licèt ferè omnes ſupra relati, tam habentes notitiam legis Partitæ, quàm non habentes, teneant, vtrumque gemellum admittendum eſſe in hæreditate, & maioratu ad quam, quemve ſit primogenitus vocatus, etiamſi habeat digni-
31 tatem, argumento text. *in l. ex duobus, de vulg. & pupill. ſubſtit. & l. qui duos, de rebus dubiis, l. qui ex liberis in principio, de bonorum poſſeſſione,* ſecundum tabulas, *l. ſi quis ita, §.* 1. *ff. de teſtamentaria tutela, l. qui filiabus, §.* 1. *l. Titia textores. ff. de leg.* 1. *l. ſi quis Titio, §. ſi hæres, de leg.* 2. *l.* 2. *de liberis & poſthum. l. duo ſocij, de hæredibus inſtituendis, l.* 3. *§. duobus, ff. de adimendis & transferendis legatis, l. Labeo, §.* 1. *ff. de ſtatu liberis, l. cùm inter, l. ſi quis in teſtamento, C. de fideicommiſſariis libertatibus. l. fin. C. de teſtamentaria manumiſſione,* text. *in cap. cum quis, de ſepulturis,* & eam opinionem dicit communiter receptam Pater Molin. *tract.* 2. *diſp.* 724. *n.* 2. *verſ. quamuis autem.*

Et licèt idem ſeruandum eſſe in maioratibus habentibus dignitatem Comitatus, Marchionatus, & Ducatus, & etiam in Regno, teneant communiter Doctores, præcipuè Alex. *conſ.* 7. *num.* 11. *vol.* 5. Ruyn. *conſ.* 29. *num.* 18. *volum.* 1. Andreas Tiraquel. *de iure primogenituræ, quæſt.* 4. *n.* 26. *& quæſt.* 17. *opinion.* 4. *n.* 33. Molin. *lib.* 3. *de primogen. cap.* 1. *num.* 22. Lazarus Phanutius *de momento temporis, cap.* 24. *n.* 8. Antonius Gom. *d. l.* 40. *Taur. num.* 68. Ceuall. *d. quæſt.* 248. *num.* 72. Video tamen, quòd Pater Molin. *dict. diſput.* 624. *num.* 2. ab ea opinione diſſentit in Regni ſucceſſione, amplectiturque opinionem dicentium, ſorte eligendum Regem, ſi in id proceres regni, procuratoreſque ciuitatum conueniant ad regnum integrum indiuiduumque ſeruandum. Eaſque ſortes, etiam inuitis atque ignorantibus geminis, de conſenſu Reipubl. mitti debere ſtatim in illo- 32
rum infantili ætate, & illum habendum pro Rege, cui ſors contigerit. Et fundatur in eo, quòd ius Regni à Reipubli-

Republica emanauit in Regem & eius ſobolem: iuxta leges à Republica præſcriptas; quare adueniente caſu non cogitato, & de quo, ſi tunc occurriſſet, Reſpublica diſpoſuiſſet provt bono publico expediret, talis euentus gemini partus debet cenſeri exceptus communi lege à Republica lata: & ita ad eam ſpectat ſtatuere quid eo caſu ad bonum Regni, & eius pacem & conſeruationem, conueniat. Quod etiam expendit pro tutore Regi dando, Anton. Gomez. *3. tom. cap. 1. n. 36.* Sicut & tempore ſchyſmatis, quando duo eſſent ſummi Pontifices, & facta accurata diligentia, ſciri non poſſet quis eorum eſſet indubitatus, reliquum Eccleſiæ corpus, Conciliumve generale, illis eſſet ſuperius, vt etiam eis inuitis ſtatueret, ac pronuntiaret, quid eo euentu eſſet faciendum, quodque Eccleſiæ bono expediret.

Cuius opinio, quamuis poſt legem Regni latam inter noſtrates ſingularis ſit, non ob id eſt reiicienda, cùm tot rationibus fulciatur, & authoritate grauiſſimorum Doctorum, iuxta ea quæ tradit Anton. Gomez. *l. 1. Taur. n. 9. ad fin.* Maſcard. *de probation. concluſ.* 1138. *num.* 3. Et opinio Patris Molinæ iure fundatur, nam quod in primis aſſerit, duci ad id tenendum, ex eo, quòd ius Regni à Republica emanauerit in Regem iuxta leges ab eo præſcriptas, conſtat ex *l. 1. in princip. de legib. & conſtitution. Principum, & §. ſed & quod Principi placuit, inſtit. de iure natural.* Anton. Fab. *in rationali, titul. de conſtit. Princ.* Quòd ſi in lege Regia, vel de regno lata, caſus fuerit omiſſus, de quo ſi cogitaſſet populus, veriſimiliter taliter diſpoſuiſſet habendus ſit pro diſpoſito, docet Ariſtot. 5. *Ethicor. cap. 10.* ita dicens: *Cùm igitur lex quidem vniuerſaliter loquitur, in his autem præter vniuerſale quidpiam accidit, quod rectè ſeſe habet, vt ea parte qua legiſlator omiſit atque peccauit abſolutè locutum, emendetur defectus: quod & ipſe legiſlator, ſi adeſſet, hoc modo dixiſſet, & ipſe ſciuiſſet, iubentem legem tuliſſet.* Hæc Philoſophus, de quo eſt celebris gloſſa finalis, *in l. tale pactum, §. fin. de pactis,* quæ ſic ait: *Item nota, idem eſſe de iure ſeruandum, licèt non ſit ſtatutum, quod veriſimile eſt ſtatutum fuiſſet, ſi hoc quæſitum fuiſſet*, vbi additio marginalis inquit, idem eſſe de mente Baldi & aliorum Doctorum, & eam gloſſam dicit communem & ſingularem Ioan. Gutier. de iuramento confirmatorio, 1. *part. cap. 9. n.* 2. & habet locum in omni materia, ſecundùm Cacheranum *deciſion. 64. numero final.*

Nec inficiet aliquis, ſatis veriſimile eſſe, noluiſſe populum vnquam duos Reges ſimul habere, quia id repugnat regali dignitati, quæ ſui natura indiuiſibilis eſt; & eius diuiſio bono publico aduerſatur, per ea quæ copioſè tradit Tiraq. *de iure primog. quæſt. 4. num. 13. cum ſequentibus*, & Ariſtot. 12. *Metaphyſicor. cap. 10. in finalibus verbis*, ait: *Non eſt bonum pluralitas principatuum: Vnus ergo Princeps*, Gregor. verb. *fueſſen muchos, leg. 1. tit. 1. part. 2. multos imperitare, malum; Rex vnicus eſto*, ait Homer. 2. Iliad. non bonorum multorum dominium, ſed dominus vnus, vnus & Rex: quod Eobanus vertit, *non multorum regnare bonum, Rex vnicus eſto*, & illud Ouidij: *Non bene cum ſociis Regna Venuſque manent.* 35

Vnitas

Vnitas enim eſt ad conſeruationem;dualitas verò ad deſtructionem. Tiraquell. *de iure primogenituræ, q.*4. *num.*6. Molin. *lib.*1. *de primog. c.*11. *n.* 15. vbi *n. 6.* quod procedit in regalibus dignitatibus; & ordine naturæ vnus debet eſſe Princeps, *cap. in apibus* 7. *q.* 1. *In apibus*, (inquit textus) *Princeps vnus eſt:grues vnam ſequuntur ordine literario : Imperator vnus, iudex vnus prouinciæ. Roma vt condita eſt, duos fratres ſimul habere Reges non potuit, & fratricidio dedicatur. In Rebecca vtero Eſaü, & Iacob bella gefferunt.* Sic textus *in cap. nuptiæ* 32. *quæſt.*1. ait, quòd cùm Scriptura ſacra in primo, & tertio, quarto, quinto, & ſexto die,expletis operibus ſingulorum, dixerit : *Et vidit Deus quia bonum eſt* : in ſecundo die hoc omnino ſubtraxit, nobis intelligentiam relinquens, non eſſe bonum duplicem numerum, quia ab vnione diſcedat.

Pro quo facit optima *lex* 2.*tit.*15. *part.* 2. ibi : *Pero con todo eſſo los homes ſabios, è entendidos, catando el pro comunal de todos, è conociendo que eſta particion no ſe podria fazer en los Reynos, que deſtruydos no fueſſen, ſegun nueſtro Señor Ieſu Chriſto dixo, que todo Reyno partido ſeria eſtragado, tuuieron por derecho que el ſeñorio del Reyno non lo tuuieſſe ſino el hyo mayor.*

Et ſic videmus, quòd cùm Deus optimus maximus voluit, populum Iſraeliticum per Reges gubernari, non duos, ſed vnum conſtituit; & lex regni lata de vno fuit, 1. *Reg.* 9. & *Deuteronom.* 17.*n.*15. Idem & populus Romanus vni, ſcilicet Numæ Pompilio, lege de eius imperio lata, regnum tribuit, Ioan.Garc.*de nobilit. in inſcriptione, n. 6.* & eſt *l.*2.*tit.* 1. *part.* 2. ibi : *Ca maguer los Romanos que antiguamente ganaron con ſu poder el ſeñorio del mundo fizieſſen Emperador, è le otorgaſſen todo el poder, y ſeñorio que auian ſobre las gentes, para mantener, e defender derechamente el pro comunal de todos.*

Nec erit opus oſtendere, Monarchiam meliorem,& vtiliorem regno eſſe,vt teſtantur communiter Philoſophi, & oſtendit Stobæus *ſerm.* 45. Volater. *lib.*36. *Philologiæ*,S.Auguſt. *lib.*2. *de Ciuitate Dei, c.*18. *cum ſeqq.* Ariſt.3.4.5.& 6. *Politicor.* & *lib.* 8. *Ethicor.* Cicer. *lib.* 3. *de legib.* & Simon Eſchardi lexicon, *verbo, Monarchia*, vbi quod primas tenet vnius principatus. S. Thom. de regimine Principum, *lib.*1.*c.*2.& *l.*7.*tit.*1.*p.*2. ibi : *E por ende fue meneſter por derecha fuerça, que ouieſſe vno que fueſſe cabeça dellos, por cuyo ſeſſo ſe acordaſſen, è ſeguiaſſen, aſſi como los miembros del cuerpo ſeguian, è ſe mandan por la cabeça*, Bobadill. *lib.*1.*cap.* 1.*n.*13. *politicæ.* Quare ergo in damnum regni duo admittendi ſunt Reges?

Facit etiam, quia Rex propter re- 34
gnum factus eſt, non regnum propter Regem, vt ex Philoſophis tradit Menchaca *controuerſ. illuſtr. cap.* 2. *num.*3. & 4. Alphonſus Guerrero in ſpeculo Romanorum Pontificum, Imperatorum, ac Regum, *cap.* 54. *num.* 52. Felician. de Solis *de cenſib.* 2.*tom. lib.* 3. *cap. vnic. num.* 19. Et 35
cùm cauſa plus influat in ſeipſa,quàm in cauſato, & omne ius potentiùs operetur *in ipſa authent. multo magis, C. de ſacroſanctis Eccleſiis*, Clement. *ſi Dominum, de reliquiis & veneratione Sanctorum*, Paulus Caſtrenſ. *conſil.* 129. *volum.*1. & ſic cùm quid eſt

propter

propter aliud, potiùs conſideratur id propter quod eſt, *l. & ſi non clam, §. perueniamus, de auro & argento legato*, & dixi, *lib. 1. de anniuerſariis, cap. 24. à num. 1.* Et hinc eſt, non valere reſcriptum, nec mandatum Principis contra publicam vtilitatem, *l. fin. Cod. ſi contra ius, vel vtilitatem publicam*, optimè Rodericus Suarez, *allegat. 12. num. 44. & 49. & 50. & l. 1. per totam, tit. 64. lib. 4. recopilat.* etiam cum clauſula, Non obſtantibus: quia inductum & creatum ad vtilitatem Regni, non debet contrarium effectum operari, per regulam, *l. legata, inutiliter de legat. 1.* Tiraquel. *ad tit. res inter alios actas, n. 20. & tract. le mort Saiſit. 6. part. declarat. 1. num. 7.*

Si ergo ad bonum commune regni, eiuſque conſeruationem congruit per vnum regi, & gubernari, quia paci & tranquillitati melius per vnum conſulitur, *l. 2. §. ſed quia difficile, de origine iur.* potiùs debet attendi bonum commune regni: & hoc eſſe debet de mente Principis, iuxta verba Imperatoris Iuſtiniani, *l. vnic. in finalibus verbis, Cod. de caduc.*
37 *tollend.* ibi: *Non auguſtum priuilegium exercemus, ſed quod communiter omnibus prodeſt hoc rei priuatæ noſtræ vtilitati præferendum eſſe cenſemus*, text. *in authent. vt indices ſine quoquo ſuffrag. §. conſiderauimus.*

38 Nec *l. 12. tit. 32. part. 7.* quæ ambobus geminis tribuit primogenium, ſtante difficultate, in qua noſtri Hiſpani fundantur, loquitur de regno; quod non debet ſub generalitate comprehendi: quia ſpeciali nota dignum, *l. item apud Labeonem, §. ait prætor, de iniuriis*, nec maiora continentur expreſſione minorum *capitul. Apoſtolica ſedes de reſcriptis.*

Sed & Doctores tenentes, dictam legem Partitæ dignitatem regalem comprehendere, ſentientes damnum regni; affirmant regnum iungendum eſſe in filio, qui ex geminis primò natus fuerit, vt bono regni conſulatur, vt tradit Anton. Gom. *l. 46. Tauri, num. 68.* & dum Antonium Gomezium ſequitur Molina, *lib. 3. de primogen. cap. 1. num. 26.* ait, difficile eſſe id ex iuris principiis deducere; & caſu quo deducatur; non tamen facilè executioni mandari poſſe, etſi non exprimat.
Difficultatis cauſæ manifeſtè apparent; nam admiſſis geminis in caſu 39
ambiguo promiſcuè ad regnum, cur alterius iam admiſſi filius, in quo nulla adeſt perplexitas, eſt repellendus, qui quodammodò in vita patris Rex exiſtimatur: argumento *l. in ſuis, de liberis & poſthumis.* Et conducit illud Pſalmi 71. *num. 1. Deus iudicium tuum Regi da, & iuſtitiam tuam filio Regis*, vbi Interlinealis gloſſa ait: *Ideò non vſurpat regnum, quia filius Regis.* Et licet loquatur de perſona Chriſti Domini, vt ibi inquit Nicolaus de Lyra; nam ſecundùm humanitatem eſt filius Dauid Regis, & ita congruit locus filio Regis; quia reputatur Rex; ob quod & viuo patre ei homagium præſtatur. Faci- 40
lius itaque poſſet vnus ex geminis non admitti: ob perplexitatem, quam repellere filium iam admiſſum; turpiùs enim eiicitur, quam non admittitur hoſpes, capite quemadmodùm, de iureiurando. Sed & conſiderationis eſt, quod gemelli præmaturè contraherent nuptias, vt priùs filium, & ſucceſſorem regni

Digitized by Google

regni procrearent: & ſi damnum ſentiunt in regimine duorum, & dicunt, ob id ſolùm admittendum ex geminis primò natum; quare eſt differendum bonum publicum, video autem, quòd Molina *lib. 3. de primogeniis, cap. 1. in fine*, ſentiens difficultatem, ait, Deum ſummè deprecandum, ne caſus iſte in Hiſpaniarum regnis contingat: ego autem dico, quod & in omnibus Regnis Catholicorum Principum, in quibus non ita ſicut in ampliſſimis Hiſpaniæ Regnis datur commoditas adiudicandi Regna geminis, in quibus iam vidimus ſeparari Comitatum Flandriæ, & datum ſereniſſimæ Eliſabethæ, Infanti Caſtellæ pro coniugio cum Archiduce Alberto, quorum ſi adeſſet poſteritas, apud eorum, deſcendentes perpetuò remaneret: atque ita poſſet eo caſu, inſpecta temporis opportunitate, & bellorum inſurgentium, conuenire, partem aliquam magnam regni adiudicare alteri ex geminis, regno penes alterum remanente; & id forte fieri in infantili geminorum ætate. Et eo modo videretur ſatisfactum communi opinioni, & ſententiæ doctiſſimi Patris Molinæ.

41 Miror tamen Doctores tractantes de hac ardua quæſtione, & magni ponderis cauſa in tam dubio & ancipiti iudicio, & in quo bonum Reipublicæ Chriſtianæ aliqua ex parte verſatur, oblitos fuiſſe ſummi Eccleſiæ Antiſtitis Pontificis Romani, qui omnino conſulendus eſſet, iuxta illud *Deuteronomij 17. n. 8. Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem, & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & lepram, & iudicum inter portas tuas videris verba variari, ſurge, & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, venieſque ad Sacerdotes leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæreſque ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem, &c.* Qui locus in nouo teſtamento intelligitur de Apoſtolica Sede, vt dicit textus *in cap. per venerabilem*, qui filij ſint legitimi, in illis verbis: *locus enim quem elegit Dominus, Apoſtolica Sedes eſſe cognoſcitur*, & ibi; *ſunt autem Sacerdotes leuitici generis, fratres noſtri, qui nobis iure leuitico in executione ſacerdotalis officij adiutores exiſtunt.* Sic textus *in cap. fundamenta, verſ. decet, de elect. lib. 6.* ait: *Decet namque ipſi Romano Pontifici, per fratres ſuos ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, qui ſibi in executione officij ſacerdotalis coadiutores aſſiſtunt, libera peruenire conſilia.*

Si enim deſerimus ſummi Pontificis, & Eccleſiæ conſilium in tam perplexo negotio, ad quem ibimus? vt vtar verbis Petri Apoſtolorum Principis relatis *Ioan. 6. num. 68.* cum ita perplexi ſint ſcribentes, vt vix audeant ſuam ſententiam proferre; & ſi quam proferunt, eam inuenimus magnis difficultatibus implicitam. Romano enim Pontifici incumbit, paci & tranquillitati populi Chriſtiani conſulere ipſe enim non quærit aliena, nec quæ ſua ſunt, ſed quæ Dei ſunt, vt ipſe inquit, *dict. cap. per venerabilem*, ibi: *Verùm in aliis regionibus, certis cauſis inſpectis, iuriſdictionem temporalem caſualiter exercemus, non quod alieno iuri præiudicare velimus, ſed quia ſicut in Deuteronomio continetur, ſi difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris, &c.* vbi gloſſ. *verb. certis cauſis*, ait, eſſe cùm

requiri

requiritur ſanctiſſimus Papa. Et meo videri caſus iſte talis eſt, in quo omnino eſt requirendus, & conſulendus à Regno Chriſtiano, cuius conſilio & iudicio omnia, prout bono Regni & eius paci, & tranquillitati expedierit, peragentur.

Pro quo facit quod vacante Imperio, eius iuriſdictio pertinet ad Romanum Pontificem extrauaganti vnica, *ne Sede vacante*, *Ioan.* 22. Sed idem vacante principatu non recognoſcente ſuperiorem, dicit Felin. *in cap. licet ex ſuſcepto, col.* 1. *de foro competenti*, ſequitur Leandr. Galgan. *de iure publ. lib.* 3. *c.* 13. *n.* 14.

42 Et ad idem facit quod tradit Ioan. de Imol. *cap. grandi*, *de ſupplend. neglig. prælat.* vbi Dominic. Anchar. & Ioan. Andr. nempe ad Romanum Pontificem pertinere, dare curatorem Principi minori, cùm repræſentet in terris Deum, & Dominum noſtrum, qui eſt Dominus vniuerſalis in mundo, quem ſequitur Ant. Gomez. 3. *tom. de delict. cap.* 1. *num.* 56. *in fin. & l.* 40. *Taur. n.* 9. *ad fin.* Et ſi Ioan. à Terra Rubea, *lib.* 2. *artic.* 1. *concl.* 4. *&* 6. Cald. *l. ſi curatorem habens, verb. hunc contractum*, *num.* 48. dicant veriorem eſſe ſententiam non ſpectare ad Romanum Pontificem, niſi in regnis Eccleſiæ dominio temporali ſubiectis; quos ſequitur Ioannes Gut. *de tutel.* 1. *p. c.* 18. *n.* 12. & hoc de iuris rigore defendi poſſit: tamen non obeſt, quin ſi proceres regni perplexi ſint circa dationem tutoris, in tam ardua & magni ponderis cauſa, ex qua poteſt ſequi commodum, vel damnum populi Chriſtiani ſeruetur debita reuerentia ſummo Eccleſiæ Præſuli, quem eo caſu eſſe conſulendum, omninò teneo, niſi eſſet periculum in mora. Sed vbi perplexitas, & contentio ſit inter regni magnates in eligendo Regis tutore, conſulendus eſt Summus Pontifex, qui vtiliorem aſſignabit; & vitabuntur magnatum iurgia.

CAPVT XIII.

De nato, & nominis impoſitione in Baptiſmo: & de nomine proprio, & appellatiuo; & de conditione deferendi nomen & arma: & de mutatione nominis, & quare Romanus Pontifex in creatione mutet nomen, & de alendo nato à patre, vel matre ante vel poſt triennium: & an ſit mater nobilis, vel inops ſit, vel careat lacte, pater alere teneatur: & quid in filio ſpurio. Et an in generali ſermone comprehendatur perſona loquentis in obligatione, & confirmatione, & aliis.

SVMMARIVM.

1 *Partus vnius pueri, vel puellæ frequentior eſt, licèt ſoleant plures naſci.*

2 *Nato filio, lætatur mater oblita prioris preſſuræ, quia natus eſt homo in mundum, natus autem primam vocem emittit plorans; & quare.*

3 *Natus conſequitur omnia iura inſita à natura; quæ dicitur à naſcendo, & ſignificat qualitatem, & conditionem cuique rei inſitam, & tributam.*

4 *Seruitus quam Iuriſconſultus vocat iuri naturali contrariam, qualiter dicatur natura, non aduerſari hodie.*

5 *Natus quoad ſtatum ſequitur conditionem matris, vt ex libero ventre liber, ex ſeruo ſeruus ſit: vtilitatem tamen habet expoſitus, quia ingenuus præſumitur.*

6 *Infante nato, curandum eſt quàm citò eum liberare à labe originali per ſacrum Baptiſma, & ob periculum lamiarum, quæ trucidant infantes nondum initiatos ſacro Baptiſmate.*

7 *In Baptiſmo parentes, & cognati curant de nomine baptizandi, & conuenit nomine patris vocari, quia arguitur de ſtirpe natum.*

8 *Fortior eſt præſumptio ex nomine familiæ, quàm ex nomine proprio.*

9 *De contentione quæ fuit in impoſitione nominis Ioannis Baptiſtæ: & plura notatu digna de excellentia Sancti.*

10 *In generali ſermone non intelligitur comprehenſa perſona loquentis.*

11 *Per generalia verba non intelligitur quis ſeipſum obligare.*

12 *Locans redditus confiſcationum, non intelligitur locare confiſcationem quæ veniret facienda ob delictum commiſſum in perſona locatoris.*

13 *Confirmatio intelligitur ſine præiudicio confirmantis.*

14 *Seruus ſi faciens contractum, obligat bona Domini, ipſe ſeruus comprehenditur in obligatione; quia in contractu non conſideratur perſona ſerui, ſed Domini.*

15 *Obligatio generalis bonorum facta in locatione, ſeu venatione comprehendit rem locatam, ſeu venditam, & eſt obligata pro pacto de retro vendendo.*

16 *Regula* l. inquiſitio veritatis, *quòd in generali ſermone non contineatur perſona loquentis, procedit in actu, ſeu contractu gratuito ſecus in oneroſo.*

17 *Seruus non eſt in peculio ſuo.*

18 *Nomen nato inter Catholicos communiter ponitur in Baptiſmo, vt anteà in circunciſione octauo die, ſed & Romanos eo die aſſueuiſſe imponere legitur, licèt poſſit imponi à natiuitate.*

19 *Chriſto Domino impoſitum fuit nomen octauo die à natiuitate in circunciſione, & quomodo fuit impoſitum nomen Ieſus, cùm prædixerat Iſaias.* Et vocabitur nomen eius Emanuël: *& intelliguntur alia loca ſacræ ſcripturæ.*

20 *Nomina imponuntur à proprietate rerum, vel ab euentu, vel ex aliquo dono gratiæ: & ponuntur exempla.*

21 *Nomen quod in Baptiſmo ponitur dicitur proprium; pronomen ſumitur ab euentu; cognomen à cognatione.*

22 *Communiter apud Catholicos in Baptiſmo imponitur nomen alicuius ſancti, quia bonum eſt habere bonum nomen.*

23 *Fidei*

23 *Fideicommiſſum poteſt relinqui ſub conditione aſſumendi nomen honeſtum.*

24 *Nomen eius qui legauit reipublicæ in operibus publicis inſcribitur, ſed & arma, & licere iure diuino oſtenditur.*

25 *Delatio nominis & armorum debet eſſe continuata.*

26 *Diuiſa non requirit continuationem, ſed quòd vtatur ea prout conſuetum eſt.*

27 *Delatio nominis, & armorum ſi iniungitur per modum, ſufficiet adimplere poſtea tempore congruo, niſi aliter à diſponente iubeatur.*

28 *Conditio nominis, & armorum ſtatim adimplenda eſt, aliàs priuabitur relictis granatus, & reſtituet cum fructibus à tempore quo potuit adimplere, ſiue onus fuerit iniunctum in contractu, ſiue in vltima voluntate.*

29 *Minor grauatus deferre nomen & arma, ſi non impleuerit, reſtituitur aduerſus conditionem non impletam.*

30 *Modus requirit interpellationem, non tamen quòd poſt eam tempus elabatur, niſi neceſſarium pro implemento.*

31 *Quando non iniungitur onus ferendi nomen, & arma, poſſeſſores maioratus non tenentur ea ferre,*

32 *Priuatio iuris eſt pœna, quæ non imponitur niſi in caſibus à iure expreſſis.*

33 *Onus ferendi nomen & arma, ſolùm non ſufficit, vt inducatur maioratus, niſi adſint alia euidentes coniecturæ.*

34 *Onus ferendi nomen & arma, non inducit vocationem agnatorum, & excluſionem fœminarum; & fœminæ portant nomen & arma maiorum.*

35 *Grauatus portare arma, poterit ea deferre mixta cum aliis.*

36 *Sub ſimplicibus quando mixtum contineatur: & arma antiquioris, maioratus ſunt preponenda: & quando iunioris.*

37 *Si ſinguli maioratus habeant præceptum deferendi nomen & arma principaliter, non poſſunt in eodem poſſeſſore conſiſtere.*

38 *Duo beneficia poſſunt vniri æquè principaliter in eadem perſona, & duæ dignitates ſæculares, & duo regna.*

39 *Ordo ſcribendi denotat ordinem prioritatis, & maioris honoris.*

40 *Dextera eſt locus praſtantior, & honoratior.*

41 *Nomen quod iniungitur, ſi ſit turpe & inhoneſtum, grauatus non tenetur illud aſſumere.*

42 *Ex nomine arguitur qualitas.*

43 *Paritate data indiciorum inter plures, incipienda eſt tortura ab habente malum nomen.*

44 *Nomen poteſt quilibet ſibi mutare, modò ſine fraude faciat, & multi in ſacramento confirmationis mutant nomina.*

45 *In creatione Romani Pontificis mutatur nomen, & quare.*

46 *Mutans ſibi nomen fraudulenter, punitur pœna falſi, vt quando fit cauſa frandandi pedagia, vel alia tributa.*

47 *Nomen mutans fraude, non excuſatur, ſi dicat ſe erraſſe, quia non præſumitur in ſuo nomine quemquam errare.*

48 *Nomen alterius aſſumens punitur, & ſi vocetur Licentia-*

 tus,

tus, Magiſter, ſeu Doctor, cùm non ſit tali gradu decoratus.

49 *Quod procedit, licèt in reſcripto Principis eo gradu nominetur, etiam ex certa ſcientia.*

50 *Intelligitur textus* in Clem. fin. de ſent. excomm. *vt procedat ſolùm in beneficialibus: in aliis autem nominatio Principis ex certa ſcientia tribuit ius.*

51 *Libertatem potens dare ſeruo, ſi nominat eum filium, liberum facit.*

52 *Si Princeps nominet ciuitatem, vel collegium, ſufficit vt pro talibus habeantur: & ſi Papa ordinet illegitimum ex certa ſcientia, diſpenſare videtur.*

53 *Nominatus dicitur, qui proprio nomine nominatur, vel appellatiuo, ſi vni ſoli conueniat, nec poſſit in alio verificari.*

54 *Appellatiuum nomen, eſt naturale, vt filius, pater, mater, & auus,* & num. ſeq.

55 *Certum dicitur, quod appellatur per verba idem importantia, licèt non ſint ſpecifica.*

56 *Grauamen iniunctum aliquibus nomine proprio, non extenditur ad liberos.*

57 *Nomen proprium vel appellatiuum vt inſpiciatur, attenditur notitia diſponentis, de qua ſi non apparet, ſtatur appellatiuo.*

58 *Commodius eſt, aliquando quem pronuntiari nomine appellatiuo: communiter autem vtilius eſt nominari nomine proprio.*

59 *Identitas perſonæ probatur ex nomine & cognomine.*

60 *Natus alitur à matre intra triennium; poſteà à patre, niſi ſit filius illegitimus, qui etiam tranſacto triennio, ab vtroque parente ali debet: & ſi non oſtendat patrem, ipſa mater alere debet partum.*

61 *Mater ſi ſit nobilis, cui indecens ſit lactare, ſecundùm regionis conſuetudinem; non tenetur alere intra triennium: & tranſit onus alendi ad patrem. Et idem de ſpurio, & naturali.*

62 *Mater ſi ſit inops, vt pro ſuo victu oporteat manibus operari, lactare non tenetur, & onus erit patris.*

63 *Mater potiùs tenetur ſibi prouidere, quàm filiis & libertus ſibi potiùs quàm patrono: nec redarguendus eſt, qui ſe plus altero diligit.*

64 *Pater ſi ſit pauper, mater verò diues, ipſa tenetur poſt triennium alere.*

65 *Quod dicimus de matre inope, intelligere etiam de inope lactis, quia eius vbera ſucco carent, & eo caſu patris impenſa alitur.*

66 *Nutrices quales debeant eſſe, & de earum qualitatibus.*

67 *Si ambo parentes ita egeni ſint, vt nequeant filium alere, à Republica eſt alendus.*

68 *Parentes non habere, vel habere inutiles, idem eſt.*

69 *Parentes reprehenduntur, qui in infante nato, conſulunt aſtrologos ſuper Planetarum aſpectibus, vt prænuntient futura contingentia nati. Et plura contra Aſtrologos iudiciarios.*

70 *Licèt tamen vti iudiciis Aſtrorum ad cognoſcendum corporales effectus, vt tempeſtatem, ſerenitatem aëris, ſanitatem, infirmitatem corporis, vbertatem & ſterilitatem.*

litatem frugum, vel ad nauigandum, ſeu ſeminandum.

71 *Voluntas hominis non eſt ſubiecta neceſſitati Aſtrorum.*

1 FRequenter autem partus eſt vnius pueri, ſeu puellæ, *l. ſed & ſi reſtituatur, §. fin. de iudiciis*, ibi: *Cum per rerum naturam certum fuerat vnum naſci.* Licet vt ibi inquit textus poterant plures edi, & ſi legitimo tempore contingat partus, nullum eſt diſcrimen. Lætatur mater oblita prioris præſſuræ, quia natus eſt homo in
2 mundum. *Ioannis 16. num. 26.* Ipſe autem, quia in vallem lacrimarum naſcitur, primam vocem emittit plorans, *Sapientiæ 7. n. 3.* vbi Nicolaus de Lyra relatus à gloſſa ordinaria, ait, lacrymari natos conquerentes de tranſgreſſione primi parentis, vel quia incipit iugum graue, quod eſt ſuper filios Adam à die exitus de ventre matris, vſque ad diem ſepulturæ, *Eccleſiaſtic. 40. num. 1.* & natus conſequitur omnia iura inſita à natura, quæ dicitur à naſcendo. Sanct.
3 Thom. 1. *part. quæſt. 29. art. 1. ad 4.* lexicon Simonis Schardi *verbo, natura:* ſignificatque conditionem, & qualitatem cuique rei infinitam & tributam, *l. 1. §. fin. de aqua pluuia arcenda*, & ſecundùm eam omnes homines liberi naſcebantur, *l. 4. de iuſtitia & iure*, ius autem gentium ſeruitutem induxit iuri naturali contrariam, *l. libertas, de ſtatu hominum, §. ius autem gentium inſtit. de iure na-*
4 *turali*, licèt videatur naturæ non aduerſari; nam & ſi in ſtatu integræ naturæ homo nihil detrimenti poſſet incurrere, ita vt ſi Adam ſtetiſſet in originali iuſtitia, filios ſibi ſimiles generaſſet potentes non mori: gloſſa ordinaria, ex Lyra, *Sapientiæ 7. n. 1.* tamen quia per peccatum Adæ mors intrauit in omnes homines, *ad Rom. 5. num. 12.* iam mors eſt homini naturalis, *l. ſi plures, §. fin. depoſiti*, ibi: *Naturalem interitum*, mutato ſtatu primæ naturæ, & fracta cognatione quam natura inter homines conſtituit, ob quam nefas eſt hominem homini inſidiari, cæperunt bella, quibus homines ob tutelam corporis, vt poſſunt, ſe defendunt, & iure feciſſe exiſtimantur, *l. vt vim, de iuſtitia & iure*, & quia bello homines necantur, potuit induci ſeruitus, vt vita ſeruaretur: argumento, *cap. de occidendis 23. quæſt. 5.* iuncto *cap. qui culpatur, 23. quæſt. 1.* nam dicitur, *l. 4. de ſtatu hominum, in fine. Imperatores captiuos vendere, & per hoc ſeruare eos, & non occidere ſolent*, vbi Horoſc. *verb. Imperatores*, & eadem verba refert Iureconſultus Pomponius, *l. pupillus 239. de verbor. ſignif.* atque ita ſeruitutem iuri naturæ non contrariari dicit Phebo *deciſ. 15. num. 17.* Et cùm natus matris conditionem ſequatur quoad ſtatum, vt diximus, 5
c. 1. n. 5. ſi naſcatur ex libero ventre, liber eſt: ſi ex ſeruo, ſeruus.

Vtilitatem autem habet expoſitus, quia in genus præſumitur, *l. fin. de infantibus expoſit.* Mandoſ. *de minori ætate, num. 24.* & ſiue liber, ſiue ſeruus naſcatur, inter Catholicos magnopere curandum eſt, cum liberare à ſeruitute peccati originalis, & liberabitur ſacro Baptiſmate, ſine quo nullus adipiſcitur regnum Dei, *Ioannis 3. num. 3.* vitatur etiam periculum lamiarum, vulgo *bruxas*, quæ quærunt trucidare infantes nondum initiatos ſacro Baptiſmo, vt ex aliis tradit Torrebl. *lib. de magia, c. 38. n. 19.* 6

Et

12 *diuortio*, §. *ſi vir*, *n.* 55. *ff. ſolut. matrim.* quòd quando Dominus locat, ſeu vendit reditus confiſcationum, non intelligitur de ea confiſcatione quæ veniret facienda propter delictum commiſſum in perſonam loca-
13 toris. Sed & Confirmatio intelligitur ſine præiudicio confirmantis, Baldus *cap. venientes*, *num.* 4. *de iureiurand.* Auend. 1. *part. de exequendis mandatis cap.* 19. *n.* 5. Tamen quando ſeruus facit contractum, & obligat
14 bona Domini, ipſe ſeruus comprehenditur in obligatione, *l. Paul.* §. *ſi g. oſſ. fin. de pig.* & ibi Bart. quod in obligatione contracta per ſeruum, non conſideratur perſona ſerui, ſed domini: & ſeruus in contrahenda obligatione non fuit loquutus, vt ipſe, ſed vt Dominus: quam dicit
15 ſubtilem ſolutionem, Neguſant. de Fano, *de pign.* 2. *part.* 2. *membr. n.* 32. vbi, *num.* 33. quòd in generali obligatione omnium bonorum appoſita in contractu pro obſeruantia, & in contractu emptionis, in quo emptor promiſit ſoluere pretium, vel fecit pactum de retrouendendo, vel aliam conuentionem, comprehendi-
16 tur etiam res locata vel vendita, ſed regula, *leg. inquiſitio*, limitatur, ſi procedit diſpoſitio gratuitò, ſecus autem, ſi ex contractu oneroſo, Maſtrill. *deciſ.* 15. *num.* 16. Ant. Gabr. *de verb. ſignif. concluſ.* 9. *n.* 5.

Sed & pro regula, *l. inquiſitio*, eſt text. *in l. depoſui*, §. *Stichus de peculio*, vbi quod ſeruus non eſt in peculio ſuo, ibi: *Neminem enim poſſe intelligi in ſuo peculio eſſe.*

Sed ea regula ceſſat, quia ſubiecta materia aliud Suadet. Aym. *conſ.* 274.
17 *n.* 12. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 44. *n.* 27. Et vbi eſt eadem ratio in perſona loquentis, quæ eſt in alia. Cagn. *l. frater à fratre*, *n.* 114. *de cond. in deb.* Ant. Gabr. *de verb. ſignif. concl.* 9. *n.* 7. & Menoch. *conſ.* 161. *n.* 38. ſequitur Ludouiſ. *deciſ.* 576. *n.* 10. *& ſeqq.* ſed nec verbis Domini, *Matth.* 11. *n.* 11. comprehenditur Deipara Virgo, quæ non cecidit, vt defendimus *ſuprà*, *cap.* 7. *num.* 57. ex eo quòd Chriſtus dixerit, *non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta.* Sed vt reuertamur ad impoſitionem nominis nati, aſſuetum eſt illud apponere octauo die in Baptiſmo, licèt à natiuitate poſſit imponi, vt dicit Mandoſ. *de minor. ætat. cap.* 1. *num.* 16. frequentius id fit octauo die, ſi ea die abluitur ſacro fonte. Sed & antea in Circumciſione ponebatur, vt legitur *Geneſ.* 17. *num.* 12. 18
& Leuitic. 12. *num.* 3. & tradit Tyrquell. *l. ſi vnquam, verbo, ſuſceperit*, *num.* 167. & 168. vbi etiam ſcribit, Romanos eo die aſſueuiſſe nomen imponere. Et Chriſto Domino octa- 19
uo die Circumciſionis impoſitum fuit nomen, *Luc.* 2. *n.* 21. Ieſus, quod eſt ſuper omne nomen, & quia in plurimum baptizantur infantes eo die, ex Baptiſmo probatur ætas, Maſcard. *de probat. concluſ.* 672. *num.* 4. vbi quod ex libro parochi, pro quo eſt Concilium Tridentinum, *ſeſſ.* 24. *cap.* 2. *verſ. & in libro eorum nomina deſcribat*, de quo *infrà cap.* 26. *de probatione minoris ætatis*, & ſi aliquis dixerit, quomodo aſſumpſit nomen Ieſus ſiquidem *Eſaiæ* 7. *n.* 14. prædixerat: *Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuël*, & *cap.* 8. *n.* 3. *Voca nomen eius accelera*, & *cap.* 9. *num.* 6. *Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis*, &

Digitized by Google

Eſaiæ 61 num.2. Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit.
20 Cùm antea fuerint alij eo nomine nuncupati, vt de Ieſu filio Ioſedec legitur *Eccleſiaſt.* 49. *num.* 14. & de multis aliis. Quare dic: quod nomina à proprietate rerum imponuntur, vt dicit Ariſtotel. *Metaph.* 4. quia nomina deſignant propriam rei naturam, & ita hominibus ſolent impóni ab aliqua proprietate vel euentu, vt in Eſaü, id eſt, Rubeus, quia rufus, & hiſpidus natus fuit: & in Iacob, id eſt ſupplantator, quia plantam fratris tenebat manu, vt legitur, *Geneſ.* 25. *num.* 25. Sic & Moyſes nominauit filios ſuos. *Exod.* 2. *num.* 22. Vel ex aliquo dono gratiæ, vt Petrus qui vocabitur Simon. *Matth.* 16. *num.* 18. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, cui prius dixerat *Ioann.* 1. *n.* 42. *Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus*, de quo S. Thom. *3. part. q. 37. art. 2. in corpore, & ſolutione ad primum.* Pater Franciſcus Suarez *in defenſione fidei, lib. 3. de primatu ſummi Pontificis, cap. 10. de ſuprema poteſtate Petri, n. 4. & 5.* Omnia autem nomina de Chriſto Domino ſuprà relata implicita ſunt in proprietate nominis Ieſu: nam eſt nouum effectu, cum ante eum nullus eo nomine appellatus fuerit ſaluator, & Emanuel etiam comprehenditur, quia ſignificat. *Nobiſcum Deus*, & ita de aliis, Nicol. de Lyra, *ſup. cap. 2. Lucæ,*
21 *n.* 11. & Pater Franch. Suar. *3. part. Sancti Thomæ, q. 37. art. 2.*

Et nomen quod in Baptiſmo ponitur, dicitur proprium: pronomen ſumitur ab euentu, cognomen à cognatione, *gloſ. 2. 3. & 4. l. 1. de liber. & poſth.* de quibus infrà dicemus. Nunc de proprio nomine dicamus, quod 22
ponitur in Baptiſmo, & frequentius, cùm ita Chriſtiana deuotio ſe habeat, ſumitur à nomine Sancti diei, quo puer natus eſt, quod eſt laudabile, quia eſt bonum habere nomen bonum, vt tradunt Panormit. & Doctores, *in cap. 1. incipit.* De quo vult Deo, *de iudiciis, l. facta 63. §. ſi ſub conditione*, & ibi gloſſa & Doctores ad Trebellianum, vbi quòd poteſt fideicommiſſum relinqui ſub conditione aſſumendi honeſtum nomen: & 23
conducit, *l. cùm filius, §. pater, de legat. 2.* ibi: *Nepoti plus tribuas in honorem nominis mei, l. hoc iure, §. vltim. de donationibus*, ibi: *Si iuraſſes te nomen meum laturum*, & tradit Aluarad. *de coniecturata mente defuncti lib. 2. cap. 1. §. 1. n. 22. & 31. & ſequentibus*, Molin. *de primogeniis, lib. 2. c. 14. num.* 10. & melius *num.* 25. Burg. de Paz, *conſ. 3. num.* 46. Dec. *conſ.* 273. *num. 3. verſ. ſed tamen*, Tiraq. *in legib. 5. connubia, lib. gloſſ. 1. part. 5. num.* 27. Meneſ. *in rubr. de fideicommiſ. num. 5. verſ. quarta ratio*, Mier. 24
de maiorat. 2. part. q. 4. illatione 8. n. 4. Guillelm. Benedict. *cap. Raynuntius, in princ. num.* 45. Pater Molin. *tract. 2. diſput.* 615.

Sed & nomen eius qui legauit reipublicæ in operibus publicis inſcribitur in eius memoriam, *l. legatam, 5. de adminiſtr. rer. ad ciuitat. pertin. in fin.* ibi: *Vt in eo munificentia eius qui legauit inſcriptione noteiur, l. 2. ff. de operib. public.* ibi: *Munificentiæ ſuæ fructum de inſcriptione nominis ſuis operibus, ſi qua fecerit, capere per inuidiam non prohibetur, l. Quintus Mutius, §. de annuis legat. ad authorit. l. reg. §. ſi quis ius, ff. de iuris, & facti ignor.* ibi: *Quod totum alienæ liberalitatis*

litatis gloriam repræſentet, & Zachariæ 6.*n.*12.& 14.& Machab.2.*n.*29. ibi: *Et ſuper columnas arma ad memoriam æternam.*

Et delatio nominis debet eſſe continuata, Theſaur. *deciſ.* 770. *n.* 24.
25 momentanea enim aſſumptio nominis non eſt in conſideratione, quando ſucceſſiuum tempus requiritur, *l. fin. in fin. Cod. de bonis quæ liber.* ibi: *Qualis vſuſfructus poteſt ei acquiri, qui momentarius eſſe oſtenditur?* Theſaur. *vbi ſupr. n.*5. & ibi: *ex num.* 1. idem dicit de conditione deferendi arma.

Sed de diuiſa, qua vtitur in veſtibus, & coloribus, vel in banda, ſeu
26 in penola diuerſimodè iudicandum eſt; quia non continuè vtendum eſt ea, ſed prout conſuetum eſt, vt dicit Theſaur. *d.deciſ.*270.*n.*36. omnium enim rerum viciſſitudo eſt.

Et ſic quando delatio nominis & armorum iniungitur per modum,ſuf-
27 ficiet poſteà tempore congruo adimplere. Gratian. *diſceptat. cap.* 798. *à num.*10. & tradit Mier. *vbi ſupr.* Sed hoc intelligendum eſt regulariter; ſecus autem erit, ſi à diſponente iubeatur, quod adimpleat ante apprehenſionem poſſeſſionis, quo caſu
28 modus aſſimilatur conditioni, quæ quamprimũ implenda eſt ſine interpellatione; aliàs priuatur relicto, *l. fin. Cod. de reuocand. donat.* Roland. *conſ.*70. *num.*65. *lib.*3 ſequitur Theſaur. *d. deciſ.*270.*n.*3. & eſt condemnandus ad reſtitutionem cum fructibus, Mier. *de maiorat.* 2.*p.q.*4. *illat.*8. *à n.*3. Moroc. *reſponſ.*48. *à n.* 4. ſequitur D.Ioan.Caſtell. *lib.* 5. *controu. cap.* 136. *n.*79. *verſic. ex his quidem*, vbi quod reſtituet fructus à tempore quo potuit onus adimplere, & à non caſuali, ſed libera contrauentione; quia cenſetur mala fide fructus percipere; maximè, ſi fuit interpellatus à ſucceſſore, vel alio prætendente intereſſe, vt tradit Molin. *dict.lib.*2.*c.*14. *à n.* 13. Aluarad. *de coniectur. mente, lib.* 2. *cap.* 1. §. 1. *num.* 23. quos & alios refert D. Caſtell. vbi ſupra, vbi tam in diſpoſitione contractus, quam vltimæ voluntatis procedere ait, *in verſ. & hactenus.*

Si tamen minor grauatus negli- 29
gens fuerit in deferendo nomen & arma, ſeu diuiſam reſtituetur aduerſus non impletam conditionem, iuxta ea quæ dicemus *infrà capitul.* 28. *num.* 91.

Modus autem requirit interpella- 30
tionem, non tamen quod poſt eam tempus elabatur, niſi neceſſarium pro implemento, vt colligitur ex traditis per Molin. *lib.* 2. *de primogen. cap.* 24. quem ſequitur Pater Molin. *de iuſt. & iure, diſput.* 615. *n.*4. Matienç. *l.* 7. *tit.*7. *gloſſ.*1. *num.*2. *lib.*5. *Recopilat.*

Et ſi non fuerit iniunctum onus 31
ferendi nomen & arma in conſtitutione vinculi ſeu maioratus non adſtringuntur ſucceſſores ea deferre; nam id à iure non diſponitur, & hoc ſufficit: auth. de non eligendo ſecundo nubentes, §. *optimum*, ibi: *Nec qualibet eſt lex aliquid tale dicens*, quem textum multum expendit Cacher.*deciſ.*147.*n.*4. Mol.*lib.*3. *de primogeniis, cap.* 36. Roland. *conſil.*27. *num.*14. *vol.* 1. Nec debemus eſſe inuentores priuationis, lex non priuat. Tell. Fernan.*l.*6. *Tauri,n.*20. Franch. *deciſ.* 11. *num.* 23. Et cum 32
priuatio iuris ſit pœna, niſi exprimatur à lege, non debet imponi, gloſſ. *fin. in fin. de iurepatron.* text. *in l. at*

S 2 *ſi*

ſi quis,§. diuus,ff.de religioſ.& ſumpt. funer. ibi: *Pœnam tamen in eum ſtatutam non eſſe.* Menoch. *lib.* 5. *præſumpt.* 49. *à n.* 1. & cum nec à iure, nec ab homine diſpoſitum fuerit, non eſt cur inducamus priuationem iuris quæſiti. Et ſcias, quòd præceptum deferendi nomen & arma, iniunctum ſucceſſori in bonis, non ſufficit, vt per hoc cenſeantur bona vinculata, & maioratus: tamen cum aliis erit con-
33 iectura ad præſumendum conſtitutum eſſe vinculum maioriæ. Molin. *lib.* 2. *de primog.c.*14. *n.*7. ſequitur D. Ioan. Caſtel. *lib.*5. *controu.c.* 136. *n.*74.

34 Nec ex præcepto deferendi nomen & arma familiæ, inducitur vocatio agnatorum, nec excluſio fœminarum, vt voluerunt aliqui DD. quos refert Mol. *d. lib.* 2. *c.*14. *n.*8. *&* 9. *lib.*3. *c.*5. *n.*78. Quod eſt ſine dubio in maioratibus, & vinculis noſtræ Hiſpaniæ, quia fœminæ in eis ſuccedunt, & portant nomen, & arma maiorum. Mier. *de maior.*2.*p. q.*6. *n.* 93. & quòd per eam cõditionem fœminæ non cenſeantur excluſæ, tenet Burg. de Paz *in proœmio legum Tauri, num.* 111. vbi dicit ita iudicatum, & de praxi Hiſpaniæ teſtatur D. Ioan. Caſtel. *lib.*5. *controu.c.*136. *n.*75. *verſ. & verè, quod attinet ad primogenia.*

35 Et grauatus portare nomen & arma, poterit ea deferre mixtim cum aliis, quidquid contrarium tenuerit Mier. *de maiorat.* 2.*p. q.* 4. *illat.* 8. *à num.*79. vbi latè diſputat: nam verius eſt, poſſe nomen & arma portare, quia ſub ſimplicibus mixtum comprehenditur, gloſſ. *verb. in dando, l.* 2. *in*
36 *princ. de verb.oblig.* & ſic prouiſio facta in caſibus ſeparatis, habet locum in eis ſimul iunctis, *l. ſi ita ſcriptum* 13. *de liber. & poſthum.* Bart. & eius additionator, *in d.l.*2. *de verbor, n.*1. Meneſ. *l. naturalis, num.* 22. *de præſcriptis verbis,* Mol. *lib.*2. *de primogen. c.* 14. *n.* 34. ſaltem in fauorabilibus, licèt regula in odioſis non admittatur, vt tradit Tyraquel. *poſt ll. connubiales, gloſſ.* 5 *n.* 71. Atque ita quod granatus deferre nomen & arma, poſſit mixta cum aliis portare, modò antiquioris primogenij nomen & arma præponat, Aluar. *de coniect. mente, lib.*2. *c.*2. §.1. *n.*40. *in fin.* niſi iunior maioratus eſſet longè excellentioris ſtatus, vel ex parte patris. Pater Molin. *diſput.* 615. *num.*7. vbi quòd Rex Hiſpaniæ prætulit arma Regni Luſitaniæ, ob eius magnitudinem & excellentiam, pluribus aliis Regnis, & quòd dictis caſibus arma iunioris maioratus ſunt præponenda, tradit Valençuela *conſ.* 69. *à num.* 6. ſequitur D. Ioann. Caſtell. *vbi ſup. n.* 78. *verſ. ſic ſanè.*

Nec iuſſus portare arma tenetur ſua relinquere, vt dicit Theſaur. *dict. deciſ.*270. *num.*9. Et quod adimpleat mixtè portando, tradit D. Valençuel. Velaſq. *conſ.*69. *n.* 6. Mart. *voto.* 73. *num.*9. ſequitur Dom. Ioann. Caſtill. *lib.* 5. *controuerſ.cap.*136. *n.* 78. Nec obſtat *l. hoc legatum, vxoris cauſa paratum* 43. *de legatis* 3. ibi: *Quod magis vxoris cauſa, quàm communis promiſcuique vſus cauſa paratum foret,* nam reſpondet Molin. *lib.* 2. *de prim gen. cap.*14. *num.* 33. id procedere, quando mixta ſunt inſeparabilia: & ita procedit textus *in l. vim paſſam, §. præſcriptione, ff. ad legem Iul. de adulter.* dum ait: *Præſcriptione quinque annorum crimen inceſti iunctum adulterio non excluditur,* cùm, ſi ſeparatim, aliud eſſet, vt inquit gloſſa ibi, *verbo, iunctum, per legem, mariti lenoci*

lenocinium 29. §. *fin. eodem tit. l.* 4. *tit.* 17. *p.* 7. Ant. Gom. *l.* 80. *Tauri, n.* 71. Quando autem mixta poſſunt ſeparari, quælibet ſeruant ſuam naturam, *l. rerum mixtura* 30. *in fin.* vbi gl. *verb. cauſam*, *ff. de vſucap.* atque ita Mol. *vbi ſup. à n.* 29. conſtanter tenet, granatum pelle portare arma & nomen mixta cum aliis, Mol. *lib.* 2. *c.* 14. *n.* 30. Grat. *diſ. ep. c.* 645. *n.* 17. D. Ioan. Caſtel. *controu. c.* 136. *n.* 78. & ita ſeruatur, vbi aliud diſpoſitum non fuerit. Si tamen dictum ſit, quòd grauatus portet nomen & arma ſola ſine mixtione aliorum, non poterit quis eum poſſidere cum alio requirente armorum declarationem. Mol. *lib.* 2. *de primog. c.* 14. *n.* 30. D. Ioan. Caſtel. *lib. controuerſ. c.* 136. *num.* 77.

37 Sed ſi expreſsè non prohibuit, ſed iuſſit, quòd nomen & arma principaliter deferat etiam priori loco, poterit cum illo alio nomine & armis mixtè deferre, niſi alter maioratus eandem habeat clauſulam, vt iam vidi controuerſum in hac regali Cancellaria Valliſoletana inter D. Gregor. de Recalde equitem Ordinis S. Iacobi, & D. Agatham de Coſcojales incolam *del ſeñorio de Vizcaya*, vbi in clauſula vnius ex maioratibus ſic dicebatur: *Y llamen de Recalde, y tenga el dicho nombre y apellido, è las armas, è inſignias que yo el dicho Iuan Martinez de Recalde tẽgo, caſo pueſto que de antes el tal ſuceſſor en el dicho mayorazgo, tengo otro nombre, y apellido principal, è otras armas, ſo pena que el ſuceſſor que aſsi no lo biziere, ſea indigno del dicho mayorazgo.* In clauſula autem alterius maioratus erat diſpoſitum in hunc modum: *Y ſi en el dicho mayorazgo ſucediere hembra, que el marido que con ella caſare, tome el dicho nueſtro apellido, y traya à la mano derecha las dichas nueſtras armas, ſo pena que el que no lo biziere, ſea priuado ipſo facto, y paſſe al ſiguiente.*

In qua cauſa dictus Gregorius de Recalde nitebatur, vtrumque maioratum obtinere. Et licèt conſiderauerim, quòd ſicut duo beneficia poſſunt vniri æquè principaliter, *cap. & temporis* 16. *quæſt.* 1. vt dicit Hieronym. Gonzal. *in reg.* 8. *Cancel. gl.* 5. *num.* 28. Nic. Garc. *de beneficiis*, 12. *part. cap.* 2. *num.* 37. & 38. Auguſt. Barb. *de poteſtate Epiſcopi*, 3. *part. allegat.* 66. *num.* 50. vbi ait, id fieri, quolibet beneficio in ſuo priſtino ſtatu manente, ſic etiam poſſunt vniri duæ dignitates ſæculares, text. *in auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio*, §. *illud. collat.* 2. Sed & regna vniuntur æquè principaliter in eadem perſona & Rege, quolibet regnorum in ſuo ſtatu manente; vt de regno Caſtellæ & Luſitaniæ tradit Didac. à Brito, *in conſil. Maior. Regiæ Coronæ regni Luſitaniæ, quæſt.* 1. *num.* 15. & 16. & Barboſ. *l. hæres abſens*, §. *proinde* 2. *n.* 142. *de iudiciis.* 38

Tamen in noſtro caſu ſubiecta materia aliud poſtulat, quippe cum prælatio in ſcribendis nominibus, arguat maiorem honorem, *l.* 1. *de albo in ſcribendo*, ibi: *Dignitates erunt ſpectandæ, vt ſcribantur eo ordine, quo quiſque eorum maximo honore in municipio functus eſt*, & ordo ſcripturæ deſignat prioritatem, vt dixi *infr. c.* 19. *à n.* 17. Sed & principales dicuntur Decurionum primi, vt in codice Theodoſiano, *tit. de iis qui admin. vel offic. public. ger.* plura tradit Simon Schard. in lexicon, *verb. principales*, & fundator dixit: *I tenga el dicho nõbre, y apellido, principalmente*, quaſi primitus, & 39

quos principaliter cauſa contingit dicuntur primi, gloſſ. quos cauſa, *l.de vnoquoque, de re iudicat.* Molin. *lib.*4. *de primog. c.*8. *n.*4.

40 Sed & dextera pars, in qua iubebatur ſucceſſor apponere arma, eſt locus præſtantior, & honoratior, Bald. *l.decernimus, n.* 2. *Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* & latè dixi, *lib.* 1. *de anniuerſ. cap.* 7. *n.* 16. & cum incompatibilia ſint contraria, non poſſunt in eadem perſona concurrere. Mol. *lib.*2.*c.*14. *num.*27. Et in prædictis daretur repugnantia, cum vterque maioratus requirat nomen deferri principaliter, & pronuntiatum fuit non poſſe in vno concurrere, & data electione, D.Gregor. de Recalde fuit adiudicatus maioratus, ab eo relictus, dominæ Agathæ Coſcoiales me inter alios iudice: quam electionem dandam dicit Molin. *d. c.*14. *n.*27.

41 Si autem turpe & inhoneſtum ſit nomen, non tenebitur grauatus illud aſſumere, *d.l.facta*, §.*ſi ſub conditione ad Trebell.* ibi: *Non enim infamoſis & turpibus nominibus hanc conditionem exigit prætor, l. ſed ſciendum* 7. *ad Trebell.* quia malum eſt habere malum

42 nomen, *c.*1. *de depoſito*, vbi de nomine Belial: ex nomine enim arguitur qualitas, *l. diuus in princip. de bonis damnat.* ibi: *Ex ipſo nomine apparet*, & *Regum* 25. habetur: *Quoniam ſecundum nomen ſuum ſtultus eſt*, & ex malo ſiniſtra ſuſpicio infertur, Benedict. *cap. Raynuntius, in princ. n.*54. dixi, *lib.* 2. *de capellan. capitul.* 4. *à num.* 135. in tantum quòd data paritaté inditiorum inter plures incipienda eſt tortura ab habente malum nomen, Gerar. de Petra ſancta *ſingul.*73.

43 Eſt ergo vtile habere bonum nomen. *Exod.*33. *n.*12. ibi: *Noui te ex nomine, & inueniſti gratiam coram me*, atque ita, quod non tenetur grauatus vti nomine viliſſimi hominis plebei, vel infamis, tradit Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 25. & Gregor. *verſ. contra honeſtidad, l.* 3. *tit.*4. *p.* Et appoſita conditione hæredi, vt filium naſciturum nomine teſtatoris appellet, ſi gemelli naſcantur, vterque debet vti eo nomine. Teſa *deciſion.*270. *num.*11.

Et licèt nomina ſint inuenta vt cognoſcantur homines, *l.ad recognoſcendos, Cod. de ingenuis manumiſſis*, §. *ſi quis in nomine, inſtitut. de legat.* tamen poteſt quis nomen mutare ſibi, modò ſine fraude id faciat, *leg.* 1. 44
*C. de mutat. nomin. l.*2. iuncta *gloſ.*1. *C. de numerariis, lib.*12. & ſic plures videmus in Sacramento Confirmationis mutare nomen proprium. Sed & in creatione Romani Pontificis, mutatur ipſius nomen, exemplo 45
Chriſti Domini, qui conſtituendo Simonem caput Eccleſiæ, mutauit eius nomen, vocando eum Petrum, vt conſtat Matthæi 16. *n.*17. & 18. & diximus *ſup. n.*27. Nam cùm ſummus Pontifex gerat vices Dei, videtur iam non purus homo, *gloſſ. verb. Bonifacius, in proœmio ſexti libri Decretal.* & tradit Hieronymus Gonçal. *de alternatiuis, gloſſ.* 1. *n.* 44. vbi id fieri ait, quia ex ſubdito efficitur ſuperior omnis creaturæ.

Sed & ſi quis fraude ſibi mutaſſet nomen, tenetur pœna falſi, *l.falſi nominis, Cod. de falſis.* Et quando fit 46
cauſa fraudandi portagia, vel alia tributa, *l.*14. *tit.*18. *lib.* 6. *recopilat.* non excuſabitur, ſi dicat ſe erraſſe, quia non eſt veriſimile in ſuum nomen quemquam erraſſe, *l.fin in fine, Cod. de hæred. inſtituend.* Et ſi aliquis

aſſumit

47 aſſumit alterius nomen, punitur. Menoch. *de arbitrariis, caſu* 318. *n.* 19. Vel ſi aliquis vocetur Licentiatus
48 Magiſter, ſeu Doctor, cùm non ſit tali gradu decoratus. *l.* 5. *in fine, tit.* 7. *lib.* 5. *recop.* vbi diſponitur, id procede-
49 re licèt non in reſcripto Principis eo gradu nominetur, quidquid dictæ legis quintæ oblitus tenuerit Bobadilla in Politica, *lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 31. Et quod magis eſt, vt non ſufficiat quod fiat nominatio in reſcripto ex certa ſcientia, text. eſt *in Clement. fin. in fin. de ſententia excommunicat. in illis verbis: Similiter quoque, ſi quem ſub titulo cuiuſlibet dignitatis, ex certa etiam ſcientia, verbo, conſtitutione, vel literis nominet, honoret, ſeu quouis alio modo tractet, per hoc in dignitate illa ipſum approbare non intelligitur, aut quidquam tribuere noui iuris.*

Sed textum dictæ Clementinæ in-
50 tellige in caſu quo loquitur, nempe in beneficialibus, in quibus illud ſpeciale eſt, propter intruſiones, & inſufficientes titulos, quibus aliqui ſolent in detrimentum animæ, retinere beneficia Eccleſiaſtica, cùm non poſſint ſine inſtitutione Canonica. Regula beneficium, *de regul. iur. lib.* 6. & ita ſpeciali fauore animæ & beneficiorum, & odium intruſorum, inductum fuit, vt tradit Cardin. *dict. Clem. fin.* 2. *oppoſition.* & Bonif. Vitalin. ibi, *num.* 88. In aliis autem caſibus nominatio Principis ex certa ſcientia, tribuit ius, *l. idem Vlpian.* §. 1. ibi: *Ex reſcripto Imperatoris ſcientia*, de excuſationibus tutorum, *l. quidam conſulebant, de re iudic.* & conducit text. *in* §. *vltim. de adoption.* vbi ſi ille qui poteſt dare libertatem ſeruo, nominet eum filium, liberum facit, & ſic ſi Princeps ex certa ſcientia nominauerit ciuitatem, vel colle- 51
gium, ſufficit vt pro talibus habeantur, Paul. Caſtrenſ. *conſil.* 107. *vol.* 2. ſequitur Tiber. Decian. *conſ.* 21. *n.* 18. *volum.* 1. *additionator* Bart. *l.* 1. §. *pue* 52
autem, litera E. de noui operis nuntiatione. Sic ſi Papa illegitimum ordinauerit ex certa ſcientia, videtur eum habilitare, & diſpenſare ad ordines: ex multis tradit Gratianus *cap.* 218. *num.* 19.

Et licèt propriè nominatus dicatur, qui nomine proprio nominatur: 53
tamen quando appellatiuum nomen vni ſoli congruit, nec poteſt in alio verificari, ſi eo quis nominetur: habetur, ac ſi nomine proprio fuiſſet nominatus, *l.* 2. vbi Doctores, *de liberis, & poſthum.* §. 1. *inſtit. de exhared. liberor.* Simon de Prætis *de interpretat. vltimar. voluntat. lib.* 3. *dubitat.* 4. *ſolut.* 1. *num.* 6. Et dicitur appellatiuum, nomen naturale, vt fi- 54
lius, pater, & mater, & auus, Alexand. *conſ.* 60. *num.* 15. *verſic. ex prædictis, lib.* 2. *& conſ.* 144. *lib.* 7. *n.* 4. ſequitur Tuſchus littera L. *concl.* 52. *n.* 1. Et ſicut per verba idem importantia, licèt non ſint ſpecifica, *l. cer-* 55
tum eſt, ſi certum petatur, l. quoties 9. §. *ſi quis, de hæredibus inſtituendis, l. nominatum. de manumiſſ. teſtamento,* Cacheranus *deciſ.* 129. *num.* 13. Pariſ. *conſil.* 2. *num.* 52. *volum.* 3. Ruynus *conſil.* 134. *num.* 24. Neuizanis *conſil.* 2. *num.* 45. & ex gloſſa, *verb. nominatim, in principio, cap. conſtitutionem, de ſententia excommunicationis, lib.* 6. *ita fit*, vt nominatim dicatur vocatus, ſiue nomine proprio, ſiue appellatiuo ei ſoli conuenienti, *l. Titius* 25. *in princip. de liber. & poſthum.* Gratus *conſ.* 5. *num.* 6. *volum.* 1. non tamen cenſentur nominati eorum

tum hæredes, Beroius *conſil.* 94. *à num.* 10. *vol.* 2. licèt cenſeatur eadem perſona cum defuncto, vt diximus.

Et ſic grauamen iniunctum aliqui-
56 bus nomine proprio, ad liberos non extenditur. Aymon. *conſ.* 98. *num.* 7. Curtius Iunior *conſ.* 57. *num.* 2. & *conſil.* 58. *num.* 2. & 3. Nata *conſil.* 551. Romanus *conſil.* 438. *n.* 14. Burſat. *conſil.* 51. *n.* 12. Simon de Pretis *de interpretatione vltimarum voluntat. lib.* 3. *interpretat.* 3. *dubitat.* 4. *ſolut.* 1. *num.* 39. *Capit. deciſion.* 108. *num.* 2. quos ſequitur Caſanate *conſil.* 4. *num.* 141.

57 Sed vt nomen proprium vel appellatiuum inſpicere debeamus, attenditur notitia diſponentis: nam ſi de ea non appareat ſtatur appellatiuo, ſeu demonſtratiuo, *l. penult. de rebus dubiis.* Bartol. *l. ſi quis in fundi vocabulo, num.* 6. *de legat.* 1. ex quo notat Simon de Pretis, *de interp. vltimarum voluntat. lib.* 3. *dub.* 4. *ſolut.* 1. *num.* 8. *pag. mihi* 196. commodius aliquando eſſe, quem pronuntiare
58 nomine appellatiuo, quia poſſunt eſſe duo eiuſdem nominis proprij, & cauſare incertitudinem, vt *in l. duo ſunt Titij, de teſtamentaria tutela, & l. ſi fuerit de rebus dubiis.* Communiter autem vtilius eſt nominatum eſſe nomine proprio quam appellatiuo: quia præfertur aliis, per *l. cum ita legatur, §. in fideicommiſſo, de legat.* 2. Curt. Iun. *conſ.* 52. *n.* 3. Sim. de Pretis *vbi ſupr. num.* 11.

59 Ad probandum identitatem perſonæ requiritur nomen, & cognomen, Aym. *conſ.* 169. *num.* 4. Ciuilia autem nomina dicuntur, id eſt, de iure ciuili, vt coniunctus, affinis, & ſimilia. Alex. *conſ.* 60. *num.* 15. *lib.* 2. & Tuſch. *vbi ſupr.* Et de vſu nomi-
num, & cognominum, vide Conanum 60
commentar. iuris ciuilis, lib. 2. *cap.* 11. *vbi latè.* Natus autem alendus eſt à matre intra triennium, & poſt id tempus à patre, *l. nec filium, Cod. de patria poteſt. cap. fin. de conuerſ. infidelium, gloſſ. verb. materna, l. alimenta, Cod. de negotiis geſtis.* Sed ſi illegitimus, etiam tranſacto triennio, debet ali ab vtroque parente. Panormitan. *cap. cùm haberet, n.* 9. de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulter. Gregor. *gloſſ.* 1. *l.* 2. *tit.* 19. *part.* 4. Lara, *l. ſi quis à liberis, §. ſi mater, n.* 5. *de liberis agnoſcend.* Et ſi mulier innupta pariens non oſtendat patrem nati, ipſa tenetur alere partum, Alexand. *conſ.* 157. *volum.* 5. Theſaur. *deciſ.* 3. *num.* 4. Si tamen
mater ſit nobilis, cui indecens, & de- 61
decus eſſet, lactare, ſecundùm regionis conſuetudinem, vbi nati à nobilibus, traduntur nutricibus, etiam intra triennium non tenetur alere. Bart. *tract. de aliment. num.* 13. Azo. *in ſumma, de patria poteſt.* Cacialup. *l. ſi qua illuſtris, num.* 92. *Cod. ad orificianum,* Conarr. *de ſponſ.* 2. *part. c.* 8. §. 6. *num.* 13. Dicit communem Lara; *l. ſi quis à liberis, §. ſi mater, n.* 7. & 8. *in fin.* vbi quod eo caſu ad patrem tranſit onus alendi. Petr. Surd. *de alim. tit.* 7. *quæſt.* 9. *num.* 26. vbi etiam de ſpurio loquitur, & Roland. *conſ.* 14. *num.* 52. *lib.* 3. & *conſil.* 54. *num.* 8. *lib.* 2. vbi in vidua nobili tenet, hæredes mariti præſtare debere filio naturali duas vncias hæreditatis pro alimentis.

Sed etſi mater ſit inops, vel ita
pauper, vt pro ſuo victu oporteat 62
manibus operari, lactare non tenetur; imò onus alendi erit patris: ita Bald. *l. alimenta, num.* 2. *Cod. de negotiis*

tis geſtis. Roxas *de ſucceſſionib. c.* 22. *num.* 13. Plures refert Lara, *l. ſi quis*
63 *à liberis*, §. *ſi mater, num.* 5. Vincent. de Franch. *deciſ.* 336. *num.* 4. *verſic. dubitatum fuit*. Et ratio eſt, quia mater potiùs tenetur ſibi prouidere, quàm filiis, ex benè ordinata charitate, quæ incipit à ſeipſa, *l. Præſes prouinciæ, Cod. de ſeruitutibus & aqua*. Pro quo eſt *gloſſ. penult. in d. l. ſi quis à liberis*, §. *fin. de liberis agnoſcendis*, vbi libertus potius debet ſe alere, quàm patronum; nec redarguendus eſt, qui ſe plus altero diligit, Aym. *conſ.* 9. *num.* 16. Ameſcua *de poteſt. in ſeipſum, cap.* 6. *n.* 4.

64 Nec pater, in quem tranſit onus alendi, ob matris inopiam debet conqueri de lege æquali; nam ſi ipſe ſit pauper, mater verò diues, ipſa tenebitur alere filium, etiam poſt triennium argumento textus *in d. l. ſi quis à liberis*, §. *vtrum autem. verſ. Ergo & matrem cogemus*. Dicit communem opinionem Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 3. ibi: *Non teneatur filium vltra triennium alere, niſi in ſubſidium*. Plures refert Lara, *d.* §. *ſi mater, n.* 10. Conarr. *vbi ſupr.* Anton. de Padilla, *authent. res quæ, num.* 60. *Cod. communia de leg.*

65 Et idem quod de inope, dicemus de matre inope lactis, quia eius vbera ſucco careant, quare non ſint lactanea: vt tradit Azor *in ſumma tit. de patria poteſt.* Gregor. *gloſſ.* 1. *l.* 3. *tit.* 19. *part.* 4. Lara, *d.* §. *ſi mater. n.* 6. quia difficultas excuſat matrem, *l.* 3. *Cod. de inoffic. teſtam. cap. breui ſciſcitatus, de iureiurand.* quia nemo dat quod non habet: & ſic patris impenſa à nutrice alendus eſt: & quales
66 les debeant eſſe nutrices, & de earum qualitatibus habetur, *l.* 11. *tit.* 7. *p.* 2. *Perez de Lara de vita Hom.*

Quòd ſi ambo parentes ita egeni 67 ſint & inopes, vt nequeant filium alere, à republica eſt alendus, *l.* 1. §. *generaliter*, de ventre in poſſeſſionem mittendo, ibi: *Partus iſte alendus eſt, quia non tantùm parenti, cuius eſſe dicitur, verùm etiam reipublicæ naſcitur, &c.* Cicero *in oratione aduerſus Verrem*, ait: *Suſceperas enim liberos non ſolùm tibi, ſed patriæ*, & dixi *lib.* 1. *de anniuerſariis, cap.* 21. *à num.* 1. & *n.* 73. *cum ſequentibus*. Et cùm expoſitus & orbus ſit à republica alendus, vt tradit Bobadilla in ſua politica, *lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 58. & Auendañ. *lib.* 2. *de exequend. mandat. cap.* 10. *n.* 29. vbi quòd ad eos alendos debet fieri mutuum de bonis communibus: & idem eſt, non habere parentes, vel habere inutiles, *l. fin. iuncta gloſſ. verb. orbitantes, Cod. ad l. fl. uiam de plagiariis*, quam dicit ſingularem Alexand. 68 *conſ.* 104. *num.* 4. *volum.* 1. & Iaſon. *l. fin. num.* 3. *de officio eius*, cui mandata eſt iuriſdictio, & dixi *lib.* 1. *de anniuerſariis, cap.* 21. *num.* 33. *& n.* 71. *cum ſequentibus*, ex quo ſequitur à republica eſſe alendos: patria enim paternum officium gerere tenetur; nam parentes & patria iudicantur à pari, *l. veluti, ff. de iuſt. & iur.* ſi tamen natus ſit diues, & ob id contendant cognati de eius educatione apud ſe faciendam, ſuper quo ſolet litigari, vide quæ dico infrà *cap.* 19. *de pupilli educatione.*

Sed quia infante nato, parentes, 69 vel alij ſolent conſulere Aſtrologos ſuper planetarum, ſignorum, & ſtellarum aſpectibus & conformationibus, vt prædicent futura contingentia nati, velim, omnes Chriſti fideles admonitos eſſe, vana eſſe, ac omninò cauenda & reiicienda talia iu-

T dicia,

dicia, vt Chriſtianæ Religioni contraria; occulta enim & incognita Deo ſunt relinquenda, dicit text. *in cap conſuluiſti, 2.quaſt. 4.* & habetur *Iſaia 46. num. 9. Ego ſum Deus, & non eſt vltra Deus, nec eſt ſimilis mei, annuntians ab exordio nouiſſimum, & ab initio, quæ nondum facta ſunt.* Et nota, quòd priùs dicit Dominus: *Ego Deus*, vt diceret: *Et non eſt ſimilis mei, annuntians ab exordio nouiſſimum,* vt cognoſcamus, ſoli Deo id competere: atque ita per eundem Iſaiam, *cap. 41. num. 23.* legitur: *Annuntiate nobis quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus quod dij eſtis vos.*

Homini autem incognitum eſt futurum; nam vt dicitur Eccleſiaſtes 10. *num* 14. *Ignorat homo quid ante ſe fuerit; & quid poſt ſe futurum ſit, quis ei poterit indicare? Et Sapient. 9. n. 16. Quæ in proſpectu ſunt, inuenimus cum labore, quæ autem in cælis ſunt, quis inueſtigauit.*

Nec futura hominis contingentia ex aſtris pendent, ſed ex prouidentia Dei, dicente Apoſtolo, *Quoniam ex ipſo & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, ad Roman. 11. in fine, & Actorum 17. n.* 28. Nec ſtante libero arbi rio, aſtra poſſunt homines ad actus cogere. *Et Geneſ. 4. num. 7. habetur; Nonne, ſi bene egeris, recipies, ſi autem malè, ſtatim in foribus peccatum tuum aderit: Sed ſub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.*

Et ſic iure Diuino, Canonico, Ciuili, & Regio, tales iudiciarij Aſtrologi damnantur, *Deuteron.* 18. *n.* 11. ibi: *Neque qui pythones conſulat, nec diuinos. Ierem. 10. num. 3. A ſignis cæli nolite timere, quæ timent Gentes, & 4. Reg. 23. num. 24. de ſancto Rege Ioſia* legitur Pythones & Ariolos abſtuliſſe: & ſtatim *num. 25.* ſubdit Scriptura: *Similis non fuit ante eum Rex, qui reuerteretur ad Dominum in omni corde ſuo, neque poſt eum ſurrexit ſimilis ſibi,* & text. *in cap. illud 26. q. 2. c. igitur 26. q. 3. & c. nec mirum 26. q. 5. & in c. 2. de ſortilegiis, l. item apud Labeonem, §. ſi quis Aſtrologos de iniuriis, l. 2. Cod. de maledic. & l. Mathematicos, de Epiſcopal. audien. l. 1. tit. 27. part. 3. l. 5. tit. 1. lib. 8. recop.* ibi: *E los que vſan de Aſtrologia, è aquellos que los creen, deuen ſer reputados por hereges.*

Auguſtinus *lib. 5. de Ciuitate Dei, ex cap. 1. vſque ad* 8. Chryſoſtomus *in Geneſ. homil. 5. & 6.* Sanctus Ambroſ. *lib. 4. Hexamer. cap.* 4. S. Thomas 2.2. *quaſt. 95. artic.* 5. Martinus Delrius *lib. 4. de magia, cap. 3. quaſt.* 1. Suar. *lib. 1. de Religione, c.* 11. Thomas Sanch. *in ſumma, 1. tom. lib. 2. cap. 38. à n.* 33. Raphaël *de la Torre, tom. 2. de vitiis oppoſitis religioni, q. 96. art.* 5. Farinac. *quaſt. 10. à num.* 112. Durand. *lib. 2. de ritibus Eccleſia, c. 9. num.* 18. Plures refert Franciſc. Torreblanca *in epitome delictorum, cap. 6. num. 51. & ſeqq.*

Sed & ſancta Dei Eccleſia id canit ſecunda die infra octauam Epiphaniæ, ex homilia decima ſancti
Gregorij in Euangelia, & recitatur 69
lect. 8. *&* 9. Et licèt omnia iudicia aſtrorum damnanda non ſint, ex quo ſi aliquis iudiciis vtatur aſtrorum ad cognoſcendum corporales effectus,
vt tempeſtatem, ſerenitatem aëris 70
ſanitatem, vel infirmitatem corporis, vbertatem & ſterilitatem frugum, vel ad nauigandum, ſeu ſeminandum, non peccabit. Ita Sanct. Thomas, *opuſculo 26.* Sed hoc omninò tenere oportet, quòd voluntas hominis

nis

nis non eſt ſubiecta neceſſitati aſtrorum; alioquin, vt Sanctus inquit, periret liberum arbitrium, quo ſublato, non deputarentur homini neque bona opera ad meritum, neque mala ad culpam ; ideoque pro certo tenen-
71 dum eſt, graue eſſe peccatum, vti iudiciis aſtrorum circa ea quæ ab hominis voluntate dependent.

CAPVT XIV.

De infante, & quando incipiat, & finiatur infantia: & an infantes poßint acquirere ſine tutore, & admittere poſſeſſionem in eos tranſlatam miniſterio legis: & qualiter debeant adire hæreditatem, & bonorum poſſeſſionem petere: & an hodie ſit differentia hæredis, & bonorum poßeſſoris ſui, & emancipati: & an ſuitas habeat effectus: & quid in Clericis, vel Monachis liberatis à patria poteſtate: & quod filij Regum vocentur Infantes, etiam illegitimi.

SVMMARIVM.

1. *Infans dicitur non fans, ſeu loquens, vel impos fandi, ſeu loquendi.*
2. *Infans dicitur exiſtens in vtero.*
3. *Infans dicitur naſcendo.*
4. *Infantia dicitur à natiuitate, & propriè infantia à natiuitate incipit.*
5. *Infans appellatur anniculus.*
6. *Infantia durat vſque ad ſeptem annos completos.*
7. *Infans vſque ad ſeptem annos, nec rationabiliter, nec cum iudicio fatur.*
8. *Infantes dicuntur ſenſu carere, & non habere intellectum, & non multum à furioſo diſtare.*
9. *Infantes in iure furioſis æquiparantur.*
10. *Furioſus nullum negotium gerere poteſt, licèt fari poſſit: infantes autem cum tutore poſſunt.*
11. *Infans etiam ſine tutore habet acquiſitionem rerum modicarum, ſuæ notitiæ, & affectui congruentem.*
12. *Infantis etſi nullum iudicium ſit, mente tamen integer eſt, & habet affectum tenendi, ſi aliquid ei in manu ponas.*
13. *Expenditur*, l. donatarum 3. Cod. de acquirend. poſſeſſ. *& agitur de eius intellectu, & numeris ſequentibus.*
14. *Omiſſum in lege, ſumi debet ex aliis locis & iuribus, quæ mutata non apparent: & regula procedit in omnibus diſpoſitionibus, in legibus, ſtatutis, conſuetudinibus, teſtamentis, & contractibus, & in iudice & Principe.*
15. *Infanti quòd quæratur poſſeſſio tutore authore, non cadit in dubitationem, quia lege apertè ſcriptum eſt.*
16. L. donatarum, Cod. de acquir.

poſſeſſ.

poſſeſſ. loquitur in ſolo infante ſine tutore.

17 *Dictio* Nec *, includit copulam.*

18 *Poſſeſſio non dicitur vacua, quando miniſterio legis in aliquem transfertur ſine apprehenſione.*

19 *Succeſſor in maioratu ſi infans ſit, in eum transfertur poſſeſſio, ex* l. 45. Tauri.

20 *Infanti acquiritur poſſeſſio, ſi ei ſit tradita, ſi infans ſit alicuius intellectus.*

21 *In rebus infantium, & pupillorum non eſt vtendum ſubtilitate, ne ſubtilitas in eorum perniciem conuertatur.*

22 *Infanti faciliùs conceditur poſſeſſionis acquiſitio, in qua ſolus affectus ſufficit quam ſtipulandi poteſtas, in qua rationabilitas deſideratur.*

23 *Vtilitatis cauſa receptum eſt, infantem ſtipulari poſſe.*

24 *Infans amittere non poteſt poſſeſſionem in eum tranſlatam miniſterio legis.*

25 *Hæreditatis aditio cùm conſiſtat in animo, non permittitur infanti, ſed patri, in cuius eſt poteſtate, poterit adire, & bonorum poſſeſſionem petere.*

26 *Ponitur differentia hæreditatis, & bonorum poſſeſſionis: bonorum poſſeſſio eget petitione, & poteſt peti per procuratorem: aditio autem hæreditatis cùm conſiſtat in nuda voluntate, non poteſt fieri per procuratorem, & quare.*

27 *Bonorum poſſeſſores in omnibus loco hæredum habemur.*

28 *Statutum loquens de hærede, habet locum in bonorum poſſeſſore.*

29 *Prætor hæredem facere non poteſt de iure ciuili: ſecus de prætorio.*

30 *Filius emancipatus exhæredatus, cùm non poſſit adire, quia ei non eſt delata hæreditas, ei ſuccurritur ex quadam ficta aditione, & bonorum poſſeſſione cauſa litis agnoſcendæ.*

31 *In ſuis hæredibus non eſt neceſſaria præparatio ad querelam, quia non requiritur aditio: ſecus in emancipatis, & deſcendentibus à matre.*

32 *Filij emancipati, & deſcendentes à matre hodie reputantur vt ſui, nulla introducenda differentia, ſiue ex maſculorum, ſiue ex fœminarum prole deſcendant.*

33 *In impugnatione teſtamenti hodie eſt differentia ſui & mancipati, & in acquiſitione vſusfructus.*

34 *Exiſtens in poteſtate non poteſt vocare patrem in ius ſine venia: ſecus emancipatus.*

35 *Expenditur* l. 47. Tauri, *quà filij velati pro emancipatis habentur.*

36 *Deciſio* legis 47. Taur. *procedit quoad commoda filij, non autem quoad incommoda, quia non tollitur exiſtentia.*

37 *Clericus & Monachus, licèt ſint liberati à poteſtate, tamen quoad eorum commoda non tollitur exiſtentia.*

38 L. 45. Tauri, *intelligenda eſt in fauorabilibus, ſecus in præiudicialibus.*

39 *Totum qui dicit, nihil excipit.*

40 *Poſſeſſio bonorum præparatoria ad querelam, eſt intentanda intra annum, & poſtea querela intra quinquennium.*

41 *Intelligitur* l. ſi quis filia, C. de inoffic. teſtament. *vt procedat quia trāſfertur querela in deſcendentes.*

42 *Poſſeſſio*

42 *Poſſeſſio præparatoria ad querelam, ceſſat in infante.*

43 *Pater, qui poteſt pro infante adire hæreditatem cenſetur adire eo quod diſtribuat veſtes inter pauperes, vel retineat dotem.*

44 *Vt aditio patris teneat fundamentum, eſt infantia, & debet probare eius principium.*

45 *Infans olim hodie non præſumitur, quia tractu temporis mutatur infantia.*

46 *Principium ætatis infantiæ, ſi ignoratur, proceſſus eſt incertus.*

1 INfans dicitur, non fans, ſeu loquens Mandoſius *de minori ætate, cap. 3. num. 3.* vel impos fandi, ſeu loquendi: Lexicon, Simon. Schardi, *verbo, infans*, vel non fandi ætas ex facundo, Horat. *lib. 4. carmin.* tradit Montan. *de tutelis, cap. 5. num. 23.* & eſt textus *in l. infantis, C. qui admitti ad bonorum poſſeſſionem*, ibi: *Et ante-*
2 *quam loqueretur*, id eſt, poſſit fari, & *ſic in vtero exiſtens*, dicitur infans, Lucæ 1. *num. 44. Ecce enim vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis exultabit in gaudio infans in vtero meo*, ſed & naſcendo dicitur infans, *Ge-*
3 *neſ. 38. num. 27. Atque in ipſa effuſione infantium vnus protulit manum, l. cum pater, 30. de negot. geſt.* ibi: *Et quo ante naſceretur infans*, & dicitur
4 infantia à natiuitate, iuxta illud Ouidij Metamorph.

Editus in lucem iacet ſine viribus infans.

Et propriè loquendo à natiuitate incipere, dicit Mandoſ. *de minori ætate, num. 20. in fin.* & anniculus infans appellatur, *l. inter ſocerum, in princip.*
5 *de pactis dotalibus*. Duratque infantia vſque ad ſeptem annos, *l. ſi infanti, in princip. Cod. de iure deliberand. ſi* 6
infanti (inquit textus) *id eſt minori ſeptem annis*, vbi omnes gloſſ. *l. etiam infantem, de adoption.* vbi Corraſ. dicit communem opinionem, & idem *l. precibus, num. 26. Cod. de impuber. & aliis.* Couarr. *de ſponſalib. 1. part. cap. 2. num. 2.* Menoch. *de arbitrariis, lib. 2. cent. 1. caſu 57. à n. 7.* & per totum ſeptimum annum durare infantiam, eſt concors omnium Doctorum ſententia *in d. l. ſi infanti*, vt teſtatur Mandoſ. *de minor. ætate, c. 3. num. 3.* & id procedere tàm in mare, quàm in fœmina, dicit omnes tenere Montanus *de tutelis cap. 5. n. 23.* Et dicitur infans vſque ad ſeptem an- 7
nos, quia ante eam ætatem, nec rationabiliter, nec cum iudicio fatur, vt poſt Galiaulam, *l. 1. n. 16. de verbor. obligat.* & alios, tradit Cald. *l. ſi curatorem habens, verſ. cùm non abſimilis ei habeatur, num. 56. pag. 1072.* Sed & vltra ſeptennium in qualibet ætate appellantur Infantes filij Regum Hiſpaniæ, *l. 1. tit. 7. part. 2.* Sanctus Thom. *de regimine Princ. c. fin.* ait, ita nuncupari, ob vitæ innocentiam, quia non debent aliquem lædere: & loquitur de infantibus Hiſpaniæ; quod hodie mirificè adimplent noſtri Carol. & Ferdinandus, & ſic Pſalmiſta precatur *Pſalm. 71. num. 1. Deus iudicium tuum Regi da, & iuſtitiam tuam filio Regis.* Sic & filij Imperatoris vocantur Auguſti Tiraquel. *ſi vnquam in præfatione. num. 9.* Sed etſi non naturales, ſed ſpurij ſint concepti, cùm natura omnes æquales faciat, *l. hos accuſare, §. omnibus, verſ. ſed cum natura, ff. de accuſat.* & text. *in auth.* quibus modis naturales efficiantur legitimi, §. *ſi quis ergo*, vbi quod antequam ſcriptæ procederent

T 3 leges,

Digitized by Google

non erat differentia legitimi: & naturalis nunc ſic, ſi ius poſitiuum, quo impediuntur illegitimi, eſt ſub Principe, qui poteſt legitimare ſpurios, credendum eſt, affectu paterno Regis ab eo ſublatam eſſe notam ſpurietatis, *l. Aurelius* 19. §. *Titius teſtamento, de libe. lega.* Et licèt Bobadilla *in ſua Politic. lib.2.cap.16.num.166.* dicat, id nomen non conuenire filiis naturalibus Regis, ponderans legem Partitæ, qua id non probatur: contrarium eſt verum; nam veniunt appellatione filiorum, Hond. *conſ.95. num.57.* & gaudent parentis nobilitate, & ſunt de domo & familia, ſicut legitimi; vt diximus ſuprà *cap.7. num. 51.*

8 Et ij dicuntur infantes ſenſu carere, *l. quamuis 32. §. infans de acquirend. poſſeſ. in fin.* vbi nullus ſenſus infantis eſt; & non habere intellectum, dicit text. *in l. in ſponſalib.14. de ſponſalibus*, ibi: *Si modo id fieri ab vtraque perſona intelligitur, id eſt, ſi non ſint minores quam ſeptem annorum, l.1. §. ſufficit, de adminiſtration. tutor. §. pupillus, Inſtitut. de inutilibus ſtipulation.* ibi: *Sed quod diximus de pupillis, verum eſt de his, qui iam habent aliquem intellectum: nam infans & qui infantiæ proximus eſt, non multum à furioſo diſtant*, quia huiuſmodi ætatis pupilli nullum habent intellectum.

9 Et quod dicit textus non multum à furioſo differre, habetur, *l.1. §. furioſum, de actionibus, & obligationib.* vbi quod furioſo proximus eſt, & ſic infantes in iure furioſis æquiparantur, *l. vtique 4. de in ius vocand. l. ergo in fin.* ex quibus cauſis maior, *l.2. de condict. furtiua, l. infans, vel furioſus ad l. Corn. de ſicariis, Clem. ſi furioſus, de homicidio*, quia tamen non per omnia infans furioſo eſt ſimilis, quoniam furioſus nullum negotium 10
gerere poteſt, qui autem fari poſſunt quamuis actum rei non intelligant tutore auctore poſſunt, ex *d. §. furioſum, vbi gloſſ. verb. poſſe.* Et ſic hæ- 11
reditatem acquirere cum tutoris authoritate, vt *in l. pupillus ſi fari 9. de acquirend. hæred.* & etiam ſine tutore cum iudicis auctoritate, *l. pupillus ſi fari, ff. de acquir. hæred.* & etiam ſine tutore cum iudicis auctoritate, *l. ſi infanti, in fin. Cod. de iur. deliber.* Sed & infans ſolus habet acquiſitionem naturalem rerum modicarum ſuæ notitiæ, & affectui congruentium quibus cognoſcitur habere affectum te- 12
nendi Monta. *de tutel. cap.5. num.28. in fin.* nam etſi nullum iudicium ſit infantis mente tamen integer eſt, & aliquam in eo tenendi affectionem eſſe conſtat, ſi aliquid ei in manu ponat, & apprehendat, vt dicit Donel. *lib.5. cap.11. verſ. & in iocalibus, quæ infantes appetunt*, idem dicit Alexand. *l. reſtituta, § ſi pupillus, num.6. ad l. falcid.* & ad eundem modum aliqui Doctores intelligunt, *l. donatarum 3.* 13
Cod. de acquirend. poſſeſſ. quæ ſic ait, *donatarum rerum à quacumque perſona infanti, vacua poſſeſſio tradita corpore quæritur*, dicentes eam legem procedere in iocalibus, vt *gloſſ. fin. ibi in fine*, vbi Bart. & Salic. Iaſ. *l.1. §. adipiſcimur, num.17. ff. de acquirenda poſſeſſione.*

Alij autem dicunt procedere deciſionem, *l. donatarum*, ſi infanti quæratur poſſeſſio tutore auctore, ita gloſſa *ibi, verb. quæritur*, quæ ſententia fuit, Ioann. gloſſatoris antiqui, quem refert gloſſa, & eam ſequuntur ibi Cinus. Iacobus Butritar, Baldus,

dus, & Angel. & eis non relatis ſequitur Donel. *lib. 5. comment. iuris ciuilis, cap. 11. verſic. quare ſtatuens Decius*, & poſt eundem Decium Borcholtem, *de acquirend. poſſeſſ. cap. 3. num. 6.* & hoc ex eo, quod etſi lex non dicat acquiſitionem debere fieri
14 tutore auctore tanquam omiſſum debet ex aliis locis ſumi, quos mutatos eſſe non apparet, *ex regula l. præcipimus, in fin. Cod. de appellat. l. non eſt nouum cum duabus ſequentibus, de legibus*, quæ regula procedit in omnibus diſpoſitionibus, & legibus ſtatutis conſuetudinibus, in teſtamentis contractibus in iudice, & Principe, Tiraq. *de primog. quæſt. 40. num. 194.* Mieres *de maiorat. 3. p. q. 9. num. 20.* quia apertè diſpoſitum eſt infantem auctoritate tutoris, acquirere poſſeſſionem, *l. 1. §. 1. l. quamuis 32. §. infans, de acquir. poſſeſſ.*

Mieres autem *de maioratib. 1. part. cap. 41. num. 2.* ait, varios extitiſſe Doctores circa *l. donatarum*, intellectum, & valde laboraſſe ſuo videri, nullumque ex his ſatisfacere verbis illius legis, quæ generalia ſunt, & clarè docent, traditam poſſeſſionem vacuam infanti quæri animo & corpore: in quo ei aſſentior, concurrentibus tribus, de quibus in *d. l. donatarum*, nempè quod titulus ſit lucratiuus, quòd ei tradatur poſſeſſio, & quod infans ſit alicuius intellectus, Caldas Pereyra, *l. ſi curatorem, verſic. cùm non abſimilis, ex num. 51. ad 55.* diſſentior tamen, in quantum id nititur confirmare ex eo quòd pupillus, etiam ſine tutore, per ſe poteſt incipere poſſidere, ex *dict. l. 1. §. 1. verſic. Offilius, de acquir. poſſeſſion. & dict. l. quamuis, §. infans eodem tit.* nam dictæ leges loquuntur in pupillo qui intellectum habeat, ait enim text. *in d. §. Offilius. Si eius ætatis ſint, vt intellectum capiant*, & *§. infans*, dicit receptum eſſe vtilitatis cauſa, vt ſuppleatur iudicium infantis auctoritate tutoris, cùm nullus ſenſus infantis ſit accipiendi poſſeſſionem: & ſtatim ſubdit, *Pupillus tamen, etiam ſine tutoris auctoritate poſſeſſionem nanciſci poteſt.*

Sed & plures intellectus refert Nicolaus de Paſeribus *in lib. qui intitulatur Conciliatio legum in iure ciuili contrariarum, pag. 658. in conciliatione dictæ legis donatarum, cum lege 1. §. adipiſcimur, & l. quamuis, §. infans, de acquir. poſſeſſion. pag. mihi 86.* & cùm reprobet omnes, tandem relinquit cogitandum. Quare reiectis aliis interpretationibus traditis per gloſſam *l. donatarum*, teneo loqui & habere locum in infante ſine tutore, & quod falluntur gloſſa & alij eius ſententiam ſequentes, & Donel. & Borcholtem: nam poſtquam dicta *lex 3. in princip.* dixerit: *Donatarum rerum à quacumque perſona infanti vacua poſſeſſio tradita corpore quæritur*, ſtatim ſubdit, *quamuis enim ſint authorum ſententiæ diſſentientes, &c.*

In eo autem, quòd infanti tutore auctore quæratur poſſeſſio, nulla eſt diſſentio, ſiquidem diſcretè ſcriptum eſt, *l. 1. §. 1. l. quamuis, §. infans. de acquir. poſſ.* non ergo loquitur de acquiſitione cum tutore. Et quòd loquatur textus in ſolo infante ſine tutore, tenet Angel. *de meliorationib. l. 1. gloſſ. 8. num. 29.* quod ea lege manifeſtè apparet, cùm lex dicat poſtea, *Alioquin ſicuti conſultiſſimi viri Papiniani reſponſo continetur, nec quidem per tutorem poſſeſſio infanti poterit acquiri*, ex vi dictionis 15 16

dictionis

17 dictionis (nec) quæ includit copu-
lam, cuius effectus eſt, quòd ponatur
diuerſitas in facto, *gloſſ. penult. l. qui-
dam* 30. *de vulgar.* & quòd ea dictio
includat copulam, probatur, *l. ſi quis
ita ſtipulatus* 129. *de verborum obli-
gat.* ibi: *Si nec nauis venerit, nec Ti-
tius Conſul factus ſit, exigendum erit,
vt neutrum factum ſit*: ſequitur ergo,
legem diſpoſuiſſe eo caſu, quo infans
tutorem non habeat, vt ſentit Mier.
vbi ſuprà, ea enim lex voluit fauere
infantis imbecillitati, qui etſi plenum
affectum non habeat, in dies auge-
tur: atque ita inquit textus conſul-
tius eſſe, interim corpore poſſeſſio-
18 nem quæri infanti, cui poſſeſſio va-
cua tradita eſt, & iam non erit va-
cua: vt non dicitur, quando miniſte-
rio legis in aliquem transfertur ſine
apprehenſione. Alex. Raudenſ. *con-
ſil.* 12. *n.* 3. *&* 4. *volum.* 1. & ita Mie-
res *de maiorat.* 1. *part. quæſt.* 21. *n.* 2.
19 tenet, quòd ſi ſucceſſor in maioratu
ſit infans, in eum transfertur poſſeſ-
ſio miniſterio *l.* 45. *Taur.* & Tiraq.
tract. de morte, 2. *part. declarat.* 16.
teſtatur, antiquiſſimum Franciæ vſum
obtinuiſſe, quòd transferatur poſſeſ-
ſio in hæredem infantem abſque ap-
prehenſione. Et vt à lege ſuppletur
apprehenſio, poteſt ſuppleri affectus
plenus: quod videtur diſponere *dict.
l. donatarum*, ibi: *Licèt animi plenus
non fuiſſet affectus, poſſeſſionem per tra-
ditionem eſſe quæſitam*, & conducit
l. raptores 53. *de Epiſcop. & Cleric.*
ibi: *Plenam poſſeſſionem earundem re-
20 rum noſtro habeant beneficio.* Itaque
cùm habeant aliquem effectum, etſi
non plenum; & eis poſſeſſio trada-
tur titulo lucratiuo, vult lex ſufficere.
Et in hanc ſententiam videtur incli-
nare Cald. *l. ſi curatorem habens, verſ.
non abſimilis, num.* 54. *&* 55. ſequen-
do Guillelmum, qui vult tribus con-
currentibus acquiri infanti ſine tuto-
re: Quod titulus ſit lucratiuus; quod
infans ſit alicuius intellectus, licèt
non pleni; & quòd ei poſſeſſio tra-
datur: atque ita intelligit Riminald.
§. fin. num. 26. *inſtit.* quibus alienare
licet, vel non. Nec ad eam acquiſi- 21
tionem debemus plenum ſenſum ex-
pectare; non enim in rebus pupillo-
rum tali vtendum eſt ſubtilitate, vt
ſubtilitas in eorum perniciem reuer-
tatur, vt inquit Iuſtinian. *l. ſancimus,
in princip. Cod. ad Trebell.* Faciliùs 22
enim infanti conceditur poſſeſſionis
acquiſitio, in qua ſolus affectus ſuffi-
cit, quam ſtipulandi poteſtas, in qua
vox, & rationabilitas deſideratur, vt
docet Alciat. *l.* 1. *num.* 34. *de verbor.
obligat.* Caldas, *l. ſi curatorem habens:
verb. cum non abſimilis ei habeatur*,
n. 56. *in fin. pag. mihi* 1072.

Sed & vtilitatis cauſa receptum eſt 23
ſtipulari poſſe, *l. ſeruum, rem pupil.*
ſaluam fore, ibi: *Nam etſi præſens ſit,
& fari poſſit, etiamſi eius ætatis ſit, vt
non intelligat quid agat: tamen propter
vtilitatem receptum eſt, eum ſtipulari
& agere, de quo infrà cap.* 5.

Admittere tamen infans non po- 24
terit poſſeſſionem miniſterio legis in
eum tranſlatam, tradit Mier. *de maio-
ratibus*, 3. *p. q.* 6. *num.* 23. ex quo non
poteſt amitti ſine animo & corpore,
*l. quemadmodum, de acquirenda poſ-
ſeſſione, l.* 3. *§. in amittenda, l. licèt
eodem tit.*

Hæreditatis autem aditio cùm con- 25
ſiſtat in animo, *l. gerit pro hærede, de
acquir. hæredit. l. non hoc, Cod. vnde
legitimi*, & infans ob id nequeat adi-
re, Imperatorum beneficio introdu-
ctum eſt, vt pater in cuius ſit pote-
ſtate,

ſtate, vel tutor, poſſint adire, & bonorum poſſeſſionem petere *l. ſi infanti, C. de iur. delib. & l. 3. tit. 6. p. 6.*

26 Sed quia dixit lex, adire, & bonorum poſſeſſionem petere, licèt idem cenſeatur, vt mox dicetur; priùs tamen aduerte differentiam hæreditatis, & bonorum poſſeſſionis, quòd cum bonorum poſſeſſio egeat petitione poteſt per procuratorem agnoſci, *l. 3. §. acquirere, de bonor. poſſeſ.* aditio autem hæreditatis cùm conſiſtat in nuda voluntate, nec ſit in operâ, *l. aditio 45. in princ. de acquirend. hæred. §. vltim. de hæred. qualit. & differen.* nequit fieri per procuratorem, *l. per procuratorem 89. de acquir. hered.* ita tradit gloſſa *verb. per alium, d. l. 3. §. acquirere,* & Donel. *lib. 7. comment. cap. 9. verſ. his perſonis,* nam cum quis conſtituit procuratorem, iam declarat ſe velle adire, & pro eo aditio fit.

27 In omnibus autem bonorum poſſeſſores vice hæredum habentur, *l. 2. de bonorum poſſeſſion.* ita vt ſtatutum loquens de hærede, habeat locum in
28 bonorum poſſeſſore. Tiber. *conſ. 11. num. 152. vol. 1.* Et ne obſtet textus *in §. quos autem, inſtitut. de bonorum*
29 *poſſeſſionib.* ibi: *Nam prætor hæredem facere non poteſt,* reſponde, verum eſſe de iure ciuili: ſecus de prætorio. Fachin. *lib. 5. controuerſ. cap. 72.* Et ſic cùm ad querelam inofficioſi, quæ eſt
30 de iure ciuili, requiratur aditio hæreditatis, & emancipatus exhæredatus non poſſit adire hæreditatem, quæ ei non eſt delata, vel relicta, ſuccurritur ei quadam ficta aditione, cauſata ex bonorum poſſeſſione; & ea eſt, quòd ante ordinationem litis petat bonorum poſſeſſionem, quæ dicitur cauſa litis agnoſcendæ, *l. Papinianus, §. 1. de inofficioſo teſtament. l. 2. Cod. eodem titulo,* vbi *gloſſa prima,* & tradit Valdes ad Suarez, *l. quoniam, ampliatione 10. numero 53. verſic. ſecundum principium, pag. 51.*

Sed quòd infans non egeat hac 31
aditione litis agnoſcendæ cauſa, infrà dicetur. Et quamuis in ſuis hæredibus non ſit neceſſaria hæc præparatio ad querelam, quia non requiritur aditio, ex quo in eis continuatur dominium, *l. in ſuis, de liberis & poſthumis;* tamen in emancipatis & deſcendentibus à matre, magis communiter tenetur, eſſe neceſſariam præparationem, Iaſ. *l. 2. Cod. de inofficioſ. teſtament. & l. fin. Cod. de bonorum poſſeſſion.* Couarruu. *cap. Raynuntius, num. 6. in princip. de teſtam. & regula poſſeſſor. 2. part. §. 5. num. 3.* Valdes ad Suar. *l. quoniam, ampliatione decima, num. 53. pagina mihi, 52.* 32

Et licèt tales filij emancipati, & deſcendentes à matre, hodie reputentur vt ſui, *l. meminimus, Cod. de legit. hæred. l. maximum vitium, C. de liberis præterit. authent. de hæredibus ab inteſtato venientibus, in fine principij,* ibi: *Nulla introducenda differentia, ſiue maſculi, ſiue fœmina, & ſeu ex maſculorum, ſeu fœminarum prole deſcendant, ſiue ſuæ poteſtatis, ſiue ſub poteſtate ſint conſtituti,* tamen vt tradit Bartolus, *l. 1. à num. 3. de coniungend. cum emancipato liberis,* eorum iurium diſpoſitio procedit & habet locum in ſucceſſionibus ab inteſtato, & non ex teſtamento, Anton. Gom. *1. tom. cap. 11. n. 34. verſicul. ex* 33
quo ſubtiliter deducitur & infertur, & ſic hodie in impugnatione teſtamenti, eſt differentia ſui & emancipati, & in aliis multis, vt in acquiſi-

Digitized by Google

tione vſufructus bonorum aduenti-
tiorum, & maternorum filij, quæ
non acquiruntur parenti per emanci-
patum: & in vocando patrem in ius,
quod nequit facere exiſtens in po-
teſtate, cum poſſit emancipatus:
34 quos caſus ponit gloſſa *verbo, venien-*
tem, l. ſi emancipati, Cod. de collat. in
impugnatione teſtamenti communiter
recepta. Alciatus *l. ſi filij* 7. *num.* 10.
de liber. & poſthum. Valdes ad Suar.
l. quoniam, ampliatione 10. *num.* 53.
vbi id expedit ad declarationem *le-*
gis 47. *Tauri*, qua filij velati haben-
35 tur pro emancipatis, vt ad querelam
teneantur vti præparatione bonorum
poſſeſſionis cauſa litis agnoſcendæ.
Sed de hac doctrina Valdeſij poteſt
dubitari; nam diſpoſitio dictæ *le-*
gis 47. *Tauri*, procedit quoad com-
moda filij: non autem quoad eius in-
36 commoda: atque ita quod in eo non
tollatur exiſtentia ſui hæredis, tradit
Mieres *de maioratibus* 4. *p. quæſt.* 1.
limit. 1. *num.* 5. vbi quòd idem in
clerico & in monacho, in quo licet
37 per dignitatem ſacerdotalem libere-
tur à patria poteſtate, tamen quoad
eius commoda non tollitur exiſten-
tia; & allegat ad id Rodericum Sua-
rez, *tit. de los caſamientos*, quo loco
non inueni, *ſed in l. quoniam in prio-*
ribus, ampliat. 10. *num.* 64. *ad fin.*
verſ. pro hoc etiam Alex. Et quod non
tollantur iura ſuitatis, apertè tenet
Anton. Gomez. *lib.* 1. *variar. cap.* 9.
num. 10. 11. *&* 12. ſequitur Andr.
Gail. *lib.* 2. *obſeruat.* 131. Et ſuitas in
vtilibus idem operatur hodie, quod
tempore legum 12. *tabul. vt ſup. c.* 2.
num. 30. Video tamen, quòd Dida-
cus de Caſtil. *l.* 47. *Taur. verb. por*
emancipado, ait, aliquos dixiſſe, *dict.*
l. 47. *Taur.* eſſe intelligendam in fa-
uorabilibus, ſecus autem in præiudi- 38
cialibus filio, per tradita à Bart. *in l.*
item in poteſtate, de his qui ſunt ſui, vel
alien. iur. ipſe autem contrarium te-
net, inhærendo verbis *d. l.* 47. ibi: *En*
todas las coſas para ſiempre.

Et qui totum dicit, nihil excipit, 39
l. Iulianus 66. *in princip. de legat.* 3.
l. qui habebat 99. *in fin. principij*, eo-
dem tit. cap. ſi Romanorum 19. *diſt.* ibi:
Dicendo verò, omnia decretalia conſti-
tuta, nullum de decretalibus prætermi-
ſit. Ea autem bonorum poſſeſſio præ- 40
paratoria ad querelam, eſt intentan-
da intra annum, & poſteà querela
intra quinquennium: tradit Anton.
Gomez. 1. *tom. cap.* 11. *num.* 34.
verſicul. ex quibus deducitur & in-
fertur. 41

Nec obſtat, *l. ſi quis filio, Cod. de*
inofficioſo teſtam. vbi transfertur que-
rela in nepotem non præparata per
filium exhæredatum; quia transfer-
tur in deſcendentes, Riminald. *l.* 4.
num. 79. *Cod. qui admitti ad bonorum*
poſſeſſ. Suar. *l. quoniam ampliat.* 10.
n. 58. *pag. mihi* 56. 42

In infante autem, qui non poteſt
exhæredari, cùm in eo non poſſit
dari cauſa *ex contentis in auth. vt cùm*
de appell. cognoſcitur, *§. alind quoque*
capit. ceſſat poſſeſſio litis agnoſcen-
dæ cauſa præparatoria ad querelam,
& hæreditatem non aditam tranſ-
mittit ad parentes ſolùm ſuperſtites,
l. ſi infanti, §. ſed ſi hoc parens, Cod.
de iure deliber. vbi Angel. Paul. &
Alex. *& l.* 13. *tit.* 6. *part.* 6. vbi Gre-
gor. *verb. la heredad*, dicit commu-
nem opinionem, Mandoſ. *de minor.*
ætate, cap. 3. *num.* 4. *verſ. hæreditatem*
paternam, vbi ait, indiſtinctè proce-
dere in infantili ætate, ſiue poſſit
fari, vel non.

Pater

Digitized by Google

43 Pater autem qui pro infante poteſt adire hæreditatem, cenſetur adire eo ipſo, quòd diſtribuat veſtes defuncti inter pauperes, quia fit ab hærede, idem erit ſi retineat poſt tempus re-
44 ſtitutionis. Plures ita tenentes refert Maſcard. *de probat. concluſ.* 44. *n.* 46. & 47. & 52. nam videtur facere vt dominus, ne videatur de alieno largiri, *argument. l. ſi pignori*, §. 1. *de furt. l. meritò*, pro ſocio, & eo caſu infantia eſt fundamentum, vt teneat aditio, in qua fari non dicitur infans, & eam pater tenetur probare: ita
45 Bald. *conſ.* 273. *num.* 8. *lib.* 1. Maſcard. *vbi ſupr. num.* 54. Et debet probari principium infantiæ, quæ propriè eſt à natiuitate, vt tradit Mandoſ. *de minor. ætate, cap.* 3. *num.* 20. *in fin.* cùm olim infans, hodie non præſumatur, *l. cum te, Cod. de probat.* quia tractu temporis mutetur, *gloſſ. in l. ſi minorem, Cod. de integr. reſtitut.* Menoch *lib.* 1. *præſumption.* 24. *num.* 18. Maſcard. *de prob. concl.* 873. *n.* 25. &
46 26. vbi quòd ſi ignoratur principium ætatis, eius proceſſus eſt incertus.

CAPVT XV.

De infante qui fari poteſt; & quando adimpleatur conditio cum fari potuerit; & an poſſeſſio bonorum agnita per tutorem infantis, ſi moriatur prius quam loquatur, transferatur ad eius hæredes; vel furioſi, antequam reſipiſcat; & poſſint petere reſtitutionem ex clauſula generali, ad adeundam hæreditatem. Et de primordiali mundi lingua, & primis vocibus infantis; & an poßit fieri contractus cum homine alterius linguæ: & de traducente, & interprete, an teneatur iurare, & quomodo, & qualiter tabellio tale inſtrumentum conficiat, & contractus muti. Et an infantes, qui fari poſſunt, contrahere poſſint ſponſalia, & alios contractus celebrare, & iudicio adeſſe vbi contrahitur, & quomodo intelligatur: & an poßint conuentiones iudiciales, & quæ ſint. Et an in actibus iudicialibus requirantur teſtes, vt in contractu: & nunc ex iudicati actione mutetur prior contractus. Et de interpretatione verborum contractus, & libelli iudicij. Et quando tabellio cenſeatur adhibitus actui, vt teſtis, vel vt tabellio, etſi ſcriptura ſo-

 lemnis

Digitized by Google

lemnis non ſit, poſſit teſtificari pro eius ſupplemento.

SVMMARIVM.

1 *Infantem fari, & aliquem intellectum habere poſſe in quarto, & quinto anno, ſentiunt aliqui.*

2 *Infantibus editis nuper in lucem nullum penitus contrahitur ſomnium, ſed plurimis anno circiter quarto, & quinto.*

3 *Aliqui ſunt viri & mulieres quæ nunquam ſomniant, ſecundùm Ariſtotelem.*

4 *Infantes aliqui triennio, voces & verba perceptibilia prorumpunt.*

5 *Conditio, cùm fari potuerit, ſignificat tempus quo fari poſſit vt intelligatur, non tempus quo rationabiliter fari poſsit qualibet lingua,* num. 11.

6 *Sufficit quòd infans articulatè fari poſsit, vt conditio impleatur.*

7 *Bonorum poſſeſſio agnita per tutorem infantis, eo mortuo antequàm loquatur, transfertur ad eius hæredes.*

8 *Bonorum poſſeſſio agnita per curatorem furioſi, ſi in furore moriatur, non tranſmittitur ad eius hæredes.*

9 *Maior poteſtas eſt in tutore infãtis quàm in curatore furioſi, quia tutor perſonæ datur, curator rebus.*

10 *Infantis hæredes poſſunt petere in integrum reſtitutionem ex clauſula generali. Si qua mihi; & ad adeundam hæreditatem fratris, ſororis, vel aliorum.*

11 *Conditio, cùm fari potuerit, verificatur, qualibet lingua loquatur infans.*

12 *Infans à nullo inſtructus, vel lactatus, & alitus à nutrice muta, ſecundùm aliquos loquetur lingua Hebraïca, quæ eſt primorum parentum.*

13 *Infantes cùm primùm loquuntur, cibum & potum vocant dicendo* Papas, *ac* Bauas, *& matrem* mamas, *ac patrem*, Tatas; *quæ nomina ſunt Hebraïcæ linguæ.*

14 Pa, *&* Ma, *ſunt primæ infantium voces.*

15 *Lingua Hebræa fuit primorum parentum, ſecundùm Auguſtinum.*

16 *Lingua in primordio mundi fuit labij vnius, quouſque elati homines cœperunt ædificare turrim Babel.*

17 *Ad exordium naturæ homines faciliter redeunt.*

18 *Linguæ ſeptuaginta duæ proceſſerunt, & totidem gentes, ex tribus filiis Noe, ſecundùm Auguſtinum.*

19 *Conditio cùm fari potuerit, licèt non requirat vt intelligat quid loquatur: ſecus tamen erit, ſi materia ſubiecta aliud poſtulet, vt ſi ſit ad ſtipulandum, vel contrahendum.*

20 *Infans non poteſt ſtipulari, licèt fari poſſit; quia non habet intellectum.*

21 *Infans licèt loquatur, interpretatione iuris habetur, ac ſi non loqueretur.*

22 *Intelligitur* l. ſeruum, ff. rem pup. ſaluam fore.

23 *Infantes per quamlibet ſtipulationem non obligantur, ſed eis quæritur obligatio.*

24 *Intelligitur* l. fin. §. pupillus, de verb. oblig.

25 *Infan*

25 *Infantiam excedentes, ſine dubio acquirere poſſunt: & eſt communis opinio.*

26 L. ſeruum, ff. rem pup. ſalu. for. *loquitur de eo qui exceſſit annum ſeptimum, & ſic infantiam, ſecundùm Montanum.*

27 *Hæreditas reſtituitur infanti, qui fari non poteſt tutore auctore.*

28 *Verba quando requiruntur, ſufficit ſi proferantur etiam balbutiendo.*

29 *Contractus poteſt fieri cum homine diuerſæ linguæ, modò alter alterius linguam intelligat per ſe, vel per verum interpretem.*

30 *Traductio ſcripturæ debet fieri per aliquem peritum, qui interpretationem notario referat,*

31 *Mutus ſi contrahit, debet notarius conficere inſtrumentum adhibitis conſanguineis, & domeſticis cognoſcentibus, ſignaque mutus facit, in quibus præſumitur ſcientia factorum habentium tractum ſucceſſiuum, ſecus ſi momentaneum.*

32 *Interpres aſſumptus à partibus, non tenetur iurare, ſecus ſi aſſumitur à iudice in actibus iudicialibus.*

33 *Interpres (vulgo* lengua*) nominatus à Principe, vel à Republica, pro interpretandis exterorum linguis, iurat ab initio officij; & ſufficit ad omnes actus.*

34 *Ad Regem noſtrum pertinet nominare conſulem (vulgo* lengua.*)*

35 *Qui fari poſſunt omnes contractus, & actus tutore auctore gerere poſſunt.*

36 *Et ſtipulationes iudiciales, & prætorias celebrare, vt iudicium ſiſti, & de nouo opere deſtruendo.*

37 *Contrahere qui poteſt, poteſt iudicio adeſſe, quia in iudicio contrahitur.*

38 *Licèt in iudicio contrahatur; tamen ex iudicati actione, non innouatur prior contractus, nec fit deterior conditio agentis.*

39 *Plures condemnati tenentur pro virili, licèt eſſent per contractum inſolidum obligati.*

40 *Etiamſi petitum ſit inſolidum condemnari, tenentur pro virili, niſi in fine ſententiæ ſit clauſula omni meliori modo.*

41 *Limita, ſi agatur ex ſententia: ſecus, ſi alio iudicio exequatur inſtrumentum.*

42 *In iudicio contrahitur ad effectum, vt partes in eo cogantur perſeuerare.*

43 *Dubia contractus interpretantur contra eum qui apertiorem legem potuit dicere.*

44 *Dubia iudicij interpretantur in fauorem actoris.*

45 *Stipulatio, ſeu contractus ex vtriuſque conſenſu valet: iudicium autem redditur in inuitum.*

46 *Licèt in contractibus ſcriptura celebratis teſtes requirantur: ſecus tamen in actibus iudicialibus, nec tabellio tenetur eos adhibere.*

47 *Tabellio habet vicem duorum teſtium, & aliquando trium; & quando ſolùm vnius: & in dubio an cenſeatur adhibitus, vt teſtis, vel vt tabellio, vt eius verba plenè probent; etſi falſe puniatur de falſo, vt tabellio, vel vt perſona priuata.*

48 *Infans non poteſt in iudicio adeſſe cum curatore, & quare. Sed contra* num. ſeq.

48 *Infanti datur actor : & quis dicatur. Sed verius eſt, quòd ei datur curator de iure Canonico.*

50 *Infantes poſſunt ſponſalia contrahere, ſi malitia ſuppleat ætatem, & vſus rationis acceleretur : ſecus aliàs.*

51 *Infantes ſi contrahant ſponſalia, & adueniente ſeptennio per conſenſum continuum perſeuerauerint, ratificantur ; modò ſciant defectum ſponſaliorum.*

1 FAri autem, & aliquem intelle-
ctum habere infantem, poſſe di-
citur, & quarto, & quinto anno ſen-
tiunt aliqui, vt dicit Mandoſ. *de mi-
nor. ætat. cap.* 3. 2. quo tempore in-
fans ſomniare incipit, ſecundum Ari-
ſtot. 4. *de hiſtor. animal. cap.* 10. *ad*
2 *fin. in illis verbis. Homo maximè ani-
malium ſomniat. Editis nuper in lu-
cem & infantibus adhuc nullum con-
trahitur ſomnium, ſed plurimis anno
circiter quarto & quinto ætatis* : vbi
quod ſunt viri & mulieres aliquæ
3 quæ nunquam ſomniarint. Sequitur
Campanillus *rubric.* 7. *c.* 1. *n.* 9.

4 Et infantes triennio voces & ver-
ba perceptibilia prorumpunt, vt af-
firmat Plato *dialog.* 7. *de legib.* & quo-
tidie experimur ; & ipſe præſens ex-
perior in chariſſimo nepote meo
Ignatio, qui tertio ætatis ſuæ anno
diſertiſſimè loquitur, & ſi ei dicun-
tur, repetit verba Latina. Ex quo in-
fero ad intellectum *l. inter illam con-
ditionem, cùm fari potuerit* 217. *de*
5 *verborum ſignificat.* in illis verbis : *Id
tantum modò ſignificari tempus, quo
primùm fari poſſit*, vt intelligatur ſi-
ne diſtinctione tertij, quarti, vel
quinti anni; quoquo anno fari potue-
rit; nec intelligatur referendo con-
ditionem ad potentiam loquendi, vt
voluit Oldrad. quem reprobat Al-
ciat. *dict. leg. inter illam, num.* 2. ſed
cùm actu loquatur. Nec debet refer-
ri ad tempus quo rationabiliter, &
cum intellectu fari poſſit, vt in ſepti-
mo anno, vſque ad quem dicitur in-
fans, vt diximus *ſupra cap.* 14. *num.* 6.
ſed cum fari articulatè poſſit : argu-
mento *l. ſancimus, in princip. Cod. ad* 6
Trebell. ibi : *Ne dum nimia ſubtilita-
te vtimur circa res pupillares, ipſa ſub-
tilitas ad perniciem eorum reuertatur.*

Sed & agnita poſſeſſione bono- 7
rum per tutorem nomine infantis,
mortuo eo antequam loquatur, tranſ-
fertur ad eius hæredes, *l. infantis,
Cod. qui admitti ad bonorum poſſeſſio-
nem, l.* 2. §. *ſed ſi infanti, ad Tertull.*
vbi quòd in hoc differt à furioſo: nam
bonorum poſſeſſio agnita per cura-
torem furioſi, ſi in furore moriatur, 8
non traſmittitur ad eius hæredes, *l.
fin.* §. *ſin autem in furore, Cod. de cu-
rat. furioſi.* Et ratio eſt, quia maior
poteſtas eſt in tutore infantis, quàm 9
in curatorem furioſi; quia tutor per-
ſonæ datur, §. *Inſtit. de tutel.* curator
verò rebus, *l. in copulandis, Cod. de
nuptiis*, quam rationem poſuit Bart.
l. ſi infanti, num. 6. *Cod. de iure deli-
ber.* & eſt communis opinio, teſte
Dec. *d. l. ſi infanti, num.* 10. & ibi Ri-
minald, *column.* 1. Benedict. *in cap.
Raynuntius, verbo, mortuo itaque, &
num.* 171. Cuiac. *ad l.* 4. §. *pupillus*, 10
de vſucapion. Sed hæredes infantis
poſſunt petere reſtitutionem ex clau-
ſula generali, *Si qua mihi iuſta cau-
ſa, &c.* ad adeundam hæreditatem
fratris, ſororis, vel aliorum, Bartol.
l. Pantonius, de acquirenda hæreditate,
Bald. *l. ſi infanti, num.* 15. *Cod. de iu-
re deliber.* vbi quòd iſte articulus adeò
eſt

eſt dubius, vt indigeat Cæſarea deciſione. Tamen communiter tenetur competere hæredibus reſtitutionem. Roman. *conſ.* 58. *num.* 3. alios refert Andr. Gail. *lib.* 2. *obſeruation.* 131. *num.* 8.

11 Sed & conditio cùm fari potuerit, verificabitur, qualibet lingua loquatur: nam etſi veriſimile ſit, teſtatorem, vel aliter diſponentem, intellexiſſe de lingua vulgari; non cenſetur ſe ad illam reſtringere, nec credendum eſt, velle alias linguas excludere, quibus infans inſtrui, & fari poteſt, maximè ſi cum eo nuper nato parentes migrauerint in regnum alterius idiomatis, vt ex Hiſpania in Italiam, ſeu Galliam, vt ſæpe

12 contingit; vel ſi à nullo inſtructus, vel lactatus, & alitus à nutrice muta; nam vt aliqui aiunt, lingua primorum parentum loqueretur, quam dicit eſſe Hæbraicam Petrus Opmeerus, in chronographico orbis vniuerſi à mundi exordio, *lib.* 1. *pag.* 15. *anno Mundi* 1724. ex eo quòd infantes cùm primum loquuntur, cibum & potum vocant, dicendo, *pa-*

13 *pas*, ac *babas*, & matrem *mamas*, ac patrem *tatas*; quæ nomina ſunt Hæbraicæ linguæ. Et aduerte, quòd cùm Petrus Opmeerus ſit Flandricus, refert primas voces infantium aliarum prouinciarum, quas infantes in Hiſpania primitus proferunt; cùm diuerſæ ſint linguæ terrarum, & Tiraquel. *l. ſi vnquam*, *verb. ſuſceperit*, *num.* 5. dicit *Pa*, & *Ma*, eſſe primas infantium voces; & experientia docet.

14 Et quod prima lingua fuerit Hæbræa credendum eſſe, inquit Diuus Auguſtinus relatus à gloſſa ordina-

15 ria, *Geneſ. cap.* 11. *verb. & inde diſperſit eos*. Et cùm terra in primordio 16 mundi fuerit labij vnius, quouſque elati homines cæperunt ædificare turrim Babel immenſæ altitudinis, in quorum punitionem confudit Dominus 17 ipſorum linguas, vt ſe inuicem non intelligerent, *Geneſ.* 11. *à n.* 6. non mirum ſi infantes non inſtructi primæua naturæ lingua loquantur, cùm ad exordium naturæ homines faciliter redeant, vt *in cap. ab exor-* 18 *dio conditionis humanæ* 35. *diſtinctione*. Et conducit ad hoc, quòd cùm ex tribus filiis Noë gentes ſeptuaginta duæ, & totidem linguæ proceſſerint, vt inquit Auguſtinus loco proximè relato, in omnibus ferè linguis inueniuntur verba Hebræa, vt teſtatur Petrus Opmeerus *in chronographico*, *lib.* 1. *pag.* 15. *verſic. hactenus*; & ſic Hebræa omnium linguarum habet vocabula, vt ipſe inquit, & *gloſſ. ordin. Iſaiæ*, *cap*, 7. *verb. Ecce virgo concipiet*.

In conditione autem adiecta cùm 19 fari poſſit, expectandum non eſt ad implementum, quòd ita loquatur, vt intelligat quid agat; cùm ea conditio ſolùm ſignificet tempus quo primum fari poſſit, *l. inter illam* 217. *de verbor. ſignificat.* niſi ſubiecta materia aliud poſtulet: vt ſi requiratur loquela ad actum verborũ per agendum, qui in intellectu conſiſtat; vt ſi ad ſtipulandum, vel contrahendum, requiratur; tunc enim neceſſe ſit, quòd intelligat. Et ob eam ra- 20 tionem infans non poteſt ſtipulari, licèt fari poſſit; quia nullum habet intellectum, *§. pupillus. Inſtit. de inutilibus ſtipulationibus*. Mantica *de contractib. lib.* 14. *cap.* 14. *num.* 11. *verſic. ſed aduertendum*, quia, vt ipſe inquit ibi, *n.* 12. ſine conſenſu, qui ab intellectu

intellectu procedit, non poteſt contrahi ſtipulatio, nec paciſci, *l.* 1. §.
21 *adeò de pactis, l. continuus, in princip. l. inter ſtipulantem*, §. 1. *de verb. oblig.* Licèt enim infans loquatur ex interpretatione iuris, quia non intelligit, habetur ac ſi non loqueretur, *l.* 1. §. *ſufficit, de adminiſtr. tutor. l.* 1. §. *exigere, de magiſtratibus conuen. gloſſ. verb. ſtipulari, in l. ſeruum*, rem pupilli ſaluam fore, dicit communem opinionem Socin. *l.* 1. *à num.* 95. *de verbor. oblig.* vbi Claud. Aquenſ. *n.* 9. *in fin.* eam dicit magis communem: ſequitur Mantic. *vbi ſuprà, num.* 13. *in princip.*

22 Nec obſtat, *l. ſeruum*, rem pupilli ſaluam fore, ibi: *Nam ſi præſens ſit, & fari poſſit, etiamſi eius ætatis ſit, vt non intelligat quid agat: tamen propter vtilitatem receptum eſt eum ſtipulari, & agere:* nam, vt inquit ibi Alex. quem etiam refert additio marginalis, ſpeciale eſt, quòd infans ſtipulando ſibi acquirat, quando agitur de conſeruando patrimonio infantis; quod eſt maxime fauorabile. Sic etiam in ea ſtipulatione rem pupilli ſaluam fore, ſolum inquit procedere gloſſa, *verbo, creditur, l.* 1. §. *furioſum, de actionib. & obligation.* tamen
23 Mantica *de contractibus lib.* 14. *c.* 14. *num.* 14. ex eo quòd per quamlibet ſtipulationem non obligantur, ſed eis acquiritur obligatio, vt *in l. obligari, de auctoritat. tutor.* ait, ſibi viderit idem dicendum de qualibet alia ſtipulatione: & quia *dict. l. ſeruum*, dicit eſſe receptum vtilitatis cauſa: quod etiam inquit textus *in* §. *pupillus, inſtit. de inutilibus ſtipulationib. verſ. nam infans*, vbi euidenter vult quod ſolus pupillus proximus infantiæ poſſit ſtipulari: nec obſtare quòd *dict. l. ſeruum dicat, etiamſi eius ætatis ſit, vt non intelligat*, nam idem dicit, *l.* 1. §. *furioſum, de action. & obligat.* atque ita tenet intelligendam eſſe, *d. l. ſeruum*, vt reſtringatur ad proximum infantiæ, in quo vtilitatis & benignitatis cauſa receptum eſt, poſſe cum auctoritate tutoris ſtipulari, licèt non intelligat quid agat perfectè. Et ad id facit, quod *in l. fin.* §. *pupillus, de verbor. obligat.* generaliter dicitur, pupillum, ex quo fari cœperit, poſſe ſtipulari, vt etiam dicitur, *dict. l. ſeruum, rem pupilli ſaluam fore*, & tamen 24
de proximo infantiæ intelligitur, *in d.* §. *pupillus, inſt. de inutilibus ſtipulation.* vbi cum *in princip.* §. *dixerit. Pupillus omne negotium rectè gerit, ita tamen, vt ſicubi tutoris auctoritas neceſſaria ſit*, poſtea ſuam reſtringendo diſpoſitionem, ſic ait: *Sed quod diximus de pupillis, vtique de his verum eſt, qui iam habent aliquem intellectum: nam infans, & qui infantiæ proximus eſt, non multum à furioſo diſtant, quia huiuſmodi ætatis pupilli nullum habent intellectum, ſed in proximis infantiæ propter vtilitatem eorum benignior iuris interpretatio facta eſt: vt idem iis habeant, quod pubertati proximi*: Sic Caldas *l. ſi curatorem habens, verbo, alterius, num.* 56. *pag.* 1072. intelligit, *dict. l. ſeruum*, vt loquatur de maioratibus ſeptem annor. qui poſtquam infantiam excedunt, acquirere poſſunt, vbi plures referet, & dicit 25
communem Alciat. *l.* 1. *num.* 32. *de verbor. obligat.* Atque ita, Montan. *de tutelis cap.* 30. *num.* 16. inquit, ma- 26
nifeſtum eſſe, *d. l. ſeruum*, loqui non de infante, ſed de eo qui fari poſſit, id eſt, de eo qui exceſſit annum ſeptimum, dicens, regulam eſſe, quòd infans, id eſt minor ſeptem anno-

rum,

rum, non poſſit ſtipulari, *per l.* 1. *de verb.* iuncta *l.* 1. §. *ſufficit, de adminiſtrat. tut.* mutus autem à natura equi-
27 paratur infanti & contrahit, & teſtatur de licentia principis, Tyraquel. *de priuileg. piæ cauſ. priu.* 9. *num.* 1. & 2. ſi autem fari non poſſit, non defectu ætatis, ſed aliquo morbo vel vitio, talis infans tutore auctore poterit gerere omnes actus, qui à mutis poſſunt geri, *l. ſeruo inuito* 65. §. *ſi pupillo, ad Trebell.* vbi hæreditas reſtituitur infanti qui fari non poteſt, tutore auctore; cùm verba non requirantur, tradit Montan. *vbi ſup. n.* 7. & 8. Sed ſi pro infante qui fari non poſſit, notarius acceptauerit donationem ei factam, non eget ratificatione, infante facto maiore. Alex. Raud. *conſ.* 53. *n.* 31. *lib.* 1. quia, vt ipſe inquit, idem operatur acceptatio notarij, ac ſi ipſemet maior ac-
28 ceptaſſet. Et quando verba requiruntur, ſufficiet, etiamſi ea proferat balbutiendo, vt tenet gloſſa communiter recepta *in l. mulier* 70. *verb. non poteſt, de verborum obligat.* quam ibi dicunt ſingularem Angelus & Bolognetus, Bald. *donatarum, Cod. de acquirend. poſſeſſion.* & poſt eum Alexand. *l. ſeruum*, vbi additio marginalis, *ff. rem pupill. ſaluam fore*, modò intelligi poſſit, ſed & ſi quis fari
29 poteſt, ſeu quilibet alius contrahens, alia & diuerſa lingua loquatur, poteſt contrahere & ſtipulari, *l.* 1. §. *eadem autem, de verbor. obligat.* dum tamen verba ab altero contrahente intelligantur, ſiue per verum interpretem; vt *in d. l.* 1. *in finalibus verbis,* quem text. notat Bolognet. ibi pro traductione ſcripturarum per expoſitorem. Et Ant. Gom. *l.* 3. *Taur. n.* 21. vbi allegat Baldum dicentem, *illum textum eſſe omnibus, quibus non cecidit puluis ſuper libros*, & ibi de modo 30
traducendi; qui debet fieri per aliquem peritum linguæ, qui interpretationem notario referat eius, quòd altera pars loquatur. Tradit etiam Guillelm. Benedict. *cap. Raynuntius, de teſtament. verb. mortuo itaque, el* 1. *num.* 376. vbi quod mutus contrahit 31
coram tabellione certiorato per conſanguineum ipſius, qui intelligat muti ſigna; nam coniunctus præſumitur ſcire actus, & conſuetudines muti, *l. octaui, vnde cognati.* Et etiam probatur muti contractus per conſanguineos, & domeſticos eius, text. *in l. de tutela, Cod. de in integr. reſtit.* nam in coniunctis & commorantibus præſumitur ſcientia. Aym. *conſil.* 271. *num.* 8. & *conſ.* 123. *à num.* 1. *verſ. octauo.* Roland. *conſ.* 19. *n.* 42. *volum* 1. & *conſil.* 10. *num.* 7. *lib.* 2. & *conſil.* 66. *num.* 19. *volum.* 3. Gutier. *de iurament. confirmat.* 1. *part. cap.* 31. *num.* 6. Menoch. *lib.* 2. *de arbitrar. centur.* 1. *caſu* 39. *num.* 14. vbi de commorante Farin. *quæſt.* 52. *num.* 102. Hieronym. Marilianus, *deciſion.* 42. *num.* 3. ſed hæc ſcientia non præſumitur in actibus habentibus tractum momentaneum, vt *infrà cap.* 26. *num.* 23.

An autem interpres teneatur iura- 32
re: dic, quòd aut aſſumitur à partibus, vt earum verba declaret, & eo caſu non requiritur quod iuret: aut nominatur à iudice in actibus iudicialibus ad ſcripturæ traductionem, vel examen teſtis, vel delinquentis exteri huius regni; & tunc debet interpres iurare: argumento textus *in l. Theopompus, de dote prælegata,* ibi: *Sciens mentem meam,* & ibi: *Iuratus ſcripſit.* Aut interpres eſt nomi- 33

natus à Principe Conſul, vel à Republica, pro interpretandis exterorum linguis, vt fit Corunæ, & aliis portibus maris: & tunc ſufficiet iuramentum quod ab eo ſumitur in ingreſſu officij, quod eſt ad omnes actus per eum faciendos, vt in iudice, *authent. iuſiurandum, quod præſtatur ab his, qui adminiſt. accipiunt*; ſin autem in traductionibus, & actibus iudicialibus debet iurare: & ita practicaui in cauſa, & proceſſu contra certos pyratas annis elapſis in portu ciuitatis Corunæ, cùm eſſem vnus ex Senatoribus illius audientiæ, & aſſeſſor rerum & cauſarum belli; vbi etiam repuli quendam, qui volebat vti officio Conſulis Anglorum (vulgo *de lengua*) virtute cuiuſdam tituli Regis Angliæ, nam nominatio Con-
34 ſulum (vulgo *lenguas*) pertinet ad Regem noſtrum. Phebo *deciſ.* 28.

35 Sed cum qui fari poſſunt, tutore auctore poſſint omnes contractus, & actus gerere, vt inquit textus *l. in negotiis, de regul. iur.* poterunt etiam & actus iudiciales exercere. Montan. *de tutel. cap.* 30. *n.* 13. *&* 14. *per l.* 1. §. *ſufficit, de adminiſtr. tutorum,* & ibi quòd poterit ſtipulationes iudiciales, & prætorias celebrare, vt iudicio ſi-
36 ſti, iudicatum ſolui, & de nouo opere deſtruendo, de quibus *l. ſtipulation.* 5. *de verb. obligat. in princ.* & *l.* 1.
37 *de prætor. ſtipulat.* Ex quo enim poteſt contrahere, poteſt etiam iudicio adeſſe, in quo contrahitur textus *in l.* 3. §. *idem ſcribit, de peculio,* ibi: *Sicut ſtipulatione contrahitur cum filio, ita & iudicio contrahi. Authent. qui ſemel,* ibi: *conuentione iudiciaria, Cod. quomodo & quando iudex, l. ſolemus* 61. *de iudiciis*, licèt non ita contrahatur
38 in iudicio, vt ex iudicati actione. Innouetur prior contractus *l. fin.* §. *& ideo, verſ. ſi enim, Cod. de vſuris rei iudicatæ*, nec ita contrahitur, vt fiat deterior conditio agentis, *l. aliam* 29. *ff. de nouat.* ibi: *Nec enim deteriorem cauſam noſtram facimus actionem exercentes, ſed meliorem, vt adſolet dici in his actionibus, quæ tempore, & morte finiri poſſunt,* & eſt textus *in l. non ſolet* 82. *de regul. iur.* Nec hypotheca extinguitur per iudicati actionem contra principalem, nec fideiuſſorem; *l. grege* 13. §. *etiam, de pignoribus*: li- 39
cèt diuiſio fiat obligationis per ſententiam facta condemnatione ſimpliciter, etiamſi condemnati eſſent per contractum inſolidum obligati. Afflict. *deciſ.* 215. *num.* 1. Caualcan. *deciſ.* 38. *num.* 2. *&* 3. 1. *part.* & eſt *l.* 4. *tit.* 27. *in fin. part.* 3. ibi: *Maguer ſe ouieſſe obligado cada vno portodo à la ſazon que entraron fiadores, ò deudores de ſouno.* Quod adeò verum eſt, vt ſi 40
in ſententia non ſint condemnati in ſolidum, licèt ſit petitum, tenentur pro virili. Vrſilius *in additionibus ad Afflictum, dict. deciſ.* 215. *n.* 2. vbi limitat, ſi in fine ſententiæ ſit clauſula, *omni meliori modo,* quia ex ea cenſentur condemnati inſolidum. Et hoc 41
quod dicimus de diuiſione intellige ſi agatur ex ſententia, non autem ſi extra ſententiæ executionem, alio iudicio exequatur inſtrumentum; quia non obſtabit ſententia; nam licèt in iudicio contrahatur, vt *ſuprà n.* 37. in contractu ſecundo non fit nouatio prioris, niſi expreſsè agatur, *l. fin. Cod. de nouat. l.* 15. *tit.* 14. *p.* 5.

Nec ex iudicio debet fieri deterior conditio, nec nouatio, vt *ſuprà num.* 38. Et quia in iudicio contrahi- 42
tur ad effectum, vt partes cogantur in eo perſeuerare, *d. authent. qui ſemel,*

*mel, Cod. quomodo & qui iud. & vt li-
gantes.* Teneantur ſtare ſententiæ,
non quoad alios effectus, quos con-
tractus producit, Barboſ. *l. diuortio,
§. ſi vir, n.53. verſic. ratio colligitur,*
43 *ſolut.matrim.* Imò & differunt contra-
ctus, & iudicia in eo, quòd in con-
tractibus dubia interpretantur & de-
clarantur contra eum, qui apertiorem
44 legem potuit conſcribere, *l. veteri-
bus, ff. de pactis,* in iudiciis autem du-
bia intentio declaratur in fauorem
actoris, quamuis ipſe poſſet clariùs
agere, *l. inter ſtipulantem* 83. *§. ſi ſti-*
45 *chum, de verb. obligat.* ibi: *Nam ſti-
pulatio ex vtriuſque conſenſu valet: iu-
dicium autem etiam in inuitum reddi-*
46 *tur.* Et ideò potiùs actori credendum
eſt; alioquin ſemper negabit reus ſe
conſenſiſſe, *l. in contrahenda* 172. *de
regul.iur.* quod explicat Faber. *l. quo-
ties idem ſermo.67. à num.* 14. *de reg.
iur.* Et licèt in contractibus ſcriptura
celebratis requirantur teſtes, vt *in
l.13. tit. 24. lib. 5. Recop.* Burgos de
Paz *l.3. Taur. à n. 126.* Parladorius,
lib. 2. rerum quotidianarum, cap. 20.
47 *num.* 16. tamen in actibus iudiciali-
bus non requiruntur, nec tabellio te-
netur eos adhibere, *l. in donationibus,
Cod. de donationibus,* gloſſ. *verbo, duos
viros, in fin cap. quoniam contra falſam,
de probat.* vbi Dec. *n.*19. dicit omnes
Doctores tenere, Bald. *in rubr. Cod.
de fide inſtrument.* quos refert & ſe-
quitur Azened. *l.* 13. *tit.* 25. *lib.* 5.
*recop. num.*38.

Et tabellio habet vicem duorum
teſtium, gloſſ. *verb. duos viros, cap.
quoniam contra, de probat.* Gramma-
tic. *deciſ.*73. *num.*33. *& l.*14. *tit.*25.
*lib.*4. *recop.* Et aliquando trium, *cap.
placuit, §. de his autem,* in illis ver-
bis, *vel ſi ciuitas tabularios non habeat,
cum trium teſtium ſubſcriptione* 16.
quæſt. 3. nec obſtat, *l. domitius La-
beo, ff. de teſtam.* ibi: *Plus enim quàm
ridiculum eſt dubitare, an aliquis iure
teſtis adhibitus ſit, quoniam idem &
tabulas teſtamenti ſcripſerit:* ex quo
deducunt Doctores quòd tabellio
non facit maiorem fidem, quam vnus
teſtis: Nam id procedit, quando ad-
hibetur vt teſtis, non vt tabellio, Va-
laſc. *conſult.* 89. *num.* 3. & eſt textus
*in cap. cum Ioannes, de fide inſtrumen-
tor.* ibi: *Tabellionem quoque qui conſe-
cerat inſtrumentum, & vnum ex teſti-
bus in inſtrumento ſubſcriptis, ad id
probandum induxit.* Et quod ibi tabel-
lio adhibitus fuerit vt teſtis, conſtat,
quia erat ſuper geſta in præteritum,
de quibus tabellioni non creditur niſi
vt teſti, tradit Hyppol. *ſingular.* 462.
incipienti, *notario,* vbi quòd vt no-
tario ei non creditur, niſi de eis quæ
coram eo fiunt, quando celebratur
actus Aym. *conſ.* 88. *num.*20. *&* 21.
& quod ei non credatur de geſtis in
præteritum. Afflict. *deciſ.*48. *num.*2.
& 3. Aymon *conſ.*171. *num.* 5. Ber-
tazol. *conſ.* 270. *n.* 6. *volum.* 2. So-
lùm enim creditur tabellioni in per-
tinentibus ad eius officium. Capitius,
*deciſ.*94. & Calder. *conſ.*162. *num.*2.
*de teſtibus, & conſ.*174. *verſ. creditur
ergo.* Alex. *conſ.*98. *& conſ.*119. *n.*4.
verſic. quia reſpondeo, volum. 1. *& con-
ſil.*179. *n.*4. *lib.*7. Aym. *d. conſil.*88.
n. 20. *&* 21. Quando autem exercet
officium tabellionis eius aſſertio pro-
bat, etiam in verbis enuntiatiuis in-
ſtrumenti, ſi verba ſint neceſſaria ad
validitatem actus: & ita intelligitur
deciſio, *l. optimam, Cod. de contra-
hend. & committend. ſtipulat.* tradit plu-
res referens Valaſc. *conſult.* 89. *n.*4.
Sed ſi fuerit adhibitus vt teſtis, licèt

f.lſum dicat, non punitur de falſo vt tabellio, ſed vt perſona priuata, Hippolyt. *ſing.* 462.

Sed quia dubitari ſolet an tabellio ſit adhibitus tanquam teſtis, vel vt tabellio, aduertas, quòd ſi adhibeat ſolemnia requiſita ad inſtrumentum cenſetur adhibitus, vt tabellio Gratian. *deciſ.* 104. *n.* 4. & 5. vel ſi appoſuit rationem officij, vt ibi, poſt Alex. *conſ.* 48. *vol.* 5. In dubio autem cenſetur adhibitus vt tabellio, maximè ſi neceſſarium ſit pro validitate actus: Gratian. ibi *n.* 3. ſed ſi ſcriptura non ſit ſolemnis, non poteſt tabellio recipi ad ſuppletionem ſui inſtrumenti, ſed ad probationem negotij pro teſte vno viuæ vocis. Additionator Bart. *dict. l. Domitius, litera A, de teſtamentis.*

48 Cum curatore autem infans non poteſt in iudicio adeſſe, quia curator non datur niſi petenti, & intellectum habenti ad petendum, *l.* 3. §. *ſi pupillus*, iuncta gloſſ. verb. *infanti, de tutel.* Cald. *l. ſi curatorem habens, in princip. n.* 31. *verſ. ex quo iam vtilis*, vbi quod circa hoc ſolent iudices er-
49 rare. Et Cacher. *deciſ. Pedemont.* 89. *n.* 1. Afflict. *deciſ.* 261. *n.* 5. Marcus Antonius Genuenſ. *in pract. q.* 766. Datur tamen infanti actor. *l. decreto* 25. *in princip. de adminiſtrat. tut.* §. *fin. Inſt. de curatorib.* vbi *gloſſ. fin.* ait, talem actorem, aliàs dici curatorem: & ibi ponit varia nomina eorum qui aliorum negotia gerunt, ſeu facta agunt; & iuxta hunc ſenſum eſſet intelligendus textus *in cap. fin. de iudic. lib.* 6. quatenus loquitur de curatore infantis. Sed verius eſt quod de iure Canonico eſt correctus textus *in dict. l.* 3. §. *ſi pupillus*, Marcus Antonius Genuenſ. *in pract. q.* 766. *n.* 2. Ioann. Bapt. Ferret. *conſil.* 107. *lib.* 1. & ita datur infanti curator ad litem.

Sed an infantes poſſint ſponſalia 50
contrahere, poteſt dubitari, cum ſeptem anni requirantur ad ea contrahenda, *c. literas, de deſponſatione impuber. cap. ad diſſoluendum, eodem titul.* ibi: *Nec ſponſalia fuiſſe contracta, cùm conſtet, puellam nondum ad ſeptennium perueniſſe, l. in ſponſal. ff. de ſponſal. l. fin. in fin. tit.* 1. *p.* 4. Tum quia eis iuribus præfigitur ætas ſeptem annorum, ex quo frequentius pueri in ea ætate vſum rationis habent, ſi ante eam ætatem apparuerit de malitia, quæ eam ſuppleat; vel quia via ordinaria fuerit acceleratus vſus rationis, vel miraculosè poterit infans ante ſeptem annos ſponſalia contrahere. Sanctus Thomas *in* 4. *diſt.* 27. *q.* 2. *artic.* 2. *ad* 7. Plures Doctores ita tenentes refert Thom. Sanch. *lib.* 1. *de ſponſalibus, diſputat.* 6. *num.* 9. vbi *n.* 14 poſt Ant. Gabr. à ſe relatum, dicit communem ſententiam, & eam ſequitur Campan. *rub.* 7. *c.* 6. *n.* 124.

Regulariter autem ad ſponſalia requiruntur ſeptem anni completi, vel ſaltem quòd tetigerint vltimam diem ſeptimi anni. Abb. *cap. atteſtationes, de ſponſal. impuber.* Montan. *de tutel. cap.* 5. *num.* 53. Thom. Sanch. *dict. diſp.* 16.

Sed ſi infantes contraxerint ſpon- 51
ſalia, & adueniente ſeptennio perſeuerauerint per conſenſum continuum, confirmantur. Tradit Stephan. de Gaeta, *cap. ad limina,* 30. *quæſt.* 1. *num.* 58. qui eſt in primo tomo repetitionum Canonicarum.

Ratificatio autem ſolùm fit à ſcientibus nullitatem ſponſaliorum; aliàs erit inualida, & inutilis; quia

nihil

nihil volitum, quin præcognitum, vt tradit Thom. Sanch. *lib. 1. de ſponſal. diſputat. 16. num. 7.* Ignorans enim actus defectum, non poteſt illum ratificare, vt dicimus *cap. 22. num. 52.*

CAPVT XVI.

Infantes quarum rerum capaces ſint in temporalibus, & ſpiritualibus. Et de Principe remanente in infantili ætate, quod debeat coronari; & de eius tutoribus, & magnatum Regni. Et an eis debeatur decima redituum; & an eorum tutela recipiat conditionem, cùm ſit actus legitimus: & quid de conditione de præterito, & de præſenti; & plura de actibus legitimis; & qui tales dicantur. Et an infantes poſſint ad iudicium citari, & ſint capaces delicti: & qualiter cum eis lis proſequatur; & quod facti puberes deponant de geſtis tempore ſuæ infantiæ. Et de eorum alimentis, & operibus: & an minuant alimenta: & qualiter taxentur pro incrementis ætatis: & de interpretatione legis tertiæ, & l. cum Titio 55. & l. hæreditatum 68. ad legem Falcidiam *Et quæ ſunt vſuræ trientes, de communi rei valore.*

SVMMARIVM.

1 *Infans poteſt de feudo inueſtiri ſine diſtinctione infantilis ætatis.*

2 *Iuramentum non eſt de ſubſtantia feudi: quia magis habet naturam beneficij, quam contractus.*

3 *Infans poteſt fieri miles, & habere militis ſtipendia. Quod præcipuè conceditur filiis militum.*

4 *Commendæ ſunt inſtitutæ cauſa militiæ, & ſic militibus ſunt concedendæ, ne eorum ſpes fruſtretur.*

5 *Filij officialium & miniſtrorum Regis ſunt aliis præferendi in officio patris, ſi idonei ſint.*

6 *Intelligitur,* l. vnica, Cod. de filiis officialium.

7 *Mortuo Rege, ſi Princeps remaneat in infantili ætate, debet Rex coronari; ſed ei eſt prouidendum de tutoribus.*

8 *Si à patre non relinquantur tutores, ſunt eligendi à proceribus Regni: & qua forma.*

9 *Regem etiam puberem debere recipere curatores, multi tenuerunt. Sed contrarium eſt verius.*

10 *Conſiliarij, ſeu Senatores Principis, quorum conſilio Princeps guber*

gubernat, ſufficiunt pro tutoribus.

11 *Potentiſſimus Rex noſter Philippus ſucceſſit in Regno decimoſexto ſuæ ætatis anno, ex quo glorioſè imperat: & eius proauus Carolus Quintus cœpit Regna gubernare decimoſeptimo ætatis ſuæ anno, & alij.*

12 *Rex Ioſias octo annorum regnare cœpit, & inquit ſacra Scriptura quòd fecit bonum coram Domino.*

13 *Licèt cor Principis in manu Dei ſit, qui quocumque voluerit inclinabit illud, non eſt quærendum miraculum, ſed debemus vti mediis humanis, exemplo Chriſti Domini.*

14 *Qui non vtitur remediis opportunis ad actum, eſt in culpa.*

15 *Reges maiorem cuſtodiam Angelorum habent, quàm cæteri homines.*

16 *Magnates Regni debent accipere curatores, & ſunt eis prouidendi conſulto Rege.*

17 *Ius ciuile curam illuſtrium & clariſſimarum perſonarum ad ſenatum Principis voluit pertinere, qui Principem repræſentat.*

18 *An ad prouidendum de curatore ad litem magnatibus, ſit conſulendus Princeps.*

19 *Magnates non coguntur accipere curatores, ſicut nec alij; tamen coguntur ſuſcipere viros doctos, vel ſaltem vnum ſufficientem ad ſtatus regimen.*

20 *Tutoribus magnatum, ſi eorum reditus magni ſint, non eſt danda decima, ſed aſſignandum aliud moderatum ſalarium.*

21 *Iure Romanorum officium tutoris erat gratuitum, licèt egente tutore, daretur ei ſalarium.*

22 *Infans poteſt eſſe decurio, & de conſilio, & caput collegij; non tamen officium exercere.*

23 *Infantes poſſunt emancipari, ſed reſcripto Principis debet fieri, præſente, vel abſente infante; & ſine reſcripto nequit fieri in abſentia emancipatio.*

24 *Emancipatio ſi fiat in abſentia reſcripto Principis, adhuc requiritur eius ratificatio.*

25 *Cum emancipatio ſit actus legitimus, qualiter requiratur ratificatio, diſcutitur, & declaratur.*

26 *Reſcriptum Principis tribuit ius abſenti, & habet vim legis.*

27 Lex iubemus, in fin. Cod. de emancip.liber. *quæ requirit conſenſum abſentis emancipati, declaratur.*

28 *Actus legitimus ex ſola legis poteſtate, ſine vllo hominis miniſterio, habet executionem finalem, & non poteſt eſſe in ſuſpenſo, vt aditio hæreditatis, qua ſtatim omnia iura ad hæredem tranſeunt.*

29 *Quod pendet, non eſt pro eo quaſi ſit; & ſic actus legitimus non eſt in ſuſpenſo.*

30 *Electio eſt actus legitimus, nec recipit conditionem.*

31 *Regula* leg. actus legitimi, de reg. iur. *non reſtringitur ad caſus in ea expreſſos, qui ponuntur gratia exempli, vt indicat dictio veluti.*

32 *Exempla non arctant regulam, licèt declarent in quibus terminis regula accipienda ſit.*

33 *Relatiuum Quis, vel qui, poſitum ſine copula, reſtringit.*

34 *Limita,*

34 *Limita, quando relatiuum Quis, vel qui, iungitur qualitati, quæ ineſt omnibus incluſis ſub genere, quia ponitur declaratiuè.*

35 *In actibus legitimis non poteſt expectari aliqua ratificatio, quia non poſſunt eſſe in pendenti.*

36 *Conditionis natura repugnat actui legitimo, & appoſita vitiat actum, & ſic emancipatio non admittit conditionem, ſuſpenſionem, vel ratificationem.*

37 *Datio tutoris, quæ ponitur in dicta regula* l. actus legitimi, *recipit conditionem, ſi fiat in teſtamento: ſecus ſi tutela deferatur à iudice.*

38 *Tutela data à iudice ſub conditione, ſi ſatis dederit, valet: quia conditio quæ à iure ineſt, non facit actum conditionalem.*

39 *Conditio ſi ſatis dederit, non inducit conditionem, ſed executionem officij.*

40 *Conditio, ſi ſatis dederit, licèt ſuſpendat exercitium actus iam conſummati, non tamen ipſam dationem tutelæ, & actum.*

41 *Conditio, ſi ſatisdederit, non reſpicit ſubſtantiam actus, ſed executionem quæ non ſuſpendit actum.*

42 *Conditio dono, ſi liberos non habuero, ponitur per eum modum qui tacitè ineſt, & non facit actum conditionalem.*

43 *Intelligitur*, l. ſi ita expreſſum 69. de condit. & demonſtrat. & l. ſi ita legatam 65. §. illi ſi volet, de leg. 1.

44 *Legatum ante acceptationem tacitè quæritur legatario, licèt poſſit illud repudiare, & ei quæritur legatum, & emolumentum.*

45 *Si legatarius repudiauerit legatum, retrò hæredis fuiſſe intelligitur, & ſi agnouerit, retro ipſius legatarij.*

46 *Fructus rei legatæ medij temporis ad legatarium pertinent, nec hæres prætextu bonæ fidei à præſtatione defenditur.*

47 *Legatum non acquiritur legatario effectualiter, niſi præuia animi declaratione.*

48 *Legata præſcribuntur etiam cum mala fide, ſi adſit ſcientia legatarij.*

49 *Legatum non quæritur irreuocabiliter, ita vt non poſſit legatarius nolle legatum.*

50 *Legatum vſusfructus tranſit in legatarium à morte teſtatoris directè.*

51 *Legatum relictum ſub conditione ſi velit legatarius requirit declarationem voluntatis legatarij, nec antea ei quæritur.*

52 *Conditiones de præſenti, & de præterito an ſuſpendant actum legitimum, reſoluitur* n. 55.

53 *Conditio propriè eſt, quæ in futurum confertur.*

54 *Abſolutio ſacramentalis an recipiat conditionem, & an valeat collatio beneficij ſub conditione ſi vacat.*

55 *In actibus legitimis non admittitur conditio de præterito, nec de præſenti. & quare.*

56 *In actibus legitimis, qui largo modo ita appellantur, quia lege aliqua confirmantur, admittuntur conditiones etiam de futuro.*

57 *Sententia poteſt ferri ſub conditione.*

58 *Infans vt poteſt emancipari, ita & legitimari.*

59 *De emancipatione ad legitimationem valet argumentum.*

60 *Legitimatio fit à Principe, & ab alio*

alio de eius commiſſione expreſſa.

61 *Infans poteſt adoptari.*

62 *Infans non poteſt arrogari.*

63 *Eorum quæ lege ponuntur, ordo eſt ſeruandus.*

64 *In arrogatione requiritur vocatio conſanguineorum, quia in ea poſſunt lædi infantes.*

67 *Infans poteſt nobilitari à Principe.*

68 *Infanti de iure beneficium conferri non poteſt, quia non poteſt ordinari.*

69 *Infans poteſt ordinari ex diſpenſatione Romani Pontificis, & ei conferri beneficium: & qualiter expediantur literæ.*

70 *Indicia ſumpta ex actis infantis, ſunt in magna conſideratione.*

71 *Penſio licèt non ſit beneficium, nec penſionarij teneantur recitare horas canonicas, ſed ſolum officium Beatæ Mariæ, tamen infans non eſt capax penſionis.*

72 *Romanus Pontifex, ſi faciat mentionem infantilis ætatis in reſeruatione penſionis, vel collationis beneficij, cenſetur diſpenſare.*

73 *Scientia inhabilitatis inducit diſpenſationem, & non facta ætatis mentione reſeruatio penſionis, iudicabitur ſubreptitia.*

74 *Infans in ſpiritualibus nequit in iudicio comparare, ſed ei eſt dandus curator ad litem ab Epiſcopo, ſeu eius officiali, & qualiter intelligatur.*

Clerico minori datur curator à iudice laico.

75 *Maior infante cum auctoritate Epiſcopi ſeu Vicarij, vel curatoris poteſt conſtituere procuratorem.*

76 *Infans non poteſt citari.*

77 *Conditione furtiua non poteſt agi contra infantem.*

78 *Iudicium cum infante agitatum, eſt nullum, quia non poteſt citari*

79 *Qui vult conuenire heredes alicuius, debet diligenter inueſtigare, an aliquis eorum ſit infans, vt non citet eum, ſed tutorem.*

80 *Si contra infantem agitur de bonis maternis, & aduentitiis, citatur pater, vt legitimus adminiſtrator, qui ſtante patre, non datur tutor, & in patris defectum vocantur amici, & conſanguinei infantis.*

81 *Ad agendum contra infantem ſufficit citare tutorem & ſi ſimul citatus fuerit infans, non ob id irritabitur proceſſus.*

82 *Si infans ſolus fuerit citatus, licèt compareat tutor, & cauſam defendat, non validatur proceſſus, nec infanti currit tempus.*

83 *Infans non poteſt teſtificari, nec factus maior poteſt ferre teſtimonium de illis quæ vidit in infantili ætate.*

84 *Limitatur in his quæ cadere poſſunt in ſenſum infantis, vt ſi deponeret de ætate ſui ſocij in ſcholis, & ſimilibus.*

85 *Infantis dictum quam probationem faciat.*

86 *Infanti non quæritur per ſententiam.*

87 *Infans pro delicto non punitur, quia tuetur eum innocentia conſilij.*

88 *Infans, ſi ſit doli capax, poteſt puniri in aliquo caſu particulari.*

89 *Infans ſi aliquid perdiderit, vel corruperit, non punitur, & ſi damnum*

damnum dederit, lege Aquilia non tenetur.

90 *Infantis opera non eſt in conſideratione; & nulla reputatur, nec opera infantis non minuitur pretium alimentorum, nec aliquid ob eius ſeruitium defalcatur.*

91 *Infans expoſitus, alitur ab Eccleſia, vel à communitate, vel ab hoſpitali.*

92 *Impenſa alimentorum infantis expoſiti non repetuntur ab Eccleſia, nec à conſanguineo, ſeu diuite nobili.*

93 *Nobilis præſumitur donare, & idem de conſanguineo.*

94 *Donatio infanti facta, eſt irreuocabilis, notario pro eo acceptante.*

95 *Alimenta ſi relinquantur infanti, qualiter fiet computatio ad Falcidiæ rationem habendam.*

96 *In annuo relicto qualiter fiet computatio pretij ad Falcidiam.*

97 *Valor alimentorum variatur pro incrementis ætatis.*

98 L. cum Titio 55. ad leg. Falcid. *procedit in legato particulari.*

99 *In legato relicto Reipublicæ qualiter fiet computatio ad Falcidiam. Et trientes vſuræ quæ ſint.*

100 *Ex ſumma legata annuatim Reipublicæ, pro ſingulis quatuor computantur centum ad Falcidiam, & pro octo ducenta.*

101 *Vſuræ centeſimæ ſunt taxatæ à Iuſtiniano.*

102 *Computatio,* l. hæreditatum, ff. ad l. Falcid. *an habeat locum in relictis ad vitam præter caſum eiuſdem legis,* & n. 107.

103 *Computatio,* l. hæreditatum, *non præiudicat veritati ſi plus minuſue vixerit alimentandus, ſecundũ Suar. ſed contrarium eſt verius.*

104 *Semel approbata reprobari non debent.*

105 *Deciſio* l. hæreditatum, *reſtringitur ad caſum in quo loquitur.*

106 *Taxatio valoris alimentorum fit, attenta conſuetudine regionis, ætate & valitudine alimentandi.*

107 *Annuum relictum ſeniori, minus valet quàm relictum iuueni.*

108 *Oneratus dare aliquid annuum perpetuo liberabitur ſi emat cenſum pretio currenti communiter.*

109 *Hodie in noſtra Hiſpania iuſſus dare aliquid annuum pro vitali, cuius poterit dare cenſum vitalitium.*

110 *Valor rei immobilis conſideratur reſpectu valoris redituum, & fructuum viginti annorum.*

111 *Infans non incurrit irregularitatem.*

112 *Infans rebaptizatus non fit irregularis, quia irregularitas imponitur pro culpa, quæ non cadit in infantem.*

113 *Infantes nequeunt excommunicari, cùm non habeant vſum rationis; & excommunicatio contra eos lata, eſt nulla.*

114 *Interdicto populo non comprehenduntur infantes vſu rationis carentes.*

115 *Infantes licitè admittuntur ad clauſtra Monialium.*

116 *Infantes tempore interdicti non ſepeliuntur in Eccleſia.*

117 *Infantibus aliquando acceleratur malitia, & peccant, ex Greg. & S. Thom.*

118 *Infantibus non conceditur Euchariſtiam ſumere, ſed ſi de facto eis detur communio, recipiunt gratiam: & idem in amentibus perpetuis.*

119 *Infirmis amentiam patientibus an detur Eucharistia, ſi exiſtant in articulo mortis.*

120 *Infans in Baptiſmo patrinus eſſe non poteſt, & ſi de facto teneat baptizatam, non contrahit cognationem ſpiritualem.*

Infans patrinus poterit poſteà matrimonium contrahere cum baptizata: ſecus erit, ſi tempore quo eam leuauit à fonte, erat doli capax.

121 *In infantili ætate communiter adminiſtratur Confirmationis ſacramentum.*

122 *Licèt pueris, & adultis adminiſtretur Confirmatio, curandum eſt eam conferre in pueritia, & quare.*

123 *Epiſcopi negligenter omittentes confirmare, grauiter peccant.*

124 *Confirmationis ſacramentum fuit à Christo inſtitutum.*

125 *Infanti ſacramentum Ordinis non adminiſtratur: ſed ſi de facto ei adminiſtretur, imprimit characterem.*

126 *Sacramenta quæ imprimunt characterem, actum ſuſcipientium non requirunt, & ſufficit quòd abſit reſiſtentia.*

127 *Infantibus & amentibus non adminiſtratur ſacramentum Vnctionis.*

128 *Vnctionis ſacramentum dicitur exeuntium & infirmorum, & non datur valentibus euntibus ad bellum, nec in bello exiſtentibus, nec nauigantibus, licèt ſint in periculo mortis.*

129 *Sacramentum Vnctionis non datur damnatis ad mortem, licèt eis detur Eucharistia.*

130 *Sacramentum Vnctionis datur exiſtentibus in agone extra ſenſus, ex præſumpta continuatione voluntatis.*

131 *Voluntas præſumitur continuata.*

132 *Animi perſeuerantia præſumitur.*

133 *Sacramentum Vnctionis à Christo Domino fuit inſtitutum.*

134 *Ius diœceſanum probatur ex eo, quòd oleum oliuarum ab Epiſcopo conſecratum (quæ eſt materia Sacramenti Vnctionis) miniſtratur, & diſtribuitur in parochos.*

INfans poteſt de feudo inueſtiri, ſine diſtinctione infantilis ætatis, 1
Dec. *l. 2. §. impuberes, num. 5. & 6. de regul. iur.* ex quo iuramentum non eſt de ſubſtantia feudi; quia magis habet naturam beneficij, quam contractus Bald. *l. eam quam, num..... C.* 2
de fideicommiſſ. Tyraq. *de nobil. cap. 6. 27. verſ. infanti poteſt Princeps.* Mandoſ. *de minor. ætat. num. 15.* Montan. *de tutel. cap. 5. à n. 26.* qui vult id fieri debere tutore auctore. Tuſch. *litera T. concluſ. 118. n. 4.* Sed & infans poteſt fieri miles, *l. ſed & milites 10.* 3
§. qui autem, verſ. iam vero militi impuberi, de excuſat. tutor. l. fin. C. de teſtam. militis, quæ iura licèt loquantur in impuberibus, ad infantes extenduntur, Bald. *cap. cum vigeſimum, à n. 41. de offic. deleg. verſ. non tantùm credo,* & ibi Doctor. Tyraquell. *de nobilitat. cap. 6. num. 29. verſic. nam & videmus infantem,* & idem Tyraquell. *de iure primogenitura, quæſtione 40.* quos refert & ſequitur Mandoſ. *de minor. ætate, capit. tertio, numero 13.* Et iam vidi plures infantes, etiam anniculos deſcriptos in militum matricula, cum aſſignatione ſolidorum in præſidio portus Corunæ.

Digitized by Google

runæ. Sed & in filiis militum defunctorum, & etiam aliis, conceduntur & dantur commendæ militares, ob parentum ſeruitia etiam extra mili-
4 tiam facta. Optarem tamen, & ſemper conſulerem, quòd talia darentur veris militibus, quorum cauſa inſtitutæ ſunt, ne eorum ſpes fruſtretur, contra *l. fin.* §. *ſed quia noſtra Maieſtas, in finalibus verbis, Cod. comm. de leg. l. 2. C. de dilation. l. 2. ff. de mortuo inferend. & ſepulchro ædificando.* Parentum autem ſeruitia filiis alio modo remunerarentur in rebus ſuis perſonis, & earum capacitati congruentibus; nam etſi filij officialium
5 domini noſtri Regis ſint aliis præferendi in patris miniſterio id verum eſt, data capacitate perſonarum, id eſt, ſi idonei ſint miniſterio gerendo, licèt non ita verſati ſint vt aliis, *l. vnicuique, Cod. de proximis ſacrorum Scrinio lib.* 12. ibi: *Etenim vnicuique proximo vnum de ſuis filiis qui temporis dumtaxat ſuffragio nititur, licèt parum obſeruaſſe militiam cognoſcatur in ſequentibus tempore, qui laborum meritis muniuntur, anteferri poſſe decernimus, l. iubemus 3. Cod. pro aduocatis diuerſ. iudic.* Sarmient. *lib. 3. ſelectarum, cap. 7. num. 3. in fin.* Alfaro *de officio fiſcali, gloſſ. 31. num. 12.* Maſtrill. *de magiſtratibus, lib. 1. c. 28. num. 3. cum ſequentibus*: atque ita intelligendus eſt textus *in l. vnica, C.*
6 *de filiis officialium lib.* 12. ibi: *In parentum militiam vocentur.*

7 Sed & mortuo Rege, ſi Princeps remaneat in infantili ætate debet coronari, Bart. *l. 1. 2. notab. Cod. de muner. & honor. lib.* 10. Bald. *l. fin.* vbi Roman. Alexand. Iaſ. *Cod. de teſtam. milit.* Tyraq. *de nobilit. cap. 6. n. 27. & de iur. primogen. queſt. 40. n. 207.* Mandoſ. *de minor. ætat. cap. 3. n.* 14. Eſt tamen ei prouidendum de tutori- 8
bus, & ſi à patre non relinquantur, ſunt eligendi à proceribus regni, ſeruata forma, *l. 3. tit. 15. part. 2.* (quoad electionem) de qua lege meminit Oldradus *conſ.* 52. Montan. *de tutel. cap. 37. num. 69.* Licèt dicat reſtringendum eſſe Oldrad. conſilium ad regna Caſtellæ, & Legionis: vbicumque tamen id contingat, ſine dubio impuberem Regem debere accipere tutores, tenent omnes, & in conſcientia ad id teneri, inquit Anton. Gomez. *3. tom. cap. 1. num. 56. in princip.* ex quo impubes natura impeditur iudicare, quia ad id iudicio caret, *l. cùm prætor. 12. verſ. natura, de iudiciis.* Et quòd Regi impuberi ſint dandi tutores, videtur ſentire, *l. 1. tit. 10. lib. 5. recopil.* ibi: *No ſiendo hechas en tiempo de tutorias de los Reyes.*

Sed & Regem puberem debere 9
recipere curatorem, tenuerunt Oldrad. *dict. conſ.* 52. Ioann. Andr. *in addition. ad Speculat. rubr. de tutore,* Innocent. *ſingular.* 17. Reſtaur. Caſtald. *de Imperatore quæſt. 81. à n. 14.* Anton. Gom. *d. 3. tom. cap. 1. n. 56. verſ. Sed his non obſtantibus,* dicit veriorem ſententiam, Grat. *forenſi diſceptat. cap. 225. num. 5. & 6.* & alij ſunt dicentes, puberem Regem poſſe facere ea quæ ſunt iuriſdictionis, non autem quæ concernunt Regni adminiſtrationem, Bart. *l. quidam conſulebant, num. 13. de re iud.* Abbas, *cap. cum vigeſimum num. 3. de officio deleg.* Anton. Corſetus *tractatu de excellent. & poteſt. Regis, quæſt. 16.* Iaſ. *l. fin. num. 4. Cod. de teſtam. militis,* Guillelm. Benedict. *cap. Raynuntius, verbo, Adiecta impuberi, num. 52. de te-*

ſtament. Baeça *de decima tutoris, c.* 10. *num.* 29. *in fin.* tamen *d.l.* 3. *titul.* 15. *p.* 2. vult Regem debere ſub cura eſſe vſque ad vigeſimum annum. Sed Gregor. ibi : *verb. veynte años*, ait, eam legem in eo correctam eſſe lege lata à Rege Alphonſo Valliſoleti, Era. 1136. & non teneri ſuſcipere curatorem poſt pubertatem: Idem dicit Mier. *de maioratibus*, 4. *p. q.* 38. *num.* 1. Baeça *de decima tut. cap.* 10. *num.* 30. Azeued. *d.l.* 1. *num.* 8. *tit.* 3. *lib.* 2. *recop.* Ioan. Gutierr. *de tutel.* 1. *part. cap.* 18. *n.* 7. Parlador. *lib.* 1. *rerum quotidianarum*, *cap.* 12. *num.* 4. Paul. Montan. *de tutel. cap.* 37. *n.* 71. vbi ait, conſultius eſſe, Regis tutelam ſeu curam pubertate finiri. Alios refert & ſequitur Boërius *in conſuet. tit.* 1. §. 8. *ad fin.* Ioann. de Imol. Dominic. & Philippus Franc. *cap. grandi*, *de ſupplend. neglig. prælat. gloſſ. pragmatica ſanctionis*, *verb. ſuſceptione*, *fol.* 4. Franciſc. Balduin. *in princip. Inſtit. quibus modis tutel. finitur.* Quorum opinio vera eſt & procedit, modò Rex adminiſtret cum conſilio procerum, vt communiter faciunt Reges, vt diximus *cap.* 1. *num.* 58. nam (vt dicit Ægidius Belam. 1. *conſil.* 48. *num.* 4. *verſ. ſed hic habet.*)

10 Conſilium Principis ſufficit pro tutore, Tuſch. *litera L. concluſ.* 118. *num.* 6. Et iuxta hanc ſententiam hoc anno 1621. glorioſè imperat in Hiſpaniarum regnis potentiſſimus, &

11 maximus totius regni Monarcha Rex Catholicus, ac dominus noſter Philippus Quartus in decimoſexto ſuæ ætatis anno, quem omnipotens Deus dirigat, incolumemque ſeruet, qui ſui regiminis voce legem tulit; nam dum eius pater Philippus Tertius glorioſæ memoriæ eſſet in extremis conſtitutus, & proceres Conſilij Status conuenirent, vt diſcuterent quid agendum eſſet in regni regimine Princeps ingreſſus palatium Conſilij dixiſſe fertur aſtantibus conſiliariis: Quid confertis inter vos? Si pater ac dominus meus Rex Dei voluntate è vita migrauerit, habetis me Regem, & quod iuſſero facietis. Sinite ergo circa hoc verba proferre. Sic & Carolus Quintus eius proauus decimoſeptimo ætatis anno cœpit regna gubernare, vt teſtantur hiſtoriæ, & tradit Baeça *de decima tutor. cap.* 10. *num.* 30. Sic & Alphonſus, & alij plures, vt tradit Gregor. *dict. l.* 3. *tit.* 25. *part.* 2.

Sed & 4. *Regum*, *cap.* 22. *num.* 1. 12
legitur, Ioſiam octo annorum regnantem cœpiſſe, & inquit ibi Scriptura, feciſſe bonum coram Domino. Tamen licèt hoc verum ſit, prout eſt, & legitur *Prouerb. cap.* 21. *num.* 1. *Cor Regis in manu Domini, quocumque voluerit, inclinabit illud:* non tamen eſt
querendum miraculum à Deo, cùm 13
poſſimus, & debeamus vti remediis humanis: & ſic ſtante Rege impubere, prouidendum eſt ei de prudentibus tutoribus, exemplo Chriſti Domini, qui cùm poſſet in Bethleem tenere oculos Herodis, & miniſtrorum Regis quærentium eum vt perderent eum, ne illum agnoſcerent, vt fecit cum diſcipulis euntibus in caſtellum Emmaus *Luc.* 24. *num.* 16. vel in medio illorum adeſſe ſine læſione, vt *Luc.* 4. *num.* 3. ibi: *Ipſe autem tranſiens per medium illorum ibat*, adhuc vt nos inſtrueret vti remediis opportunis, voluit fugere in Ægyptum, *Matth.* 2. *n.* 13. & *Ioann* 8. *n.* 59. *Ieſus autem abſcondit ſe, & exiuit de templo.* Sed & in Lazari reſurrectione, licèt

licèt tam magnum feciſſet miracu-
14 lum, dixit adſtantibus: *Tollite lapidem*: *Ioann.* 11.*n.*39. quia poterat fieri mediis humanis, quibus, cùm licitè poſſimus, vti debemus: qui enim non vtitur remediis opportunis ad actum, eſt in culpa, Roland. *conſ.* 52.*n.*27. *vol.*4. Giurb. *deciſ.*4. *ex num.*5. *l.fin.* *§.illud, in fin. Cod. de tempor. appellat.* *l.ſi pupilli, §.videamus, verſ.quanquam,*
15 *de neg. geſt. l.nomina. C. arbitrium tutelæ.* Scimus tamen ex Sanctorum ſententia, maiorem cuſtodiam Angelorum Reges habere, vt tradit ſanctus Thom. 2. *ſententiar. diſt.* 11. *q.* 1. *art.* 2. *ad* 4. & videtur idem ſentire, 1. *p.* *q.* 113. *art.* 2. vbi Bañez ita conſtanter tenet; atque ita non mirum, ſi ex pubertate concedatur Regi regni adminiſtratio.

16 Secus tamen eſt in magnatibus regni, in quibus diuerſa militat ratio, vt ait Parlador. *lib.* 1. *rerum quotid.* *cap.* 12. *n.*4. ſicque tenentur ſuſcipere curatores; id tamen conſulto domino noſtro Rege iubetur fieri, *l.* 14. *tit.* 15. *lib* 2. *recop.* quod ius ciuile coram ſenatu eſſe faciendum diſpoſuerat, *l.* 1. *C. de tutor. & curat. illuſtrium,* *& clariſſimarum perſon. l. fin. §. ſed ſi*
17 *quidem nobilis ſit, Cod. de curat. furioſ.* Parlad. *lib.* 2. *rerum quotid. c.* 1. *n.* 19. Bobadilla *in ſua politic. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 207. & 226. quod idem eſt, cùm Senatus Principem repræſentet, vt diximus *cap.* 1. *n.* 58. Non tamen intelligas, compellendos eſſe magnates accipere curatores, cùm inuitis non dentur, *l. qui habent, §.* 1. *de tutel.* & text. *in §. item inuiti, Inſt. de curator.* ſed quòd caſu quo ipſe nominet curatorem, vel teneatur præcisè acci-
18 pere ad litem, cùm minor non habeat legitimam perſonam ſtandi in iudicio, in ea datione curatoris, etiam ad litem, Rex ſit conſulendus: atque ita dicit eſſe intelligendam *dict.* *l.* 14. Veruntamen quamuis magna- 19
tes non cogantur curatores accipere, poſſunt tamen cogi ſuſcipere in conſilium viros doctos, vel ſaltem vnum ſufficientem ad ſtatus regimen, vt tradit Mier. *de maior.* 4.*p.q.*39.*n.*4.

Scias tamen, quòd decima, quæ tutori datur lege antiqua Hiſpaniæ Siſnandi Regis, quæ habetur inter Gothorum leges *lib.* 4. *tit. de los herederos,* quam refert Baeça *de decima,* *cap.* 2.*n.*32. non eſt danda tutori Re- 20
gis, nec magnatum, ſi eorum reditus magni ſint, vt tradit idem Baeça *eo tractatu, cap.* 10. *num.* 9. *& finali,* vbi etiam de Ducibus & ſimilibus, ſequitur Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 192. ſed aſſignabitur aliud moderatum ſalarium: & ita practicatur, licèt de iure Romanorum communi tutelæ officium gratuitum eſſet. Bald. *l. ſi is qui de eo qui* *pro tutore neg. geſſit*, vbi ait: *Tutor* 21
ex tutela adminiſtratione nullum conſequitur fructum, & eſt receptiſſima omnium ſententia, vt dicit Baeça, *dict. cap.* 1. *num.* 2. *de decima.* Licèt ſi tutor non haberet vndè ſe aleret, ei daretur ſalarium, *l.* 1. *§. ſi pupillus, de tutelis & ratio diſtrahend.* Sed 22
& infans poteſt eſſe decurio ſiue adminiſtratione, *l. Lutius* 21. *§. Imperatores, ad municipal.* Reſtaur. Caſtald. *de Imperatore, quæſti. n.* 73. *numer.* 26. & 27. Sed & poteſt eſſe de conſilio, & de prioribus, Bartolus *l.* 1. *Cod. de muner. & honor. non continuan. lib.* 10. Et poteſt eſſe caput collegij, non tamen officium exercere, Bald. *l. fin. Cod. de teſtament.* *militis*, & Ioannes Bertachin. *titul.*

Y 3 *de*

*de Epiſcop.quaſt.*31.*num.*57. Poſſunt etiam infantes emancipari, *l. iubemus*
23 *in fin. Cod. de emancipationibus liberorum:* ſed id Principis reſcripto debere fieri, tenent ibi Bart. Bald. Salicet. Mandoſ. *de minor. ætate, cap.*3.*n.*16. Et eo caſu poterit fieri præſente vel abſente infante, cùm aliàs nequeat emancipatio fieri in abſentia, vt *in l.*26. *tit.*18. *p.* 4. *verſic. la quarta es,* Camill. Borrel. *conſ.*73. *n.*13.

24 Tamen etiam obtento ad id Principis reſcripto, ſi emancipatio fiat in abſentia emancipati, requiritur eius ratificatio, *d.l.iubemus,* ibi: *Si tamen ipſe, &c.* in quo redditur dubia eius deciſio, cùm admittat ratificationem emancipationis, quæ non admittitur in actibus legitimis, *cap. auditis, de electION. vt eſt emancipatio, l. actus legitim.* 88. *de regul. iur.* Quare dic,
25 quòd *d. l. iubemus,* loquitur in emancipatione quæ fit reſcripto Principis,
26 ex quo acquiritur ius abſenti. Alciat. *cap. cùm contingat, num.* 181. *de iureiurand.* reſcriptum enim Principis habet vim legis, *l. penult. Cod.de donat. inter virum & vxor.* ex lege autem acquiritur abſenti, *l. cùm pater* 79. §. *ſurdo, de legat.* 2. & *l.* 45. *Tauri*, nam quætitur poſſeſſio mini-
27 ſterio legis. Et *in dict.l.iubemus,* conſenſus requiritur per viam ratificationis, Bald. *conſ.*449. *lib.* 1. Tiraq. *de nobilitate, cap.* 6. *num.*34. Et ſic text. *in cap. quod ſicut* 28. *in fine, de electione,* requirit conſenſum, non per viam ratificationis, quia loquitur textus in electione valida, ſed ne rumperetur, ita Abb. ibi, *n.*9. Vnde malè gloſſa ibi, *verbo, conſentire*, infert
28 ex eo text. electionem inualidam ratificari poſſe, quia actus legitimus ex ſola legis poteſtate ſine vllo miniſterio habet executionem finalem; vt in hæreditatis aditione, qua ſtatim omnia iura defuncti ad hæredem tranſeunt, *l. cum hæredes inſtituti ſumus, de acquirend. poſſeſſ.* & non potèſt eſſe in ſuſpenſo, *l. eum qui* 51. §. *fin. de acquir. hæreditat.* quia quod pendet non eſt pro eo quaſi ſit *l. is* 29
damnum 130. §. *fin. de regul. iur.* Sic & optio & electio, *l. apud Aufi-* 30
dium 20. *de optione legata*, electio enim eſt actus legitimus, *cap. ſolet, in fine, de ſentent.a excommunic. nec recipit conditionem, cap.*2. *de election. lib.*6. Nec obſtat, quòd non ponatur 31
in regula legis actus legitimi; nam licèt ſecundum aliquos, regula *leg. actus legitimi*, reſtringatur ad caſus in ea expreſſos. Couarr. *in* 4. 2. *part. cap.*3. *in princip. num.* 3. quia caſus expreſſi ponuntur gratia exempli, vt indicat dictio, *veluti emancipatio, &c.* exempla non arctant regulam, *l. penult.* §. *fin. de iuris & facti ignorantia,* licèt declarent in quibus terminis re- 32
gula accipienda ſit, gloſſ. *verb. aliud ad fin. l. nunquam plura, de priuat.delict.* Barboſ. *l.*2. 2.*part. num.*8. *ſolut. matrim.* Nec obſtat quod relatiuum. Qui *in dict. l.actus legitimi ſit poſitum* 33
ſine copula; quo caſu reſtringit, *l. ſi quis legauerit* 12. *de auro, & argento legato,* & text. *in l. ea tamen adiectio, de legat.*3. *l. cunctos populos, quos, Cod. de ſumma Trinitate, & fide Catholica,* quia quando relatiuum, Quis vel 34
qui, iungitur qualitati, quæ ineſt omnibus incluſis ſub genere, ponitur declaratiuè, *l.omnes populi qui legibus, de iuſtitia, & iure,* quem text.ad hoc expendit Bart. *dict. l. cunctos populos, num.*1. *Cod. de ſumma Trinitate, & fide Cath.* vbi Iaſ.*in princ.n.*224. Soc. *conſ.*91.*n.*8. *conſ.*74. *n.*5.*vol.*3. Burgos

gos de Paz, *l. 3. Taur. 1. part. n. 270.* Nec in his actibus legitimis poteſt expectari aliqua ratificatio, nec poſſunt eſſe in pendenti, & ideò non recipiunt conditionem, de cuius natura eſt ſuſpendere actum, & eius effectum, *l. cedere diem, de verborum ſignificat. cap. 1. de ſponſal. lib. 6. §. ex conditionali, inſtitut. de verbor. obligat.* notat Bart. *l. 1. num. 1. de condit. & demonſtrat.* & cum conditionis natura repugnent actui legitimo, appoſita vitiat actum, *l. vbi repugnantia 149.*
36 *de regul. iur. cap. fin. de cond. appoſitis,* Couarruu, *in 4. 2. part. cap. 3. in princ. num. 3.*

Atque ita emancipatio quæ prius enunciatur in regula legis actus legitimi, non admittit ſuſpenſionem, vel ratificationem, vt voluit gloſſa recepta *in cap. quod ſicut, de electione.*

37 Nec obſtat, quòd datio tutoris, quæ *in dict. reg. inter actus legitimos ponitur,* datur ſub conditione expreſſa, *l. tutor. ff. de teſtamentaria tutela,* quia id procedit in teſtamento, quo poteſt dari, vt ibi, & *l. 3. §. item erit quærendum de ſuſpectis tutoribus, §. ad certum, Inſt. qui teſtament. tutor. dari poſſunt.* Maſtrill. *deciſ. 6.* Secus autem in tutela delata à iudice, gloſſ. *in d. l. actus legitimi, verb. datio tutoris.*

Et ſi dicas, etiam à iudice dari tutelam ſub conditione, ſi ſatis dederit, vt *in §. ſed & ſi in teſtamento, & §.*
38 *idem ſi purè, Inſt. de Attiliano tutore,* dic, eam conditionem ineſſe à iure: & conditio quæ à iure ineſt, non facit actum conditionalem, gloſ. *verb. incerta, cap. 2. de electione lib. 6.* quia non ſuſpendit ſubſtantiam actus, *l. conditiones extrinſecus 98. de condit. & demonſtr. Cod. ſignificaſti, de ele-*
39 *ction. gloſſ. fin. cap. 1. de ſponſal. lib. 6. l. 3. de leg. 1.* atque ita ea conditio. Si ſatis dederit, non inducit conditionem, ſed executionem officij. Cacheran. *deciſ. 145. num. 8.* quia ex natura dationis tutelæ requiritur, ad hoc vt tutor adminiſtret: nam & plura alia requiruntur, quæ præcedere debent adminiſtrationem. Quindecim requiſita ponit Roman. *conſil. 425.* Scacia *de iudiciis, cap. 110. num. 57.* Nouem ponit Riccius *collectan. 1211.* Et licèt talis conditio, ſi 40
ſatis dederit, quæ à iure ineſt, ſuſpendat exercitium actus iam conſummati, non tamen ipſam dationem & actum *l. muto, §. 2. de tutelis,* qui ſic ait: ***Hanc autem adiectionem quam Præſides prouinciarum faciunt tutorem do ſi ſatisdederit, non conditionem in ſe habere, ſed adminiſtrationem; non aliter enim ei tutelam committi quàm ſi ſatis dederit: hoc eſt, non aliter ei gerere permittendum, quàm ſi rem ſaluam fore cauerit.*** Et ſic ea conditio 41
non reſpicit ſubſtantiam actus, ſed executionem, quæ non ſuſpendit actum, Barboſ. *l. 1. num. 44. ff. de iudiciis.* Tyraq. *l. ſi vnquam, verbo, reuertatur. num. 285.* vbi exemplificat in ea conditione. Dono, ſi liberos 42
non habuero; quæ ponitur per eundem modum qui tacitè ineſt, & ſic eius expreſſio nihil operatur, nec facit actum conditionis alendæ, *l. 3. de legat. 1.* cum aliis. Nec obſtat *l. ſi ita* 43
expreſſum 68. de condit. & demonſtr. & l. ſi ita legatum 68. §. illi ſi volet de legat. 1. quia in eis iuribus conditio adeſt per alium modum quàm tacitè ineſt, ita Bart. *d. §. illi ſi volet, n. 20. verſ. oppono.* Et ratio eſt, quia legatum 44
ante acceptationem tacitè quæritur legatario; licèt poſſit illud repudiare, *l. à Titio, de furtis,* nec requiritur aliquod

Digitized by Google

aliquod factum legatarij ad acquiſi-
tionem, vt ei acquiratur legatum &
emolumentum, *l. cùm pater* 76. §.
ſurdo, de legat. 2. *l. magis puto,* §. *fun-
dum, de rebus eorum, l. ſi partem* 19.
§. 1. *ff. quemadmodum ſeruitutes amit-
tantur, l. legatum* 82. *de legat.* 2. Et ſi
repudiauerit legatum, retro hæredis
fuiſſe intelligitur, *l. proinde* 8. *ff. ſi*
45 *certum petatur.* Et ſi agnouerit, retro
ipſius fuiſſe, *l. ſeruum filij* 46. §. 1.
de leg. 1. *ſi tibi homo* 88. §. *cum ſeruus,
eod. tit.* & fructus medij temporis ad
eum pertinent, nec hæres ab eorum
præſtatione titulo bonæ fidei defen-
ditur, vt tenent Bald. Paulus de
46 Caſtr. & communiter Doctores *l.
apud Iulianum,* §. 1. *de leg.* 1. & Dec.
cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num. 26.
47 *de conſtitutionibus,* licèt dicatur, quòd
effectualiter non acquiritur legata-
riis, niſi præuia animi declaratione,
decis. Genuæ 28. *num.* 16. Peregrin.
de fideicommiſſ. artic. 41. *num.* 10. vbi
quod præſcribuntur legata, etiam
cum mala fide, triginta, vel qua-
draginta annis, ſi adſit ſcientia lega-
48 tarij: non enim eis quæritur irreuo-
49 cabiliter, vt non poſſint nolle lega-
tum: tametſi legatum vſusfructus
50 non tranſeat in legatarium à morte
teſtatoris, Menchac. *de ſucceſſ. creat.*
§. 7. *num.* 26. Gregor. *l.* 34. *tit.* 9. *p.* 4.
Carrot. *de remediis, except.* 21. *n.* 8.
Pinel. *l.* 1. *part.* 6. *num.* 62. *de bonis
maternis,* per *l. omnium prædiorum* 3.
de vſufruct.

51 Legatum autem relictum ſub con-
ditione, ſi velit legatarius, requirit
declarationem voluntatis illius, nec
antea ei quæritur, *dict. l. ſi ita lega-
tum,* §. *illi ſi volet, de legat.* 1. ibi:
*Aliud enim iuris eſt, ſi quid tacitè
contineatur: aliud, ſi verbis exprima-
tur,* per quem text. & *l. ſi ita expreſ-
ſum* 68. *de condition. & demonſtra-
tion.* eam diſtinctionem tradit Co-
uarruuias *lib.* 1. *variar. cap.* 9. *num.* 5.
Tyraq. *poſt leges connubiales, gloſſ.* 7.
num. 71. *in fin.*

Sed an conditiones de præſenti & 52
de præterito admittantur in actibus
legitimis, quæſtionis eſt. Et licèt ta-
les non dicantur propriè conditio-
nes, *l. inſtitutio talis, in fin. de con-
dit. inſtitution. l. eas cauſas* 79. *de con-
dition. & demonſtration. l. ſi ſtipulatus
fuero hanc ſummam* 120. *de verborum
obligation. l. itaque* 39. *de rebus cre-
ditis,* & ſi certum petatur. *Itaque* in- 53
quit text. *tunc poteſtatem conditionis
obtinet, cùm in futurum confertur,* vbi
gloſſ. & Bart. *l.* 1. *num.* 1. *de condition.
& demonſtrat.* aliqui tenuerunt, non
officere tales conditiones actui legi-
timo, vt Faber. *in* §. *penultim.* per
textum ibi, *Inſtit. de verbor.* Anton.
Gomez. 2. *tom. cap.* 11. *num.* 37.
verſic. quinto infero, & loquendo in
abſolutione Caiet. *in ſumma in prin-
cip. verb. abſolutio,* Nauarr. *in manua-* 54
li, cap. 26. *num.* 12. Couarrun. *lib.* 3.
variar. cap. 16. *num.* 2. vbi in colla-
tione facta ſub conditione ſi vacat;
quam dicit non veram conditionem,
ex quo non ſuſpendit: & allegat Do-
ctores præcipuè Socin. Iaſon. & De-
cium, *l. cum ad præſens* 37. *ff. ſi cert.
petat.* & eſt gloſſ. *verb. incerta, cap.* 2.
de elect. lib. 6.

In actibus tamen legitimis, quo- 55
rum naturæ repugnat conditio, nec
de præterito, nec de præſenti admit-
tuntur tales conditiones; nam etſi
non ſuſpendant actum, *dict. l. cum ad
præſens* 37. debent tamen priùs veri-
ficari conditiones, ſicut conditio de
futuro: Dec. *l. actus legitimi, num.* 14.
dec

Digitized by Google

de reg. iur. & ratione incertitudinis
vitiant actum, *cap. 2.* vbi gloſſ. *verb.*
incerta, de electiom. lib.6. vt & dies in-
certus, qui inducit conditionem, gloſ.
verb. diem, l. Seius Saturninus 46. *ad*
Trebell. l. fideicommiſſ. 11. §. *hoc autem*
legatum, de legat. 3. Sic quoties tem-
pus incertum adiicitur legato, ſiue
adiiciatur ſubſtantiæ legati, ſiue ver-
bis executiuis, facit conditionale le-
gatum, vt ex dicta gloſſa *verb. diem,*
quæ ad hoc eſt communiter recepta,
vt tradit Michaël Graſſus, *verb. lega-*
tum, quæſt. 43. *num.* 7. quod cauſatur
ex incertitudine; & ſic ſi in diem
certum relinquatur, non facit condi-
tionem, *l. 1. verſi. cum dies certus,*
de condition. & demonſtration. Donel.
lib. 7. commentar. cap. 20. *verſ. quod-*
cumque verò; & ita mortuo fideicom-
miſſario ante aduentum diei certi,
tranſit ad hæredem fideicommiſſum,
dict. l. Seius ſaturnin. 41. *ad Trebel-*
lianum.

56 In aliis autem actibus legitimis
(qui largo modo ita appellantur,
quia lege aliqua confirmantur, *l. le-*
gitima conuentio, ff. de pactis, & gloſ-
ſa 1. in princip. dict. l. actus legitimi)
admittitur conditio, etiam de futu-
ro, atque ita ſententia poteſt ferri
ſub conditione. Franciſc. Marc. *de-*
ciſ. 410. Cacheran. *deciſ.* 146. *n.* 7.
57 Carocius plures referens *de remediis,*
except. 105. *à n.* 1.

58 Et vt infans poteſt emancipari, ita
& legitimari. Rolan. *conſil.* 61. *n.* 5.
volum. 1. vbi ait, argui poſſe de
emancipatione ad legitimationem;
& dicit eſſe communem opinionem:
quod etiam voluit Curtius Senior,
59 *conſil.* 19. & 65. Ruin. *conſil.* 71.
num. 4. *lib.* 3. ſequitur Mandoſ. *de*
minori ætate, cap. 3. num. 16. & 18.
Plures refert Tyraquel. *de nobilitat.*
cap. 6. num. 28. & 29. Sed id à Prin- 60
cipe, vel ab alio de eius commiſſio-
ne expreſſa. Mandoſ. *vbi ſupr. n.* 19.
Et adoptari poteſt infans *l. etiam in-* 61
fantem, de adoption. Mandoſ. *dict.*
cap. 3. num. 17. arrogari tamen in-
fans non poteſt, gloſſa 1. *l. 2. de adop-* 62
tion. quia oportet quòd arrogatus in-
terrogetur an id fieri patiatur, *l. 2.*
de adopt. Franciſc. Marc. *deciſ.* 883.
num. 1. Quod ſecus eſt in adoptione,
quæ inuito filio fieri poteſt, *l. cum*
in adoptionibus, vbi Bald. *Cod. de*
adoption. Franciſc. Marc. *vbi ſupra,*
n. 2. & adminus ſufficit quòd adop-
tatus non contradicat, *l. in adoptio-*
nibus 5. *ff. de adopt.* At in arroga-
tione, per quam qui ſui iuris eſt,
tranſit in arrogantis poteſtatem, de-
bet ſeruari ordo legis, poſitus, *dict.*
l. 2. de adoption. quia earum quæ le- 63
ge ponuntur, ordo eſt ſeruandus;
l. fin. Cod. de offic. præf. vrb. & gloſ. 1.
dict. l. 2. Et in arrogatione requiri- 64
tur vocatio agnatorum, ſeu conſan-
guineorum; quia ex ea poſſunt læ-
di, *l. nam ita diuus* 10. *de adoption.*
Franciſc. Marc. *dict. deciſion.* 883.
num. 3. *per dictam l. nam ita Diuus,*
quam expendit Menoch. *de adipiſ-*
cend. rem. 4. n. 459.

Sed & infans poteſt nobilitari à 67
Principe. Tyraq. *de nobilitat. cap.* 6.
num. 26. poſt alios quos ibi refert. Et
licèt infanti de iure conferri benefi-
cium non poſſit, gloſſ. *verbo, ætatem,* 68
cap. ſi eo tempore, de reſcript. lib. 6.
gloſſ. & communiter Doctores *cap.*
ſi annum de iudiciis, cap. indecorum,
de ætate & qualit. Flaminius *de con-*
fidentiis. quæſt. 58. *num.* 48. Ex quo
non poteſt ordinari infans, *cap. de*
his, diſtinct. 28. vbi gloſſ. 1. de quo

dicemus in fine huius capituli. Sed ſi Romanus Pontifex confert diſpenſando,& literæ non expediuntur cum
69 clauſula, *vitæ ac morum honeſtas,aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, ſuper quibus apud nos fide digno commendaris teſtimonio, nos inducunt, vt tibi reddamur ad gratiam liberales*; ſed eius loco ponitur hæc clauſula. *Laudabilia tuæ infantilis ætatis inditia, ex quibus provt fide dignorum teſtimoniis accepimus, veriſimiliter concipitur, quòd ſuccedentibus tibi annis,te in virum debeas perducere virtuoſum.* Ita tradit Mand. *de minor.ætat. cap.3. num. 22.& 23.* vbi de infantis indole & ſpe,& quòd inditia ex actis infantis ſunt in magna conſideratione,
70 *n.24.* Sed & quamuis penſio non ſit beneficium vt pluribus relatis tradit Riccius *deciſ. 302. num. 2.* Ma-
71 reſcot. *lib. 2. cap. 18.* Ceual. 5. *tom. q. 62.* & ob id penſionarij non teneantur recitare officium diuinum, ſed ſolùm Beatæ Mariæ. Nicol. Garcia *de beneficiis, p.1.cap.5. à n.67.* Ceual. *dict. quæſt.62. num.7.* Campanil. *rubr. 11. cap. 14.* adhuc infans non eſt capax penſionis. Gratian. *diſcept. cap. 504. num. 17.* Riccius *in praxi penſionum, deciſ.230.* vbi quòd ſi fiat mentio infantilis ætatis in re-
72 ſeruatione penſionis,cenſetur diſpenſatum, vt & in beneficio tradit Anton. de Roſelis *tract. de conciliis, §. item ſolus Papa, num.4.* per textum *in cap. veniens de filiis Preſbyt.* vbi ſcientia inhabilitatis inducit diſpenſationem: ſecus autem non facta ætatis
73 mentione; quia reſeruatio iudicabitur ſubreptitia. Caputaq. *deciſ. 318. part.2.* Guid. *deciſ.139.* quia ad penſionem obtinendam requiritur ætas quæ ad ordines. Riccius *deciſ. 430. num. 2.* Lanfran. *deciſ. 24.* ætas autem eſſe ſeptem annorum, *cap. nullus*, vbi gloſſ. *verb. infanti, de tempor. ordinationum lib.6.* Caualcan. *deciſ.29. in principio.* Nec infans in ſpi- 74
ritualibus poteſt in iudicio comparare, ſed ei eſt dandus curator ad litem ab Epiſcopo,vel ab eius officiali, *cap. fin.* iuncta gloſſa *de iud. lib. 6.* quod intellige vt declaratur ſuprà *cap. 15. num.48.& 49.* vbi qualiter datur curator infanti; licèt clerico minori ſit dandus curator à iudice laico. Decius *conſ.150.num.7.& 8.& in l. 1.n.6. de iuriſd. omnium iud.* Rip. *cap.decernimus, num.8.& 10. de iud.* Rot. *deciſ. 217. in antiquis.* Neuizan. *conſil. 17. num.58.* Baez. *de decima tut. præſtand. cap.24. num.3.* Caldas Pereir. *l. ſi curatorem habens, in princip. num. 19. de in integr. reſtitut.* maior tamen infante poteſt cum auctoritate Epiſcopi vicarij, ſeu curatoris,conſtituere procuratorem, *dict. cap.fin.* 75
de ind. vbi gloſſa *verb. alterius*, poſt Archidiaconum, quem ibi refert.

Sed nec infantes poſſunt citari ad 76
iudicium, *l. quique 4.de in ius vocand. l.1.§.1. verſic. ita tamen, de adminiſtration. tutor. l. 2.* ibi: *Quamuis cum eis agi non poſſit, de condict. furti*, vbi gloſſa finalis, Cald. *l.ſi curatorem ha-* 77
bens,in princip. num.31. verſ. qua ratione, vbi ait, iudicium cum infante geſtum eſſe nullum omnino, ex quo ad iudicium vocari non poteſt. Aﬄi- 78
ctus *deciſ. 262.* vbi *num. 1.* quod ille qui vult conuenire hæredes, debet 79
diligenter inueſtigare, an aliquis eorum ſit infans,vt non citet eum; ſed tutorem. Ricc. *collect. 1887. in princip.* Angel. *§. nec tamen ad fin. Inſtit. de author. tutor.* Speculat. *tit. de Reo, verſ. item non poteſt agi contra infan-*

tes,

tes, & tit. de citatione, §. conſequenter, verſ. item non valet, Mirand. *in praxi commiſ. forma 4. verſ. ad legitimè comparendum,* Alexand. Raud. *conſil.* 21.
80 *n.* 140. *volum.* 1. Et ſic quando agitur de bonis maternis, & aduentitiis, citatur pater vt legitimus adminiſtrator, *l.* 1. *Cod. de bonis matern.* quia extante patre, non datur tutor filiofamilias cùm ſit in eius poteſtate. Cach. *deciſ.* 89. *n.* 5. & in patris defectum vocantur amici, & conſanguinei infantis, *l. ergo* ibi: *Quia ſi amici eius interrogati fuerint an defendant, iuncto verſic. quod adictum, etiam ad furioſos, & infantes, & ciuitates pertinere, labeo ait, ff. ex quibus cauſis maiores,* & hoc ad conſtituendum ei tutorem cum quo agatur; aliàs enim parum prodeſſet amicorum, ſeu conſanguineorum citatio ad validandum iudicium, Cald. *l. ſi curatorem habens, in princip. num.* 33. Cacher. *d. deciſ.* 89. *num.* 6. & 7.

81 Et ſufficit citare tutorem, ad agendum contra infantem Alberic. *l.* 1. *§. ſufficit, in fin. de adminiſtr. tutor.* Paul. *l.* 2. *de condit. furt,* licèt ſi ſimul cum tutore fuerit infans citatus, non ob id vitiabitur proceſſus. Neuzan.
82 *conſ.* 17. *num.* 6. *& in fin.* Si tamen ſolus infans fuerit citatus, licèt compareat tutor ipſius, & cauſam defendat, non validabitur proceſſus. Afflictus *deciſ.* 262. *ante num.* 4. Neuizan. *conſil.* 17. *num.* 1. qui alios refert: ſequitur Cald. *l. ſi curatorem habens, in princip. Cod. de in integr. reſt.* Et infanti nullum currit tempus, *l. fin. Cod. de tempor. in integr. reſt. poſt l. fin. in quib. cap. in integ. reſt. non eſt neceſ.* Raud. *conſ.* 20. *n. fin. volum.* 1.

83 Nec infans poteſt teſtificari, Bald. *l. teſtium, Cod. de teſtibus,* Marſil. *l. infans, num.* 41. *de ſicariis.* Gram. *deciſ.* 40. *n.* 5. Quod adeò procedit, vt nec factus maior poſſit ferre teſtimonium de his quæ vidit in infantili ætate. Bart. *l.* 3. *§. leg. Iul. num.* 2. *in fin.* per textum *in l. excipitur,* ad Sylan. Rom. *conſ.* 157. *num.* 1. *verſic. quod depoſuit de eo quod in ſua infantili ætate ortum habuerit,* pro quo eſt *l.* 9. *tit.* 16. *part.* 3. vbi Gregor. verb. *quo ouieſſon ante viſto.*

Quod limitatur, vt non procedat, 84
ſi ea quæ vidit in infantia, ſint talia, quod poſſint cadere in ſenſum infantis, vt in probatione ætatis, ſi deponeret de ætate ſui ſocij in ſcholis, & ſimilibus, vt dicit Farin. *d. q.* 58.
num. 63. *&* 64. Et ſemiplenam pro- 85
bationem facere, dicit Bald. *l. admonendi, in fin. de iureiur.* quem refert & ſequitur Franc. Curt. *tract. de teſtibus, concl.* 62. *num.* 115. Sufficiet tamen dictum infantis ad inquirendum, vt ibi *n.* 48. nec in infanti quæ-
ri poteſt per ſententiam. Tradit Ale- 86
xand. Rau. *conſ.* 21. *n.* 141. *vol.* 1. & Alex. *l. furioſo in princ. ante num.* 2. *verſ. habetis diligenter notare de re iudic.* Iaſ. *l. non eo minus, Cod. de proc.* Marant. *in ſpec.* 6. *p. verb.* & demum fertur ſententia *num.* 106. *&* 4. *part. diſt.* 16. *n.* 50.

Et infans pro delicto non puni- 87
tur, quia tuetur eum innocentia conſilij, *l. infans ad l. Cornel. de ſicariis, l. ſed etſi* 5. *verſic. ſed ſi infans, ad l. Aquil. l.* 1. *Cod. de falſa moneta.* Clementina *ſi furioſus, de homicid.* cum aliis multis congeſtis ab Anton. Gomez. 3. *tom. cap.* 1. *num.* 57. Menoch. *de arbitr. caſu* 327. Ioſeph. Ludou. *de iſ.* 17. *n.* 65. Petr. Dueñ. *reg.* 259. *num.* 2. & tradunt communiter Doctores *cap.* 2. *de delict. puerorum,* gloſ.

88 *l. fere* 109. *de reg. iur. l.* 9. *tit.* 1. *p.* 7. vbi Gregor. tenet, quod ſi infans ſit doli capax, poterit puniri arbitrio iudicis in aliquo caſu particulari, gratia exempli; non tamen temerè, cum legibus regni ſancitum ſit, non eſſe puniendos infantes: & quia infans ex delicto non obligatur, conſequens eſt, non egere reſtitutione aduerſus delictum, Ioannes Maur. *de reſtit. in integr. cap.* 61.

89 Et ſi infans aliquid perdiderit, vel corruperit, non punitur, *l. quod infans* 61. *ff. de rei vend.* & ſi damnum dederit, *leg. Aquilia*, non tenetur, *l. ſed & ſi* 5. *verſ. ſed etſi infans, ff. ad leg. Aquil.*

90 Sic & infantis operæ non ſunt in conſideratione, & nullæ reputantur, *l. ſi infantis* 62. *de vſufruct. gloſſa, verbo, infante, l. arboribus* 13. §. *de illo, eodem tit. l. fin. de operis ſeruorum*, & ita ex opera infantis non minuitur pretium alimentorum, nec aliquid ob eius ſeruitium defalcatur, niſi ſint hiſtriones (vulgo, *repreſentantes*) quia frequenter inſeruiunt mimis & tragædiis, vt infra *cap.* 20. *num.* 96. Ex ſeptennio autem alimenta compenſantur cum ſeruitiis, vt infrà *cap.* 17. *num.* 27.

91 Et infans expoſitus alitur ab Eccleſia, vel hoſpitali. Abb. *cap.* 1. *de infantibus expoſitis.* Iacob. de ſancto Georgio, *l. hæres abſens, ad fin. de ind.* Si tamen non habet reditus, alitur à communitate loci. Surdus *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 2. de quo latè dixi *lib.* 1. *de anniuerſ. & capellaniis, cap.* 21.

92 Et impenſæ alimentorum infantis expoſiti factæ ab Eccleſia, non poſſunt repeti, cùm fiant intuitu pietatis. Surdus *de aliment. tit.* 6. *quæſt.* 19. *num.* 13. vbi *n.* 14. & 17. Idem dicitur, ſi alatur à conſanguineo, vel diuite nobili, de quibus veriſimiliter creditur, non præſtitiſſe alimenta animo repetendi; quia in conſanguineo & nobili præſumitur donatio. Menochius *lib.* 2. *de arbitrar. centur.* 1. *caſu* 108. *num.* 52. Et eadem 93
ratione legatum, factum conſanguineo, & coniunctæ perſonæ; vt latè interpretatur Menochius *de arbitrar. caſu* 209. *num.* 25. Et in nobili ceſſat deciſio, *l. nummis, de leg.* 3. Mantica *de contract. lib.* 6. *tit.* 10.

Sed & donatio facta infanti valet 94
irreuocabiliter, notario pro eo acceptante. Alexand. Raud. *conſ.* 53. *num.* 24. *volum.* 1. Et licèt acceptatio notarij, ſeu tabellionis, etiam maiori infanti proſit, & ei actio quæratur *l. ſi pupillus* 2. *ff. rem pupilli ſaluam fore*, ibi: *Seruum publicum apud prætorem ſtipulari debere*, vbi gloſſa, *verb. publicum*, ait, *id eſt, tabularium*, & gloſſ. *l. non aliter, ff. de adoptionib.* Valaſc. *conſult.* 55. *n.* 3. Aymon *in rubr. de legat.* 1. *num.* 153. & 154. Fontanel. *de pactis nuptialib. gloſſ.* 3. *clauſ.* 4. *num.* 17. *tom.* 1. Id tamen intellige reuocabiliter ante ratificationem abſentis, Cacher. *deciſ.* 33. *num.* 3. Molin. plures referens *lib.* 4. *de primog. cap.* 2. *num.* 67. & ita intelligas Roder. Suar. *l. quoniam in prioribus*, ad legem Regni, *quæſt.* 8. vbi additionator Valdeſius *num.* 7. & cenſetur facta acceptatio ſi petat ex contractu, Aym. *conſ.* 237. *num.* 2. Surd. *conſ.* 157. *n.* 24. *vol.* 2. & per mandatum de acceptando, Riccius *collect.* 672. Et ſi inſtrumentum donationis, ſeu promiſſionis, reperiatur penes donatarium, Marilia. *deciſ.* 37. *n.* 3. Et idem ſi donatarius ſit

in poſſeſſione aliquarum rerum con-
tentarum in donatione. Mierez *de
maior. 1. p. d. q. 36. num.* 81. Et in
dubio præſumitur facta donatio, ſeu
promiſſio in præſentia donatarij, gloſ.
*verb. inter præſentes, l. 1. Cod. de con-
trouerſ. & commit. ſtip.* Bart. *tract. de
præſumpt. num. fin.* Sed contrarium
Mier. *de maiorat. 1. p. q. 36. num.* 3.
Tamen notarij acceptatio facta in fa-
uorem infantis & naſcituri irreuoca-
biliter valet, in tantum, vt nec ex
conſenſu ſecundi donatarij poſſit re-
uocari. Alex. Raudenſ. *conſ.* 53. *n.* 25.
volum. 1.

95 Cùm autem infanti ſint relicta ali-
menta, ad habendam rationem legis
Falcidiæ, fit computatio valoris ali-
mentorum triginta annorum *l. hære-*
96 *ditatum* 68. *in princ. ad leg. Falcid.* Et
ſi queras, cur non fit computatio iux-
ta *l. cum Titio* 55. *eod. tit.* vbi in an-
nuo relicto fit computatio eius pre-
tij, quo tale legatum poteſt vendi,
ſub incerto poſito quantum legata-
rius victurus ſit: dic, rationem eſſe,
quia *in l. hæreditatum*, eſt incerta
quantitas ſoluenda, & quia ad dimi-
nutionem & augmentum ſe habere
poſſunt ea alimenta, vt dicit Couarr.
lib. 3. variar. c. 9. n. 8. *verſ. quarto ab*
97 *eadem, & l. cum Titio*, ex quo variatur
valor alimentorum pro incrementis
ætatis & progreſſu temporis. Lara *l.
ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius, n.* 10. *de
liber. agnoſcend.* & eſt textus *in l. ius
alimentorum, §. ſed & ſi non conſtat*
98 *in fin.* vbi pupillus educari debeat. Et
ſic licèt in annuo legato particulari
relicto fiat taxatio & computatio iux-
ta *d. l. cum Titio*, tamen in legato re-
licto Reipublicæ diuerſimodè com-
putatur, quia Reſpublica non mori-
99 tur, *l. annuam* 6. *de annuis legatis*,

& ita in legato Reipublicæ tantum
videtur legatum, quantum ſufficiat
ſorti ad vſuras trientes eius ſummæ
quæ legata eſt, *l. 3. §. item ſi Rei-
publicæ, ad legem Falcidiam.* Trien-
tes autem vſuras non intelligas, vt
aliqui putant, quæ per triennium
ſortem æquant, ſed in centum men-
ſibus; nam vſuræ centeſimæ præ- 100
ſtant annuatim duodecim pro cen-
tum, & ſic ſoluitur vnum pro ſingu-
lo menſe. Alciat. *lib. 3. diſputationum,
cap.* 1. Ant. Auguſt. *lib. 2. Emenda-
tio. cap.* 10. *n.* 21. Bartholom. Socin.
d. l. 3. §. item ſi Reipublicæ, à quo
omnes habuerunt, & ipſe accepit ab
Hermolao Barbaro, ſequitur Fachi-
neus, *lib. 5. controuerſ. cap.* 14. vbi re-
fert Duarenum, Cuiacium, Gobea-
num, Budæum, Conanum, ita tenen-
tes: & Lara *l. ſi quis à liberis, §. ſed
ſi filius, num. de liberis agnoſcend.* Et 101
cùm triens ſit tertia pars dictæ vſuræ
centeſimæ, & ſic quatuor ex duode-
cim, pro ſingulis quatuor annuatim
Reipublicę relictis computantur cen-
tum, & ſic pro octo ducenta, & pro
decem ducenta, & quinquaginta,
Fachineus vbi ſuprà. & Donel. *lib.* 8.
comment. cap. 24. *verbo, ſed vt lega-
tum, verſ. de annis primum.* Et de his
trientibus vſuris abeſſe, & aliis, Ro-
driguez *de annuis reditibus, q. 2. n.* 12.
licèt non ita declaret. Et de eis vſuris
centeſimis adeſt conſtitutio Iuſtinia-
ni, *l. eos* 26. *§. ſuper vſurarum, Cod.
de vſuris.*

Sed an computatio *d. l. hæredita-* 102
tum, ad leg. Falcid. quæ fit ad dedu-
cendam Falcidiam ex alimentis in-
fanti, vel aliis relictis, ſit admittenda
& ſeruanda ad computãda & valuan-
da omnia ad vitam relicta, vt in vſu-
fructu, & aliis? quæres & ſeruandam,

dicit gloſſ. *verb. bonorum*, *l. omnium de vſufructu*, & gloſſ. *l.* 1. §. *vſusfructus, ad leg. Falcid.* & gloſſ. *verbo, cum iuncte,* iuncto text. *l. cùm hi,* §. *modus, de tranſact.* & tenent. Bart. *d.l.hæreditatum, in fin.* Bald. *d. l. cùm hi,* §. *nihil, ad fin.* Angel. *d.l.omnium*, Ioannes Lupus *Rubrica de donation. inter*, §. 25. *num.* 4. Lara *l. ſi quis à liberis,* §. *ſed ſi filius,n.*109.*&* 122. Gratian. *diſcept. cap.*55. *num.*1.*&* 2. Franch. *deciſ.*283. *num.* 17. Ludou. *deciſ. Lucenſ.* 21. *num.* 61. Rolan. *conſ.*26. *n.*25. *lib.*4. Beroius *conſ.* 40. *num.*17. Peregr. *conſ.* 94. *in fin.* Roderic. Suar. *l.quoniam ampliat.*3. *n.*8. *&* 9. *de inoffic. teſtam.* & Caualcan. *de vſufruct. mulieri relicto, num.*228.

103 vbi dicit,tenere omnes Doctores.Inquit tamen Suar. *vbi ſupr. num.* 10. quòd ea computatio *l. hæreditatum,* non præiudicat veritati, ſi plus, minuſve vixerit alimentandus: quòd dicit colligi ex gloſſa *d.l. hæreditatum,* in poſitione caſus & verbo, *triginta annorum*,& verb. *computatio.* Sed hoc non admittendum, etiam in caſu, *d.l.* inquit Barboſ. *l. maritum* 13.*n.* 12. *ſolut. matrim.* vbi certum eſſe ait, quòd computatio facta iuxta formam *l. hæreditatum*, non retractabitur ex eo, quòd perſona de cuius vita agitur plus, minuſve vixerit, quam lex præſumpſerit; nam cùm talis computatio legitimè facta ſit, ſumus in regula *leg.*2. *de itinere actuque priuato, l. ſancimus, de adminiſtrat. tutor.l. ſi quis alicui, Cod. de acquiri hæredit.* quod legitimè factum non retractatur, atque ita tenent Couarr. *lib.* 3. *variar. cap.*9. *num.* 8. *verſ. hinc deducitur*, vbi ait, contrariam ſententiam ſibi non placere, licèt frequentiori DD. calculo approbata ſit: quod etiam tenet Aym. *conſ.* 194. *num.* 6. ex quo initium actus eſt ſpectandum, *l.*3. §. *ſcio, de minor. infin.* ibi, *initio inſpecto*, *l. Pomponius* 16. ibi: *Initio cuiuſque temporis conditionem ſpectandam, l. nam & Seruius* 22. §. *ſi viuo, de neg. geſt.* ibi: *Sed quo tempore inchoarentur*, *l. cùm oportet*, §. *ſed cùm tacitas, de bonis quæ lib. gloſ. verb. canonicis, in fin.cap. ſtatutum,de reſcript. lib.*6. Franch. *deciſ.*405. *n.fin.* 104

Sed contraria ſententia, nempe quod deciſio *l.hæreditatum*, ſolùm admittatur caſu quo loquitur,& ad eum reſtringatur, tenent Afflict. *deciſ.*34. Couarr. *lib.*3. *variar. cap.* 9. *num.* 8. Molin. *lib.* 1. *de primog. cap.* 19. *n.*39. dicit communem Rodriguez de annuis reditibus, *dict.lib.* 1. *quæſt.*5. Pinel. *l.*2. 3. *part. cap. fin. num.* 31. *de reſcind. vendit.* Ceuallos *quæſt.* 552. qui tenet, non procedere in contractibus. Barboſ. *l. maritum* 13. *n.* 12. *ſolut. matrim.* licèt contrarium tenuerit Gratian. *diſcept. cap.* 55. *num.* 1. 105

Sed & Barboſ. *vbi ſupr.* cum Molina, & aliis tenet, taxationem & computationem valoris alimentorum conſtituendam eſſe attenta conſuetudine regionis, ætate & valetudine illius, de cuius vita arbitranda agitur: quòd conſonat cum deciſione *l. cùm Titio* 55. *ad leg. Falcid.* vbi fit ex communi æſtimatione,& pretio quod inueniri poteſt in venditione illius legati ſub incerto tempore vitæ legatarij, vt hodie venditur cenſus ad vitam, & ſic Azor. *de parut.* 2. *part. quæſt.*21. *in fin.*ait, attendendam eſſe deciſionem *d. l. cum Titio*: & licèt dicat, iuncta *l.hæreditatum*, intellige, non vt fiat computatio eius, quia id repugnat, vel non conuenit cum *d. l. cum Titio*, ſed quia minus valebit an- 106

nuum

107 nuum relictum ſeniori, quàm iuueni. Id autem totum æſtimabitur, provt communiter valere poteſt, iuxta generalem doctrinam *l. pretia rerum, ad leg. Falcid.* & videtur hoc ſentire Lara *l. ſi quis à liberis*, *§. ſed ſi filius*, *num.* 120. vbi quod oneratus dare aliquid annuum perpetuò liberabitur, ſi
108 emat cenſum pretio communi currenti, quod tunc erat, vt ipſe dicit, ad rationem quindecim pro vno milliari: & hoc videtur pretium taxatum, *l. ſi quis argentum*, *§. ſin autem donatur*, *Cod. de donat.* ibi: *In reditibus autem in quindecim annos æſtimatione praſtet.* Sed illud in fauorem donantis reditus, qui ex ſua liberalitate conuenitur; nam liberabitur dando quindecim annos redituum, vt dicit
109 Grat. *cap.* 55. *num.* 5. hodie autem lege noſtri regni ad rationem viginti. Ergo pari ratione grauatus dare aliquid annuum pro vita alicuius, poterit dare cenſum vitalitium, quod hodie eſt *à diez el millar.* Non ergo habebitur ratio *l. hæreditatum*, quia ſi haberetur, plus daretur pro relicto ad vitam, quàm pro perpetuo, vt conſiderat Couarruuias *lib.* 3. *variarum*, *cap.* 9. *num.* 8. *verſ. cæterum*, nam valor etiam rei immobilis conſideratur reſpectu valoris redituum viginti annorum, text. cum gloſſa *in auth. de non alienandis, aut permutan. gloſſ.* Sa-
110 licet. & alij *auth. perpet. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* Pinel. *l.* 2. 3. *part. cap. fin. num.* 29. *de reſcind.* Et in computatione, *l. hæreditatum*, in relictis infanti, & minoribus viginti annorum, ad illorum vitam, enumerantur triginta anni.

111 Et redeundo à quo digreſſi fuimus *ex num.* 87. & 88. quòd infans non incurrat pœnam ob delictum, adde, quòd nec incurrit irregularitatem. Abb. *cap.* 1. *num.* 6. *de delict. puerorum*, Mandoſ. *de min. ætat. cap.* 3. *num.* 9. ſequitur Cenedo in collectanea ad Clementinam ſi furioſus, *n.* 3. *in fin. de homicid.* & tradit Sayr. *de cenſuris, lib.* 7. *cap.* 8. *num.* 9. vbi quòd infans rebaptizatus non efficitur irregularis; quia cùm irregularitas ſit 112
pœna quæ imponitur pro culpa, vt colligitur ex *cap. placuit*, & *cap. qui apud* 1. *quæſt.* 4. quæ culpa non cadit in infantem, ceſſat pœna. Atque ita intelligas text. *in cap. qui in qualibet ætate*, 1. *q.* 7. imponentem pœnam rebaptizatis; vt intelligatur de doli capacibus.

Sed nec excommunicari poſſunt 113
infantes, cùm non habeant vſum rationis. Suar. *de cenſuris*, *diſput.* 5. *ſection.* 1. *num.* 17. quia infantes non poſſunt peccare mortaliter, & excommunicatio lata in eos eſt nulla. Innocent. *cap. Romana in fin. de ſententia excommunicat. lib.* 6. Abb. *cap. ab excommunicato, num.* 4. *de reſcriptis.* Sayr. *de cenſuris, cap.* 16. *num.* 3. Et ſi 114
populus interdicatur, non comprehenduntur infantes vſu rationis carentes, quos mater, aut pedagogus defert ad Eccleſiam, qui non excluduntur à Miſſa in loco interdicto, ex quo non magis videntur moraliter præſentes modo humano, quàm brutum animal, vt dicit Sayr. *de cenſur. cap.* 4. *num.* 21. *verſ. modò autem.* Sic etiam ob eam cauſam infantes licitè admittuntur ad clauſtra Monialium. Cordoua *caſu* 60. *punct.* 2. Henriq. *lib.* 13. 115
de excommunic. & interd. cap. 42. *§.* 3. *in annotationibus, litera S.* Et hoc non obſtante excommunicatione lata à Concilio Tridentino *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *de regular.* quæ infantes non comprehendit.

prehendit. Et quòd non ligentur in-
terdicto infantes vſu rationis caren-
tes, vltra Sayrum *vbi ſupr.* tradunt
Ang. *in ſumma, verb. interdictum* 1.
*num.*5. Roſella *verbo, interdictum,* 1.
*n.*8. Syluest. *verb. interdictum,* 2. *verſ.
decimum ſeptimum*, Cordoua *in ſum-
ma, quæſt.*60. Gregor. Valent. *tit.*4.
*quæſt.*17. *diſput.*7.

116 Infans autem tempore interdicti
non ſepelitur in Eccleſia; non quia
habeat aliquam cognitionem, ſed
quia eo tempore Eccleſia nullum
corpus, ſeu cadauer admittit. Sayr.
117 *de cenſur. lib.*5. *cap.*4. *num.* 22. Ali-
quando tamen infantes accelerata
malitia peccant; nam, vt referunt
Hoſtienſ. Ioan. Andr. & Abb. *cap.*1.
de delict. puerorum ex D. Greg. *lib.*4.
dialogorum, *cap.* 19. infans quinque
annorum blaſphemus à manibus &
ſinu patris à dæmone ereptus fuit: ex
quo datur intelligi, in ea ætate poſſe
adeſſe malitiam; nam aliàs diuina
iuſtitia tale non permitteret, vt dicit
Mandoſ. *de minor. ætat. cap.*10. *n.*10.
& 11. & Anton. Gom. 3. *tom. c.* 1.
*num.*57. *verſ.*11. & licèt reperiamus,
ait, id miraculosè factum fuiſſe, &
quòd ea quæ nutu Dei aguntur, non
ſunt ſub aliqua lege, *cap. duæ* 19.
118 *quæſt.*2. Et licèt aliqui tenuerint, in-
fantem illum non peccaſſe mortali-
ter, nec fuiſſe damnatum: ſed quod
fuerit viſio quæ apparuerit patri in-
fantis, vt eum triſtitia afficeret ob
negligentiam in correctione infan-
tis: tamen S. Thom. *in ſupplement.
ad* 3. *part. quæſt.* 42. *art.* 2. *ad* 2. te-
net eam opinionem expreſsè contra-
dicere intentioni Beati Gregorij di-
centis, quòd pater negligens ani-
mam filij paruuli, non paruum pec-
catorem gehennæ ignibus nutriuit.
Hieronym. Campanil. *rubr.*7. *cap.* 1.
num. 9.

Et licèt Euchariſtiam ſumere, ob
reuerentiam tanti Sacramenti, non
concedatur pueris, niſi cùm ad annos
diſcretionis peruenerint. Concil. Tri-
dent. *ſeſſ.*13. *cap.*9. & *ſeſſ.*21. *cap.*4.
de quo inferiùs dicemus; tamen fa-
tentur Doctores quòd ſi in infanti-
bus daretur communio, reciperent
gratiam. Victor. *in verb. Euchariſtia,
num.*84. *in fin.* Petr. Ledeſm. *in ſum-
ma, verbo, Euchariſt a, cap.*13. Suar.
3. *tom. diſput.*62. *ſection.*4. Alios re-
fert Barboſ. in remiſſionibus ad Con-
cilium Tridentinum, *ſeſſ.* 21. *cap.*4.
vbi idem de amentibus perpetuis,
quod de infantibus. Valer. Reginald.
*in praxi fori pœnitentialis lib.*29. *n.*78.
vbi *num.*79. quod non adminiſtratur
Euchariſtia exiſtentibus in articulo 119
mortis amentiam patientibus. Hen-
riq. *in ſumma, lib.*8. *cap.*42. §. 3. *in
fin.* Suarez, 3. *tom. diſput.* 69. *ſeſſ.*2.
dubitation. 3.

Et infans patrinus in Baptiſmo 120
eſſe non poteſt, quia vſum rationis
non habet, vt baptizatum doceat *cap.
vos autem* 105. *de conſecrat. diſt.*4. &
S. Thom. *in* 4. *diſtinct.* 6. *quæſt.* 2.
art. 2. Et ſi infans de facto teneat
baptizatam, non contrahit cognatio-
nem ſpiritualem, & poterit poſtea
cum baptizata contrahere matrimo-
nium abſque diſpenſatione. Sayr. *li-
bro* 4. *tit.*6. *dub.*1. vbi quòd ſecus erit
ſi fuerit doli capax, ita quòd poſſit
mortaliter peccare. Et in ætate infan- 121
tili communiter adminiſtratur ſacra-
mentum Confirmationis, vt omnibus
eſt notum, & fuit antiquus mos Ec-
cleſiæ confirmandi ſtatim poſt Baptiſ-
mum, vt dicit Petr. à Soto *de inſtitut.
ſacerd.* Paul. *de ſacramento Confirmat.
lect.* 2.

Digitized by Google

lect. 2. & Viuald. *in ſuo candelabro, Rubr. de confirmat. n.*39. ait, confirmandos eſſe infantes duorum annorum, modò ſit liber in Eccleſia, vbi deſcribantur. Sed Cardinal. Bellarminus in libro, qui intitulatur, *declaracion de la doctrina Chriſtiana. cap. de la confirmacion, fol. mihi* 158. ait, hoc Sacramentum Confirmationis eſſe adminiſtrandum vſum rationis habentibus. Verumtamen eſt, quòd licèt infantibus & pueris vel adultis cuiuſlibet ætatis conueniens ſit adminiſtratio huius Sacramenti, *cap. quoniam* 19. *de ſententia excommunic. lib.*6. ibi: *In confirmatione quæ nedum*
122 *pueris, ſed & adultis, &c.* Curandum tamen eſt illud adminiſtrare in infantili ætate, vt ſicut corporis robur recipiunt, recipiant etiam robur ad vitam ſpiritualem, cùm ad id, & cooperandum ad perfectionem ſalutis, detur hoc Sacramentum; eſt enim ſpirituale augmentum promouens hominem ad quaſi quandam ſpiritualis vitæ ætatem: Sanct. Thom. 3. *part. quæſt.* 72. *art.* 1. *in corpore, & in reſponſione ad* 3. & Catechiſmus Romanus *de ſacramento Confirmationis* ait: *In Baptiſmo abluimur; poſt*
123 *Baptiſmum roboramur*, & ita Genuenſ. *in ſuo manuali Paſtorum, cap.* 54. *n.* 2. ait grauiter peccare Epiſcopos negligenter obmittentes confirmare: nam licèt hoc Sacramentum non ſit de neceſſitate ſalutis, eſt tamen neceſſitatis quoad bene eſſe ſpiritualis vitæ: S. Thom. 3. *part. quæſt.* 65. *art.* 4. vbi quod eſt periculoſum omittere receptionem Confirmationis ex contemptu, ſed non dicetur contemptus, ſi quis non curat accipere, vt tradit ibi in reſponſione ad 3.

124 Et hoc Sacramentum fuit inſtitutum immediatè à Chriſto Domino, non exhibendo, ſed promittendo Sanct. Thom. 3. *part. quæſt.* 72. *artic.* 1. *ad* 1. *verſ.* & ideò iuxta illud Ioann. 16. *num.* 7. *Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos: ſi autem abiero, mittam eum ad vos*, vbi quòd in hoc Sacramento datur plenitudo ſpiritus Sancti, quæ non erat danda ante Chriſti reſurrectionem & aſcenſionem; iuxta illud Ioannis 7. *n.* 39. ibi: *Nondum erat Spiritus datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus.*

Ordinis tamen Sacramentum non adminiſtratur infantibus, etſi de facto eis conferatur, recipiunt caracterem. Tradit Catechiſmus Romanus, *rubr. de Sacramento Ordinis, tit. qui Sacerdotes eſſe debeant, num.* 33. in hæc verba: *Pueris autem, & furioſis vel amentibus, qui vſu rationis carent, hoc Sacramentum dandum non eſt, quamuis ſi iis quoque adminiſtretur, Sacramenti caracterem in eorum animam imprimi, certo credendum eſt.* Et 125
ratio eſt, quia Sacramenta quæ imprimunt caracterem, actum ſuſcipientium non requirunt Sot. *in* 4. *ſententiarum, diſtinct.* 25. *quæſt.* 1. *art.* 2. *concluſ.* 3. & ſufficit quòd abſit reſiſtentia. Cæſar Graſ. *deciſ.* 19. *n.* 32. de iis quæ vi metuſve cauſa fiunt, ſequitur Campanil. *Rubric.* 1. *n.* 99. & *Rubr.* 11. *cap.* 17. *n.* 180. 126

Sacramentum autem Vnctionis infantibus non datur, nec amentibus ab ortu, ſeu natiuitate; & tales vngendi non ſunt; quia hoc Sacramentum debet præcedere Pœnitentiæ & Euchariſtiæ, tradit Catechiſmus Romanus editus à Pio IV. *titul. de Extrema-vnctione, cap.* 9. & *cap.* 12. Summa Angelica, *verb. vnctio, n.* 4, 127

vbi dicit communem ſententiam; & ſolùm datur exiſtentibus in mortis articulo ex infirmitate, & ob id dici-
128 tur Sacramentum exeuntium, *Concil. Trid. ſeſſ.* 14. *de Sacramento vnction. cap.* 3. & ideò non datur euntibus ad bellum, nec in bello exiſtentibus, nec nauigantibus, licèt ſint in mortis periculo. Catechiſmus Roman. *de Sacramento vnctionis, cap. verſ. nemini igitur*, quia non datur valentibus, ſed infirmis, vt inuit Iacobus Apoſtolus *in epiſt. canonica, cap.* 5. *n.* 14. vbi ponit practicam in hæc verba: *Infirmatur quis in vobis? Inducat Preſbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini. Et oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus; & ſi in*
129 *peccatis ſit, remittentur ei.* Et ex quo eſt Sacramentum infirmorum non datur damnatis ad mortem, qui non ſunt infirmi, nec habent ſpem viuendi: tradit Belarmin. *tract. de doctrina Chriſtiana, cap. de Extrema-vnctione, fol. mihi,* 179. Catechiſm. Roman. vbi ſuprà, verſ. *nemini igitur.* licèt eis detur Sacramentum Euchariſtiæ anteriori die ſupplicij, vt diſponitur *l.* 9. *tit.* 1. *lib.* 1. *recop.*

130 Et hoc Sacramentum Vnctionis datur exiſtenti in agone, etiam extra ſenſus, quia cenſetur ſua indigentia illud petere, & in eo durare prior voluntas, quæ præſumitur continuata,
131 *l.* 3. *§. ſcio, ff. de minoribus. & l. cum qui mutatam, ff. de probation. l. Lucius* 22. *de leg.* 2. Queſada *diuerſ. quæſt. cap.* 14. *num.* 10. Maſcard. *de prob. concl.* 14. 18. *à num.* 1. *& concl.* 873. vbi quòd olim fuit, hodie præſumitur Hieron. Gonçal. *in reg. Cancellariæ gloſſ.* 12. vbi de beneplacito; & quòd animi perſeuerantia præſumatur, tradit Afflict. *deciſione* 381. *num.* 4.

Si tamen antequàm amitteret ſenſus, contradiceret, non poſſet Sacerdos eum linire. Tradit Campan. *diuerſ. iur. Rubr.* 1. *num.* 99. per textum *in cap. maiores, §. fin. de Baptiſmo & eius effectu.* 132

Et hoc Sacramentum Vnctionis à Chriſto Domino fuit inſtitutum & inſinuatum. Marc. *cap.* 6. *n.* 13. *Concil. Trid. ſeſſ.* 14. *cap.* 2. *de Sacramento Vnctionis.* 133

Materia Sacramenti Vnctionis eſt oleum oliuarum per Epiſcopum conſecratum, à quo diſtribuitur, & miniſtratur Parochis. Compendium Nauarri, verb. *Vnctio extrema*; & eius diſtributio probat ius diœceſanum, Alexand. Ludouiſ. *deciſ.* 434. *n.* 13. 134

CAPVT XVII.

De pupillo, & de proximo infantiæ, & an teneatur ex contractu, & delicto, & poſſit accuſari: & an ligetur cenſuris à iure, vel ab homine latis, & an à ſeptennio alimenta ei præſtita compenſentur cum ſeruitiis: & quòd pupilli appellatione veniat puella, & maſculinum concipiat fœmininum non è contra, & in quibus ea regula admittatur.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *De diuiſione pupillaris ætatis in tres partes, & vnde dicatur pupillus, & quis ſit pupillus & quis orphanus.*

2 *Diſpoſitio quæ loquitur de pupillo, comprehendit pupillum, non è contra.*

3 *Maſculinum regulariter concipit fœmininum, & ſi ſit eadem ratio, etiam in contractibus, & ſtatutis reſcriptis, ſententiis, & conſuetudinibus.*

4 *Maſculinum non concipit fœmeninum in caſibus, quibus interpretatio ſiue extenſio excluſa eſt, & vide* num. 14.

5 *Filij appellatione filia continetur, etiam in ſubſtitutione negatiuè concepta.*

6 *Idem in ſubſtitutione, ſi ſine liberis deceſſerit.*

7 *Fratris appellatione continetur ſoror, niſi ex coniecturis contrarium appareat.*

8 *Regula procedit in priuilegiis, & omni nomine communi, vt in conceſſo religioſis, quia continentur Moniales eiuſdem ordinis.*

9 *Regula procedit in deciſione* l. 44. Taur. *vt etiam procedit in fœminis.*

10 *Regula procedit, quando relatiuo* quis, *vel* qui *adiungitur terminus communis.*

11 *Et quando relatiuo* Quis *vel* qui *additur terminus communis, vt homo, vel maior, licèt in multis iuribus, cùm præmittitur relatiuum* Quis, *addatur, vel* qua.

12 *Multa adduntur à Iure Conſultis ob anxiam quorundam dubitationem tollendam, dicendo idem bis.*

13 *Notatur practica & ſtylus duplicandi acta ad maiorem ſecuritatem certi orationis.*

14 *Si diſpoſitio contractus, vel ſtatuti loquatur per commune nomen, ſub maſculino comprehenditur fœmininum: ſed pupillæ appellatione non continetur pupillus.*

15 *Pupillorum ætas infirma appellatur à Iureconſulto, & terminatur in maſculis decimoquarto anno, in fœminis duodecimo.*

16 *Pupillus infantiæ proximus quis dicatur, & vſque ad quod tempus.*

17 *Pupilli infantiæ proximi vocantur ſecundi generis, & habent aliquem intellectum, licèt non plenum diſcurſum.*

18 *Infantiæ proximus non habet velle, nec nolle, niſi appoſita tutoris auctoritate.*

19 *Infantiæ proximus non tenetur ex delicto; nec poteſt de crimine accuſari.*

20 *Infantiæ proximus non incidit in pœnam*, l. ſi quis in tantam, Cod. vnde vi.

21 *Infantiæ proximus non committit furtum, nec cauſam ingratitudinis.*

22 *Infantiæ proximus non tenetur ex mutuo, vel alio contractu, licèt aliquid ad eum peruenerit, tenebitur tamen condictione ſine cauſa in id quod ad eum peruenit.*

23 *Infantiæ proximus non obligatur ſine tutore, etiam iure naturæ, quia in eis deficit intelligentia.*

24 *Infantiæ proximus infanti æquiparatur.*

25 *Pupillus ſi eſt factus locupletior, datur contra eum actio, ſed non*

Digitized by Google

tanquam contra obligatum, ſed tanquam negotio eius geſto, vt datur contra furioſum.

26 *Infantiæ proximus ſi aliquem intellectum habuerit, poterit acquirere poſſeſſionem, non tamen deſinere poſſidere.*

27 *Poſt ſeptennium habetur conſideratio operæ pupilli, & alimenta ei data compenſantur cum ſeruitiis ipſius.*

28 *Si pueri ſeptem annorum baptizentur, ipſi reſpondere tenentur ad interrogata, quia fari poſſunt.*

29 *Infantiæ proximus ex tempore quo egreſſus eſt infantiam, tenetur confiteri; quia poteſt peccare: ſed & anteà, ſi doli capax ſit.*

30 *Confeſſio fuit à Chriſto Domino inſtituta poſt Baptiſmum lapſis.*

31 *Eccleſia pueros ſub præcepto compellit ad confitendum peccata, non tamen per cenſuras cogitante pubertatem.*

32 *Impubes ab homine non poteſt excommunicari, & ſententia excommunicationis in eum lata, eſt nulla: ſecus autem in excommunicatione à iure, quam incurrit doli capax,* & n.39.

33 *Euchariſtia Sacramentum ſumere, non conceditur pueris vſu rationis carentibus; ſed cùm ad annos diſcretionis peruenerint.*

34 *Pubertas ad receptionem Sacramenti intelligitur ex diſcretione cuiuſquam, non duodecimo, aut quatuordecimo anno.*

35 *Infantiæ proximus, completo ſeptennio, poteſt tonſurari, non anteà.*

36 *Infantiæ proximus non incurrit irregularitatem.*

37 *Infantiæ proximus non poteſt excommunicari, & intelligitur textus* in cap. vltim. de ſententia excommunic.

38 *Infantiæ proximus, ſi manus in clericum iniecerit, non erit excommunicatus, ſecundùm Franciſcum Marcum, & maior abſolui poteſt à nuntio delegato à latere de percuſſione Eccleſiaſtici.*

39 *Ad incurrendam cenſuram à iure latam ſufficit pupillum eſſe doli capacem, qui comprehenditur in caſibus reſeruatis, & in excommunicatione ab homine, requiritur pubertas.*

40 *Impubes ſufficiens non eſt ad intelligendum ordinem iudiciarium, & non admittitur ad ſe defendendum.*

41 *Impubes doli capax, ſi contumax fuerit, valebit cenſura contra eum lata.*

42 *Eccleſia interdicta, comprehenduntur impuberes doli capaces.*

43 *Citatus per edictum, poteſt excommunicari, duobus concurrentibus.*

44 *Pupilli proximi infantiæ nequeunt etiam cum tutore eligere ſepulturam.*

QVia pupillaris ætas in tres partes diuiditur, in infantia, & ea quæ eſt infantiæ proxima, & proxima pubertati, vt colligitur ex *l. pupillum* 112. *ff. de regul. iur. &* §. *pupillus, Inſtit. de inutilib. ſtip.* Donel. *l. ſi pupillus* 127. *n.6. ff. de verborum oblig.* & iam ſupra, de infantia ſatis dictum ſit, nunc de pupillo infantiæ proximo agendum erit. Pupillus itaque nomen eſt diminutiuum, à Pupo, quod puerum ſignificat. Sim. Schard. *in lexicon. verb. pupillus*, ſic Martial. 1

Martial. *epig. lib.*4. *Dicit ſe vetulam, cùm ſit Cærelia pupa, Pupam ſe dicit Gellia, cùm ſit anus.* Et dicitur pupillus, qui impubes de patris poteſtate exit, morte, vel emancipatione, *l. pupillus* 239. *de verb. ſignif. gloſſ. penult. l. fin. ff. vbi pupillus educari debeat, gloſ. pupilli, in princ. Inſt. quib. mod. tutel. fin.* Couarr. *pract. c.*6. *n.*2. Gratian. *diſcept. cap.* 182. *n.* 1. & ſi matre careat, dicitur Orphanus Rebuf. *de ſent. prouiſion. gloſ. vlt. verſ. ſecundo orphani*, vnde verſus: *Pupillus patre caret, orphanus eſt ſine matre, ſed magis eſt propriè orphanus, cùm caret vtroque.*

2 Et cùm dicimus de pupillo, de pupilla etiam intelligimus, *l. ſeruis legatis* 8. *in princ. de leg.* 3. *gloſſ. in l. hac autem, de adopt.* quia maſculinum concipit fœmininum, *l.* 2. §. 2. *de conſtitut. pecun. l.* 3. *in princip. de negotiis geſtis, l. cùm in adoptiuis*, §. *qua in filio, Cod. de adopt. l. pen. in fin. Cod. de præpoſ.* ſacri cubiculi, & in beneficiis, & in diſpoſitione legali, Alex. *conſ.*62. *n.*3. *vol.* 5. & ſi ſit eadem ratio in contractibus, ſententiis, ſtatutis, reſcriptis, & conſuetudinibus, & priuilegiis, & in materia odioſa, & pœnali, vt tradit

3 ex multis Tyraq. *de retract. linag.* §. 1. *gloſ.*9. *à n.*211. *& ſeqq.* & hoc interpretatione extenſiua, vt dicit Baez. *de dotibus, cap.* 11. *n.* 2. Et quod ibi *n.*4. ait, eam regulam non procedere in contractibus, & Auileſ. *cap.* 1. *Prætorum, verb. ninguna perſona, num.* 8. *verſicul. tamen tu vide*, & Ioannes Baptiſta Laderchius *conſil.*9. *num.* 5. Mier. *de maioratibus* 1. *part. quæſt.* 51. *num.* 13. *edition.* 1. & Mantic. *de contractibus lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 63. vbi de emphyteoſi pro filiis, intellige ſi ſit diuerſa ratio in fœmina, quàm in maſculo: tradit D. Ioan. Caſtel. *lib.* 5. *controuerſiarum, cap.* 62. *num.* 21. vbi *num.* 20. quòd nec in teſtamentis, nec in vltimis voluntatibus comprehenditur fœmina, ſi ex coniecturis & veriſimili mente teſtatoris appareat, noluiſſe quòd fœmininum conciperetur, Surd. *deciſ.*70. *num.*9. vbi *n.* 10. idem dicit, ſtante ſtatuto excludente fœminas, & *deciſ.*84. *num.*2. & Riccius *collectanea* 432. Nec procedit 4
regula in caſibus, quibus interpretatio, ſeu extenſio excluſa eſt. Socinus *regul.* 355. *maſculinum, fallentia* 3. Signorolus *conſil.*220. alios re- 5
fert Baez. *dict. cap.* 11. *num.* 3. Et ſi eſt eadem ratio, filij appellatione filia continetur, *l. iuſta* 201. *de verborum ſignificatione. Iuſta interpretatione* (inquit textus) *recipiendum eſt, vt appellatione filij, ſicuti filiamfamilias contineri, &c. l. pronuntiatio* 195. *eodem titulo* ibi: *Pronuntiatio ſermonis in ſexu maſculino, ad vtrumque ſexum plerumque porrigitur, & in l. filij* 84. *eodem tit.* quæ ait: *Filij appellatione omnes liberos intelligimus, iuncta l. cognoſcere* 56. *eodem titulo*, ibi: *Siue virilis, ſiue fœminini ſexus ſint.* Et 6
etiam in ſubſtitutione negatiuè concepta, vt ſi dictum ſit, ſi ſine liberis deceſſerit, vel ſi filios non habuerit, comprehenditur filia. Curt. Iun. *conſil.* 163. *n.*10. *& conſ.*139. *n.*14. Fachin. *lib.* 4. *controuerſ. cap.* 57. Giurba *deciſ.*32.

Sic & appellatione fratris conti- 7
netur ſoror, *l. tres fratres* 36. *de pact.* (niſi ex coniecturis appareat, contrarium ſenſiſſe teſtatorem) Doctores *d.l. tres fratres*, præcipuè Iaſ. *verſic. ſecundò limita, l. Lucius*, §. *quæſitum, de leg.* 3. Et quod regula procedat in priuilegiis, Suar. *de leg. lib.* 8. *c.* 10.

A a 3 verſ.

Digitized by Google

8 *verſ. in contrarium*, & ibi *in verſic. at*
verò, tenet quòd in omni nomine
communi, vt in priuilegio conceſſo
religioſis alterius ordinis, quod cen-
ſetur conceſſum Monialibus illius or-
dinis, tradit Emanuel Rodrig. 1. *tom.*
q. 3. *art.* 22. & idem dicit Suar. *vbi*
ſupr. verſ. ad primum, ſi indefinito
nomine diſpoſitio ſit concepta, vt
nullus, omnis, quis, qui, nobilis; quia
nomina communia ſunt: exemplum
habes *in cap. licet vniuerſis, de teſti-*
9 *bus*. Mier. *de maioratibus*, 1. *part. q.* 23.
num. 15. vbi ita intelligit *l.* 44. *Taur.*
ibi: *El que hiziere mayorazgo*, vt
etiam de fœminis intelligatur, &
loquatur; ſic *l. ait diuus* 16. *de iur.*
10 *fiſci*, ibi: *Quicumque accipere debe-*
mus, tàm maſculum, quàm fœminam,
Meneſius *l. ſi quis maior, num.* 8. *Cod.*
de tranſact. tenet regulam illius legis
procedere in fœmina, quando rela-
tiuo ſi quis, additur terminus com-
munis, vt homo, vel maior, vt in ea
l. ſi quis maior, & licèt ſint Doctores
contrarium tenentes; tamen hanc
dicit communem & veram ſenten-
tiam.

11 Nec obſtat, quòd ſint infinita
iura, quæ cùm præmiſerint relatiuum
Quis, addunt vel *Quæ*; quaſi ſen-
tiant, requiri ad comprehendendas
fœminas, quæ iure enumerat Tyraq.
d. §. 1. *gloſſ.* 9. *num.* 218. quia, vt ipſe
12 inquit ibi, *num.* 220. Id fit à Iurecon-
ſultis ob anxiam & moroſam quo-
rundam dubitationem, vt *in l. ſtipu-*
lationes commodiſſimè, de verbor. oblig.
l. qui mutuam, in princip. ff. mandati,
l. quæ dubitationis, vbi Dec. *de regul.*
iur. l. 1. §. *ſed ſciendum, de ædilitio edi-*
cto, ibi: *Puto ædiles tollendæ dubita-*
tionis gratia bis dixiſſe, ne qua dubita-
tio ſupereſſet, & eſt practica dupli-
candi acta pro ſecuritate certioratio-
nis, vt *in l. Sempronius* 49. *de leg.* 2. 13
ibi: *Vna tabula teſtamenti, eodem tem-*
pore exemplarij cauſa ſcripta, vt vulgo
fieri ſolet: & communiter fit in lite-
ris cambij, vel ſaltim vltra literam
mittitur epiſtola, *de auiſo*. Quod au-
tem Doctores aliqui tradunt, prædi-
ctam regulam non procedere in con-
tractibus, ſtatutis & aliis diſpoſitio-
nibus, quibus eſt excluſa extenſio, in-
telligendum eſt, ſi diſpoſitio loqua-
tur per nomen, Maſculus: ſecus ſi per 14
nomen commune, vt ſuprà dictum
eſt, & exemplificatur in pueris, quo-
rum nomine comprehenduntur puel-
læ, *d. l. ſeruis legatis* 79. *de leg.* 3. non
tamen puellæ, vel pupillæ appella-
tione pupillus continebitur, *d. l. ſer-*
uis legatis, verſic. ancillis vero, ibi:
Et pueris etiam legatis, puellæ deben- 15
tur: id non æquè in puellis dicendum eſt,
& quod puellæ appellatione pupil-
lus non contineatur, tenet gloſſa *l.*
hæc autem, de adoptionibus, quia nun-
quam fœmininum concipitur maſcu-
linum, *l. ſi ita ſcriptum*, vbi Bart. *de*
legat. 2. Auiles *cap.* 1. *prætor. verbo*
ninguna perſona, n. 9. & quamuis pu-
pillorum, ſeu puerorum ætas, quæ in-
firma appellatur, *l. ciuitatibus* 125.
in princip. de leg. 1. terminetur in maſ-
culis decimoquarto, in fœminis duo-
decimo anno, §. 1. *verſ. pubertatem*,
Inſtit. quibus modis tut. finit. Igneus
l. excipiuntur, num. 7. ad Syllanian.
Farin. *quæſt.* 92. *num.* 81. Quo tempo-
re impleto iuſta incipit ætas, *l. ait*
diuus 16. *de iure fiſci*, ibi: *Cuius æta-*
tis ſit is, qui ſe defert, vtrum iuſtæ, an
pupillaris, & ibi gloſſa. Non tamen
æqualiter, & vniformiter iudicatur
de actibus pupillorum; nam aliter
de proximis infantiæ; aliter de pu-
bertatii

bertati proximis, à iure diſponitur, li-
cèt in multis conueniant, vt inferius
apparebit. Dicitur autem quis infan-
16 tiæ proximus, ſi maſculus ſit, vſque
ad decem annos cum dimidio; ſi fœ-
mina, vſque ad nouem & dimidium.
§. *pupilli*, vbi gloſſa *verb. infantiæ
proximus*, & ibi Theophilus, *de inu-
til. ſtipul. l. 9. tit. 1. part. 2.* Anton.
Gom. *3. tom. cap. 1. num. 57.* vbi di-
cit communem Menoch. *de arbitr.
caſu 57. à num. 21.* Hondeded. *con-
ſil. 82. num. 38. volum. 1.* Cald. *l. ſi
curatorem habens, verb. aduerſarij dolo,
poſt num. 53.* Farinac. *quæſt. 92. n. 4.*
Montan. *de tutel. cap. 5. num. 30.* vbi
quòd hos pupillos vocat ſecundi ge-
neris. Zaſius, *l. 1. §. adipiſcimur, de
17 acquirend. poſſeſſ.* Et hoc, quia ha-
bent aliquem intellectum, licèt non
perfectum diſcurſum, & ſunt linguæ
gnari, rerum autem ignari, vt dicit
Cuiac. §. *pupillus, Inſt. de inutil. ſti-
pulat.* & nihil ſcire *gloſſ. verbo, non
videtur, l. qui iuraſſe 26. de iureiur.*
& eorum ætas quid videat ignorat,
l. 1. in fin. C. de falſa moneta.

18 Et pupillus proximus infantiæ non
creditur habere velle, nec nolle, niſi
appoſita tutoris authoritate *l. pupil-
lus 150. de regul. iur.* & ita non te-
19 netur ex delicto; quia doli capax
non eſt *l. pupillus 122. de regul. iur.
l. 2. de termino moto l. 3. §. prima ver-
ba, de ſepulchr. violato l. 3. tit. 31.
part. 7.* ibi: *E ſi por auentura el que
huuiere errado, fuere menor de diez
años y medio, nole deuen dar ninguna
pena, l. 3. tit. 8. part. 7. in fin.* Cald. *l.
ſi curatorem habens, verb. vel aduerſa-
rij dolo, num. 53.* Plaça *de delict. lib. 1.
cap. 31. n. 10.* Nec poteſt de crimine
accuſari, *l. 9. tit. 1. part. 7.* ibi: *Em-
pero ſi fuere menor de die años y medio,
no le puede acuſar de ningun yerro que
fizieſſe, l. 6. tit. 5. part. 6.* verſ. *Pero
para poder el padre.*

Nec proximus infantiæ incidit in 20
pœnam, *l. ſi quis in tantum, Cod. vn-
de vi.* Monoch. *de recup. poſſeſſ. remed.
9. quæſt. 3.* nec committit furtum, *l.
impuberem de furt.* nec cauſam ingra- 21
titudinis. Ant. Gom. *1. tom. var. c. 4.
num. 3. in fin.* Nec proximus infan- 22
tiæ tenetur ex mutuo, vel alio con-
tractu, licèt aliquid ad eum peruene-
rit, in id tamen tenebitur condictio-
ne ſine cauſa, vel ad exhibendum,
gloſ. dation. §. 1. vbi additio margina-
lis, *Inſt.* quibus modis re contrahi-
tur obligatio.

Nec pupillus proximus infantiæ 23
obligatur ſine tutore, etiam iure na-
turæ, *gloſ. verb. non erit, l. hoc iure 30.
§. penult. de donation. gloſſ. in l. pupil-
lus 150. de reg. iur. gloſ. verb. non obli-
gari, l. 1. de inutil. ſtipul. & l. 1. iun-
cta gloſſ. verb. obligatur, de conſtit. pe-
cun.* & additio marginalis ad gloſſam
verbo, *datione, in §. 1. vel is quoque,
Inſtit. quib. mod. re contra. oblig. defi-
cit* enim ante eam ætatem plena in-
telligentia, ita vt tectum conſenſum
habeant, *gloſ. verb. ſi pupillos, l. ſi pu-
pillus 21. in princ. ff. ad leg. Falcid.*
Anton. Gom. *2. tom. variar. cap. 14.
num. 1.* Caualcan. *deciſ. 31. num. 13.*
Molin. *1. tom. de iuſ. & iur. tract. 2.
diſputat. 224. num. 30.* alios refert
Thom. Sanch. *de matrim. lib. 6. diſ-
putation. 38.*

Infanti enim proximus infantiæ 24
æquiparatur, §. *pupillus, Inſt. de inu-
til. ſtip.* ibi: *Nam infans, & qui in-
fantia proximus eſt, non multum à fu-
rioſo diſtant, quia huiuſmodi ætatis pu-
pilli nullum habent intellectum.* Ex quo
eſt, quòd licèt factus ſit locupletior,
non

non obligatur; cùm obligationes naſcantur ex conſenſu, *l.* 2. *de actionib. & obligation.* & lex quæ detrahit conſenſum infanti & infantiæ proximo, detrahit obligationem naturalem, quæ ex conſenſu naſcitur, *l.* 1. *ff. de pactis.*

25 Et licèt detur actio in quemuis pupillum, quatenus locupletior factus eſt, *l. pupillus, in princip. de authorit. tutor.* ibi? *Nam in pupillum non tantùm tutori, verùm etiam cuiuis alij actionem in quantum locupletior factus eſt, dandam, diuus Pius reſcripſit*, de quo latè dicimus infrà *cap.* 18. *n.* 22. *& à num.* 34. tamen in proximo infantiæ non datur actio aduerſus eum tanquam contra obligatum, ſed vt negotio eius geſto, datur negotiorum geſtorum; qualis datur contra furioſum, ſi aliquis negotia furioſi geſſerit, *l.* 3. §. *pupillus, verſ. & ſi furioſi, de negot. geſtis.* Donel. *l. ſi pupillus* 127. *num.* 7. *&* 8. *de verborum obligation.*

26 Sed etſi proximus infantiæ aliquem intellectum habeat, poteſt acquirere poſſeſſionem, *l.* 1. §. *adipiſcimur, in fin. de acquir. poſſeſſ. l. quamuis* 32. *in princip. eod. tit.* Simon de Præt. *de interpr. vltim. volunt. lib.* 5. *dubit.* 3. *num.* 51. *pag. mihi* 464. vbi ſolùm vult, quod ſit maior infante; non tamen poterit deſinere, poſſidere animo, corpore tamen poterit, *l. poſſeſſionem* 29. & ibi, *gloſſ.* 1. *de acquirend. poſſeſſ.* Et licèt videatur difficile, quòd acquirat poſſeſſionem, & non amittat animo, *l.* 3. §. *in amittenda, l. quemadmodum* 8. *eod. tit.* dic rationem eſſe, quia lex fauet pupillis in acquirenda poſſeſſione, licèt plenum affectum non habeant, vt *in l. donatarum, Cod. de acquir. poſſeſſ.* Secus in eorum damnum, vt erit ad eam amittendam.

Et poſt ſeptennium habetur conſideratio operæ pupilli, & incipiunt alimenta data pueris, compenſari cum ſeruitiis. Magonius, *deciſ.* 9. *num.* 25. *cum ſequentib.* Burſat. *conſil.* 83. *n.* 9. Gam. *deciſ.* 216. *&* 360. Lara *l. ſi quis à liberis, §. ſi mater, n.* 70. *de liber. agnoſc.* Cancerius, 2. *part. variar. cap.* 14. *à num.* 112. & in caſu nouercæ & priuigni, Ruinus *conſil.* 94. *num.* 6. *volum.* 5. Infantis autem operæ non ſunt in conſideratione, vt diximus ſuprà *cap.* 16. *n.* 90. niſi ſint hiſtriones, vt infrà *cap.* 20. *num.* 96. 27

Et ſi pueri ſeptem annorum baptizentur, ipſi reſpondere tenentur ad interrogata. Hoſtienſ. *in ſumma, tit. de delict. puer. num.* 2. & ab eo tempore tenentur abſtinere à carnibus, & lacticiniis in quadrageſima, & vigiliis, vide *in cap. fin. num.* 43. ſed & peccata tenebitur confiteri pupillus infantiæ proximus ex tempore quo ſit egreſſus infantiam, id eſt, poſt ſeptimum annum ad minus, quia peccare poſſunt, vt dicit Hoſtienſis *in ſumma, tit. de delictis puerorum*, Mandoſ. *de minor. ætat. cap.* 4. *num.* 6. Sylueſt. *in ſumma, verbo confeſſio* 2. *n.* 4. *verſ. quintò*, & anteà, ſi capax ſit doli, vt pluries contingit: nam cùm præceptum Eccleſiæ confitendi peccata, omnes comprehendat, *cap. omnis vtriuſque ſexus, de pœnit. & remiſſion.* licèt ætas ad confeſſionem certo aliquo annorum numero diffinita non ſit, vt dicit Catechiſmus Romanus Pij V. *de confeſſione, n.* 45. tamen, vt ibi inquit, illud vniuersè ſtatuendum videtur, ab eo tempore confeſſionem puero inductam eſſe, 28 29

cùm

cùm inter bonum & malum diſcernendi vim habet, in eiuſque mentem dolus cadere poteſt.

30 Et cùm confeſſio fuerit à Chriſto inſtituta poſt Baptiſmum lapſis, Concilium Trid. *ſeſſ.* 14. *de pœnit. cap.* 5. conſequens eſt, vt quauis ætate poſt Baptiſmum lapſus confiteri teneatur. Et quod ſit à Chriſto Domino inſtituta confeſſio, conſtat ex Ioanne, *cap.* 20. *num.* 23. *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt, Matthæi* 16. *n.* 19. *& cap.* 18. *n.* 18.

31 Et ſic Eccleſia pueros ſub præcepto compellit ad confitendum peccata ſua, non tamen per cenſuras cogit, donec quatuordecim, vel duodecim annos attigerint. Henricus in ſumma Theologiæ moralis, *lib.* 4. *cap.* 5. §. 2. Sot. *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 1. *artic.* 3. *concluſ.* 5. Hieronym. Campan. *in diuerſorio iuris, reg.* 7. *cap.* 1. *num.* 5.

32 Nec poteſt quis ante pubertatem ab homine excommunicari, Campanil. *rubr.* 7. *cap.* 6. *num.* 156. Suar. *de cenſur. diſp.* 5. *ſect.* 1. *num.* 17. & ſententia excommunicationis in eum lata, erit nulla. Sair. *de cenſur. lib.* 1. *cap.* 16. *n.* 3. Secus autem erit in excommunicatione à iure; nam ſtatim quòd puer ſit doli capax, in eam incidit, *cap. fin. de ſent. excommunicat.* ibi; *Pueris qui in canonem inciderunt ſententiæ promulgatæ, ſiue ante, ſiue poſt pubertatem poſtulent ſe abſolui, poteſt diœceſanus Epiſcopus abſolutionis beneficium impertiri*, qui textus intelligendus eſt de doli capacibus. Suar. *vbi ſuprà, n.* 18.

33 Euchariſtiæ tamen Sacramentum ſumere, non conceditur pueris, vt diximus ſuprà *c.* 16. *n.* 118. ex Concil. Trid. *ſeſſ.* 13. *cap.* 9. *& ſeſſ.* 22. *cap.* 4. vbi non conceditur vſu rationis carentibus, ſed cùm ad annos diſcretionis peruenerint: non tamen intelligas de primo gradu diſcretionis, ſed de ſecundo, ſcilicet cum ad pubertatem perueniant, vt explicat Suar. *in* 3. *part.* S. Thom. *vol.* 3. *q.* 80. *art.* 11. 34
diſp. 70. *ſect.* 1. ſequitur Camp. *rubr.* 7. *cap.* 1. *n.* 4. Et ad hoc intelligo pubertatem ex diſcretione cuiuſquam, non tamen præcisè de quatuordecimo, vel duodecimo anno, cùm plures ante eam ætatem capaces ſint diſcretionis ad ſumendam Euchariſtiam; quod arbitrio prudentis confeſſoris deliberabitur.

Et puer infantiæ proximus, ſtatim 35
impleto ſeptennio, poteſt tonſurari non antea, *c. nullus, de temp. ordinat. lib.* 6. vbi gloſ. *fin. Clement. fin. de ætat. & qual.* Cagnol. *l. fœmina*, §. *impuberes, n.* 14. *de reg. iur.* Mand. *de minor. ætat. c.* 4. *n.* 12. Tolet. *in ſumma lib.* 1. *cap.* 25. *n.* 15.

Et infantiæ proximus non incurrit 36
irregularitatem. Morl. *in emporio iur.* 1. *p. tit.* 12. *q.* 4. *n.* 3.

Nec excommunicationem incurrit, 37
vt diximus de infante *cap.* 16. *à n.* 113. Nec obſtat textus *in c. vlt. de ſent. excom.* qui loquitur de excommunicatione impuberis; nam intelligendus eſt de doli capace. Suar. *de cenſibus, diſput.* 5. *n.* 18. aliàs ætas eum excuſabit. Et hoc in excommunicatione à iure impoſita; nam ab homine ante decimumquartum annum nequit excommunicari.

Et ſi infans, vel infantiæ proximus, 38
qui à pari iudicantur manus in clericum iniecerit non eſt excommunicatus. Franc. Marc. *deciſion.* 169. *num.* 2. & quilibet maior abſoluitur

à Nuntio delegato à Latere de percuſſione Eccleſiaſtici (etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruata) Pater Mol. *de iuſt. & iur. tract.5. diſp.6. n.4.*

39 Et licèt ad incurrendam cenſuram à iure latam ſufficiat pupillum eſſe doli capacem qui delinquere poteſt, *l. pupillus* 112. *de reg. iur.* & tradit Campan. *in diuerſorio iuris canonici, rubric.* 7. *cap.* 6. *num.* 156. vbi quod comprehenditur in caſibus reſeruatis: tamen excommunicatio ab homine, vt inferatur, requiritur pubertas, vt ex aliis tradit Vgolin. *de cenſur.cap.*17.§.3. *n.*5. ſequitur Suar. *dict. diſp.*5. *ſect.* 1.*n.* 19. vbi ait, rationem eſſe, quia impuberis ætas ſufficiens non eſt ad intelligendum ordinem iudiciarium, & ſic non admittitur ad ſe defendendum in iudicio, *cap.fin. de iud. lib.6.*

40

41 Si tamen neceſſaria præcedant in impubere ad cenſuram, vt ſi ſit contumax cenſura contra eum lata non erit nulla: & idem ſi Eccleſia interdicatur; nam comprehenduntur impuberes doli capaces, cum iam poſſint & debeant ſacris intereſſe vtendo illis rationali modo, Suar. *d.diſp.*5. *ſect.*5. *num.*19.

42

43 Et ſic citatus per edictum, poteſt excommunicari duobus probatis, & quod fuerit affixum in vicinis partibus, & quod ad eius notitiam veriſimiliter potuit peruenire. Felin. *cap. quoniam frequenter, n.* 20. vt lite non conteſtata. Marc. Anton. Eugen. *in praxi Eccleſiæ, quæſt.*721. vbi refert ad id deciſiones Rotæ.

44 Nec pupilli proximi infantiæ poſſunt ſibi eligere ſepulturam; nam impuberes non doli capaces non poſſunt eam eligere, *cap. licèt, de ſepulturis, lib.6.* Et hoc in tantum, vt nec cum auctoritate tutoris poſſint; quia effectus electionis ſepulturæ confertur poſt mortem, *cap. de vxore, de ſepulturis*, vbi quod ob id mulier coniugata poteſt eligere ſepulturam, quia confertur in tempus quo eſt ſoluta à lege viri: & cùm tutoris auctoritas eo tempore extincta ſit, nequit electioni ſepulturæ auctorari; nam licèt faciat tempore habili, cum conferatur in tempus inhabile, eſt ac ſi id feciſſet tempore inhabili: ad tradita *ſuprà, cap.6. à num.* 15. atque ita quod tutor nequeat auctorari electioni ſepulturæ ab impubere factæ, tenet Sebaſtianus Medicis *de ſepulturis, q.*8. *num.*21.

CAPVT XVIII.

De pupillo proximo pubertati, quod obligetur naturaliter ſine tutore: & vt ea obligatio ſufficit ad fideiuſſoriam, ſic & ad hypothecam, & nouationem cauſandam prioris obligationis, etiam ciuilis. Et an acceſſiones confundantur, ſi creditor pupillo ſuccedat, & ſoluto debito naturaliter poſſit repetere, niſi ſoluerit conditionis implendæ cauſa; & ſi fuerit factus locupletior, an ciuiliter obligetur; vt

vt ſi habeat pecuniam ſaluam, vel emerit neceſſaria, ſeu cæterorum bonorum fuerit releuatus; & an teneatur ſoluere melioramenta, & eorum fructus relinquere. Et an pupillus diues teneatur dotare matrem, & ſororem pro matrimonio, etiam ſpirituali, & alere fratres, & alios collaterales: Et an ſi contrahat matrimonium, eius bona ſint obligata pro dote, & poſſit alios contractus gerere. Et an tutoris autoritas debeat eſſe præſentialis, & verbalis. Et quid in actu ſimultaneo: & an poßit ad iudicium vocari, & ipſe alios vocare & accuſare.

SVMMARIVM.

1 *Pupilli pubertati proximi quando dicantur, &* n.4.

2 *Intelligitur*, l. non tantum, *in principio*, de excuſat. tutor.

3 *Tutor non excuſatur à tutela ſuſceptione, ob tutelam pupilli, cui ſolùm deficiunt ſex menſes ad pubertatem.*

4 *Proximus pubertati licèt regulariter dicatur habens decem annos cum dimidio, verius eſt, id relinqui arbitrio iudicis.*

5 *Pubertati proximus obligatur naturaliter ſine tutore, &* n. 15.

6 *Fideiuſſor pupilli compromittentis obligatur, & ab eo poteſt exigi pœna.*

7 *Fideiuſſor ſerui obligatur, quia ſeruus naturaliter obligatur, & num.* 15.

8 *Fideiuſſoria obligatio non ſubſiſtit ſine principali obligatione; & idem de hypotheca, &* n.28.

9 *Fideiuſſoria obligatio & hypotheca vt conſiſtat, ſufficit quod prior obligatio ſit ciuilis, vel naturalis.*

10 *Pupillus implet conditionem, & liberatur à naturali obligatione.*

11 *Obligatio naturalis pupilli ſufficit ad nouationem cauſandam, licèt obligatio nouata, ſit ciuilis & naturalis.*

12 *Legatum pecuniæ debitæ à pupillo ex mutua pecunia accepta ſine tutore, valet, quaſi relictum ſub conditione ſi ſoluerit.*

13 *Aditione hæreditatis, ſi creditor pupillo ſuccedat, cui ſine tutoris auctoritate crediderat, liberabitur fideiuſſor, & pecunia redacta ex pignore cedit æqualiter ad ſolutionem debiti naturalis & ciuilis.*

14 *Debitum pupillo, cui relictum eſt legatum, ſi ſoluerit, vt percipiat legatum, eſt ſoluendum cauſa conditionis implendæ; & in Falcidiam hæredi imputatur, vide* num.26.

15 *Naturalis obligatio oritur ex conſenſu, & vinculum æquitatis, quo ſolo ſuſtinetur, conuentionis æquitate diſſoluitur.*

Digitized by Google

16 *Intelligitur* l. pupillus 58.de act. & obligat.

17 *Pupilli obligatio nocet, & prodeſt fideiuſſoribus & acceſſionibus; & oſtenditur quomodò id fiat.*

18 *Obligatio qualiſcumque ſit, poteſt nouari, dummodò ſequens obligatio, aut ciuilis ſit, aut naturalis.*

19 *Fideiuſſor ita obligatur præcedente naturali obligatione, ac ſi pro ciuiliter obligatio fide iuberet.*

20 *Pupillus obligatione naturali non nocet ſuæ perſonæ; & ſi ſoluat, repetit: non quia non ſit debitum, ſed quia perſona repetitioni locum facit.*

21 *Priuilegium pupilli, cùm perſonale ſit, ad fideiuſſores non extenditur, nec ad cæteras acceſſiones.*

22 *Ob naturæ æquitatem pupillus ſi ſoluat, non repetet, quando fuerit factus locupletior, ne locupletetur cum iactura aliena: & eo caſu pupillus tenetur etiam ciuili actione*, & n.24.

23 *Pupillus & ſi non ſit factus locupletior, obligatur naturaliter, & eius obligatio prodeſt, & nocet quoad alios effectus.*

24 *Creditoris dicitur, cui ex aliqua actione debetur, quà poſſit agere: & pupillus dicitur habere creditorem, ſi eſt factus locupletior: & indebitum dicitur ex obligatione naturali, quà agi non poteſt.*

25 *Pupillus ſoluens pecuniam ſibi ſine tutore mutuatam conditionis implendæ cauſa, non repetit*, num. 26.

26 *Datum conditionis implendæ cauſa, in Falcidiam non imputatur.*

27 *Intelligitur* l. eius 64. *ad Senatuſconſult. Trebellianum.*

28 *Plures effectus proueniunt vtiles ad praxim ex naturali obligatione pupilli.*

29 *Obligatus naturaliter, tenetur in foro conſcientiæ.*

30 *Qualiter intelligatur dictum Bald.* Quos natura non obligat, conſcientia non ligat, & n.32.

31 *Obligatio naturalis de iure canonico eſt efficax ad agendum.*

32 *Illud quod eſt de iure naturali, eſt de iure diuino.*

33 *Pupillus non obligatur ciuiliter, nec naturaliter, quando lex reſiſtit contractui; vt ſi contrahat cum ſuo tutore, vel promittat rem prohibitam alienare, vel pro mutua pecunia à ſe recepta.*

34 *Si præcipiat lex aliquid fieri cum certa ſolemnitate, quæ omiſſa ſit in contractu pupilli, & ob id res ſit ei reſtituenda, tenebitur pupillus reddere pretium, in quantum fuerit factus locupletior.*

35 *Et melioramenta neceſſaria tenebitur ſoluere, & fructus melioramentorum relinquere melioranti.*

36 *Locupletior dicitur pupillus ſi habeat pecuniam ſaluam, vel erogatam eius facultate, vel ſi rem neceſſariam ex ea emerit, &* num. 39.

37 *Locupletior cenſetur, ſi à diminutione cæterorum bonorum ſuorum fuerit releuatus; vel ſi debitum ſoluerit*, & n. 39. *vel promiſſum ſit neceſſitati.*

38 *Petens à pupillo, tenetur probare, verſum in eius vtilitatem; & eſt probanda ſpecies locupletationis.*

39 *In pupillum ſemper datur actio, in quantum eſt factus locupletior.*

40 *Tempus quod inſpiciatur, vt pupillus*

pillus dicatur locupletior factus.

41 Pupillus non præſumitur factus locupletior, niſi probetur, ſecundùm veriorem ſententiam.

42 Semper eſt probandum pupillum factum locupletiorem ſine differentia; valeat, vel non contractus, & tenetur ſi dolo tertij fuerit locupletatus, vel aliquid ad eum peruenerit, vel ex delicto alicuius vel ex metu per alium illato, & de differentia actionis de dolo & metu.

43 Nulla eſt obligatio naturalis, quæ non ſit iuris gentium, & è conuerſo.

44 Ius ciuile poteſt impedire effectum naturalis obligationis.

45 Fideiuſſor poteſt obligari efficacius quam principalis.

46 Pro pupillo compromittente accipitur fideiuſſor.

47 Pupillus, etiam proximus pubertati, non obligatur ſine tutore, neque ex contractu tenetur.

48 Intellige, nolente pupillo, & tutore ſecus ſi velint ſtare contractui; quia in pupillo claudicat contractus licèt regulariter non permittatur claudicatio: & ibi in quibus admittatur.

49 Licèt actum ſit de nullitate contractus, & per ſententiam fuerit nullus declaratus, poterit pupillus pœnitere, & dicere ſe velle ſtare contractui.

50 Ponitur cautela, vt pars ſit ſecura à variatione perſonæ priuilegiatæ.

51 Pupillus patronus præſentat ſine tutore; & ab eo præſentatus præfertur præſentato à tutore.

52 Pupillus non poteſt eligere, & quare, cùm poſſit præſentare.

53 Pupillus poteſt eligere ad emphyteoſim.

54 Pupillus obligatur ciuiliter pro dote: & an teneatur dotare matrem.

55 Pupillus tenetur dotare ſororem ex eodem patre natam, & quando ſororem vterinam.

56 Poſſeſſor maioratus tenetur alere, & dotare ſorores, etiamſi non deſcendant ab inſtitutore maioratus.

57 Frater diues tenetur dotare ſororem egentem: & an onus alendi extendatur ad alios collaterales, & ad nepotem ex fratre, vel ex ſorore, & amitam.

58 Quod dicitur de dote, intelligitur, ſiue ſoror nubat, ſiue efficiatur monialis, vel tertiaria vulgò Beata, cœlibem vitam agens.

59 Si pupillus contrahat matrimonium bona eius remanent obligata pro dote, ſine tutore & iudice.

60 Pupillus ſine tutore poteſt meliorem conditionem facere, ſibi acquirendo, ſine mutua obligatione.

61 Pupillus deteriorem ſuam conditionem nequit facere: & ſic non alienare de ſuis bonis, nec ſeruum manumittere, poteſt neque actionem remittere, nec legatum repudiare.

62 Pupillus non poteſt paciſci, nec donare ſine tutore; ſed poteſt ſolemnia munera cognatis mittere.

63 Pupillus non poteſt nouare, nec trãſigere ſine tutore & iudice, niſi locupletior factus ſit: poterit tamen ſoluere debita defũcti cui ſucceſſit.

54 Pupillus non poteſt adire hæreditatem, nec tutor, ſi nolit, eſt cogendus auctoritatem præſtare: tenebitur tamen tutelæ iudicio.

65 *Pupillus nequit ad iudicium vocari ſine tutore, & proceſſus erit nullus, & tutor eſt citandus, quem ſi non habeat, iudex prouidet, vel de curatore ad litem, ſi cauſa requirat celeritatem, vel eſt tempore peritura.*

66 *Quid ſi, citato pupillo, comparuerit tutor ante litis conteſtationem, vel alia perſona, quæ debuit citari quòd ſuppleatur defectus citationis etiam ſi compareat ad allegandam nullitatem.*

67 *Pupillus ducitur ad iudicium, vt prouideatur ei de tutore vel curatore, vocatis conſanguineis.*

68 *In ſubſtitutione pupilli ſumitur coniectura ex affectione patris in fauorem ſuorum conſanguineorum, potius quam pupilli.*

69 *Nolentibus conſanguineis officium curatoris ad litem iudex prouidebit.*

70 *Pupillus, licèt non poſſit citari, vel interpellari, poterit fieri non apparente tutore, ad euitandam moram vel præſcriptionem, vel pœnam, vel pro euictione.*

71 *Auctoritas tutoris debet eſſe præſentialis, non per nuntium, & quis dicatur præſens.*

72 *Auctoritas tutoris debet interponi verbis expreſſis, nec ſufficit præſentia, ſi taceat tutor.*

73 *Actus ſimultaneus inducit auctoritatem tutoris iuſſum patris licentiam viri.*

74 *Pupillus non poteſt accuſare, niſi mortem patris, vel aui, vel de eius teſtamento agere.*

75 *Etiam proximus pubertati non poteſt excommunicari ab homine.*

AB eo tempore quo pupilli deſi- 1
nunt eſſe proximi infantiæ, dicuntur pubertati proximi *gloſſ. fin. in l. 1. ff. de nouation. verſic. ad hoc dicunt quidam*, & *gloſ.* 1. *in* §. *pupilli, Inſt. de inutil. ſtip.* Nec intelligas dici pubertati proximum illum, cui ſolùm deficiunt ſex menſes ad pubertatem, iuxta *l. non tantum, in princ. de* 2
excuſat. tutor. quia ibi non ponitur regula de pupillo proximo pubertati, ſed exemplum pupilli exiſtentis prope pubertatem, vt non excuſetur tutor à ſuſceptione tutelæ ob tutelam 3
quam habebat tam breui tempore perituram; quia pupillo ſolùm deficiebant ſex menſes ad pubertatem, quaſi iam eſſet finita; quia quod parum diſtat non videtur diſtare, ex *l.* 4
filiusfamilias de militari teſtam. Sed intellige pubertati proximum, poſt decem annos cum dimidio. Petrus Vncola in praxi artis notariatus *6. diuiſion. perſonarum*, §. 1. *n.* 4. qui eſt inter tractatus Doctorum, & eſt communis opinio teſte Montano *de tutel. cap. 5. n. 32.* & tradit Cald. *l. ſi curatorem, verb. vel aduerſarij dolo, num. 53. pag. 1275. column.* 1. Ant. Gomez. *3. tom. cap. 1. n. 57.* Mauritius *de in integ. reſtitut. cap. 153. n. 8.* Hondedeus, *conſ. 82. n. 38. volum.* 1. Natta *conſ. 434. in fin. lib.* 2. dicit communem Iaſ. *l. pupillum 112. de reg. iur.* & *l. 6. tit. 5. p. 6.* ibi: *El moço mayor de diez años y medio, à que llamen en Latin, proximus pubertati*, & *l. 9. ad fin. tit. 29. p. 7.* Menoch. tamen *lib. 2. de arbitr. cent. 1. caſu 57.* tenet relinquendum eſſe iudicis arbitrio, qui inſpecta conditione perſonæ; & qualitate actus, & regionis, vbi quis natus eſt, arbitrabitur, an cenſeatur pubertati proximus, & doli capax: &

hanc

hanc dicit veriorem, & magis receptam ſententiam, quam ſequitur Montan. *de tutel. cap. 5. n. 69.* Idem tradit Ioan. Bapt. Villalob. *in antynomia Iuris ciuilis, & regni, litera P. n.43.* & Thom.Sanch.*lib.1. de ſponſ. diſput.51. n. 24.*

5 Pupillus autem pubertati proximus ſine tutore obligatur naturaliter, *l. fin. in princip. de iureiurando*, vbi eius fideiuſſor tenetur, *l. ſi pupill.40. de recept. arbitr. Si pupillus* (inquit textus) *ſine auctoritate tutoris compromiſerit,non eſt arbiter cogendus pronuntiare, quia ſi contra eum pronuntietur pœna non tenetur præterquam ſi fideiuſſorem dederit, à quo pœna peti poſſit.*

6 Et cùm fideiuſſor non teneatur, niſi is pro quo fideiuſſit obligatus ſit, ſaltem naturali obligatione, *l. cum lex 47. de fideiuſ. l. naturaliter 13. de*
7 *condict. indeb.* ibi: *Naturaliter ſeruus obligatur, & ob id fideiuſſor pro ſeruo acceptus tenetur*, §.1. *Inſtitut. de fi-*
8 *deiuſſor. iuncta gloſſ.* Et ratio eſt, quia ſine principali obligatione, non valet fideiuſſoria, quæ eſt acceſſoria obligationis præcedentis,& non poteſt conſtitui abſque obiecto obligationis cui ſupponatur, quia hypotheca dicitur obligationi ſuppoſitum, vt dixit Budeus in annotationibus ad Pandectum,*l.penult. ff.de pig.*& dixi, *lib.1. de anniuerſ. cap.8. n.18. & 19.* ſic & fideiuſſoria obligatio non conſiſtit ſine principali obligatione antecedente, ſiue ea ſit ciuilis, ſiue naturalis, *d.l. fideiuſſor obligari 17.§. fi-*
9 *deiuſſor accipi, de fideiuſ.* ibi: *Fideiuſſor accipi poteſt, quoties eſt aliqua obligatio ciuilis, vel naturalis, cui applicetur*, §.1. *Inſtit. de fideiuſſ. & §. fideiuſſores, eod. tit.* & ſic cum in *d.l. ſi pupillus 40. de recept. arbit. & in d. l. fin. in princip. de iureiur.* fideiuſſor pupilli teneatur, conſequens eſt, obligari pupillum, ſaltem naturaliter. Et quòd naturaliter obligetur, probat *l. ſi pupillus 21. in princip. ad*
*leg.Falcid.*ibi: *Et implet conditionem,* 10
& liberatur à naturali obligation. l. 1.
de nouation. ibi: *Dummodò ſequens* 11
obligatio, aut ciuiliter, aut naturaliter teneat; vt puta ſi pupillus ſine auctoritate tutoris promiſerit, l. ſi eius 64. in pr. ad Trebell. ibi; *Non repetam, quia ab eo in me obligatio naturalis tranſlata eſt, l. Marcellus, de fideiuſſoribus*, ibi: *Marcellus ſcribit: ſi quis pro pupillo ſine tutoris auctoritate obligato, l. cùm illud 29. §. 1. quando dies leg. ced.* ibi: *Quòd ſi debiti verbo naturalem obligationem, futuramque ſolu-*
tionem cogitauit, &c. Vbi admittit le- 12
gatum debiti pupilli contracti ex mutua pecunia recepta ſine tutoris auctoritate, quaſi ſit relictum ſub tacita conditione ſi ſoluerit.

Sed *l. ſtichum. 95. §. aditio, de ſo-* 13
lutionibus, vbi dum ait, quod aditio hæreditatis pro ſolutione eſt, ſubdit: *Si fortè creditor, qui pupillo ſine tutoris auctoritate numos crediderat, hæres ei extiterit; non enim quantum locupletior factus pupillus eſt, conſequitur, ſed in ſolidum creditum ſuum ex hæreditate*
retinet. Et cùm non ſit creditum, vbi 14
non eſt debitum, nec ſolutio intelligitur, niſi eius quod debetur; bene probant dicta verba, pupillum obligari, etiamſi non ſit factus locupletior, ſaltem naturaliter ea aditione liberabitur fideiuſſor, ſed & pecunia redacta ex pignore cedit ſimul ad ſolutionem debiti ex naturali obligatione proueniente cum debito ex ciuili, & naturali; & qualiter in vtrumque debitum retinetur pecu-

nia

nia à creditore, *l. in iis* 5. §. *Imperator, de ſolutionibus*, ibi: *Cùm quædam earum ex ſtipulatione, quædam ex pacto naturaliter debeantur*, qui textus eſt ſingularis & multum notabilis; ſed eum intellige, ſi obligationes ſint eodem tempore contractæ, *l. pupilli* 96. §. *cùm eodem tempore, de ſolutionibus*, & facit *l. ſi pupillus* 127. *de verb. oblig.* ibi: *Si pupillus ſine tutoris auctoritate ſtichum promittat, & fideiuſſores dederit, &c.* poſteà ſubdit, *eſſe autem fideiuſſorem obligatum*, *l. in numerationibus* 44. *de ſolution.* ibi: *Item ſi pupillo quo ſine tutoris auctoritate mutuam pecuniam accepit, legatum à creditore fuerit ſub ea conditione, ſi eam pecuniam numerauerit in duas cauſas videri eum numeraſſe, & in debitum ſuum, vt in Falcidiam heredi imputetur; & conditionis gratia, vt legatum conſequatur*, nota ergo verba illa. *Et in debitum ſuum.*

15 Sed & pro hoc facit, quia naturalis obligatio oritur ex conſenſu, *l. Stichum*, §. *naturalis*, *de ſolutionibus*, ibi: *Quia vinculum æquitatis, quo ſolo ſuſtinebatur, conuentionis æquitate diſſoluitur.* Et pupillus non caret conſenſu, §. *pupillus*, *Inſt. de inutilibus ſtipulat.* & quia conſenſu ſolo cauſatur obligatio naturalis, lex Regia 5. *tit.* 12. *part.* 5. eam admittit inter ſeruos, ibi: *Como ſi algun ſieruo prometieſſe a otro de dar, o de fazer alguna coſa; ca como quier que no le puede apremiar por juyzio que la cumpla, porque non ha perſona para eſtar en juyzio; con todo eſſo tenudo es naturalmente de cumplir por ſi lo que prometio por quanto es home*, *l. cùm amplius*, §. *is natura debet.*, *de reg. iur.* Et ad eundem modum pupillus naturaliter obligatur. Et tandem hanc ſententiam dicit veriorem multis fundamentis, Thomas Sanchez *de matrim. lib.* 6. *diſp.* 38. *num.* 21. vbi refert Bartol. Paulum, Angelum, Salicetum, Fulgoſium, Azonem, Iaſonem, Alex. Decium, Felinum, Fortunium Garſiam, Bertachin. Martinum, Nauarr. Conſtanſium, Lambeatengum, Anton. Gabrielem, & alios ita tenentes in locis ab eo relatis: & idem tenet Anton, Gom. 2. *tom. variar. cap.* 14. *num.* 1. Ioannes Gutier. *l. nemo poteſt, num.* 146. *de legat.* 1. Caualcan. *deciſion.* 51. *num.* 13. *part.* 1. Caldas Pereyra, *l. ſi curatorem habens, verb. non abſimilis, n.* 27. *Cod. de in integr. reſtit.* & dicit communem Corraſius, *l. filium quem habentem*, §. *Falcidia, n.* 38. *Cod. famil. barciſc.* & eam tenet pater Molin. *de iuſt. & iur.* 1. *tom. tract.* 2. *diſput.* 224. §. *quamuis autem.* Sed licèt vir doctiſſimus veram doctrinam poſuerit, noluit ſe inuoluere circa legum interpretationem, quæ videntur expreſſè diffinire, pupillum ſine tutoris auctoritate, nec naturaliter obligari, *l. pupillus* 58. *de action.* 16 *& oblig.* ibi: *Pupillus mutuam pecuniam recipiendo, nec quidem iure naturali obligatur*, ob quod ei datur ſoluti repetitio, *l. quod pupillus* 41. *de condi. indebiti*, ibi: *Quod pupillus ſine tutoris auctoritate ſtipulanti promiſerit & ſoluit, eius repetitio eſt, quia nec natura debet.* Et omiſſis DD. ſolutionibus, nempe Accurſij, Corraſij, Equinarij, Zaſij, Petri Montani, Cuiatij, Franc. Duaren. Æmilij Ferretti, quas refert, & refutat Nicolaus de Paſſeribus, in libro qui inſcribitur *Conciliatio legum*, *pag. mihi* 337. & omiſſa ipſiuſmet Nicolai de Paſſeribus ſolutione, ibi à *num.* 65. conſideratis rationibus traditis à Doctoribus.

ribus.

Digitized by Google

ribus & ſumendo aliquas ex eis, tenendo pro conſtanti, quòd ea iura loquuntur in pupillo pubertati proximo contrahente ſine tutoris (quem habebat, vel non habebat) auctoritate, dic, pupillum eis caſibus obligari naturaliter, obligarique acceſſione ſuæ obligationis, ſi res ſpectetur vel actus à pupillo geſtus, quia verè producit obligationem in eius perſona; & perconſequens in
17 fideiuſſoribus & acceſſionibus. Et dicitur non obligari naturaliter ſi inſpiciamus effectum obligationis in pupilli perſona; nam licèt obligatio verè ſubſiſtat, quia alias non noceret, nec prodeſſet acceſſionibus: & quòd profit & noceat, patet; nam ſi creditor ſtipuletur à pupillo quod ſibi debet, nouandi animo, debitor liberatur, quia ex ſtipulatione cum pupillo contracta naſcitur obligatio naturalis in quam prior transfuſa eſt: ſine qua obligatione nulla eſſet facta nouatio, cùm nouatio ſit prioris debiti in aliam obligationem trans-
18 fuſio, *l. 1. in princip. de nouation.* quæ poſtea in fine ſubdit: *Qualiſcumque igitur obligatio ſit, quæ præcedit, nouari verbis poteſt, dummodo ſequens obligatio, aut ciuiliter teneat, aut naturaliter; vt puta, ſi pupillus ſine tutoris auctoritate promiſerit.* Ecce ergo quomodo hæc pupilli obligatio naturalis prodeſt ad liberationem prioris debitoris, facta nouatione.

19 Nocet autem fideiuſſoribus; quia non minus obligantur, ac ſi pro ciuili obligatione intereeſſiſſent, *l. vltim. de iureiurand. l. ſi pupillus 127. de verborum obligat.* ſaltim naturali, *l. fideiuſſor obligari, §. fideiuſſor accipi, de fideiuſſ.*

20 Sed non obſtante quod pupillus ſit obligatus naturaliter, non nocet ſuæ perſonæ; quia contra eum agi non poteſt: & ſi ſoluat, poteſt repetere, *l. quod pupillus, de condict. indeb.* in quo negatur effectus naturalis obligationis, qui eſt, vt ſolutum non repetatur *l. naturalis 9. de actionib. & obligat. l. fideiuſſor obligari 17. §. fideiuſſor accipi, ff. de fideiuſſ.* ibi: *Naturales autem obligationes non eo ſolo æſtimantur, ſi actio aliqua earum nomine competit, verum etiam cum ſoluta pecunia repeti non poteſt.*

Datur autem repetitio ſoluti pupillo, non quia pecunia non erat debita, ſed quia hoc beneficium tribuitur perſonæ pupilli; perſona enim repetitioni locum facit, *l. interdum, de condict. indeb.* ibi: *Interdum perſona locum facit repetitioni, vt puta, ſi pupillus ſine tutoris auctoritate, vel furioſus, vel is cui bonis interdictum eſt ſoluerit.* Et cùm perſonale ſit pri- 21
uilegium, ad alios non extenditur, nec pertinet ad fideiuſſores, & cæteras acceſſiones, *l. cùm patronus, de leg. 2. l. quia tale, ſoluto matrimonio.* Et ne obſtet lex, ſi pupillus, *in princip. ad legem Falcidiam, & l. ſi eius 64. ad Trebellianum*, quibus apertè diffinitur, pupillum, cui ſine tutoris auctoritate pecunia data eſt, non ſolum obligari naturaliter, ſed quod ſi ſoluerit, non repetit; dic, quòd in pupillo, cui ſine tutoris auctoritate pecunia credita eſt, duobus modis dicitur, conſiſtere obligationem naturalem. Vno modo, ita 22
vt ipſum teneat; vt quando eſt factus locupletior; nam tunc etiam tenetur ciuili actione, *l. 3. ff. commodati*: dicitur tamen abſolutè obligari naturaliter *in l. pupillus, de author. tutor.* ibi: *Naturaliter tamen obligabitur*

Digitized by Google

in quantum locupletior factus eſt, quia ſecundùm naturæ æquitatem eſt, neminem cum alterius iactura fieri locupletiorem, *l. naturaliter*, §. *fin. l. nam hoc natura, de cond. indeb.*

23 At quando non eſt factus locupletior, & ſi oriatur obligatio naturalis ex contractu pupilli, ita vt etiam ad alios quoque pertineat, & eis proſit & noceat; veruntamen non vt noceat pupillo effectualiter, & ob id dicatur nec natura teneri de priori, ſcilicèt, quando factus eſt locupletior, *l. ſi pupillus* 21. *ad leg. Falcid. & l. ſi eius* 64. *ad Trebell.* Tum quia iureconſultus in vtraque lege vtitur nomine creditoris; & creditor dicitur is, cui ex aliqua actione debe-
24 tur, qua poſſit agere: textus eſt *in l. creditores, de verbor. ſignif.* igitur de pupillo locupletato intelligi debent dictæ leges, cùm is ſolus poſſit dici habere creditorem. Sic & indebitum dicitur, quòd ex pacto ſine ſtipulatione naturaliter debetur, *l. in iis* 5. §. *Imperator. fin. de ſolutionibus.* Tum etiam quia non eſt credendum, dubitaſſe, Iureconſultum in eis legibus, an ſi pupillus ſoluiſſet mutuatam ſibi pecuniam abſque tutoris auctoritate, poſſet repetere; nec erat dubitatio digna Iuriſconſulto; & ne fruſtra dicatur, id tractari dictis legibus, accipiendæ ſunt de pupillo qui extrinſecus locupletior factus erat: quod in vera hominis obligatione
25 poſſet dubitari; nam *in l. ſi pupillus, ad leg. Falcid.* pupillus ſoluerat debitum, ſed ſoluerat conditionis implendæ cauſa, quia ei erat legatum relictum, ſi decem quæ ipſi mutuo data erant, hæredi reſtitueret; & ſic ſoluit, vt conditioni pareret, & legatum conſequeretur: & quod datur conditionis implendæ gratia, non imputatur in Falcidiam, *l. id autem ad leg. Falcid.* Fuit ergo ibi dubitatum, an ſolutum eſſet pro debito, vt ſic imputaretur tanquam quid hæreditatis, *l. cedere diem* 213. *verſic. as ſuum, de verb. ſignif. gloſſ.* 1. *l. ob as. Cod. de action. & oblig.* Et reſpondit Paul. Iuriſconſ. pro debito ſolutum fuiſſe, vt quamuis pupillus legatum repudiauerit, vel Stichus legatus deceſſerit, ob quod pupillus nihil conſequatur; tamen ſolutum non repetet, quod cauſa conditionis implendæ ſoluerat, licèt ante verè debitum eſſet: & in hoc conſiſtit dubitatio illius textus. 26
Sic & *l. eius* 64. *ad Trebell.* dum quæritur, an ſi pupillus pecuniam mutuam, quam ſine tutoris auctoritate acceperat, & cui hæreditas ſui creditoris reſtituta erat, poſſet ab eo repetere; ſatis oſtenditur, fuiſſe obligationem pupilli, ex qua creditori teneretur; ſed dubitabatur, an poſſet repetere, ex quo alij ſoluiſſet, quàm creditori: quia ei ſoluit, cui reſtituta erat hæreditas creditoris: quod negat Iuriſconſultus, ea nempe ratione, quia ab hærede creditoris in fideicommiſſarium tranſlata intelligitur obligatio naturalis pupilli: quod ſimiliter in alio quouis debitore, qui ciuiliter deberet, poſſet dubitari. Ita interpretatur Donel. *l. ſi pupill.* 127. *de verb. oblig.* quæ interpretatio magis videtur congruere, quàm tradita à Nicol. de Paſſerib. *vbi ſuprà.* 27

Nec putes ſolùm pro ſcholis à nobis diſputatum fuiſſe, an pupillus obligetur naturaliter: ſed quia ad plura & varia in foro iudiciali vtile eſt, tam reſpectu fideiuſſorum & aliarum acceſſionum, & hypothecarum quæ ſupponuntur, quia ſine præuia obligatio- 28

obligatione non conſiſtent; ſignificat enim hypotheca obligationi ſuppoſitum. Budeus *in annotat. ad Pandect. l. penult. ff. de pign.* quàm in foro animæ; nam quotieſcumque ſecundùm leges & ſtatuta quis remanet obligatus naturaliter, tenetur in foro conſcientiæ adimplere: quod
29 dicit notorium Couarr. *cap. cùm eſſet, num. 5. de teſtam.* Meneſius, *l. cùm quis, n. 31. Cod. de iur. & facti ignorantia.* Fachin. *lib. 4. controuerſ. verſ. probatur.* Cancer. *2. part. variar. c. 1. num. 197. & 198.* vbi refert vulga-
30 re dictum Bald. *Quos natura non obligat conſcientia non ligat*, & quia obligatio naturalis de iure canonico eſt
31 efficax ad agendum. *cap. 1. de pactis*, ſecundum communem intellectum.
32 Cancerius *vbi ſupr. num. 133.* Illud enim, quod eſt de iure naturali, eſt de iure diuino, quia ius naturale in lege & Euangelio continetur, textus *in princ. 1. diſt. & in princ. 5. diſt. & cap. fin. §. his itaque 6. diſt.* ibi: *Cùm ergo in naturali iure nihil aliud præcipitur, niſi quod Deus vult fieri, nihilque vetatur, quàm quod Deus prohibet fieri.*

Sed dictum Baldi non videtur ita generaliter procedere; quia licet ius naturale non dictet obligationem ſupernaturalium; tamen obligant in conſcientia: ſed & præcepta Eccleſiæ, quorum obligationem non dictat naturale ius: niſi dicas, quòd obligat ad religionem erga Deum, *l. veluti erga Deum religio, de iuſtit. & iur.* in qua & cultu Dei inſunt ſupernaturalia, & Eccleſiæ præcepta;
33 ſicque procedit Baldi axioma: non tamen obligabitur ciuiliter, nec naturaliter pupillus, quando lex reſiſtit contractui. Bart. *l. cum lex 6. de fideiuſſ.* Spino *de teſtam. gloſſ. 15. princip. de filiis legitim. n. 50.* Caualcan. *deciſ. 21. n. 64. part. 3.* Couarr. *cap. quamuis pactum, de pact. 2. part. §. 4. num. 6.* Nauarr. *conſ. 9. n. 6. & 7. de emption. & vend. lib. 3. vol. 1.* ſequitur Cancer. *2. p. variar. c. 1. n. 199.* Et ſic ſi contrahat cum ipſo tutore, contra *l. licet. Cod. de contrahend. empt.* vel ſi promittat de rebus, quarum prohibita eſt alienatio ſine decreto vt in *l. ſi ad reſoluendum*, & in *l. ſi quidem, Cod. de prædiis minorum*, ſic etiam nec in mutuo facto minori, cui reſiſtit *l. 22. tit. 11. lib. 5. recop.* quas limitationes ponit Thom. Sanch. *de matrim. lib. 6. diſput. 83. num. 13.* & generaliter procedit, vbi lex reſiſtit contractui: & pari ratione, quia pupillus non obligatur ciuiliter, nec naturaliter, quando lex reſiſtit contractui; ita ſi lex prohibet fieri ſine certa ſolemnitate, vt ſupra dictum eſt, & tradit Roman. *conſ. 12. n. 4. per l. ſancimus, in princ. Cod. de donationib.* ibi: *Pro non ſcripto vel intellecto eſſe credatur.* Franciſc. Betius *conſ. 12. num. 19.* vbi alios refert, & fideiuſſores non tenebuntur deficiente principali obligatione *l. fideiuſſor obligari, §. fideiuſſor accipi, de fideiuſſ. Cancerij 2. part. cap. 1. n. 50.*

Vnum tamen regulare eſt, quòd 34
quoties pupillo qui contraxerat reſiſtente lege, vel ſine ſolemnitate, vel tutoris auctoritate, eſt reſtituenda res aliqua tenebitur reſtituere pretium, in quantum ex eo fuerit factus locupletior, vt rem recuperet, *l. fin. Cod. de vſucap. pro emptore, l. prædiorum, & l. ſi prædium, Cod. de prædiis minorum, gloſſ. fin. l. ſi in emption. 34. §. fin. de contrahend. empt.* ſed & me- 35
lioramenta neceſſaria tenebitur ſol-

uere, & fructus melioramentorum
relinquere, vt pluribus relatis dicens
veriorem ſententiam tenet Giurba,
36 *deciſ.*105. *num.*18. *&* 19. Et dicetur
locupletior ſi habuerit pecuniam ſal-
uam, vel erogatam in eius facultates,
vt *in d.l. ſi prædium, & d.l. prædiorum.*
Idem, ſi neceſſariam rem emerit, li-
cèt perierit, & modò non ſtet, *l. in*
pupillo 47. *de ſolution. l. ſi ipſa quod*
n et. cauſ. l. fin. Cod. de vſuc. pro empt.
l. verum, §. ſciendum, de verb. obligat.
Fach. *lib.* 2. *controuerſ. cap.* 46. Can-
cer. *lib.* 2. *variar. cap.* 1. *ex num.* 155.
vel ſi à diminutione cæterorum bo-
37 norum ſuorum fuit releuatus, *l.*3. *&*
l. ſi probatione, §. *verſum*, *de in rem,*
verſ. Maſcard. *de probat. concl.* 1169.
num. 19.
38 Et qui petierit à pupillo, tenebi-
tur probare, verſum in eius vtilita-
tem. Fachin. *lib.* 2. *controuerſ. cap.*47.
verſ. *ego ſanè, reiectis aliorum ſenten-*
tiis. Rolandus plures referens *conſ.*7.
*n.*28. *vol.*3. Mantienç. *l.*22. *tit.* 11.
*gloſſ.*2. *lib.* 5. *recopil.* Maſcard. *de pro-*
bat. concluſ. 1165. *n.* 26. Et eſt pro-
banda ſpecies locupletationis. Gra-
39 tian. *diſcept. cap.*101. *n.*8. Et ſemper
in pupillum datur actio in quantum
factus eſt locupletior, *l.* 1. §. *an in pu-*
pillum, depoſiti ibi: *Nam in quantum*
locupletior factus eſt, datur actio in
eum. Et ita ſi pupilli debitor iubente
eo ſine tutoris auctoritate pecuniam
ſoluerit creditori pupilli; & poſteà
ipſe vel eius tutor pecuniam petant
à debitore, habet exceptionem, quia
pupillus eſt à debito liberatus, & ſic
locupletior factus, *l. ſi pupilli* 66. *de*
ſolutionibus, vel ſi alio modo conſti-
terit de vtilitate, vel prouiſum fuerit
neceſſitati. Montan. *de tutel. cap.*33.
40 *num.* 128. Et ad id tempus quo agi-
tur inſpicitur, *dict. l. in pupillo* 47. *de*
ſolution. vel tempus litis conteſtatio-
nis, *l. litis conteſtationem* 39. *de ne-*
go. geſtis. Et licèt aliqui tenuerint,
pupillum ad quem peruenit pecunia,
vel alia res, in dubio præſumi fa-
ctum locupletiorem, gloſſ. verb. *con-*
ſumpſerit, *l. vnum autem* 26. *de pe-*
titione hæreditatis, & tradit Fran-
chis, *deciſ.*31. *&* 319. plures quos
refert Fachin. *lib.*2. *cap.*46. *verſ. pri-*
ma tamen, vt ipſe Fachin. inquit verſ.
ſecundum argumentum, verius eſt con-
trarium, nempe quòd non præſuma-
tur factus locupletior, niſi probe-
tur. Idem tradit Menoch. *de recuper.* 41
rem. 15. *num.* 586. *&* 587. & idem
lib. 6. *præſumpt.* 27. *num.* 9. *&* 10.
Gratian. *cap.* 101. *num.* 7. *&* 8. In
minore autem Montan. *de tutel. c.* 33.
num. 132. *vſque ad num.* 138. ait in
hunc modum; quod ſi contractus à
minore celebratus ſit validus, & mi- 42
nor petat reſtitutionem; qui rece-
perit pecuniam, probare debeat, quòd
non fuerit locupletatus; ſi verò con-
tractus fuerit nullus creditor proba-
re debeat, minorem locupletatum:
quam diſtinctionem ponit Iacobus
Portius, *lib.*3. *commun. opin. concl.* 12.
dicens, non procedere in contractu
mutui minori facti, in quo verſum
eſſe in eius vtilitatem ſemper debet
probari per agentem. Sed eam di-
ſtinctionem improbat Pinel. *l.* 2. *in*
2. *part. cap.*4. *à n.*64. & ab ea etiam
diſcedit Fachin. *dict. lib.* 2. *cap.* 46.
indiſtinctè tenens, quòd quoties re-
quiritur & deſideratur, quòd quis ſit
factus locupletior, ab eo cui inte-
reſt factum eſſe locupletiorem eſt
probandum, per *l. ſi ſine*, §. *interpoſi-*
to, verſic. quæro an cùm ex hac vendi-
tione, de adminiſtrat. tutor. & l. patri,
§. *item*

§. item ex diuerſo de minoribus, & idem
ſi dolo tertij ſit factus locupletior,
quia quando dolus tertij eſt cauſa ac-
quiſitionis alicuius ei nocet, & tene-
tur de dolo ſi pupillus eſt doli capax,
& hoc vt reſtituat, *l. ſed etſi ex do-
lo 16. §. item ſi quid. ff. de dolo*, ibi:
*Si quid dolo procuratoris ad Dominum
peruenerit datur in Dominum de dolo
actio, quantum ad eum peruenit*, *l. ſi
procurator 11. de doli mali metus ex-
cept.* Et quando vtilitas delicti perue-
nit ad tertium per manus delinquen-
tis cenſetur ratificare delictum. Ay-
mon, *conſ.* 236. *num.* 2. actio autem
de dolo non datur contra ſingularem
ſucceſſorem. Curt. Iunior, *conſ.* 179.
num. 8. quia actio de dolo ſolum eſt
in perſonam, ſecus autem eſt in
actione, quòd metus cauſa, quæ eſt
in rem, quam differentiam ponit An-
ton. Faber de erroribus pragmatico-
rum. *Decade* 1. *errore* 8. actio autem
de dolo dabitur in ſingularem ſuc-
ceſſorem ex cauſa lucratiua, & ſic in
donatarium, & legatarium, quibus
obſtat dolus auctoris, *l. 4. §. ſi
quis autem 26. ff. de doli except.* Is au-
tem dicitur natura efficaciter debere,
quem iure gentium dare oportet, *l.
cum amplius 85. §. is natura debet, de*
43 *reg. iur.* vbi Petrus Faber, *num.* 4. ait,
nullam eſſe obligationem naturalem,
quæ non ſit iuris gentium: & è con-
uerſo. Nec accipimus obligationem
44 naturalem, quæ à iure gentium ſit
deſtituta; poteſt tamen ius ciuile
impedire effectum naturalis obliga-
tionis, vt in dictis iuribus eam ne-
gantibus, etſi nequeat eius ortum
fruſtrare. Et ſic videmus, quòd pro
deportato fideiuſſor non accipitur,
l. ſi debitori 49. de fideiuſſor. licèt
obligetur naturaliter: cui obligatio-
ni poteſt accedere fideiuſſor, vt in
naturali obligatione pupilli & alio-
rum, quo caſu fideiuſſor ciuiliter &
naturaliter obligatur, *l. Marcellus de
fideiuſ. l. quid enim 8. eodem tit. l. ſi
pupillus 40. de recept. arbit. l. ſi pupil-
lus 127. de verb. oblig. l. naturaliter
15. in princ. de cond. indeb. l. Stichum,
95. §. naturalis, de ſolution. l. 2. de fi-
deiuſ.* quia fideiuſſor poteſt efficaciùs 45
obligari. Ludouic Charond. in Scho-
liis, *ad l. is cui bonis, de verb. obligat.*
latè Heringius, *de fideiuſ. cap. 24. &
cap. 5. à n. 350.* Et in compromiſſo à 46
pupillo inito, quia naturaliter obli-
gatur, accipitur fideiuſſor, *gloſ. l. 1.
de recep. arbitr.* & *d. l. ſi pupillus 4.
eodem tit.* quam explicat Petrus Fa-
ber, *l. in negotiis 5. de regul. iur.* Et
cum admittamus, obligationem na-
turalem dari in pupillo proximo pu-
bertati, naturaliter obligabitur ſine
tutore; nempe ſi tutorem non ha-
beat, hi enim, vt dicit Zaſius, *l. qui-
dam conſulebant, num. 8. de re iudi-
cata*, poſſunt gerere facilia quæ ma-
gno diſcurſu non egent. Ciuiliter au- 47
tem non obligatur ſine tutore etiam
pubertati proximus, nec ex contra-
ctu tenetur, *l. obligari, de auctorit.
tutor. §. 1. Inſtit. eodem tit. l. 17. ti-
tul. 16. part. 6.* Bartol. *conſil. 46.
num. 4. & 5. lib. 1.* Alexand. *conſi-
lio 49. in princip. lib. 1.* Sed intelli- 48
ge, nolente pupillo & tutore: ſe-
cus ſi velint ſtare contractu: quia
in pupillis claudicat contractus, &
cum eis contrahentes obligantur;
at ipſi pupilli non obligantur, *l.
Iulianus, §. ſi quis à pupillo, de
actionib. empti, l. 1. verſicul. ſicuti
& ſi pupillus, de reſcindend. vendit.
& in princ. Inſtit. de author. tutor.* li-
cèt regulariter non permittatur clau-

dlcatio contractus, *l. ſi id quod* 7. §. *ſi*
pupilli, de reſcind. vend. Roman. *con-*
ſil. 195. Aym. *conſ.* 239. *n.* 6. optimè
Vincentius de Franchis, *deciſ.* 35.
*num.*4. Et regula quæ habet, æqua-
litatem ſeruandam eſſe inter contra-
hentes, *l. ſi cum dies*, §. *ſi arbiter*, *de*
recept. arbit. de recept. arbit. l. cum
pro pecunia, *Cod. de ſolut. l. cum em-*
ptor, de reſcind. vend. intelligenda eſt,
ſi par fuerit conditio perſonarum, &
ex eis diuerſum ius non oriatur. Mant.
*de contract. lib.*2. *cap.* 4. *n.* 74. & ſic
pluries claudicat contractus ob eam
rationem: & ita *in l. exempto, in prin-*
cip. de action. empti, vbi venditor non
tenetur dominium rei venditæ in
emptorem transferre; quia ad ſpe-
ciem certam tenetur, emptor autem
tenetur pecuniam accipientis facere:
quia ad genus tenetur. Sic qui fun-
dum retinet, & alium tradit ex cauſa
tranſactionis, tenetur de euictione
fundi traditi: ſed qui ex eadem tran-
ſactione fundum dimittit, non tene-
tur, *l. ſi pro fundo*, *Cod. de tranſact.*
Sic licèt compromiſſum factum inter
priuatum, & Eccleſiam non tranſeat
ad hæredes priuati, ſed extinguatur
eius morte, *l. diem proferre*, §. 1. *l.*
ſed & interpellatur, §. *fin. de recept. ar-*
bit. c. fin. de arbitris, tamen tranſit ad
ſucceſſorem prælati, *cap. liberti* 12.
quæſt. 2. *cap. ſi gratioſe de reſcriptis*,
lib. 6. quia cenſetur feciſſe intuitu
Eccleſiæ.

49 Quod in tantum verum eſt, vt ſi
actum ſit de nullitate contractus, &
per ſententiam fuerit nullus decla-
ratus, poterit pupillus poſteà pœni-
tere, & dicere ſe velle ſtare contra-
ctui, *l. ſi index* 41. *de minor.* Hiero-
nymus Gonçalez, *reg.* 8. Cancellariæ,
gloſſ. 56. *num.* 92. vbi *num.* 93. po-
nit cantelam, vt litigans petat, quod 50
pars priuilegiata declaret, an velit
ſtare contractui effectualiter, vel ab
eo recedere, vt poſteà ſit ſecurus;
poſt Iaſ. §. *actionum*, *num.*42. *Inſtit.*
de actionibus, Bald. *l. dolum, num.* 2.
& Salicetum, *n.* 1. *Cod. de pericul. &*
commod. rei vendita, tradit Pinel. *l.* 1.
3. *part. num.* 34. *Cod. de bonis mater-*
nis, vbi *num.* 35. ait hunc modum
agendi contra maiorem, vel mino-
rem ſumi. *ex l. Iulianus*, §. *ſi quis col-*
ludente, *de action. empt.* non tamen
habere locum contra pupillum, cùm
textus loquatur in minore facto
maiore.

Pupillus tamen præſentat ſine tu- 51
tore; & ab eo præſentatus præfer-
tur præſentato à tutore. Tyraq. *poſt*
leg. connub. gloſſ. 9. *n.*6. *& gloſſ. verb.*
ſuffragium, *in fin. cap. ex eo*, *de elect.*
*lib.*6. Peregr. *deciſ.* 100. *num.*2. Nec 52
obſtat, quòd non poteſt eligere, quia
reſpondent Doctores rationem eſſe,
quia electio mediatè tribuit ius ele-
cto in Eccleſia; non ſic in præſenta-
tione. Peregr. *vbi ſupr. num.* 3. Paul.
de Citad. *de iurepatron.* §. *tertio viden-*
dum, num. 72. Roch. de Curt. *eodem*
tractat. verb. competens, num. 14. Po- 53
terit tamen pupillus eligere ad em-
phyteoſim. Gamma *deciſion.* 14. vbi
alios refert.

Sed obligatur pupillus etiam ci- 54
uiliter pro dote, tradit Ripol. *l. cùm*
annus, num. 238. *de cond. & demonſtr.*
Quod intellige ſi contrahat matri-
monium; & tunc etiam ſi obligetur
ſine tutore & iudice, vt poſt Bart. *in*
l. conditionibus pupillus, num. 4. *de con-*
dition. & demonſtrat. & alios quos
refert Aluarus Valaſq. *de partition.*
cap. 15. *num.* 23. tunc enim requiri-
tur tutoris authoritas, quando ex

actu

Digitized by Google

actu quem facit pupillus, reſultat obligatio: ſecus quando obligatio prouenit ex diſpoſitione legis. Valaſc. vbi ſuprà. Sed an pupillus teneatur dotare matrem? Et non teneri, colligitur clarè, ex *l.* 1. §. *praterea*, ibi: *Sed ſi munus nuptiale matri pupilli miſerit, non eum pupillo imputaturum, ff. de tutel. & ratio diſtr.* vbi Bald. de quo Baeça *de dotibus, cap.* 11. *n.* 46. Sed ſecus erit, ſi mater pupilli ſit iuuenis & pulchra. Tyraq. *l.* 2. *connubiali, gloſſ.* 1. 2. *part. n.* 9. vbi alios refert.

55 Sed & pupillus cum auctoritate tutoris tenetur dotare ſororem ex eodem patre natam, *gloſſ. verb. alio patre, l. cum plures, §. tutor, de adminiſtrat. tutor.* quam dicit communiter receptam Pinel. *l.* 1. 3. *part. num.* 121. *de bon. mater.* Menoſ. *auth. res qua, Cod. communia, de legat.* Anton. Gomez. *l.* 40. *Taur. n.* 74. latè Baeça *de non meliorandis ratione dotis filiabus, cap.* 12. *n.* 26. Ludouic. Molin. *lib.* 2. *de primog. cap.* 15. *num.* 58. Barboſ. *l.* 1. 4. *part. n.* 127. *cum ſeqq. ſoluto matrimonio, & l.* 18. *tit.* 16. *part.* 6. ibi: *O por caſar alguna de las hermanas del moço*, vbi Gregor. latè diſputat, an frater teneatur etiam dotare ſororem vterinam: & dicit communem eſſe ſententiam, non teneri; & tandem relinquit cogitandum: licèt magis videatur ſe inclinare ad partem affirmatiuam, ita vt ſi frater cogatur dotare ſororem vterinam, ſit eo addito, vt mortua ſorore, dos redeat ad fratrem, quaſi ſolum dotet in locum alimentorum, ſecundùm opinionem aliquorum volentium teneri dotare ſolummodò vſque ad quantitatem alimentorum, Molin. *de primog. cap.* 15. *n.* 62. & licèt ipſe Molin. ibi teneat *num.* 60. poſſeſſorem maioratus non teneri dotare ſororem vterinam; hoc debet intelligi, ſi maioratus ad quem habetur conſideratio, proueniat ex parte patris; ſecus autem erit, ſi proueniat à matre, & ita teneo; nam vbi filia patrem non habet, vel habet inopem, mater tenetur alere, vt ex Cyn. Bald. & aliis tradit Gregor. *dict. l.* 18. *tit.* 16. *part.* 6.

Vbi autem frater poſſeſſor maioratus tenetur alere ſeu dotare ſorores, non eſt reſtringenda obligatio ad ſorores deſcendentes ab inſtitutore, vt aliqui voluerunt, ſed ſolùm conſiderabitur, quod ſint ſorores poſſeſſoris maioratus, vt tradit Molin. *d. cap.* 15. *num.* 59. quia ſolùm conſideratur obligatio quam habet poſſeſſor maioratus, tanquam frater diues; nam receptum eſt, fratrem diuitem teneri alere ſororem egentem, *authent. quib. mod. natural. effici. ſui.* §. *ſi quis igitur habens, l.* 1. *de tutel.* & ratio diſtrah. *l. qui filium, ff. vbi pupill. educari debeat.* Franch. *deciſion.* 178. *n.* 11. Giurb. *deciſ.* 5. *n.* 14. vbi id extendit tenens, nepotem debere alere amitam; ſicut & amita tenetur alere nepotem ex fratre, vel ſorore. Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 28. *n.* 12. Coler. *de alim. lib.* 1. *quaſt.* 9. *à n.* 27. Molin. *lib.* 2. *de primog. c.* 15. *n.* 67. Monter. *deciſ* 16. *n.* 12. & dominus D. Ioannes del Caſtillo collega meus in Granatenſi Senatu, *lib.* 1. *de interpret. vltimar. volunt. cap.* 61. *num.* 53. Fachin. *lib.* 12. *controuerſ. cap.* 61. de relicto pro virgine, ſeu muliere maritanda, quo gaudet ſi ingrediatur religionem; vt ex multis tradidi *lib.* 1. *de anniuerſ. c.* 21. *n.* 24. 56 57

Sed & tale relictum lucratur puella, 58
vel

vel mulier, ſi nec nubat, nec religionem ingrediatur, velit cœlibem vitam ſeruare: nam cum ſtatus continentium ſit perfectior ſtatu matrimonij. Concilium Tridentinum, *ſeſſion.* 24. *canon.* 10. *de ſacrament. matrimo.ij*, videtur in melius commutare; & quod lucrentur dotem in ſtatu continentiæ, vel ſi efficiantur Tertiarij Ordinis S. Franciſci, vel alterius religionis, vt ſunt plures vulgo, *Beatas*, nuncupatæ, quæ cœlibes & caſtè viuunt in domibus ſuis, maximè ſi prælati anctoritas accedit, tradit Molina Theologus, *tract.* 2. *diſput.* 208. *num.* 19. *verſi. Deinde in caſu*, & Marius Giurba in conſuetudinibus Senatus Meſſanenſis 1. *part. lucubrationum, cap.* 3. *gloſſ.* 4. *à n.* 23. *vſque ad fol. mihi* 191. 199. & Capitius *deciſ.* 204. Caualcan. *deciſion.* 1. *num.* 10. *lib.* 3. Intrigoli *deciſ.* 30. *num.* 5. & Carolus de Graſſis *de effectibus clericatus, in prælud. num.* 405. *ad fin. verſ. retenta igitur.* ſed & ſi ſoror dotem amiſerit, tenetur frater iterum eam dotare. Alex. *l. ſi cùm dotem*, §. 1. *num.* 7. & 8. *ſolut. matrim.* Iaſ. *l. duobus*, §. *ſi ei qui*, *num.* 15. *de iureiur.* alios refert Molin. *lib.* 2. *de primogen. cap.* 16. *num.* 26. *verſ. ſed contrariam.* Quod autem dicimus de dote, intellige ſiue ſoror nubat, ſiue monialis efficiatur, per ſupra dicta.

59 Sed ſi pupillus contrahat matrimonium, bona eius remanent obligata pro dote ſine tutore, & iudice. Aluar. Valaſc. de partitionibus *c.* 15. *num.* 26. poſt Bart. *l. conditionibus pupillus, num.* 4. *de conditionibus, & demonſtrationibus*, vbi Socinus *num.* 2. & Paul. quia ea obligatio prouenit ex diſpoſitione legis non ex actu minoris.

Sed meliorem conditionem pupillus etiam ſine tutore facere poteſt 60
ſibi acquirendo ſine mutua obligatione, vt ſi ſibi donatum, aut legatum ſit, text. *in l. obligari, ff. de author. tutor. & in princip. Inſtit. eod.*

Deteriorem autem ſuam conditionem nequit facere, quia non alienare de ſuis bonis, nec ſeruum manumittere poteſt, *d. l. obligari*, nec debitorem liberare, ſeu actionem remittere, *l. vlt. de authorit. tutor.* non delatam bonorum poſſeſſionem, vel quid ſimile repudiare, *l. ſi ad pupillum eodem titulo*, *nec lega um*, *l. magis puto*, §. *fundum autem legatum, de rebus eorum.* 61

Sed nec pupillus poteſt paciſci, *l. contra iuris* 29. *de pactis. Contra iuris ciuilis regulas* (inquit Conſultus) *pacta conuenta rata non habentur, veluti ſi pupillus ſine auctoritate tutoris pactus ſit.* Nec poteſt promittendo obligari *l.* 4. *tit.* 12. *part.* 5. ibi: *Prometer puede à otro todo home, à quien no es defendido ſon eſtos, el loco, ò el deſmemoriado, ò el menor de ſiete años, ò el pupilo mayor de ſiete años, è menor de catorze.* Nec etiam ſtipulando, *l.* 1. *Cod. de inutil. ſtipul.* ibi: *Ex ſtipulatione in qua impubes ſine tutore auctore ſpopondiſti, non eſt obligatus.* Sed nec donare etiam tutore auctore, *l. cùm plures* 13. §. *nimirum*, & §. *cum tutore, de adminiſt. tutorum.* Poterit tamen ſolemnia munera tutore auctore parentibus cognatiſque mittere, vt ibi: Differt autem munus à dono, quod genus ab ſpecie; nam donum eſt genus, munus autem ſpecies *l. inter donum, ff. de verborum ſignificatione.* 62

Nec poteſt nouare vel tranſigere, *l. poteſt eod. tit.* Nec ei ſolui poteſt, 63

vt.

vt debitor liberetur, *l. pupillo* 15. *de ſolution.* §. *at ex contrario*, per quas perſonas nobis acquiritur, *l. cum quidam*, §. *ſi pupillo, de vſuris*, *l. ſancimus* 44. *de adminiſtr. tutor.* Intellige ſine auctoritate tutoris vel iudicis, niſi quatenus factus fuerit locupletior. Gratian. *cap.* 761. *n.* 15. Si tamen ipſe ſine tutore ſoluat creditoribus defuncti ſui auctoris, liberat ſuam & defuncti fidem, *l. magis puto* 5. §. *ſi pupillus*, de rebus eorum Gratian. *cap.* 382. *n.* 49. Nec hæreditatem adire poteſt, vel obligari, §. *hæreditate*,
64 *de author. tutor.* propter hæreditaria onera ei adiuncta, & obligationem æris alieni, *l. more, de acquir. hæred.* §. *hæres, Inſt. de oblig.* quæ ex quaſi contract. Si tamen pupillus non remaneat obligatus, poterit adire.

Nec ſi in dictis caſibus tutor noluerit auctoritatem interponere eſt cogendus, *l. ſi tutor. de auctor. tutor.* tamen tenebitur tutor tutellæ iudicio damnum pupillo reſarcire, vt ibi.
65 Nec poteſt ad iudicium vocari ſine tutore, & proceſſus erit nullus. Alex. *l. impuberes, n.* 23. *de in ius vocand.* Dicit communem Pinel. *l.* 1. 2. *p. n.* 67. *verſ. verior, & receptior ſe tentia, &c. Cod. de bon. m ter.* vbi reprobans contrariam, dicit veriorem. Petrus Rebuf. *in prœmio conſti . n.* 73. Tyraq. *de retract. linag.* §. 1. *gloſſ.* 13. *n.* 16. *& n.* 369.

Sed ſi habet tutorem, citabitur tutor, *l.* 1. §. *ſufficit, de adminiſtr. tutor.* ſi non habet, tunc citandi ſunt conſanguinei, vt veniant defenſuri pupillum, & tutorem ei dari curent, *l. hæc autem*, §. 1. *ff. ex quibus cauſis in poſſ. eat.* Alex. & Doctores *dict. l. nec impuberes, de in ius vocando.* Gail. *lib.* 2. *obſeruat.* 107. *n.* 7. *&* 8. Afflict. *deciſ.* 262. *n.* 2. *Rubr. deciſ.* 113. refert & ſequitur Ricc. *collat.* 1887. Quod ſi cauſa requirat celeritatem, vel eſt tempore peritura, iudex conſtituit curatorem ad litem in ſubſidium. *l. Fulcinius*, §. *vtrum, ff. ex quibus cauſis in poſſ. eat.* Bald. *cap.* 1. de milite vaſſallo qui contumax eſt, niſi quando tutor, citato pupillo, comparuerit ante litem conteſtatam. Pinel. *dict. n.* 67. 66
Alios refert & ſequitur Afflict. *deciſ.* 262. *n.* 3. *in fin.* Quia ſi in iudicio compareat perſona quæ debuit citari, ſuppletur citatio, text. *in l. etiam* 30. *&* § *fin. ff. de minorib.* & tradit Socin. *reg.* 71. *fallent.* 3. Auend. *lib.* 1. *de exequend. mand. cap.* 19. *n.* 14. Barboſ. *l. ſi mora* 53. *ſoluto matrim.* Lancelot. *de attent.* 2. *p. cap.* 12. *limit.* 3. *n.* 36. & gloſſ. verb. *ſententia valebit*, *l.* 1. *ff. de feriis.* Gratian. *diſceptat. forenſium, cap.* 156. *n.* 1. Etiam ſi compareat ad allegandam nullitatem citationis. Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 3. *gloſſ.* 3. *n.* 58. Achil. *de adipiſc. poſſeſſ. n.* 71. Et præſentia citandi liberat à citatione, *d. l. etiam* 35. §. *fin. de minorib. l.* 1. *tit.* 19. *lib.* 4. *recopil. verſic. E ſi la ſententia fueſſe dada en preſencia de las partes*, &c. Vel quando ci- 67
tatur ad hoc ſolum vt ei detur curator ad litem. Tyraq. *de retract. linag. gloſſ.* 13. *n.* 19. *in fin.* ſequitur Mont. *de tut. c.* 5. *n.* 49. *&* 50. Sed ad id proprius dicetur, pupillum duci ad iudicem, non citari. Et in hoc quòd pupillus non poteſt citari ad iudicium, differt ab adulto, quia ſi adultus non habeat curatorem, poteſt ſolus citari, *l.* 1. §. 1. *verſ. in cauſis, de admin. tutor.* vt ſcilicet eum conſenſu curatoris nominati conueniatur, & iudicium agitetur, vt ibi, cùm non habeat legitimam perſonam ſtandi in iudicio: &

ſi conueniatur, debeat prouideri de curatore, de quo infra *cap.* 24. licèt conueniendo alios, in iudicio poſſeſſorio poſſit comparere: vide ibi *n.* 58. vbi etiam ad pupillum extendunt aliqui, quos refero. Vbi autem pupillo eſt dandus curator ad litem, ſunt citandi conſanguinei & amici, quibus volentibus tale munus ſuſtinere, admittuntur; & proximior ex parte patris, præſumitur magis idoneus in negotio pupilli. Bart. *l. tranſactionem, num.* 3. *Cod. de tranſact.* Hond. *conſ.* 1. *num.* 24. *lib.* 2. Creſcent. *deciſ.* 4. *num.* 9. *de inſtitutionibus*, Grat. *diſcept. cap.* 761. *n.* 17. Et eſt magis de mente patris pupilli, quòd voluerit negotia filij per ſuos conſangui-
68 neos fieri. Et ita licèt in pupilli ſubſtitutione ſuccedatur pupillo; de ea tamen iudicatur, ſicut de teſtamento quoad ordinationem: quidquid aliud ſit quoad alios effectus; & ideò in ea ſubſtitutione ſumitur coniectura ex affectione patris in fauorem ſuorum conſanguineorum, potiùs quàm conſanguineorum pupilli; quia ille actus & illa diſpoſitio pendet ex eius libera voluntate. Gratianus *cap.* 661. *num.* 6.

69 Sed nolentibus conſanguineis officium curatoris ad litem ſuſtinere, iudex prouidebit, Oſaſc. *deciſ.* 89. *n.* 6. *vſque ad* 9. Afflict. *deciſ.* 262. *n.* 2. Maſtrillus *deciſ.* 73. *num.* 7. plures alios refert Gratianus, *cap.* 668. *num.* 26.

70 Sed nec ei ſine tutore poteſt denuntiari, notificari, offerri, vel interpellari, *l. ſi ex ſtipulatu* 24. *cum leg. præcedent. de verb. oblig.* ſed tutor eſt quærendus; & ſi tutorem non habeat, eſt iudex adeundus, vt de tutore prouideat, *l. diuus, qui petant tutores.* Socin. *tract. citat. n.* 49. denuntiari tamen ei poteſt, non apparente tutore ad euictionem, ſi eſſet periculum in mora, ita vt ſi non facta denuntiatione, graui damno afficeretur, denuntians, ſeu interpellans; vt ſi perderet actionem, ſiue recurſum euictionis, vel pœnam incurreret, *l. ſi dictum* 56. *§. fin. de euictionibus*, tradit Montanus *de tutel. cap.* 5. *num.* 52.

Regulariter tamen non poteſt ci- 71
tari, nec ei denuntiari; quidquid tenuerit Afflict. *deciſ.* 262. *n.* 2. & 4. & idem *de iure protomiſeos, col.* 6. *verſic. ſed quid ille.* Tutore autem auctore omnia gerere poteſt, *l. impuberes, de authorit. tutorum*, modò tutor præſens ſit ipſi pupillo; quia præſentia requiritur, nec ſufficiet auctoritatem interponere per nuntium, vel epiſtolam, *§. tutor. Inſtit. de auctorit. tutor.* & taliter requiritur præſentia, vt intelligat quod agitur, *l. etiam*, vbi Bart. *de auctorit. tutor. l.* 1. *§. mutus, de tutelis*, Montan. *de tut. cap.* 30. *à n.* 37. aliàs pro abſente habetur, *l. coram Titio, de verb. ſignif. l. diem proferre, §. coram, de recept. arbitr.* Nec ſufficiet præſentia tutoris in actu, ſi taceat, licèt contrarium voluerit gloſſa 1. *l. vbi non voce* 157. *de regul. iur.* pro qua eſt textus à contrario ſenſu, *in l.* 1. *§. vlt. de tutelis.* Et veriùs eſt 72
requiri auctoritatem verbis expreſſam. Bart. & Doctores *in l.* 3. *de tutelis, & l. gerit, de acquirend. hæredit.* vbi Franc. Aretin. dicit eſſe communem opinionem Montanus *de tutelis, cap.* 30. *n.* 34. Eam autem approbationem ſufficiet fieri quibuſvis verbis, vt cenſeatur tutor auctoritatem interponere, *argument. l. præſes*, vbi gloſſ. *Cod. de ſententiis & interlocut.*

omnium

omnium iudic. & hanc ſententiam dicit ſeruari in forenſibus tribunalibus, Montan. vbi *ſupr. n.*41.

73 Bene tamen verum eſt, quòd in actu ſimultaneo pupilli & tutoris non requiritur alia auctoritas, cùm ſufficiat pro auctoritate, quòd ſimul actum gerant; vt pro licentia in filiofamilias, *l. is qui hæres* 13. *§. fin. de acquir. hæred.* vbi Angel. *num.* 1. dicunt communem Paul. & Alex. *num.* 3. Montan. *de tutelis, cap.* 30. *num.* 451. Et in muliere contrahente ſimul cum marito, tradunt plures, quos refert Baldes ad Suar. *l.* 13. *tit. de las deudas, §. ſed pone, n.* 24. *pag.* 44.

74 Nec pupillus poteſt accuſare, niſi mortem patris vel aui: vel de teſtamento patris agere conſilio tutoris, *l. qui accuſare* 8. *in princip. ff. de accuſat. l.* 2. *§. fin. eod. tit.* Galganetus *lib.* 1. *de iure public. tit.* 12. *n.* 7.

75 Pupillus non poteſt excommunicari ab homine ante decimumquartum annum; ſed in excommunicationem à iure impoſitam, ſi ſit doli capax, incurrit, *cap. vltim. de ſententia excommunicationis*, vbi abſolui iubetur impubes à cenſura canonis, & tradit Suar. *de cenſuris, diſputat.* 5. *ſect.* 1. *n.* 19.

CAPVT XIX.

De pupilli educatione & tutela, & quo loco ſit decernenda; & quod exceptis teſtamentariis tutoribus, omnibus aliis præferatur mater, etiam ſpuria, & auia & proauia: & quòd illis volentibus deferatur, non inuitis, vt legitimis; & quæ ſatisdatio in eis ſufficiat; & an poſſint antea adminiſtrare; & quòd amittant perpetuò tutelam iam ipſis decretam, & ius petendi eam, contractis ſecundis nuptiis, etiam nulliter: nec admittantur ad eam, ſi viduæ remaneant ſecundi matrimonij: & quòd matres teneantur facere omnes cautiones, quas alij tutores. Et an tabellio cenſeatur rogatus apponere renuntiationes & clauſulas apponi conſuetas in inſtrumento tutelæ; & cenſeantur appoſitæ, & an hypotheca: & quid in hoc operetur dictio: Et cætera, etiam abbreuiatè, & per cifram appoſita. Et an liceat notarus ſcribere per cifras & imbreuiaturas. Et quòd pater non poſſit excludere matrem à tutela filiorum, n. ſi

rem dederit; nec iubere quod adminiſtret cum conſilio alterius. Et quando recedatur à patris voluntate in tutela, & educatione: & an teſtamentarius ſatiſdet. Et de ſubſidiaria quæ datur contra iudices in defectum fideiuſſorum tutoris; & quomodò iudices excuſentur, & tutores à confectione inuentarij: & quibus non debeatur decima, & quarum rerum non debeatur.

SVMMARIVM.

1 *Pupillorum ætas infirma appellatur à Iureconſulto, & eget alterius auxilio & regimine.*

2 *Pupillus eſt alendus apud quem pater diſpoſuerit, quia meliùs cæteris præſumitur proſpexiſſe filij vtilitati, & eius conſilium optimum erga filium præſumitur, & eius ſalutem.*

3 *Pupillus eſt educandus apud nouercam, ſi ita pater diſpoſuerit.*

4 *Si pater non diſponat circa educationem filij, iudex eſt adeundus, vt conſtituat apud quem educari debeat ſine ſuſpicione: & ex cauſa receditur à voluntate patris.*

5 *Pupillus prohibetur educari apud ſucceſſorem & ſubſtitutum in hæreditate, niſi agnatis & cognatis videatur non adeſſe periculum: & quando poſſit, &* numero ſequenti.

6 *Iudex debet curare & prouidere, vt pupillus tutò moretur, & ſine ſuſpicione alatur; & vitandi ſunt, qui pudicitiæ animæ bonis moribus vel matrimonio pupillæ poſſunt inſidiari.*

7 *Pupillus ex cauſa emergenti contra eum apud quem teſtator iuſſerit educari, non eſt alendus apud eum.*

8 *Licèt teſtator poſſit remittere confectionem inuentarij, non ſeruabitur eius voluntas, ſi ſit contra pupilli vtilitatem, & licebit non ſeruare voluntatem teſtatoris in educatione pupilli, ex cauſa.*

9 *Pupillus regulariter eſt alendus apud tutorem.*

10 *Tutor eſt petendus à iudice loci in quo pupillus moratur, & ſi bona ſint in alio loco; quia veniunt in conſequentiam perſonæ.*

11 *Iudex habitationis pupilli poteſt interponere decretum ad alienanda bona alibi ſita. Idem in iudice Eccleſiaſtico pro bonis exiſtentibus in diuerſo Epiſcopatu: & quando vtriuſque Epiſcopi conſenſus requiratur.*

12 *Pupillus ſi ſit dominus loci in quo habitat, à quo ſit petendus tutor, & expenſæ à tutore pro adeundo loco vbi tutela decernenda eſt ſoluentur de bonis pupilli: & idem ſi abfuerit pro negotiis pupilli.*

13 *Pupillus non ſuccedit in domicilio patris, nec poteſt ſine tutore conſtituere domicilium; atque ita iudex originis prouidet de tutore.*

14 *Mater etiam ſpuria præfertur in tutela*

tutela auo, & auiæ, & omnibus conſanguineis, & etiam patri naturali, & fratri pupilli adulto exceptis tutoribus teſtamentarijs, in tutela filij ſpurij, niſi ſit ex damnabi i coitu, & quid ſi mater fuerit in mora petendi.

15 Auia poteſt cõmitti educatio contra prohibitionem patris, ſed & vitrico: & ſi mater ſit honeſta fœmina, non obſtante ſuſpicione, poteſt pupillus apud eam educari.

16 Pater non poteſt prohibere in teſtamento, quod mater honeſta non ſit tutrix filiorum, niſi ipſe tutorem filiis dederit: nec poteſt grauare tutorem à ſe nominatum, vt cum conſilio alterius gerat, niſi eum etiam tutorem faciat.

17 Tutela quæ defertur matri, & auiæ, defertur etiam proauiæ; eis volentibus in quo differt, ab eaque datur legitimis, quibus inuitis defertur, & compelluntur eam accipere.

18 Tutela matris & auiæ anomala, ſeu extraordinaria & irregularis appellatur, nec in eis habet locum regula, l. quo tutela 74. de regul. iur.

19 Mater ſi inſtituat filium hæredem vltra legitimam, poteſt ei tutorem dare; & eſt confirmandus à iudice: & idem in quolibet alio; & talis tutor dicitur datiuus, licèt præferatur legitimo, ſed & matri.

20 Tutor relictus à patre naturali, eſt confirmandus à iudice ſine inquiſitione.

21 Quoties tutor eſt confirmandus à iudice cum inquiſitione, non proceditur via executiua, & quare.

22 Pupilli intereſt, ne eius bona diuidantur inter plures tutores.

23 Pupillus, cui pater naturalis ſubſtituit, ſi moriatur, decedit pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus: ſecus erit in ſubſtitutione exemplari & filij familias.

24 Mater ſi procurauerit intempeſtiuas nuptias filiæ, poteſt tutor eripere illam è manibus matris, & deponere apud matronam honeſtam, vel in aliquo monaſterio.

25 Licèt nulla ſit ſuſpicio contra matrem ſi tranſierit ad ſecundas nuptias, pupillus eſt ab ea extrahendus: & in ſuſceptione tutelæ debet renuntiare ſecundis nuptiis; aliàs tutela eſt nulla. Sed contrà n. 28.

26 Conditio inducit formam: & idem de verbis modalibus, & dictione Itaque.

27 Mater tenetur ſecundis nuptiis renuntiare, etiamſi relicta ſit tutrix in teſtamento, & facere alias cautiones.

28 Renuntiatio ſecundarum nuptiarum à matre tutrice, non ſeruatur de conſuetudine ſecundùm aliquos: & quæ ſit ratio conſuetudinis.

29 Notarius ſeu tabellio cenſetur rogatus apponere clauſulas conſuetas: & ſi appoſuerit non expreſsè rogatus, non tenetur falſi.

30 Notarius ſi non inſerat clauſulas conſuetas, habentur pro appoſitis, maximè quando clauſulæ iuuant validitati actus.

31 Clauſula prohibitionis alienationis in maioratibus cenſetur tabellio rogatus apponere.

32 Simplicitas ſuſcipientium contractus, non debet ius creditoris mutilare.

33 *Quid de iuramento apponi ſolito à notariis; & de hypotheca omnium bonorum apponi ſolita, & de clauſula peto iuſtitiam.*

34 *Notarius ſeu tabellio ita cenſetur rogatus apponere clauſulas conſuetas, vt ſi non appoſuerit, teneatur reſarcire damnum.*

35 *Dicti Et cætera poſita inſtrumento tutelæ, vel alio contractu, quid operetur: & quid ſi abreuiatè ſit concepta.*

36 *Notarij & tabelliones debent ſe cauere ab ſcribendo per ſigna & cifras, quia eſt probibitum à iure.*

37 *Teſtamentum militis notis dictatum ſuſtinetur ob priuilegium militiæ, ſi antequàm extenderetur, mortuus fuit miles: quod ſecus eſt in pagano.*

38 *Scripta per cifras non probant: & quid de imbreuiatura notarij.*

39 *Mater tutrix ſiue renuntiet ſecundis nuptiis, ſiue non eis contractis, amittit tutelam, & ius petendi eam, etiam ſi nulliter contrahat, & etiam mortuo ſecundo viro, cuius bona ſunt obligata pro redditione rationis. Et bona habentis matrem pro concubina.*

40 *Sed & amittit ius ſubſtituendi exemplariter, & quid in patre; & quod non amittat officium executoris, nec commiſſionem ad teſtandum, & pro reliquatione rationis tutelæ poteſt fieri executio vxori ſecundo nuptæ; prius facto calculo, & redditis rationibus.*

41 *Mater ſecundo nubens niſi fecerit alium tutorem dare filiis, & rationem reddiderit, & reliquata ſoluerit, ſucceſſione eorundem priuatur, & ab ea pœna (niſi ſit minor) non excuſatur per ſolam petitionem, niſi inſtauerit, vt detur licèt pupillus habeat ſubſtitutum, ſed & interim non poteſt petere dotem, & filij poſſunt eam retinere.*

42 *Mater an poſſit pro adminiſtratione tutelæ incarcerari, reſoluitur diſtinguendo.*

43 *Mater pro exhibitione inuentarij, & librorum rationum: & ſi occultauit bona, vt reuelet perſonas in quas abſcondit; poteſt incarcerari; vt & nobilis pro contumacia in non exhibendo.*

44 *Mater ſi non exhibeat inuentarium & librum rationum, vel ita obſcurum, vt non intelligatur, iuratur in litem contra eam, & contra quemlibet tutorem, ſeu adminiſtratorem.*

45 *Paria ſunt, non facere, vel non rite facere: ſed ruſticitati & ſimplicitati parcitur.*

46 *Tutor non excuſatur, ſi dicat perdidiſſe librum, vel inuentarium, vel non feciſſe: quia nulla bona reliquerit defunctus; niſi probauerit, vel ſit conſuetudo faciendi ſolum bonorum mobilium.*

47 *Excuſabitur etiam, ſi non fecerit inuentarium, vt non reueletur paruum pupilli vel minoris patrimonium, quando conueniens ſit.*

48 *Damnum reputatur, quod ſciatur patrimonium pupilli, & cuiuſlibet alterius.*

49 *Iudex debet curare tempore inuentarij, ne ſecreta pandantur.*

50 *Delictum reputatur, quòd quis prodiderit inſtrumentum alicuius.*

51 *Tabelliones pandentes atteſtationes partibus aduerſis, delictum committunt; non tamen hi quibus*

pandun-

panduntur, niſi ipſi aperiant & & diſſigilent acta probatoria alterius partis.

52 Mater tutrix ſtatim adminiſtrat, nec debet expectare, quòd ei diſcernatur tutela: in quo differt à teſtamentariis.

53 Tutor teſtamentarius non adminiſtrat antequàm ei decernatur à iudice, niſi in vtilibus; vel niſi pater dederit poteſtatem adminiſtrandi; quia tunc poteſt etiam non impletis aliis neceſſariis.

54 Plura requiruntur antequàm tutor ſuſcipiat tutelam, & præcipua ſunt, quòd iuret ſe vtilia facturum, nec relicturum pupillum indefenſum; quòd conficiat inuentarium, & ſatisdet, & numeris ſequentibus.

55 Tutor tenetur conſulere aduocatos peritiores, quia ſine conſilio peritorum ſolent res malè geri.

56 *Expenditur* l. codicillis, §. fin. de leg. 2.

57 Contra tutorem qui non fecit inuentarium, iuratur in litem, & idem contra theſaurarium vſufructuarium, & ſimiles.

58 Tutores & curatores debent ſatisdare, quia in plurimum in ſuo officio infideles, aut negligentes ſunt; & omnes tenentur etiam diuiſa adminiſtratione, nec ſufficit iuratoria cautio.

59 Quid dicant Doctores de tutore teſtamentario, etiam dato in teſtamento inualido, circa ſatiſdationem. Et quid de tutore principis.

60 Iudices tenentur, niſi acceperint idoneam cautionem.

61 Iudices excuſantur ſi probant, quod tempore delatæ tutelæ erant idonei fideiuſſores.

62 Caſus aduentitij non imputantur iudici, nec officium ſuum ei debet eſſe damnoſum.

63 Si perſona ſit honeſta, & frugis vitæ an poſſit ei diſcerni tutela ſine ſatiſdatione.

64 Fideiuſſor tutoris, vel curatoris non poteſt petere, quòd tutor eum eximat à fideiuſſione.

65 Tutor debet librum rationum conſcribere, in quo accepta, & data, & omnia adminiſtrationem tangentia, ſigillatim declaret cum expreſſione diei; aliàs iuratur in litem contra eum.

66 Mater & auia tenentur omnia requiſita adimplere, quæ cæteri tutores, interim tamen poſſunt adminiſtrare.

67 Tutor non dicitur alienare, quando ſequitur quod teſtator voluit, & ordinauit nec annullatur alienatio ex reſtitutione minoris.

68 Minor licèt non reſtituatur in caſu, l. 2. Cod. ſi aduerſ. vendit. pign. *prætextu minoris ætatis: reſtituetur tamen ex clauſula generali, ſi quia mihi, &c.*

69 Licèt bona matris & auiæ ſint hypothecata tacitè pro adminiſtratione tutelæ, ius requirit expreſſam hypothecam.

70 Mater & auia licèt teneantur dare fideiuſſores pro tutela; ſufficiet dare eos quales poſſint.

71 Mater & auia filiæ parant bona, & alimenta ab eis data, affectu paterno præſumuntur præſtita, niſi ſint magna; & facilè præſumitur donatio erga deſcendentes, & quid in fratre, & ſi dentur intuitu pietatis non repetuntur.

72 Tutela poteſt decerni die feriato in honorem Dei, niſi ſit decernenda

cum

cum cauſa cognitione, & ſi immineat neceſſitas, etiam cum inquiſitione decernitur.

73 *Tutori datur decima fructuum, & quando vltra decimam.*

74 *Tutori Regis & magnatum non eſt danda decima, nec de ampliſſimis fructibus: nec de redditibus Eccleſiaſticis tutori, vel curatori clerici, & decima datur deductis expenſis.*

75 *Tutor finita tutela non compellitur accipere curam puberis.*

1 QVia pupillorum ætas, quæ infirma appellatur à Iureconſulto, *l. ciuitatibus* 125. *in princ. de leg.* 1. eget alterius auxilio pro pupilli educatione & regimine, congruit de cura perſonæ pupilli tractare, & apud quem educari debeat (iam enim diximus ſuprà *cap.* 13. *de nato, à n.* 46. quo tempore alatur à matre.)

2 Et in primis alendus eſt apud eum quem teſtator diſpoſuerit, *l.* 19. *titul.* 16. *p.* 6. Caualcan. *de tutor. n.* 304. Petrus Surd. *de aliment. tit.* 4. *q.* 13. *n.* 2. Ioan. Gutier. *de tutel.* 1. *p. cap.* 8. *n.* 2. quia præſumitur melius cæteris proſpicere filij vtilitati, *l. nec in ea ad leg. Iuliam, de adult.* & cuius conſilium erga filium optimum cenſetur, *l. fin. in princip. Cod. de curatore furioſi*, *l. cùm pater*, §. *mando, de leg.* 2. ibi: *Mando filia mea, pro ſalute ipſius ſolicitus*, & Virgil. 1. Æneid.

Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis.

3 Optimè Aym. *conſ.* 1. *n.* 2. in tantum, vt ſi apud nouercam iuſſerit quòd filij educentur, præferenda ſit aliis, Tiber. *conſ.* 49. *à n.* 9. ſequitur Ioan. Gut. *vbi ſuprà.* Quod intellige ſi aliud nihil impediat.

Sed quia ſolent iudices frequenter adiri, vt conſtituant vbi alij pupilli debeant, vt ait Vlpian. *l.* 1. *ff. vbi pupillus educ.* vel morari debeat ſolet prætor ex perſona, ex conditione, ex tempore, ſtatuere, vbi potiùs alendus ſit, etiam recedendo à patris voluntate: *Nam ſi cauiſſet* (inquit) Iureconſultus. *d. l. pupillum ali apud ſubſtitutum, prætorem aſtimare debere, præſentibus aliis propinquis, & id agere, vt ſine vlla maligna ſuſpicione alatur*, quem text. expendit Afflict. *deciſ.* 183. *num.* 5. vbi Vrſilius Additionator, Menochius *lib.* 2. *de arbitrar. centur.* 2. *caſu* 168. Tricerius *conſ.* 49. *volum.* 1. 4

Pro quo expendo textum *in l. diui fratres, in princip. de liberali cauſa*, ibi: *Veſtræ grauitatis eſt, ex fide perſonarum, quod vtile eſt pupillo conſtituere.* Et apud eius ſubſtitutum, vel 5 ſucceſſorem pupillus educari prohibetur, *d. l.* 1. §. 1. *verſic. denique, ff. vbi pupillus educari debeat*, & *l.* 19. *tit.* 16. *p.* 6. ibi: *E que ſea tal que muriendo el moço, no aya de heredar lo ſuyo.* Sed ſi pater teſtetur, iuxta diſpoſitionem, text. *in* §. *ſi autem*, quis ita formidoloſus. *Inſt. de pupillari*, diſponendo, quòd teſtamentum non aperiatur vſque ad pupilli mortem, cùm ignoretur quis ſit ſubſtitutus, tali caſu aletur apud eum, vt dicit Franciſc. Ferrer. in conſtitutione Cathaloniæ, *los impuberes, gloſſ.* 1. *n.* 101. vbi ait, quod idem erit in caſu, *l. fin. de fideicommiſſar. libert.* & *l. fin. ad Trebellian.* & *l. in pupillari* 8. *ff. quemadmodum teſtament. aperiatur.* Tamen Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 169. *num.* 16. & 17. tenet educari poſſe pupillum apud matrem, fratrem, & auunculum, ei ſubſtitutos, & vitricum.

eum. Quod intellige, ſi agnatis & cognatis videatur. Anton. Faber, *deciſ.* 1. *vbi pupil. educ.* Viuius *deciſ.* 19.
6 ſequitur Riccius *collect.* 455. Nam vt periculo machinandi necem, ſeu mortem pupilli leges obuiarent, ſanctè diſpoſuerunt, quòd prætor, præſentibus cæteris propinquis, prouideret, vbi pupillus tutò moretur, & ſine ſuſpicione alatur, *l.* 1. *& l. ſi diſceptetur, ff. vbi pupillus educari debeat.*

7 Et ſemper vitandi ſunt qui pudicitiæ, caſtitati animæ, bonis moribus, & nuptiis, vel matrimonio pupillæ poſſunt inſidiari, quòd iudicis arbitrio relinquitur, *l. penultima, vbi pupillus educar. debeat.* Plures refert Ioann. Gutierr. *de tutel.* 2. *part. c.* 8. *num.* 5. *&* 18. & conducunt tradita à Peregrin. *de fideicommiſſ. titul.* 16. *num.* 138. vbi quod puella pulchra, iuſſa ali in certa domo, ſi in ea ſint homines qui poſſent cum ea luxuriari, poteſt ipſa recedere à domo, & petere quod extra eam ei dentur alimenta.

Et ſic ſi ſuſpicio ſit ex aliqua cauſa emergenti contra eum apud quem teſtator iuſſerit pupillum ali, eius voluntas non ſeruatur. Mantic. *de coniecturata ment. lib.* 3. *tit.* 3. *num.* 19.
8 Grammatic. *deciſion.* 95. Riccius *collect.* 1765. *l. in confirmando, de confirmando tutor.* ibi: *Nam ſi ante annos, vt medio ſpatio potuerit facultatum tutoris non iure à patre dati fieri diminutio, vel morum antè celata, vel ignorata emerſerit improbitas, &c. l. ſequenti,* ibi: *Vel cum fiſco aliquem contractum damnoſum miſcuerit.* Vel ſi teſtator fuerit ignarus, ſcilicet eorum quæ ipſe Prætor de tutore comperta habet. *l. Quintus Mutius* 7. §. *ad auctoritatem, ff. de annuis legat.* ibi: *Nec tamen ſemper voluntas eius, aut iuſſus ſeruari debet; veluti ſi prætor doctus ſit, non expedire pupillum ibi morari*: per quæ iura tenet Mantic. *vbi ſuprà*, quòd licèt teſtator poſſit remittere confectionem inuentarij, ex *l. fin. Cod. arbitri tutela.* Menochius, *de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 208. *num.* 24. Eſcobar *de ratiocin. cap.* 9. *num.* 45. Veruntamen non ſeruatur eius voluntas, ſi ſit contra pupilli vtilitatem; vel quia minus perpenſò iudicio pater tutorem dederit, vel cœpit male conuerſari, ignorante teſtatore; vel poſteà eſt exhauſtus facultatibus, vt inquit Ireconſult. *l. ſi plures*, 3. §. *quamuis, de administrat. tutorum*, & in hoc iudex debet eſſe rigidus, nec moueri lachrymis matris vel auiæ, ſeu aliorum proximorum, vt inquit Baldus *conſil.* 487. 9
volum. 5. Sed ſi pater non prouiderit circa pupilli educationem, cùm de iure ſit alendus apud tutorem, *l.* 1. *Cod. de alimentis pupill. præſtandis, l. officio*, & ferè per totum, vbi *pupillus educari debeat*, & ad id eſt petendus tutor à iudice loci, vbi pupillus moratur, *l.* 1. *Cod. vbi petant tutores, lib.* 12. *titul.* 16. *part.* 6.
vbi Gregorius, verbo, *el juez dol lugar.* Antonius Gomezius, *lib.* 45. 10
Taur. num. 151. *in fin.* licèt bona ſint in alio loco; quia veniunt in conſequentiam perſonæ; cùm tutor detur principaliter perſonæ, *l. in copulandis, C. de nuptiis*, & facit textus *in l. magis puto*, §. *illud quæri poteſt, de rebus eorum*, vbi iudex loci in quo pupillus habitat & moratur, poteſt interponere decretum ad alienanda 11
bona ſita in alieno territorio: licèt poſſit etiam interponere iudex loci,

Digitized by Google

vbi extant bona *l. prædium, poſt principium, Cod. de prædiis minoribus*, vbi Bart. Bald. Salic. qui dicit eſſe communem opinionem, ſequitur Anton. Gom. *d.l.45. Taur. num.151.* Sic in alienatione bonorum minoris, & Eccleſiæ exiſtentium in diuerſa prouincia ſeu diœceſi, ſecundùm veriorem opinionem requiritur decretum non ſolùm iudicis ordinarij, vbi res eſt ſita, ſed etiam domicilij, vt per *l. iuriſperitos, §. cùm oriundus*, vbi gloſſ. verb. *præſidis, de excuſation. tutor. & l. pupillo, de tutor. & curat.* datis ab his, ex multis tradit Gonç. *reg. 8. de altern. gloſſ. 5. §. 7. num. 58.* vt etiam quando beneficia diuerſarum diœceſum ſunt vnita æquè principaliter requiritur conſenſus, ſeu collatio vtriuſque Epiſcopi Rota *deciſ. 6. de renunt. in nouis*, vbi Additionator Papazon, ſequitur Gonç. *vbi ſuprà n. 57. & 58.*

Sed ſi pupillus ſit dominus loci;
12 quia non poteſt peti tutor à ſubdito, nec ab eo dari, tali caſu eſt recurrendum ad Principem, qui prouidebit à quo tutor detur, Gregor. *l. 12. tit. 16.* verbo, *al juez del lugar*, & expenſæ factæ à tutore pro adeundo loco, vbi tutela eſt decernenda, ſunt ei ſoluendæ ex bonis pupilli, Eſcobar *de ratiociniis, cap. 25. num. 66.* ex Bald. *conſ. 256. lib. 3.* vt cuilibet negotiorum geſtori, theſaurario, & adminiſtratori, exeunti pro negotio, vel redditione rationis extra ſuam patriam, vt dixi ſuprà *cap. 7. num. 11.* Et idem ſi tutor peregrè proficiſcatur ad negotia pupilli, Barça *de decima tutor. cap. 1. n. 3.* Sed quia pu-
13 pillus non habet domicilium, cùm non ſuccedat in domicilio patri, *l. aſſump. io, §. 1.* ad municipalem, nec in eum tranſeat, quia facti eſt. Barboſ. *l. hæres abſens in princip. num. 19. de iudiciis*, nec ipſe poſſit ſine auctoritate tutoris conſtituere domicilium, cùm per talem conſtitutionem obligaretur, vt dicit Bart. *l. 1. de tutor. & curator.* & Salicet. *l. 1. Cod. vbi petantur tutor.* ait Gregor. vbi ſuprà quod iudex habitationis, ſeu domicilij, vbi moratur, vel iudex originis prouidebit de tutore ſimpliciter, non exprimens quòd dat tutorem reſpectu bonorum, quæ ſunt extra territorium, cùm eorum adminiſtratio veniat in conſequentiam. Pro quo eſt textus *in l. propter litem, §. fin. de excuſ. tutor.* Et cùm mater præferatur 14
in tutela auo & auiæ, & omnibus, exceptis teſtamentariis, Bald. *l. humanitatis, n. 52. Cod. de impuber.* & aliis, & *dict. conſ. 487. vol. 5.* Afflict. *deciſ. 183. num. 1. & deciſ. 281.* & iudex debet matrem præferre, Gregor. verb. *la guarda de ſus hyos, l. 4. tit. 26. p. 6.* & in matre Regis eſt *l. 3. tit. 15. p. 2.* ibi: *Pero ſi auinieſſe que al Rey niño fincaſſe madre, ella ha de ſer el primero, y el mayoral guardador ſobre los otros*, & poſtea ſubdit, *ellos deuen la obedecer como à ſeñora, & fazer ſu mandado è todas las coſas que fueren à pro del Rey, y del Reyno. Mas eſta guarda deue auer, en quanto no caſaſe, y quiſieſſe eſta con el niño.* Sed hoc intellige, non extantibus tutoribus teſtamentariis, Ioan. Gutier. *de tutel. 1. p. cap. 8. n. 43.*

Et præfertur patri naturali, Riccius *collect. 1665.* Sed & patri pupilli, Ioan. Gutier. *de tutel. 1. p. cap. 8. num. 15.* Nec ſi alter creatus fuerit tutor, excludetur mater, non data mora ipſius Gratian. *diſceptation. cap. 28. num. 16.* Et licet ibi dicat eſſe in mora per tranſcurſum quatuor menſium, verius

verius eſt quod habeat annum. Gregor. Lop. *l.* 12. *verb. nopideh guardador, tit.* 16. *part.* 6. Guterrius *de tutelis* 1. *p. cap.* 16. *n.* 36. nec poterit mora purgari, niſi res ſit integra, nec ius pupilli eſſet factum doterius, vt tradit Ioan. Gutier. ibi, *n.* 68.

Et quia mater in dilectione filij omnibus antefertur, Bart. *in l. ex facto, n.* 11. *de vulgari,* Aymon Crauetta *conſ.* 1. *n.* 2. omnibus præferri debet in tutela, & educatione filij, Socin. *conſil.* 153. *num.* 37. *vol.* 2.

15 Sed & matri, & auiæ poteſt iudex dare educationem contra expreſſam prohibitionem patris. Grammaticus *deciſ.* 69. Peregrin. *deciſ.* 28. Patauiæ. Et ſi mater ſit honeſta fœmina, non obſtante ſuſpicione poſſe pupillum apud eam educari, ex Salicet. & Bald. tradit Vrſilius ad Afflict. *deciſ.* 183. *n.* 2. Sed & Vitrico matris marito poteſt iudex pupillo educationem concedere, Anton. Faber *deciſ.* 1. *Cod. vbi pupillus educari debeat*, dura eſt enim ſeparatio liberorum à parentibus, *l. poſſeſſionum diuiſiones, Cod.*
16 *communia vtriuſque iudicij.* Nec poteſt pater prohibere in teſtamento, etiam expreſsè, quòd mater non ſit tutrix, niſi ipſe filio tutorem dederit. Vrſil. *dict. deciſ.* 183. *num.* 3. ſed nec poteſt pater grauare tutorem à ſe filio datum, vt cum conſilio alterius gerat, niſi etiam eum tutorem faciat, *l. Titium, & Manium* 48. *de adminiſtratione tutorum.* Giurba *deciſion.* 69. *n.* 10. vbi quòd tutor non tenebitur requirere eius conſilium, quia teſtator non poteſt minuere poteſtatem quam tutor à lege habet. Baldus *in Rubric. num.* 7. *Cod. de inſtitoria actione.* Tuſch. *litera C. concluſ.* 777. *n.* 12. non enim poteſt quis facere quin diſpoſitio legis in fauorem alterius, ſortiatur effectum. Maſcard. *de probation. concl.* 157. *num.* 6. & dixi *lib.* 1. *de anniuerſ. cap.* 7. *n.* 40. & 41. in naue ſignata, quæ fugit & conſequitur libertatem naturalem, quæ, non obſtante ſigno, fit occupantis.

Sed & ſi mater excluderetur à ſucceſſione filij, non excluderetur à tutela. Socin. *dict. conſ.* 153. Decius *conſ.* 16. Montan. *de tutel. cap.* 28.
n. 77. Et tutela quæ defertur matri & 17
auiæ, defertur etiam proauiæ, ad quam extendit Corn. *conſ.* 20. *lib.* 2. de quo dubitat Decius *conſ.* 16. *n.* 4. & non ſine cauſa, vt dicit Montan. *de tutel. c.* 15. *n.* 19.

Et concurrentibus aſcendentibus, præfertur auus paternus: etſi ſint auus & auia, æqualiter admittuntur. Ioann. Gutier. *lib.* 1. *de tutel. cap.* 8. *num.* 13. & 14.

Et tutela quæ defertur matri, & auiæ, differt ab ea quæ datur legitimis: nam etiam inuitis & repugnantibus defertur eis tutela, quia talis tutela iuſſa eſt, non permiſſa, vt ea quæ datur matri & auiæ, quæ nolentes non compelluntur ſubire tutelam. Montan. vbi *ſuprà n.* 8. & 9. quod enim permittitur, non ſubiicitur neceſſitati, *l. non quidquid, de iudic.* & ob eam differentiam tutela matris & auiæ anomala, extraordinaria, ſiue ir-
regularis appellatur. Paul. *l. omnem,* 18
Cod. ad Tertullian. Dec. *conſil.* 16. *à num.* 2. Corn. *conſ.* 102. *n.* 8. *lib.* 3. & *conſ.* 164. *num.* 2. *lib.* 4. ſequitur Montan. *de tutel. cap.* 15. *num.* 8. & anteà *cap.* 7. *num.* 34. vbi quòd in matre & auia non habet locum regula, *Quo tutela redit, eò & hæreditas peruenit,* text. *l. quo tutela* 74. *de regul. iur.* &

ſic volentes mater & auia in tutela præferuntur conſanguineis. Petrus Surd. *deciſ.* 106. *n.* 7. licèt extra eas deferatur iure ſuccedendi.

19 Tanti enim æſtimatur matris dilectio erga filium, vt ſi eum inſtituat hæredem vltra legitimam ſibi debitam, poſſit ei tutorem dare: erit tamen confirmandus à iudice *l.* 6. *titul.* 16. *p.*6. Bald. *conſ.* 163. *volum.* 5. Rom. *conſ.* 188. imò datio tutoris valebit abſque confirmatione, quia videtur bonis datus, non perſonæ, *l.*4. *de teſtam. tutel.* Barb. *l. Titia* 35. *n.* 15. verſ. *ſed reſpondendum eſt, obiectionem.* Et idem in quolibet alio, quia inſtituens pupillum hæredem, habetur loco patris: Bart. *l. ſi patronus, in fin. de confirmat. tutor.* Et additio ad Bartol. ibi, Cynus *l. vltim. in princip. Cod. eod. tit.* Sed cum talis tutor confirmetur à iudice, & ab eo ſumat effectum, dicitur datiuus, licèt præferatur legitimo, & matri, ſaltim in bonis pupilli ab extraneo relictis Gratian. *cap.*680. *num.* 3. vbi *num.*8. quod fit cognito an perſona apta ſit, expediatque pupillo, *l.* 1. *de confirm. tutor.* & idem in relicto à patre naturali, Gratian. *vbi ſuprà n.* 7. Con-
20 trarium tenet Guterrius *de tutel.* 1. *p. cap.* 3. *num.*7. & quod ſit ſine inquiſitione confirmandus *l.* 1. verſ. *& ſi quidem, de confirm. tut.*

21 Sed aduertas, quod quotieſcumque tutor eſt confirmandus à iudice cum inquiſitione prohibetur via executiua; quia iudex debet priùs pronuntiare, talem tutorem eſſe idoneum. Bart. *l. tutores, in fine, de confirmat. tutor.* atque ita quòd non procedatur executiuè, tenet Gratian. *cap.* 680. *num.* 10. *&* 11. Quòd maximè procedit, quia cùm illa tutela ſolùm ſit reſpectu bonorum ab extraneis relictorum, & in aliis pupilli bonis eſſet deferenda legitimis, Gratian. *dict. cap.* 680. *num.* 3. inte- 22
reſt pupilli, ne eius bona diuidantur, ſed remaneant penes vnum tutorem, cùm per diuiſionem deſtruantur, *cap. ex literis, ad medium*, vbi gloſſa verb. *minutias, de pignoribus.* Surd. *conſil.* 375. *num.* 13. *volum.* 3. Et adde, quòd quando pater ſubſtituit filio naturali, reſultat, quòd ſi talis filius naturalis, cui eſt facta ſubſtitutio, moriatur impubes, decedet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus; quia cùm pupillare teſtamentum ſolùm procedat reſpectu bonorum quæ pater ei reliquit, vel 23
alius extraneus, qui eum inſtituat, in eis ſolùm admittetur ſubſtitutus; in aliis autem bonis, quæ filius naturalis habuerit aliunde, ſuccedent pupillo eius conſanguinei venientes ab inteſtato; poſt Socinum, quem allegat, & tradit Ludou. Villalong. *l. Reconiuncti, in principio, num.* 8. *de leg.* 3. vbi quòd id non poteſt procedere in exemplari ſubſtitutione, nec in filiofamilias pupillo: nam quemadmodùm pater non poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. *l. ius noſtrum, de reg. iur.* ita nec pupillus. Bald. *l. ſed ſi plures,* §. *ad ſubſtitutos, de vulgari.* Corn. *conſil.* 37. *lib.* 5. Dec. *de l. ius noſtrum.*

Vbi autem mater eſſet ſuſpecta, vel intempeſtiuas nuptias procuraſſet filiæ, vel inæquale matrimonium, licebit tutori eripere pupillam è manibus matris. Ioann. Gutierr. *de tutelis*, 2. *part. cap.* 8. *num.* 12. *&* 14. 24
Et ſtante ſuſpicione contra matrem & alios conſanguineos, poterit iudex pupillam deponere apud matronam

nam honeſtam, vt dicit Baldus *conſil.* 487. *volum.* 5. vel in aliquo Monaſterio, Gutierr. *vbi ſupr. n.* 13.

25 Et licèt nulla ſit contra matrem ſuſpicio ſi tranſierit ad ſecundas nuptias, pupillus eſt ab ea extrahendus, *l.* 1. *Cod. vbi pupill. educar. debeat*, ibi: *Si non vitricum ei induxit*, *l.* 19. *titul.* 5. *part.* 5. ibi: *Mas luego que caſaren, deuen ſacar el huerfano de ſu poder.* Plures refert Gutierrez, *loco proximè citato*, *num.* 21. quo caſu & tutelam amittit. Et in ſuſceptione tutelæ tenetur ſecundis nuptiis, & Velleiano renuntiare, *authent. matri & auiæ, Cod. quando mulier officio tutel. l.* 4. *&* 9. *&* 19. *titul.* 16. *part.* 6. aliàs datio tutelæ erit nulla. Bartol. & Salicet. *dict. authent. matri & auiæ.* Capitius *deciſion.* 50. *num.* 5. Rolandus *conſil.* 76. *num.* 6. *lib.* 1. quia eſt de forma, & pro con-
26 ditione ponitur in dictis iuribus; & conditio inducit formam. Bald. *dict. authent. matri & auiæ*, *num.* 3. Decius *l. ſi mater*, *num.* 3. *Cod. de inſtitut. & ſubſtitut.* Beccius *conſ.* 39. *n.* 19. Aym. *conſ.* 327. *n.* 163. Rol. *conſ.* 82. *num.* 5. *lib.* 1. Molin. *libr.* 2. *de primogen. cap.* 13. *num.* 30. *in fin.* Mierez *de maiorat.* 3. *part. quæſt.* 5. *num. fin.* Sarm. *lib.* 2. *ſelectarum*, *cap.* 1. *num.* 12. Burgos de Paz, *l.* 3. *Taur.* 2. *part. num.* 1021. vbi 1027. *de verbis modalibus & dictione.* Itaque,
27 quòd inducant formam. Et ſic etiamſi mater ſit ralicta tutrix in teſtamento tenetur ſecundis nuptiis renuntiare, & facere alias cautiones. Barberius *in viatorio*, *titul. de tutel. folio mihi* 57. *col.* 3. Sed id de conſuetudine non ſeruari, inquit Maſtril-
28 lus *deciſione* 73. *num.* 3. Et ea conſuetudo poteſt fundari in eo, quòd Notarius, ſeu Tabellio, coram quo celebratur inſtrumentum, cenſetur rogatus apponere clauſulas conſuetas apponi, & ſi eas poſuerit, etiam quòd non ſit expreſsè rogatus, non tenetur falſi: Aymon, *conſil.* 75. *num.* 4. Capicius *deciſ.* 159. Quinimò ſi eas non inſerat, habentur pro 29
appoſitis, Riccius *collectanea* 794. maximè quando clauſula iuuat vali- 30
ditati actus, & eius conſeruationi. Mier. *de maiorat.* 4. *part. quæſtion.* 1. *num.* 2. vbi loquitur in clauſula prohibitionis alienationis rerum maioratus, & conducit *l. quòd ſi nolit* 31. 31
§. quia aſſidua, de ædilitio edicto, l. 1. *§. ſi quis in villa*, verſicul. *impuberi autem*, ibi: *Solet hoc in vſu obſeruari, ff. ad Syllanian. l. certi condictio, §. ſi nummos*, verſicul. *cum quotidie, ff. ſi certum petatur, & l. fin. in fin. Cod. de fideiuſſ.* ibi: *Si enim pactis conuentis hoc fieri conceditur; & in vſu quotidiano ſemper hoc verſari aſpicimus: quare non ipſa legis auctoritate. Hoc permittatur, vt nec ſimplici- 32
tas ſuſcipientium contractus ex quacumque cauſa poſſit ius creditoris mutilare*, *cap. cum M. Ferrarienſis, de conſtitutionibus*, ibi: *Vel fuerit, vel eſſe debuerit, ſi ut conſueuit expreſſum.* Salaçar. *de vſu & conſuetudine*, *cap.* 2. *num.* 5. *& cap.* 3. *num.* 3. Molin. *de primogen. lib.* 4. *capite vndecimo*, *num.* 64. & *capite ſecundo*, *num.* 43. Gregorius *l.* 32. *titul.* 5. *part.* 5. *gloſſ.* 8. Mierez *de maior. p.* 1. *quæſt.* 48. *num.* 17. *&* 3. *part. in initio, num.* 13. vbi de clauſula, *Peto in- 33
ſtitiam*, & de iuramento quod apponi ſolet à Notariis, Tyraquel. *l. ſi vnquam, in præfatione, num.* 172. & de hypotheca omnium bonorum ſolita apponi, quòd cenſeatur appoſita,

 tradit

tradit Nicolaus Boër. *deciſ.* 182. *n.* 54. Didac. Perez *l.* 1. *tit. de teſtam. l.* 6. *ordinam. pag.* 66. Meneſ. *l. ex teſtamento, num. fin. de fideicommiſſ.* & *l. ſi quis maior, n.* 29. *de tranſact.* Couar. *lib.* 1. *variar. cap.* 15. *n.* 9. Brunorus à Sole *in comp. reſolut. verb. argumentum à ſolitis.* Matienç. *l.* 7. *tit.* 11. *lib.* 5. *recopil.* Mantic. *de coniect. ment. lib.* 1. *tit.* 9. *num.* 2. Gratian. *deciſ.* 62. *n.* 20. Marta *clauſ.* 13. Valaſc. *iuris emphyt.*
34 *quæſt.* 25. *n.* 19. Et ita cenſetur notarius rogatus apponere clauſulas conſuetas, vt ſi non appoſuerit, teneatur reſarcire damnum, ſi patris interſit, Queſſad. *diuerſ. quæſt. cap.* 20. *n.* 3. Quod iuuatur *l. ſi librarius, de regul. iur.* & *l. Imperator de ſtat. homin.* quibus deciditur, errorem tabellionis partibus non obeſſe, Alex. Raudenſ. *conſ.* 17. *n.* 96. & *conſ.* 21. *num.* 350. *vol.* 1. Brunorus à Sole *in comp. verb. notary error.*, & *l. illicitas*, §. *veritas*, vbi gloſſ. *de offic. præſidis.*

35 Quod maximè procedit, ſi in inſtrumento tutelæ in clauſulis fuerit poſita dictio. Et cætera, quia per eam non ſolum videntur comprehenſa omnia quæ ſunt ex natura iſtius contractus, Oldrad. *conſ.* 139. *num.* 13. Sed etiam cenſentur comprehenſa omnia conſueta apponi. Aymon *conſil.* 34. *n.* 20. Grammatic. *deciſ.* 106. *n.* 12. Monet. *deciſ.* 2. Bononiæ, & Bald. *in cap. cum in iure* 31. *num.* 17. *de offic. deleg.* Mart. *de clauſ.* 1. *part. clauſ.* 276. vbi *n.* 5. quod non importat pertinentia ad orationem diuerſam, & *n.* 9. quod non extenditur inſtrumentum, quando actus requirit ſcripturam, nec ſubſtantialia omiſſa ait ibi *n.* 10. ſed & ſi dictio, & *cætera*, abbreuiata ſit, ſolum importat quæ deſunt ad complementum orationis, non autem ea quæ comprehenduntur in oratione ſeparata. Aym. *conſ.* 34. *n.* 6. & 8. vbi quod ſi inſtrumentum non exprimit conceptum, & mentem partium ad plenum, dictio. *Et cætera*, nihil operatur: Quare Notarij & tabelliones debent cauere ab ſcribendo per ſigna & cifras; & quia eſt iuri contrarium, vt in procemio geſtorum, §. *illud*, ibi: *Vt nemo* 36
audeat eorum qui libros ſcribunt, in iis ſigna ponere, & per compendium, &c. & *l.* 13. *tit.* 25. *lib.* 4. *recopil.* ibi: *Eſcriua por oſtenſo las notas*, & *in l. Lucius* 40. *de militari teſtam.* ob militiæ priuilegium ſuſtinetur teſtamentum 37
militis notis dictatum, qui ante quàm ſcriberetur, & perficeretur, vita functus fuit: quod ſecus eſt in pagano, gloſſ. *verſ. quoties, in l. fideicomm.* 11. *in princ. de legat.* 3. vbi dicit, in ea lege eſſe caſum mirabilem ad hoc, quòd ſi tabellio fecit imbreuiaturam teſtamenti, nec legit eam coram teſtibus, nec in charta pura ſcripſit, quod non valet iure teſtamenti, nec iure codicillorum, etiamſi fideicommiſſum ſit ibi relictum, quam gloſſam ſequitur Roder. Suar. *alleg.* 1. *n. fin.* & quòd ſi non fuerit ſcriptum & lectum coram teſtibus, non valeat, tradunt Matienç. *l.* 1. *tit.* 4. *gloſſ.* 3. *n.* 4. *lib.* 5. *recop.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Lucenſi* 53. *n.* 35. Tellus Fernand. *l.* 3. *Taur.* 1. *part. n.* 17. Grammat. *deciſ.* 62. *n.* 5. Couarr. *cap. relatum* 1. *n.* 11. *de teſtam.* niſi ſit inter liberos, modò ſint æqualiter inſtituti. Aluarad. *de coniectur. mente defuncti lib.* 2. *cap.* 3. §. 1. *num.* 22. Scripta autem in cifris, non probant. Fluiin. *de confidentiis, q.* 69. *num.* 12. Ioan. Garc. *de nobil. gloſſ.* 4. *n.* 25. Et conducit, quòd ſcripta vt intelligi non poſſunt, pro non ſcriptis haben-

habentur *l. 1. & 3. de his quæ pro non ſcriptis habentur*, gloſſ. verb. *quoties*, *l. fideicommiſſa, de leg. 3.* vbi quod teſtamentum non valebit: ſequitur Suar. *allegat. 1. n. fin.* Tellus Fernandez, *l. 3. Taur. 1. part. n. 17.* Grammat. *deciſ. 62. n. 5.* Couar. *cap. relatum 1. num. 116. de teſtam.* Burg. de Paz, *conſ. 1. num. 1.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Lucenſ. 53. n. 35.* Matienç. *l. 1. tit. 4. gloſſ. 3. n. 4. lib. 5. recopil.* Aluarad. *de coniect. mente, lib. 2. cap. 3. §. 1. n. 27.* vbi de teſtamento inter libros, de quo Burg. de Paz, *l. 3. Taur. n. 55.* & vide eum *n. 200.* Imbreuiatura autem Notarij in partibus non cancellatis remanet in ſua fide: Signorolus, *conſ. 224. in fin.* ſequitur Simon de Prætis *de interpret. vltimarum voluntatum lib. 6. ſolution. 2. num. 57.* Aymon *conſ. 88.*

Et redeundo ad id à quo regreſſi fuimus, dico, quòd ſiue mater renunciet, ſiue non contractis ſecundis
39 nuptiis, amittit tutelam *l. 19. tit. 16. p. 6.* & ius petendi eam, etiam quòd mortuo ſecundo viro vidua ſit, & ſi antea ei non fuiſſet delata; quia non petita tutela tranſiuit ad ſecundas nuptias. Gratian. *diſcept. cap. 5. n. 36.* Et etiam ſi nulliter contraxerit, vt tradit ibi Gratian. quia attenditur factum Hieronym. Gonçal. *de alternatiua, gloſſ. 58. n. 53.* Gratian. *diſceptat. cap. 36. n. 60.* Sed non amittit per ſecundas nuptias commiſſionem ad teſtandum; tradit Andr. Angulo *de melioration. l. 3. gloſſ. 4. n. 7.* vbi quòd nec amittit officium executoris teſtamenti viri, non tamen poterit ſubſtituere filios exemplariter; dicit communem & magis veriorem ſententiam Matienç. *l. 3. gloſſ. 2. n. 37. tit. 1. lib. 5. recopil.* Quòd ſecus eſt in patre, de quo multum lex confidit, vt tradit latè Tyraq. *l. ſi vnquam in princip. num. 25.*

Et bona ſecundi viri ſunt obligata pro redditione rationis tutelæ filiorum primi matrimonij, *l. ſi mater, C. in quibus cauſis pignus, vel hypotheca tacitè contrah. l. 26. tit. 13. part. 5. verſ. eſſo miſmo dezimos*, Pinel. *l. 1. 2. p. n. 27. & 28. de bonis matern.* Anton. Gabr. *lib. 3. concl. tit. de ſecundis nuptiis, concl. 9. n. 4.* vbi ampliat ad retinentem matrem pro concubina. Auiles *in capitulis prætorum, in præfation. n. 27. verſ. ſed ibi tenet.* Et inter alios caſus quibus poteſt fieri executio vxori ſecundò nuptæ pro contractu inito ante matrimonium ponit 40
hunc Carrot. *de remediis, except. 104. n. 4.* Surd. *deciſ. 107. n. 11.* Quod intellige, facto calculo, & redditis rationibus; nam anteà etiam pro pecuniis, & bonis deſcriptis in inuentario nequit exequi, ſecundùm veriorem opinionem. Fachin. *lib. 8. controuerſ. cap. 58.* Parlador. *lib. 2. rerum quotidianar. cap. fin. 1. p. §. 12. n. 35.* Auendañ. *de exequend. mandat. lib. 2. cap. 10. n. 31.* Cancer. *3. p. variarum, cap. 7. n. 328.* & in terminis tutoris Caualcan. *de tutore, à n. 214.* ſequitur Giurba *deciſ. 15. n. 2. & 3.* quamuis Surd. *deciſ. 184.* quem ipſe refert dicat iudicatum à Senatu, tutorem, etiam non reddita ratione, compellendum executiuè, vt reſtituat mobilia in inuentario deſcripta; nam potuit tutor iuſtè vendidiſſe bona mobilia, & expendiſſe in pupilli vtilitatem. Nec enim ſufficit confeſſio introitus, niſi acceptetur impenſa. Baeça *de decima tutor. cap. 2. n. 170.* Auend. *vbi ſupr.* Eſcob. *de ratiociniis. cap. 21. num. 12.* Ayor. *de partit. 1. p. cap. 4.*

Digitized by Google

*cap.*4.*n.* 24. Maſcard. *de probat. concluſ.*975. *n.* 70. Baeça *de decima tutor. præſtan. cap.* 2. *n.* 168. vbi quod etiam ſtante inſtrumento tutelæ, excludet tutor viam executiuam, offerendo rationem. Giurba *deciſ.* 15. *num.* 13. Fachin. *lib.*8. *controuerſiar. cap.*58. verſ. *ſed hoc*,vbi ait,iniquum eſſe, compellere tutorem ad reddendam pecuniam ante redditionem rationis. Et idem eſt in omni adminiſtratione, ſeu theſaurario, à quibus eſt ſumenda ratio per accepta & data, *l.* 1. §. *editiones*, *ff. de edendo*, ibi: *Quoniam accepta & data non aliter poſſunt apparere*, *l.* 2. §. *quod de frumentaria de adminiſtratione rerum ad ciuit. pertin.* ibi: *Acceptorum & datorum*, *l. ſi quis ex argentariis*, §. *rationem*,ibi: *Vltro citroque dandi accipiendi*, *ff. de edend. l. fin.* §. *inter cætera de liberat. legat.* ibi: *Secundum accepta & expenſa.* Et ita quando theſaurarij Regij non ſoluunt prouiſione regali iubetur eis, quòd ſoluant, & ſi dicant non habere pecunias regias, reddant rationem coram iudice; quia offerendo rationem adminiſtrator excludit viam executiuam. Giurba *deciſ.*15. *num.*13. poſt Guterrium quem ibi allegat *de tutel.* 3. *part. cap.* 1. *num.*53.

41 Et niſi mater fecerit alium tutorem dare filiis, & rationem reddiderit, & reliqua ſoluerit; eorundem ſucceſſione priuatur, *l. omnem*, *Cod. ad Tertullianum*, etiamſi ſit ruſtica. Gratian. *diſcept. cap.*72. *num.* 7. vbi *n.* 6. dicit, petendum eſſe curatorem dari filio exiſtenti in vtero, cùm ei non poſſit dari tutor, ſed curator. Bertazol. *conſ.*402. *num.*64. *& ſeqq.* Gregor. Lop. *l.* 12. verb. *non piden guardador*, verſ. *Quid autem de muliere quæ prægnans manſit*, *tit.*16. *p.* 6. *& eſt l.*2. §. *ſi mater*,verſ. *quid ſi cum prægnans, ad Senatum Conſult. Tertullian.* ſed & mater tenetur petere tutorem filiis, etiamſi ſit alter datus ſubſtitutus pupillo,Donel. *lib.*3. *comment. cap.*8. Gregor. *d. l.* 12. verbo, *non piden.* Nec per ſolam petitionem excuſabitur mater, niſi inſtauerit vt detur; & datus compellatur adminiſtrare, *arg. l.*2.§. *ſed quod diximus ad Tertullian.* Gregor. *dict. l.* 12. verbo, *non piden*, *in fin. & l. Diuus*, *ff. qui petant tutores.* Et omnia debet implere copulatiuè, quia lex deſiderat matris officium plenum erga filium, & non imperfectum, gloſſa, & Doctores *in l. matris pietas*, *Cod. qui petant tutores.* Excuſabitur autem à pœna mater, ſi ſit minor vigintiquinque annorum. Gratian. *diſceptation. cap.* 27. *num.*8. vel fuerit aliqua iuſta cauſa impedita, *l.* 2. §. *confeſtim*, *ff. ad Tertullianum.* Et quòd omnia ſupradicta debeant interuenire ex multis tradit Montan. *de tutel. cap.* 15. *à num.*4. Sed & interim quòd mater non reddiderit rationem, non poteſt petere dotem, tradit Gratian. *diſcept. cap.* 129. *num.*21. *&* 33. *& ſequentib.* vbi quod filij poſſunt retinere dotem, & *num.*36. *& ſequent.* reſpondit ad contrariam opinionem.

Sed an mater poſſit pro tutelæ adminiſtratione incarcerari, & cùm mulier pro ciuili debito capi nequeat, *l.* 1. *Cod. vt omnes iudices*, *authent. nouo iure*, *Cod. de cuſtod. reorum*, *etiam pro fiſcali & publico debito*, *authent. ſed nouo iure*, *Cod. de offic. diuerſ. iudic.* negatiuam partem tenet Bart. *auth. matri & auiæ*, *num.* 13. Decius *l. fœminæ*, *n.*78. *de regul. iur.* & plures referens tradit Couarr. *lib.* 2. *variar.* 42

Digitized by Google

riar. cap. 1. *num.* 3. Sed diſtinctionem ponit Paul. Montan. *de tutel. cap.* 15. *num.* 66. vt id procedat pro debito reliquationis adminiſtrationis tutelæ: ſecus tamen erit pro exhibitione inuentarij confecti, & inſtrumentorum, & librorum tangentium facultates pupilli, vt ex eis inſtrui poſſit
43 qualitatis ſuæ ſubſtantiæ, & habere notitiam eius: & hoc, quia cum non exhibeat, eſt in dolo, & præſumitur occultaſſe inſtrumenta, & librum, quia ei nocitura erant, *l.* 2. §. 1. *de iure fiſci*, nec æquum eſt, dolum ſuum quemquam releuare, *l. verum* 64. §. *tempus*, *ff. pro ſocio*, *l. penultima*, *in fin.* iuncta gloſſa *de iure dotium.* Et ita propter contumaciam in non exhibendo incarcerantur nobiles. Laſart. *de decim. cap.* 18. *num.* 60. Burgos de Paz. *quæſt. ciuili* 5. *n.* 19. & quis incarceratur vt reuelet perſonas in quibus abſcondit bona, vel inſtrumenta. Barboſ. *l. alia*, §. *eleganter*, *num.* 55. *ſoluto matrimonio*, & torqueri poteſt, ſi ſint magni momenti. Auend. *l.* 4. *tit.* 8. *lib.* 3. *ordinam. num.* 56. Gomez. de Leon, *reſponſ.* 93. Sed mater & auia pro reliquationibus, vulgò *alcance*, incarcerantur, ſi abſconderint bona; tenet Montan. *vbi ſuprà*, ex Andrea Barba-
44 tia, *cap.* 2. *de pignor.* Et ſi mater, vel quilibet alius tutor, non exhibuerit inuentarium, & librum rationum, vel exhibuerit obſcurum, & intricatum, ita vt non appareat de rerum quidditate, & qualitate redituum, & impenſarum, vel ſcripta ſint; ita vt intelligi non poſſint, cùm pro non ſcriptis habeantur, *l.* 2. *ff. de his quæ pro non ſcript. habent.* eſſet idem ac ſi nullum exhiberet; vel ſi non ritè factum exhibeat, iuratur in litem contra tutorem, & contra quemlibet adminiſtratorem. Bart. *l. tutor qui repertorium*, *num.* 18. *de adminiſtration. tutor.* ſequitur Montan. *de tutel. c.* 32. *regul.* 6. *num.* 1. & 7. & 15. poſt Caſtrenſem & Socinum, *l. penultima*, §. *fin. ff. ne quis eum qui in ius vocatus.* Eſcobar, *de ratiocin. cap.* 9. *n.* 68. Paria enim ſunt, quid non fieri, vel non ritè fieri, *l. quoties*, *qui ſatiſd. cog.* Montanus, *vbi ſuprà*, *regul.* 5. *n.* 78. Quod limitat Menoch. *lib.* 2. 45
de arbitr. centur. 2. *caſu* 208. *n.* 22. & 23. ſi fuerit omiſſum ob ſimplicitatem, vel ruſticitatem; quod iudicis arbitrio relinquitur, inſpecta qualitate perſonæ. Montan. *d. cap.* 32. *reg.* 5. *num.* 46.

Nec auditur tutor, ſi dicat, ſe perdidiſſe, & amiſiſſe inuentarium, vel 46
librum rationum, vel alibi tranſtuliſſe. Giurba *deciſ.* 15. *num.* 11. & 12. (vbi idem de ſocio) vel non feciſſe, quia nulla bona reliquit defunctus; niſi probauerit. Montan. *vbi ſuprà*, *num.* 8. & 16. vel ſi viguerit conſuetudo non faciendi, vel ſolùm bonorum mobilium, ibi *num.* 18. Vel ſi 47
non fecerit inuentarium, ne reueletur paruum patrimonium pupilli, vel minoris, quia non conueniſſet bona minoris manifeſtare, vt ibi dicit Montanus, ex quo damnum reputatur quòd ſciatur patrimonim alicuius 48
(maximè quando eſt plus in opinione) *l.* 2. *Cod. quand. & quibus quarta pars debetur*, *lib.* 10. *verſic. Quid enim tam durum, tamque inhumanum eſt, quàm publicatione pompaque rerum familiarium, & paupertatis detegi vilitatem, & inuidiæ exponere diuitias. lib.* 2. *Cod. de aliment. pupill. præſtandis.* ibi: *Ne ſecreta patrimonij, & ſuſpectum æs alienum pandatur*;

Digitized by Google

quod melius eſt interim tacere. Sed cautela erit pro ſecuritate tutoris, proteſtari coram iudice. Paul, *l. cùm ſolito, n.4. Cod. qui bonis cedere poſſunt.*
49 Et licèt ab eo diſſentiat Ioannes Andreas eos conciliat Eſcobar. *de ratiociniis, cap. 9. n. 62.* verſic. *licèt*, & verſic. *ego tamen.* Quare dicit Seſſe *de inhibitionibus, cap.* 8. §. 4. *n.* 25. quòd iudex debet prouidere, ne tempore inuentarij ſecreta pandantur, quia reputatur vtilitas magna, quòd patrimonium alicuius non detegatur, Ioannes Guterreus, *l. nemo poteſt,*
50 *n.*408. *de legat.* 1. Et ſic delictum reputatur, quòd inſtrumenta alicuius quis prodiderit, *l. ſi quis aliquid* 38. §. *inſtrumenta, de pœnis,* ibi: *Vel aduerſario prodiderit, provt perſona conditio eſt, aut in metallum damnantur, aut in inſulam deportantur, l. ſacculary 7. de extraordinar. crimin.* ibi: *Vt puta, ſi quis inſtrumenta ſua prodita*
51 *eſſe dicat.* Quod nota contra tabelliones pandentes atteſtationes: tamen hi quibus panduntur, nullam pœnam incurrunt. Anguiſol. *conſ.* 20. *n.* 1. *&* 2. punitur tamen, ſi ipſe aperiat & diſſigilet acta probatoria alterius partis, & ea legerit. Brunorus Aſole *in compend.* verbo, *collitigans*, & eſt textus *in cap. cùm olim* 33. *de officio delegati*. ibi: *Sigilla violauit illorum, & ſcripta quæ nobis fuerant præſentanda, non erubuit aperire*, & Bobadilla, *lib.* 2. *Politicæ, cap.* 5. *num.* 31. vbi *n.*30. *de aperiente epiſtolas, & libr.* 2. *cap.*7. *num.*68.

52 Sed mater adminiſtrat ſtatim, nec debet expectare, quòd ei decernatur tutela à iudice, vt alij tutores teſtamentarij, in quo ab aliis differt. Montan. *de tutel. cap.* 32. *in princip. n.*6.
53 *&* 7. quia teſtamentarius interim non poteſt adminiſtrare, niſi in vtilibus Ioannes Gutier. *de tutelis, c.* 5. *n.* 7. 8. *&* 50. Vel niſi pater teſtator dederit poteſtatem adminiſtrandi, quia tunc poterit ſine decreto iudicis: tradit Aym. *conſ.* 230. *num.* 4. verſic. *planè*, Afflict. *deciſ.*262. *n.*6. & ibi Vrſil. *n.*7. *&* 8. vbi quòd adminiſtrat etiam non impletis his, de quibus per Bart. *l. legitimos, de legitimis tutoribus*, licèt aliàs plura requirantur, antequam tutores ſuſcipiant tutelam: nam quindecim requiſita ponit Roman. *conſil.* 425. Eſcacia 54
de iudiciis, cap. 101. *num.* 57. Nouem requiſita ponit Riccius, *collectan.* 1211.

Præcipua tamen, & non omittenda ſunt. Quòd iuret coram iudice, ſe vtilia pupillo facturum, & inutilia prætermiſſurum, *l. fin.* §. *omnem autem dubitationem*, vbi Doctores, *Cod. de adminiſtrat. tutorum, authent. vt qui oblig. ſe habere perhibent res minoris,* §. *fin.* ſed & quod iuret tutor non relicturum pupillum indefenſum, *d. l. fin.* §. *defenſionem.* Aymon *conſ.*230. Guid. Papæ *deciſ.*330. Corneus *conſil.*164. *n.* 4. *lib.* 4. vbi quòd ex defectu huius iuramenti vidit multas annullari tutelas. Tyraq. *poſt leg. connub. gloſſ.* 5. *à n.*94. Et adimplebit ad 55
defenſionem, ſi conſuluerit Aduocatum, Raudenſ. *conſ.*9. *à n.* 93. *& conſil.* 21. *n.* 130. *volum.* 3. Tenebitur tamen conſulere peritiorem, *l. ſi auia, Cod. de ingen. manum. l. in bonorum, ff. de bonor. poſſeſſ.* Barboſ. *l. ſi mora, à n.* 16. *ſolut. matrim.* quia ſine conſilio periti hominis ſolent res malè geri, vt *in l. codicilis,* §. *fin. de leg.* 2. vbi teſtator ſic dixit: *Lucius Titius* 56
hoc meum teſtamentum ſcripſi ſine vllo iuriſperito, rationem animi mei potiùs

ſequutus,

ſequutus, quàm miſeram & nimiam diligentiam: & ſi minus aliquid legitimè, minuſve peritè fecero pro iuſto & legitimo haberi debet hominis ſani voluntas. Deinde heredes inſtituit. Quæſitum eſt, inteſtati eius bonorum poſſeſſione petita, an portiones adſcriptæ ex cauſa fideicommiſſi peti poſſunt? Reſpondi ſecundùm ea quæ proponerentur, poſſe. Ecce textum, vbi in teſtamento eius, qui fecit illud ſine Iuriſperito, & ſtultè, hæredes inſtituti non fuerunt admiſſi iure directo, ſed per fideicommiſſum, propter clauſulam, *Valeat vt ſani hominis voluntas*, quæ clauſula idem eſt, quod valeat vt poteſt valere. Couarr. *cap. Raynuntius*, §. 3. *n.* 9. *de teſtament.* Anton. Gomez. *l.* 3. *Taur. n.* 74. quia per eam clauſulam granantur hæredes ab inteſtato. Meneſ. *l. eam quam, num.* 19. *Cod. de fideicommiſſ.* Anton. Gabriel. *lib.* 4. *commun. concl. tit. de teſtament. concl.* 5. *n.* 9.

Requiritur etiam, quòd tutor conficiat inuentarium, antequàm adminiſtret. Capicius, *deciſion.* 50. Guido Papæ, *deciſ.* 130. Ruin. *conſ.* 39. *n.* 8. *lib.* 5. Roman. *conſ.* 425. & *l. tutor, qui repertorium, in princip. de adminiſt. tutor. l. tutores*, vbi gloſſa verbo, *mox*,
57 *Cod. eod. tit.* Quod fit expenſis pupilli. Caualcan. *de tutor. num.* 62. Et ſi non fecerit, iuratur in litem contra eum, *l.* 1. §. *officio, de tutel. & rationibus diſtrahendis, d. l. tutor, qui repertorium, in princip.* Menoch. *de arbitrar. iudic. lib.* 3. *caſu* 208. *à num.* 16. vbi idem dicit de theſaurariis, vſufructuariis, & aliis ſimilibus. Roman. *conſ.* 518.
58 Et quòd tutor ſatiſdet, datis idoneis fideiuſſoribus rem pupilli ſaluam fore, *l.* 1. & ibi Bald. *ff. rem ratam haberi, l. prætoria, de prætor. ſtipul. l. de creationibus, Cod. de Epiſcopali audientia.* Capicius, *deciſ.* 50. *l.* 4. §. 1. *rempub. ſaluam fore.* Et id fauore pupilli & adulti receptum eſt, quia tutores & curatores in ſuo officio, vt plurimum, aut infideles, aut negligentes ſunt, *authent. vt ij qui obligatas ſe hab. perhibent res minor.* §. *quoniam autem*, & dicit Montan. *de tutel. cap.* 32. *reg.* 7. *n.* 3. Et ob dolum vel negligentiam, etiamſi ſit diuiſa adminiſtratio inter plures tutores per teſtatorem, vel iudicem, omnes tenentur; licèt aliàs ſi fuerint plures tutores, ſuo ordine conueniantur, vt dicitur *infrà cap.* 24. *n.* 39. & ita tenentur tutores ſatis dare, vt non ſufficiat facere iuratoriam cautionem, Montan. *de tutel. cap.* 32. *reg.* 7. *n.* 14. Quinimò ſi non dederit fideiuſſores, pronuntiandum eſt, ad eum non pertinere tutelam, nec cum eo acta valent, *l.* 2. & 3. *Cod. de tutor. qui ſat. non ded.*

Sed an teneantur ſatiſdare tutores 59 teſtamentarij? Et ad id non teneri, dicit lex de creationibus, *Cod. de Epiſcop. audient.* ibi: *Paterno teſtimonio pro eius ſatiſdatione ſufficiente, ipſe qui datus eſt: ad curationem perueniat*, & in principio *Inſtit. de ſatiſdat. tutor.* etiam quod datus ſit in teſtamento inualido, *l. qui à patre, ff. de confirmando tutore.* Anton. Gomez. 2. *tom. variar. cap.* 14. *n.* 16. *in fin.* vbi dicit communem opinionem. Et quod non ſatiſdent, tenet Ioannes Gutier. *lib.* 1. *de tutel. cap.* 5. *n.* 1. Petr. Surdus *deciſ.* 91. *n.* 2. Sed contrarium, & quòd tutor teſtamentarius teneatur ſatiſdare, tenent Rebuffus ad leges Gallicas, 1. *tom. in proœmio, gloſſ.* 5. *n.* 39. Spino. *de teſtamentis, gloſſ.* 29. *n.* 34.

Digitized by Google

Dominus Antonius Pichard. *in principio, Inſtitut. de ſatiſdat. tutorum, num.* 2. & ſic iam vidi pronuntiatum in hac regali Cancellaria Valliſoletana, alias fraudarentur filij ſua legitima, ſi tutor expenderet, vel diſſiparet bona, nec haberet vnde ſolueret, & hæc erit ſufficiens cauſa, quæ prudentem iudicem poſſit mouere ad ſatiſdationem petendam ob vtilitatem pupilli: cum ex cauſa recedatur à patris voluntate, *vt ſuprà n.* 7. *&* 8. & quia legibus noſtri regni iuuetur, & generaliter diſponitur, quòd ſatiſdent tutores.

Sed & hæredes tutoris tenentur, *l. fin. in fin. tit.* 16. *part.* 6. ad rationem, & vſuras, iuxta *l. cùm oſtendimus, in principio, de fideiuſſ. tutor.* Tutor autem Principis non ſatiſdat, & Alberic. & Caſſan. tradit Montan. *vbi ſupr. n.* 14. Ioan. Gutier. *de tutel.* 1. *part. cap.* 8. *n.* 44.

60 Pertinet autem ad iudices, accipere à tutoribus & curatoribus ſatiſdationem ſufficientem; quia in defectum tutorum & fideiuſſorum datur contra eos ſubſidiaria actio, ſi idoneam cautionem non ſumpſerint, *l.* 1. §. *vltim. l. quod ad hæredem, de magiſtra. conueniend.* quia idem eſt, non accipere fideiuſſores, vel non idoneos, *l. quoties*, qui ſatiſdare cogantur.

61 Sed ſi iudices probent, ſe ab initio accepiſſe ſufficientes fideiuſſores, ſi lapſi ſint facultatibus, non tenentur; quia non debet magiſtratus futuros caſus, & fortunam pupillo præſtare, *dict. l.* 1. §. *ſi magiſtratus, de magiſtr. conuen.* nam quæ ex accidenti proueniunt & contingunt, non
62 debent imputari iudici, *argument. l. verum*, §. *ſciendum*, verſ. *nec enim euentus damni, ff. de minoribus.* Pro quo etiam facit, quòd nec officium ſuum ei debet eſſe damnoſum, *l. ſed ſi quis ex ſignatoribus* 7. *ff. quemadmodum teſtament. aperiantur, l. tutorem, de iis quibus vt indign. cap. cum non deceat; de elect. lib.* 6. vbi gloſſ. verbo, *non deceat*, Surd. *de alimentis, tit.* 3. *quæſt.* 6. *num.* 3. *&* 4. in qua aliquas ponit diſtinctiones, Menoch. *conſil.* 58.

Sed an ſi perſona ſit honeſta, & 63
frugis vitæ, poſſit ei decerni tutela ſine ſatiſdatione. Et videtur quòd ſic *l. legitimos, ff. de legit. tut.* ibi: *Vt ſi perſona honeſta ſit, remittatur ei ſatiſdatio; maximè ſi ſubſtantia modica ſit.* Et facit *l. ſcire* 21. §. *eos, ff. de tut. & curat. datis ab iis*, ibi: *Nec facultates enim, nec dignitas ita ſufficiens eſt ad fidem, vt bona electio, vel voluntas, & benigni mores.* Plus enim valent boni mores, quàm facultates, *l. nec ei, in fin. ff. de adoption.* ibi: *Interdum & ditiorem permittitur adoptare pauperiori, ſi vitæ eius ſobrietas clara ſit, vel affectio honeſta*, & ibi gloſſa. Sed cùm honeſta perſona dicatur, quæ vilis non eſt, vt dicit Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. caſu* 69. *num.* 8. ferè ſemper decerneretur tutela ſine ſatiſdatione: cum tamen *l.* 94. *tit.* 18. *part.* 3. vltra quod tutores ſint bonæ famæ, requiratur ſatiſdatio, vt conſtat ex verbis legis, ibi: *Porque los hallaron que eran homes buenos, y debuen teſtimonio*, & ibi; *Y dieron fiador*, atque ita quòd adhuc probatæ vitæ homines, ſi creentur tutores, teneantur ſatiſdare, tradit Guter. *de tutel. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 13. niſi dentur à iudicibus ſuperioribus cum inquiſitione, quia cùm interuenit datio & inquiſitio maioris iudicis non eſt neceſſaria ſatiſdatio. Salicet. *l.* 1.

l. 1. od. de tutore & curat. qui ſatis non dedit, & eſt gloſſa, verbo, *aget. in auth. vt ij qui obligatas ſe habere perhibent res minor. §. fin.* & plures referens tradit Petr. Surd. *deciſ. 91. n. 3.* vbi *n. 4.* quòd iudex ſuperior & maior dicitur Senatus, qui & præſentat Principem, de quo *ſupr. cap. 1. n. 58.*

64 Et obiter ſcias, fideiuſſorem tutoris, ſeu curatoris non poſſe petere, quod eum tutor eximat à tutela, vt tradit Ant. Gom. *2. tom. variar. c. 13. num. 10.* & hoc quia natura talis fideiuſſionis eſt, durare per tempus limitatum tutelæ, vel curæ, à qua adminiſtratione tutor, vel curator nequit ſe abſtrahere: quod ſecus eſt in fideiuſſore cenſus, quia & eſt perpetua cenſus præſtatio, & eſt in iponentis voluntate, & poteſtate eum redimere; vt tradit Cenc. *de cenſibus, 2. p. cap. 2. q. 3. art. 4. n. 7.* quidquid contrarium dixerit Felicianus.

65 Tandem debet tutor librum rationum conſcribere, in quo accepta & data, reditus exitus & expenſas, & omnia tangentia adminiſtrationem clarè & ſigillatim declaret cum expreſſione diei, caſu quo neceſſe ſit pro vitanda confuſione ſolutionis, ſeu acceptorum, & expenſarum, *l. 1. §. officio de tutel. & rationib. diſtrahend. l. apparitores. Cod. de exactorib. tribut. lib. 10. l. ſi quis, de cond. & demonſtr. l. ſtatu liber. §. fin. de ſtat. liber.* Rom. *conſil. 118.* Ioan. Guter. *de tutel. 3. p. c. 1. à num. 54.* Plures alios refert Montan. *de tutel. cap. 32. regul. 8. à n. 1.* vbi quod ſi obſcurè poſuerit, iuratur in litem contra eum, quem vide, & de omnibus requiſitis ſuprà relatis, *dict. cap. 32. ex principio vſque ad reg. 8.*

66 Sed & mater & auia, quibus à lege tutela defertur, tenentur adimplere omnia requiſita ſuprà relata; interim tamen adminiſtrant; ſicut & tutor; cui teſtator dedit poteſtatem adminiſtrandi, vt ſuprà eſt dictum. Nec dicetur legibus contrauenire, vt non dicitur, quod tutor facit, quando ſequitur id quod teſtator voluit & ordinauit. Tyraquel. poſt 67 *leg. connubial. gloſſ. 8. n. 194.* Nec annullatur alienatio ex reſtitutione minoris, *l. 2. C. ſi aduerſus vendit. pign.* Vrſill. ad Afflict. *deciſ. 262. n. 9.*

Bene tamen verum eſt, quòd licèt 68 prætextu minoris ætatis non reſtituatur minor in caſu, *dict. l. 2.* poterit tamen reſtitui ex capite ignorantiæ, vel impedimenti, ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, &c. quæ maiori conceditur, tradit Carrocius *de remediis, exceptione 22. quæſt. 4. num. 20.* vnde *n. 22.* ſublimitat, niſi tutor ſit ſoluendo, quia tunc poteſt agere contra tutorem; ſi vero tutor non eſt ſoluendo contra tertium: & adde ſupradictis, quòd licèt bona matris & auiæ ſint, hypotheca tacitè pro adminiſtratione tutelæ ius eam requirit expreſſam, *l. vltim. Cod.* 69 *quando mulier officio tutelæ, authent. vt ſine prohibitione*, notat Bartol. *authent. matri & auiæ, num. 15.* Capicius, *deciſ. 50.* Boër. *deciſ. 23. n. 100.* quia multi ſunt effectus expreſſæ hypothecæ, vt in caſu *l. aſſiduis, Cod. qui potiores.*

Et licèt mater & auia teneantur 70 dare fideiuſſores, vt tradit Ioannes Gut. *de tutel. lib. 1. cap. 12. num. 16.* D. Ioan. Caſtellus *de vſufruct. lib. 1. cap. 3. n. 213.* ſufficiet dare eos quales poſſint (ſufficientes tamen) tradit Montan. *de tutel. cap. 15. n. 71.* ex notatis per Raphaëlem Fulgoſ. *l. de*

creationibus, *C. de Epiſcopali audient.* per textum, ibi: *Fideiuſſio in quantum poſſibile eſt*, quia propter matris amorem erga filium præſumitur quod curabit non minuere eius facultates, ſed augere, quia & ſuas ei cupit relinquere, *l. nihil* 50. *de bonis libert.* ibi:
71 *Cum omnia quæ noſtra ſunt liberis noſtris ex voto paremus*, & ſic ſi mater & auia alimenta filiis dederint, materno affectu & pietate dediſſe videntur, & ea repetere non poſſunt, *l. alimenta* 11. *Cod. de negot. geſtis.* Quod ſine dubio procedit; ſi non fuerint proteſtatæ ſe velle alimenta à filiis recuperare, vel ſi alio modo conſtiterit dediſſe alimenta animo repetendi, *l. ſi paterno affectu*, vbi Bartol. *Cod. de negotiis geſtis*, & Gregor. verb. *faciendo afruentas*, *l.* 39. *tit.* 12. *part.* 5. ſi tamen de contraria voluntate non conſtiterit videntur dediſſe donandi animo; quia facile præſumitur donatio aſcendentis erga deſcendentes. Aym. *conſ.* 84. *n.* 17. verſ. *tertio dico*, & *conſ.* 164. *n.* 6. vbi quod è contra non ita præſumitur deſcendentes donare aſcendenti; tamen in alimentis præſtitis aſcendenti, eadem eſt præſumptio, quia & in fratre præſumuntur alimenta præſtita animo donandi. Aym. Crauet. *conſ.* 86. *n.* 2. & ſufficit quem eſſe in domo alterius, vt præſumatur ab eo alitus, niſi contrarium probetur, *l. fin. Cod. de aliment. pupil. præſtand.* ibi: *Si ea per alium ſe conſequutum non probet, ſumptus recuſet, quaſi vento vixerit.* Lara, *l. ſi quis à liberis*, §. *idem reſcripſerunt*, *num.* 69. Eſcobar *de ratiocin. cap.* 22. *n.* 3. ſed ſi expenſæ factæ à matre in alimentis fuerint magnæ, poteſt repetere. Angul. *de melioration. lib.* 3. *gloſſ.* 2. *n.* 78. & 81. Ayor. *de partitionibus*, 2. *part. cap.* 17. *num.* 43. Et ſi intuitu pietatis aliquis alimenta præſtiterit, non poterit repetere, *l. ex duobus* 28. §. *fin. ff. de negotiis geſtis*, quia officium pietatis non debet eſſe venale, *l. ſancimus*, vbi Bald. *Cod. de infantibus expoſitis, qui gratuitò aluntur*, de quibus latè egi, *lib.* 1. *de anniuerſariis*, *cap.* 21. vbi *n.* 70. dixi Bartolum fuiſſe expoſitum, quod multi Doctores anteà dixerunt, teſte Tyraquel. qui *tract. de nobil. cap.* 15. *n.* 33. ſic ait: *Sunt qui ſuſpicantur Bartolum alterum iuris ciuilis columen fuiſſe notum & expoſitum, ex his quæ ſcribit in l. quidam cum filium* 137. *col.* 3. *de verb. oblig.* ſed & id affirmat Bermon. Chouer. *de publicis concubinar. n.* 97. verbo, *in propriè*, verſ. *Phares. & Zaram fratres*, ibi: *Vt Bartolus, quem in l. quidam cum filium, de verborum obligationibus, referunt quidam fuiſſe expoſitum, & adhuc remanet effigies ante portam Hoſpitalis ſancti Iacobi, iuxta pontem ſancti Subracij Tholoſæ, vbi apparet tanquam expoſitum in Hoſpitali fuiſſe nutritum, vt legitur in quodam diſtico Gallico adpicto parieti dicti Hoſpitalis*, qui tractatus eſt compilatus 11. *tom. tractatuum*, & idem refert M. Mantua Patabinus in Epitome virorum illuſtrium, verb. Bartol. *num.* 47. *in fin.* qui eſt compilatus, 1. *tom. tractatuum.*

Sed & ipſe Bartolus dixit ſe legitimatum à Carolo Quarto Imperatore, in extrauaganti ad reprimendum. Quomodò in crimine læſæ Maieſtatis procedatur in Rubrica, ibi: *Et me meoſque poſteros, quos legum Doctores eſſe conſtiterit legitimationis, & conceſſionis venia ætatis, aliiſque priuilegiis & gratiis decorauit*, & in tractatu de inſigniis, & armis, *n.* 3. ait eundem

eundem Imperatorem Carolum IV. ſibi conceſſiſſe, quòd portaret pro armis Leonem rubeum cum duabus caudis in campo aureo, veroſimile tamen eſt, quod ſi Bartolus haberet aſcendentes notos eorum arma portaret, maximè cum eſſet vir magnæ auctoritatis, & Conſiliarius Imperatoris, non ergo ſine cauſa expoſui eum, vt immodeſtè ait Alphonſus Carrança, *lib. de partu*, *cap.* 4. de partu expoſito, *ſect.* 2. *n.* 135. *fol.* 329. non eſt noſtrum euoluere ſpurcitias partus, nec nos male de Aduocatis, *cap.* 30. vt Aduocatus noſtra calumnietur dicta, ſed & contra plures alios Scriptores diuerſarum facultatum, ita loquitur, vti ex eius ſcriptis apparet.

72 Sed vt redeamus ad proſecutionem materiæ noſtri capituli ſcias, quod tutela decernitur etiam die feriato in honorem Dei, quando non deſideratur à lege, quod confirmetur cum inquiſitione; quia tunc requiritur cauſæ cognitio, *l. qui habent*, *§. quolibet*, *ff. de tutel. l. nec mandante*, §. *vltimo*, & ibi Bart. *de tutor. & curator. dat.* ab iis Lanfrac. Balbus, *deciſ.* 352. Simoncelus, *de decretis*, 1. *part. tit.* 1. *ſect.* 3. *n.* 84. *in fin.* vbi *num.* 87. quod vbi immineret neceſſitas, poſſet decerni die feriato, etiam cum cauſæ cognitione.

Et licèt communiter detur decima tutori, *l. noſtri Regni*, & etiam vltra decimam fructuum, ſi tutor agricola ſit, & fortè ipſi laborauerit colendo manibus prædium pupilli ſeu minoris, vt tradit Guter. *de tutel.* 3. *part. cap.* 2. *n.* 19. tamen tutori, vel coadiutori Regis: non datur decima fructuum, nec de tutoribus magnatum, nec aliorum dominorum habentium magnos reditus, ſed conſtituitur eis moderatum ſalarium, vt diximus *c.* 16. *n.* 20. & tradit Ioann. Gutter. *de tutel.* 3. *p. cap.* 11. *&* 21. vbi idem *de coadiutore Epiſcopi.* Sed nec datur tutori, vel curatori clerici de redditibus Eccleſiaſticis. Baëça *de decima*, *cap.* 24. *num.* 1. ſequitur Ioan. Gutter. *de tutel.* 3. *par. cap.* 32. *à n.* 1. Nec debetur malè adminiſtranti, Baëça, *dict. tract. cap.* 13. *à n.* 1. ſequitur Guttier. *vbi ſuprà*, *cap.* 14. *n.* 1. vt nec iudici negligenti, *l. Iudices*, *Cod. de annon. & tributis*, *lib.* 10.

Et pro complemento ſcias, quòd matri minori non datur tutela, *l. fin. Cod. de legit. tutor.* niſi ſit conſuetudo in contrarium. Boër. *deciſ.* 124. *n.* 7. & interim quod ſit maior, datur tutor à prætore. Guter. *de tutel.* 1. *p. cap.* 7. *num.* 27. & idem in tutore teſtamento dato ſi minor ſit. Gregor. verb. *mayor de veynte y cinco años*, *l.* 4. *tit.* 16. *p.* 6. & adde tutorem finita tutela, non compelli ſuſcipere curam iam adulti, ſeu puberis, *l.* 3. *tit.* 17. *part.* 6. verſ. *Otro ſi dezimos*, Guterrius, *de tutel.* 1. *part. capite vigeſimo primo*, *num.* 30.

CAPVT XX.

An impubere iurante contractum, habeat locum deciſio authenticæ Sacramenta puberum: & quid ſi tutor pro eo iurauerit. Et de iudicio cum pupillo ſine tutore: vel cum tutore, negligenter

Digitized by Google

genter agitato, ſeu cum falſo, vel non legitimè conſtituto, & eius ratificatione. Et de impuberis doli capacis teſtimonio, & matrimonio, eiuſque teſtamento ex Principis indulgentia condito, & an præiudicet ſubſtituto pupillari: & de alijs.

SVMMARIVM.

1 *Contractus à pupillo proximo pubertati geſti an firmentur iuramento, controuerſum eſt inter Doctores.*

2 *Sponſalia contracta à pubertati proximo cum iuramento, indiſſolubiliter obligant.*

3 *Multi Doctores tenuere deciſionem authentica Sacramenta puberum, habere locum in pubertati proximo iurante: ſed contrarium verius eſt.*

4 *Intelligitur text.* in c. ex literis, de ſponſal. & auth. *Sacramenta puberum,* C. ſi aduerſ. vendit.

5 *Impuberes facillimè decipiuntur in contractibus, & ita in iuramentis eos confirmantibus.*

6 *Pubertati proximi obligantur iuramento, donec relaxetur.*

7 *Pubertati proximus ſi ſe puberem dicat, vt alius cum eo contrahat habebit locum deciſio auth. Sacramenta puberum, ſi pupillus ſciat ſe eſſe impuberem.*

8 *Pupillus non tenebitur, ſi tutor iurauerit contractum pro pupillo: nec impedietur reſtitutio, ſi ſit læſus. Secus eſt in iuramento tutoris, vel curatoris in iudicio emanato, quia præiudicat ei, ſicut Prælati Eccleſiæ.*

9 *Pupillus proximus pubertati teſtificando facit magnam præſumptionem.*

10 *Intelligitur* l. inuiti, ff. de teſtib. *vt loquatur de infantiæ proximis: ſecus de proximis pubertati.*

11 *Pupillus ſemper teſtificatur in crimine læſæ Maieſtatis, ſine auctoritate tutoris.*

12 *Teſtis debet ſecretè examinari, & declarationes teſtium virtute monitorialium debent ſecretè ſeruari, & mitti iudici laico, vt teſtes repetantur. Et quis poſſit dare monitorias, & quod ſolùm dentur in ciuilibus: & an ligent Aduocatos, & poſſit ab eis appellari.*

13 *Pupillus ſemper admittitur, quando alia probatio fieri non poteſt, & ob teſtimonium poteſt torqueri.*

14 *Pubes factus poteſt teſtificari de his quæ vidit in minori ætate.*

15 *Limita, quando teſtes puberes requiruntur pro ſolemnitate.*

16 *Impuberes non doli capaces, & amentes, arcentur à teſtificando ſine culpa ſua ob defectum rationis mulieres ob fragile conſilium: domeſtici & coniuncti ex affectu, & ex inferiori conditione pauperes & ſerui, & omnes quibus poteſt imperari.*

17 *Teſtes alij arcentur à teſtimonio propter culpam, vt infideles, infames & criminoſi: & quid de affectis infamia facti.*

18 *Iudicium pupilli ſuppletur eò iudicio tutoris:*

19 Iuramen

19 *Iuramentum in litem, quod defertur pupillo, quia non iurat, defertur tutori.*

20 *Pupillus non poteſt iuramentum remittere.*

21 *Confeſſio facta per tutorem in reſponſione ad poſitiones, probat contra pupillum, ſi de errore non doceatur: & confeſſio Prælati præiudicat Eccleſiæ.*

22 *Condemnatio facta in ſententia lata contra pupillum, non exequitur contra tutorem: nec contractus à pupillo cum tutore geſtus, &* num. ſeqq.

23 *Valet argumentum de executione rei iudicatæ ad executionem inſtrumenti guarentigij.*

24 *Tutor tenetur exhibere bona pupilli, vt fiat executio; aliàs incarcerabitur.*

25 *Si tutor obligauerit ſe nomine proprio, contra eum exequetur contractus.*

26 *Tutor tenebitur, etiam quod non obligetur nomine proprio; ſi ſit falſus tutor.*

27 *Acta cum falſo tutore non præiudicant pupillo, vel cum tutore non legitimè conſtituto.*

28 *Iudicium agitatum cum pupillo abſque tutore, vel non legitimè conſtituto, eſt nullum.*

29 *Sententia in fauorem pupilli lata ſine tutore, vel non legitimo, valet, ſi pupillus ſit maior infante.*

30 *Pupillus in concernentibus eius fauorem habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio.*

31 *Pupillus non poteſt acceptare ſententiam in quantum eſt in ſui fauorem, quia non poteſt res iudicata in parte valere, & in parte non.*

32 *Sententia eſt indiuidua, & ſi pupillus in parte ſententiæ releuatus non poteſt reſtitui aduerſus partem in qua eſt damnatus: & quid ſi ſententia contineat diuerſa capitula.*

33 *Separata dicuntur, etiamſi fiant in continenti & in eadem ſcriptura, ſi ſint de diuerſis rebus.*

34 *Sententia ſi contineat diuerſa capitula & diuidua, poteſt pro parte acceptari, & pro parte appellari.*

35 *Sicut ſententia eſt indiuidua; ita & decretum: & ſi erratur in interpoſitione decreti in parte, in totum vitiatur.*

36 *Sententia laudi lata ab arbitro, quamuis capitula ſint ſeparata, non poteſt pro parte acceptari.*

37 *Iudicium agitatum cum filiofamilias ſine conſenſu patris, in eius fauorem valet.*

38 *Tutores, abſque eo quòd compareant in iudicio, conſtituere procuratorem poſſunt, & admittentur, oſtendendo mandatum cum inſtrumento tutelæ, vel clauſulam teſtamenti qua fuerunt dati.*

39 *Procurator conſtitutus à pupillo cum auctoritate tutoris durat finita tutela.*

40 *Actio quæſita in officio, eo finito, non perit.*

Pupillo litiganti ſunt præſtanda alimenta, ſi egeat ante ſententiam.

41 *Tempore pupillaris ætatis ceſſat quæſtio ſtatus mota contra pupillum, etiamſi per exceptionem opponatur pupillo petenti bonorum poſſeſſionem patris, poſſeſſio autem non defertur ex Carboniano.*

42 *Carbonianum habet locum in maio-*

ratu, ſiue fueris inſtitutus in contractu, ſiue in teſtamento iure inſtitutionis, vel non.

43 *Etiam legatario datur beneficium Carboniani, licèt legatum, vel fideicommiſſum à patre non proveniat.*

44 *Cauſa pupilli dicitur propria tutoris cura, & ſolicitudine.*

45 *Tutor in cauſa pupilli poteſt aſcendere ſtrata Cancellariæ, ſi ſit nobilis, habitu decenti: & idem in curatore, cùm minor non habeat legitimam perſonam ſtandi in iudicio. Et idem in coniuncto admiſſo in iudicio pro coniuncto, &* num. ſequenti.

46 *Minor poteſt iudicio adeſſe ad defendendum patrem.*

47 *Pupillus dicitur indefenſus, ſi eius tutor non adfuit in iudicio, ſaltem in principio litis.*

48 *Pupillus etiam dicitur indefenſus, ſi tutor non oppoſuit exceptiones, quas ſi opponeret, minimè ſuccubuiſſet: & tutor dicitur culpoſus, & tenetur ad intereſſe, &* num. ſeq. & 52.

49 *Non vtens remediis opportunis ad actum, eſt in culpa.*

50 *Negligentia in eo, qui ex officio tenetur aliquid facere, eſt peccatum.*

51 *Negligens ob negligentiam, aliquando punitur corporaliter.*

52 *Tutor negligens reputatur doloſus, & tenetur pupillo ad intereſſe.*

53 *Pupillo non officit res iudicata, ſi culpa tutoris condemnatus ſit.*

54 *Sententia non nocet ſucceſſori, ſi eius prædeceſſor litem proſequutus non fuit, vel diſceſſit ab ea, ſeu aliàs culpabiliter verſatus eſt.*

55 *Fraus & colluſio probatur eo ipſo quod victus non curauit iura ſua deducere, aut exhibere, vel ſi minus plenè defendit cauſam.*

56 *Poſſeſſor maioratus, etiamſi diligentiſſimè, ac bona fide proſequutus fuerit cauſam; ſi tamen non appellauit à ſententia contra eum lata, poterit ſucceſſor appellare, & cauſam proſequi.*

57 *Pupilli pubertati proximi, cùm doli capaces dicantur, non excuſantur à delicto, cùm ætas non præbeat impunitatem.*

58 *Pupillum doli capacem afficit excommunicatio à iure impoſita, ſecus ab homine.*

59 *Pupillus licèt teneatur ex delicto, non poterit pro homicidio decapitari, nec ad triremes damnari ante decimumſeptimum annum, &* num. 60.

60 *Pupillus non punitur ex delictis in omittendo.*

61 *Pupilli doli capacis conditio deterior eſt, quàm non doli capacis; & aliquando deterior quàm maioris.*

62 *Pupilli ignorantia, quæ per ætatem contingit, non debet eſſe captioſa creditoribus, & ipſi lucroſa.*

63 *Mulieres maiores excuſantur ignorantia iuris, limita tamen in caſibus à iure expreſſis.*

64 *Imprudentibus, etiam maioribus, in delictis parcitur, ſed & ſimplicitati & ruſticitati, & imperitiæ.*

65 *Stultitiæ à iure non parcitur, nec ſtultis ſuccurritur, ſecus errantibus.*

66 *Teſtamentum ſtultè factum non valet, ſed ſuſtinetur oblique, vt ſani hominis voluntas.*

67 *Stultè*

Digitized by Google

67 *Stultè interrogantibus rigidè reſpondit Imperator.*

68 *Stultus nemo ita preſumitur, vt aliquid contra ſe ſcribi patiatur, licèt aliquando contingat in ſenibus & vetulis.*

69 *Stultus dicitur, qui proprium nomen ignorat.*

70 *Pupilli ignorantia ei prodeſt, ſi agit de damno vitando.*

71 *Pupillus habens dominium directum alicuius rei, ſi eam capiat per commiſſum, non facit rem ita ſuam vt mutet naturam lineæ paternæ, vel maternæ, ad forum de Sepulueda, vt bona redeant ad truncum.*

72 *Idem erit in qualibet acquiſitione legis miniſterio, vt ſi fundo proprio alicuius ex coniugibus ſit conſolidatus vſuſfructus: & idem in feudo.*

73 *Pupillus tutore auctore adit hereditatem, non tutor ſine pupillo.*

74 *Pupillus cùm auctoritate tutoris reſtituit hereditatem, non tutor ſine pupillo, niſi ſit infans.*

75 *Dandum pupillo, poteſt dari tutori, & impletur conditio: ſecus in conditione dandi ſeruo, niſi ex ſerui voluntate & conſenſu.*

76 *Pupillus inteſtatus dicitur decedere, licèt teſtari nequeat.*

77 *Vocatus ſub conditione ſi heres inſtitutus deceſſerit admittitur, ſi heres impubes decedat, licèt Hondedeus contrarium tenuerit, & alij grauiſſimi Doctores.*

78 *Impuberes per ſtatutum poſſunt habilitari ad teſtandum, & de licentia Principis.*

79 *Ius ciuile præfigens tempus pubertatis in duodecimo, & decimoquarto anno fundatur in preſumptione, & ceſſauit, ſi contingat quem anteà pubeſcere.*

80 *Lex preſumptiua ceſſat, co ſtito de veritate in contrarium.*

81 *Lex quamuis iuſtè ſit lata, ſi in aliquo particulari caſu appareat iniuſta, non eſt ſeruanda.*

82 *Pupillus, etiam infans, dicitur inteſtatus decedere, ſi ei ſit datus ſubſtitutus; quia pupillaris ſubſtitutio teſtamentum eſt impuberis.*

83 *Subſtituto pupillaris excludit venientes ab inteſtato, quia quandiu eſt teſtamentum, ceſſat hereditas ab inteſtato.*

84 *Impuberes doli capaces licèt reſtituantur, poſſunt diſponere in vita de bonis, & ſic in morte per teſtamentum, ſi Princeps tollat impedimentum iuris.*

85 *Pupillo, cui eſt facta ſubſtitutio pupillaris, poteſt Princeps concedere facultatem teſtandi, in preiudicium ſubſtituti, qui non poteſt conqueri, &* num.ſeq.

86 *Subſtituto non eſt quæſitum ius, etiam in ſpe, ſaltim de preſenti, nec cuilibet alij fideicommiſſario, nec pupillo eſt interdicta alienatio bonorum ob ſubſtitutionem.*

87 *Conſanguineus habet ſpem ſuccedendi conſanguineo ſuo.*

88 *Legitimatus Principis reſcripto, excludit à ſucceſſione conſanguineos præter filios legitimos.*

89 *Teſtamentum, in quo ſubſtituitur filio pupillariter, dicitur etiam teſtamentum pupilli; & ipſe pupillus illud reuocat poſteriore teſtamento facta indulgentia principis, cuius auctoritas ſuplet omnes defectus, idem Romani Pontificis.*

Digitized by Google

90 *In omni diſpoſitione cenſetur exceptum ius ſuperioris.*

91 *Princeps poteſt facere quòd maſculus ante decimumquartum annum, & fœmina ante duodecimum fiant puberes, ceſſante defectu naturæ, vt ſi ſint furioſi, & ſubſtitutio facta filio ſpurio conualeſcit per legitimationem à principe factam.*

92 *Impuberes ſolent generare & procreare filios: & ponuntur exempla ſacræ Scripturæ.*

93 *Si impuberes contraxerint matrimonium, & filios procreauerint euaneſcit pupillare teſtamentum & ſubſtitutio ei facta.*

94 *In impubere præſumitur malitia, eo ipſo quòd ſit potens ad copulam.*

95 *Per matrimonium finitur tutela; ſed non cura.*

96 *Impuberis opera conſiderantur in fructibus reſtituendis, & ponitur exemplum.*

97 *Hiſtriones & mimi, etiam pupilli, lucrantur ſuis operibus. Et ita opera pupillorum, ſunt in conſideratione vt eis reſtituantur & ſaluantur, & aliquando interueniunt infantes in ſcenis & comœdiis, & alimenta compenſantur cum ſeruitiis ex ſeptennio.*

98 *Pupillus non tenetur cauere ſubſtituto de reſtituenda hæreditate.*

99 *Hæres tenetur ſatiſdare ſubſtituto, vt & fideicommiſſario.*

100 *Maioratus poſſeſſor tenetur ſatiſdare ſucceſſori, ſi maioratus ſit inſtitutus in vltima voluntate: ſecus in contractu; & licèt teſtator remiſerit cautionem.*

101 *Poſſeſſor maioratus non excuſabitur à cautione, eo quòd fuerit inſtitutus facultate Regia, & cautio debet eſſe fideiuſſoria de reſtituendis integris bonis.*

102 *Licèt ſubſtitutus veniat ex iudicio defuncti: tamen teſtamentum per quod venit, eſt pupilli, & ſunt duæ hæreditates, & duplex mors deſideratur.*

103 *Pupillaris ſubſtitutio nequit fieri in contractu.*

104 *Teſtator nihil facit in ſui præiudicium.*

105 *Pupillus poteſt ſine tutore conditionem adimplere ſub qua fuerit hæres inſtitutus: & licèt in hoc diſtinguat Gregor. Lop. tamen indiſtinctè procedit.*

106 *Tabellio impubes eſſe prohibetur, & ſi fuerit creatus, non poterit poſt pubertatem officium exercere.*

107 *Mortuo pupillo, non prouiſo alio hærede à patre ipſius, executor teſtamentarius patris tenet locum hæredis.*

NImis controuerſum eſt inter Doctores, an ex iuramento pupilli pubertati proximi, qui iurare poteſt, *cap. 1. de delict. pueror. l. fin. de liber. cauſ.* confirmentur contractus ab eo geſti. Et ſunt multi & graues Doctores qui partem affirmatiuam defendunt, & probabiliter; fundati in eo, quòd ſponſalia quæ aliàs diſſolubilia ſunt, ſi ſint iurata ab impuberibus pubertati proximis, indiſſolubiliter obligant, *cap ex literis, el 2. de ſponſalibus*, quos Doctores referunt Thom. Sanch. *l. b. 6. de matr. diſp. 38. n. 15.* & Fachin. *lib. 3. controu. c. 10. in princ.* vbi quòd ex eo multi Doctores tenuerunt, deciſionem *auth. Sacramenta puberum, Cod. ſi aduerſ. vend.* habere locum in pubertati proximo iurante contractum; nam, vt ipſi 1 2 3

ipſi inquiunt, ſi peccando & peierando poteſt ſe obligare diabolo, *dict. cap. 1. de delict. puerorum*, cur non & Deo iuramenti religione poteſt adſtringi? Et eam opinionem tenent Seraphin. *de priuileg. iuram. priuilegio* 83. *num.* 24. Ioannes Guter. *dict. authent. Sacram. puberum*, *num.* 117. Caldas Pereyra, *l. ſi curatorem habens*, verb. *minori* 8. *n.* 9. Gregor. Lopez, *l.* 6. verbo, *mayor de catorze años*, *tit.* 19. *part.* 6. Ceual. *q.* 123. commu. contra communes.

Tamen contrariam ſententiam tenet gloſſa, verbo, *Poterit*, *l. fin. de liber. cauſa*, & gloſſa, verbo, *puberum*, *in d. auth. Sacramenta puberum*, vbi Oddofred. Cyn. Bald. Alberic. & Corn. dicit communem opinionem Alex. *l. qui iuraſſe, in princip. de iureiurand.* Alciat. *l. pacta*, *n.* 26. *Cod. de pactis.* Anton. Gomez. 2. *tom. variar. cap.* 14. *n.* 18. Couarr. *in* 4. 2. *part. cap.* 5. §. 1. *n.* 4. Gratian. *reg.* 1. *n.* 4. Menoch. qui plures refert *conſil.* 29. *n.* 3. *vol.* 1. & ſequitur Thom. Sanch. *de matrim. d. diſp.* 38. *num.* 16. alios refert & ſequitur Fachin. *lib.* 3. *controuerſ. cap.* 10. *verſ. cæterum con-*
4 *trariam ſententiam.* Nec obſtat textus *in d. cap. ex literis, de ſponſalib.* quia, vt inquit Thom. Sanch. *vbi ſupra*, nam cauſa matrimonialis potius integrum intellectum, quàm certam ætatem exigit: & ſic nimirum ſi iuramento præſtito à doli capace firmetur matrimonium; ſecus in aliis contractibus, vbi certa ætas deſignata eſt, vt firmentur iuramento, vt in *dict. auth. Sacramenta puberum*, & *l.* 56. *tit.* 5. *part.* 5. *ad fin.* ibi: *Mas ſi fueſſe menor de catorze años, no valdria la jura, è deſatarſeia la compra, ò la vendida tambien, como ſino lo huvieſſe jurado.* Et ratio eſt præfinitæ ætatis, 5
& quia ante eam ætatem, vt facillimè decipiuntur pupilli in contractibus, ita in iuramentis eos confirmantibus, vt dicit Thom. Sanch. *d. n.* 16. vbi plures Doctores refert. Fatetur 6
tamen ibi, *n.* 17. impuberes pubertati proximos obligari iuramento, donec relaxetur: & ita teneas, licèt non obligari tenuerit Fachin. *lib.* 3. *controuerſ. c.* 11. qui etiam contrarias refert opiniones, & ait, duram eſſe deciſionem dictæ authenticæ Sacramenta puberum.

Sed ſi pupillus doli capax ſe pube- 7
rem dixerit, vt alius cum eo contrahat, & iurauerit, propter mendacium habebit locum, *deciſ. authent. Sacramenta puberum*; vt poſt Iaſonem ibi, & Guillelmum de Cugn. tradit Aymon *conſil.* 221. *num.* 9. *verſic. imò fortius.* Et hoc, ſi pupillus ſciat ſe eſſe impuberem; talis enim, cum dolo fecerit, tenebitur, vt in furtis, iniuriis & fraudibus & damnis; quia pro puberibus habentur, *l. apud Celſum*, §. *qui in tutore, de furtis*, *l. hæredibus*, §. 1. *de dolo*, *cap.* 1. *de delictis puerorum.*

Non autem tenebitur pupillus, ſi 8
tutor iurauerit contractum pro pupillo factum, nec eo caſu impedietur ei reſtitutio, ſi reperiatur læſus. Alexand. *conſ.* 21. *in fin. volum.* 5. Corn. *conſil.* 178 *in fin. volum.* 3. ſequitur Seraphin. *de priuileg. iuramenti*, *priuilegio* 83. *n.* 78. vbi ait, hoc tenuiſſe gloſſam, verbo, *quandocumque*, *l. tutor, in princip. de iureiurand. per l. nam & poſteà*, §. *ſi minor, de iureiur.* quæ gloſſa licèt loquatur in reſtitutione ex cauſa iuramenti delati in iudicio, idem eſt in iuramento voluntario extraiudiciali; cùm eadem

ſit ratio læſionis. Si tamen tutor, vel curator pupilli, ſeu minoris fateatur reſpondendo poſitionibus in iudicio, præiudicat pupillo & minori, & eius confeſſio probat contra eos. Alex. Ludouiſ. *deciſ.* 506. *n.* 8. Sic & confeſſio Prælati emanata in iudicio per modum contentioſæ iuriſdictionis, præiudicat Eccleſiæ. Oliuer. Additionat. Ludouiſij ibi litera B. Rot. *deciſ.* 3. *n.* 2. *diuerſor. limitat. vt infrà*, *n.* 21. Secus autem in confeſſione tutoris, vel curatoris, ſeu Prælati voluntaria, quæ non præiudicat niſi concurrentibus præſumptionibus & coniecturis; quia tunc præiudicabit eis. Ruinus 142. *num.* 4. *vol.* 1. vbi idem dicit de patre legitimo adminiſtratore: ſequitur Ludou. *d. deciſ.* 506. *num.* 3. & 4. Regulariter autem confeſſio tutoris extraiudicialis pupillo non nocet. *l. Lucius*, *de adminiſtrat. tutor.* vbi Bart. Angel. & Imol. *l. ſi ita ſtipulatus*, §. *Chryſologus. de verborum oblig.* Rota *deciſ.* 117. *n.* 4. *p.* 2. *diuerſorum*, & idem de confeſſione curatoris, *l. certum*, §. *ſed an & ipſos*, *ff. de confeſſis.*

9 Et licèt communiter non recipiatur iuramentum impuberis: ſi tamen pupillus fuerit teſtis, quòd facit magnam præſumptionem, dicit *l.* 9. *tit.* 16. *part.* 3.

10 Quod autem inquit *l. inuiti*, *la* 2. *de teſtibus*, ibi: *Sed nec pupillis teſtimonium denuntiari poteſt*, intelligitur de proximis infantiæ: ſecus de pubertati proximis, & doli capacibus, vt tradit gloſſa *fin.* ibi: & Farinac. *quæſt.* 58. *num.* 15. Et in crimine læſæ

11 Maieſtatis ſemper teſtificatur, modò cum auctoritate tutoris id faciat. Farinac. *d. quæſt.* 58. *n.* 22. & 23. vbi *num.* 24. ait non ſeruari in practica, quòd interueniat tutor; quia teſtis debet ſecretè examinari, *l. nullum*, *Cod. de teſtibus*, *gloſſ.* verbo, *ſecretè*, *in cap. quia propter* 42. *de electione*, & gloſſa *cap.* 2. *de teſtib.* Farin. *quæſt.* 80. *oppoſit.* 38. Sed & depoſitiones teſtium, qui examinantur virtute monitorialium quæ dantur, *cap. ad noſtram de iureiur.* & conceduntur per Legatum à latere, per Nuntium Apoſtolicum, per Vicarium generalem, & per Vicarium capituli ſede vacante, ſed non per Vicarium foraneum. Riccius *in praxi*, *deciſ.* 270. *per totam*, & debent ſe ſeruari, & remitti ſecretè per iudicem Eccleſiæ iudici laico; aliàs erunt nullæ. Oſaſc. *deciſ.* 128. *n.* 13. & Lacarius *de monitoriis*, *q.* 9, *n.* 3. & ſeruari ſecretè, quouſque repetantur; quia debent repeti parte citata. Menoch. *de arbitr. caſu* 109. *n.* 1. Riccius *in praxi Eccleſiaſtica*, *deciſ.* 279. *n.* 1. Sed non ſunt concedendæ pro leuibus. Concilium Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 3. *de reformat.* Riccius *in praxi*, *deciſ.* 274. nec contra certas perſonas, quia contra eas ordinariè eſt agendum, vt ex textu Concilij, tradit Riccius *deciſ.* 271. *num.* 1. & 5. Giurba *deciſ.* 94. *num.* 8. modò contra tales perſonas lis pendeat, vt ibi, *n.* 9. quia lite pendente non conceduntur, Ricc. *deciſ.* 274. niſi contra teſtes, idem *deciſ.* 275. Non tamen dantur in criminalibus, vt per Laçarium de monitoriis *quæſt.* 10. ſequitur Riccius *deciſ.* 278. *n.* 3. & 4. vbi de clauſula conſueta apponi ex ſtylo curiæ, ne reuelationes faciant fidem, niſi in ciuili cauſa: nec dantur, quando continent infamiam alicuius, vt ſi nominetur perſona quæ præſumitur rem detinere, quia non poteſt aliquis nominari. Anton. Faber 12

ber deciſ. 49. *de probationibus*. Franciſc. Marc. *deciſ.* 803. & 854. ſequitur Riccius *deciſ.* 180. *n.* 1. & *per totam*. Sed eſt maxima præſumptio contra eum qui ſe opponit aduerſus monitorium. Aymon *conſ.* 181. *num.* 6. Giurba *deciſ.* 94. *n.* 19. Nec à conceſſione monitorialium appellari poteſt, & ſic cenſuit Sacra Congregatio Cardinalium, teſte Ricc. *collect.* 995. verſ. *ex qua deciſione intellige*, niſi continerent infamiam contra aliquem: non tamen reuelare tenetur, qui timet damnum ſibi inferri. Maynard. *deciſ.* 22. *num.* 3. Sic nec principalis licèt ad reſtitutionem teneatur, nec qui ſcit vtentem monitoriis non habere ius. Riccius *collect.* 959. nec ſi reuelatio maius damnum allatura eſt. Giurba *deciſ.* 94. *num.* 17. vbi quod nec Aduocati & Procuratores, niſi ante patrocinium ſciant, vel niſi veritas aliter haberi nequeat, & damnum tertio euenerit. Et idem in ſolicitatore. Giurb. *deciſ.* 94. *n.* 3.

13 Et in defectum probationis, admittitur in teſtem pupillus. Farinac. *dict. quaſt.* 58. *à n.* 32. & ob id torqueri poteſt, *l. de minor. de quæſtion.* Datur tamen appellatio à decreto torturæ, & à comminatione. Riccius *collect.* 1311. *in princip.*

14 Et pubes factus poteſt teſtificari de his quæ vidit in pupillari ætate, gloſſa, verbo, *impubes, l.* 3. §. *lege Iulia, de teſtib.* quam ad hoc dicit communiter receptam, Farinac. *quæſt.* 58. *num.* 53. vbi *n.* 55. limitat quando te-
15 ſtes puberes requiruntur pro ſolemnitate, vt in teſtamento; nam eo caſu ſi impuberes teſtes adhibeantur, non poterunt poſteà puberes facti teſtificari. Sed hoc dicit procedere in teſtamento pagani; ſecus in militis teſtamento. Et aduerte, quòd impu- 16
beres non doli capaces, & amentes, arceantur à teſtificando, ob defectum rationis, ſine culpa ſua; vt etiam ob fragile conſilium arceantur mulieres, & ex affectu, domeſtici & coniuncti; ſed & ex inferiori conditione, vt pauperes & ſerui, & omnes quibus poteſt imperari. Alij autem arceantur à 17
teſtimonio, propter culpam, vt infideles, infames, & criminoſi. Turrecremata *cap. item teſtium*, 4. *quæſt.* 3. S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 80. *artic.* 3. de quibus *in cap. forus, in fin. de verbor. ſignif.* vbi de ſeruo, fœmina & criminoſo, & *cap.* 1. *de hæretic.* vbi de infideli, & hæretico, & *cap. teſtimonium, de teſtibus*, vbi *de infami infamia iuris*, & *l.* 3. §. *lege Iulia, de teſtib.* Non autem intelligas de infamia facti quæ contingit, quando eſt grauata eius opinio apud bonos & graues viros, dempto Seſe in reſponſo Syndicatus, à *n.* 19. quod eſt poſt *lib. de inhibitionibus, & conducit. l.* 2. *ff. de obſequiis à liber. & libert. parent. & patr. præſt. & de pupillo, dict. l. inuiti, verſ. ſed nec pupillus, ff. de teſtib.* ob defectum rationis & indicij, vt dictum eſt.

Sed quia iudicium pupilli ſupple- 18
tur ex iudicio tutoris, vt dicit Syl- ueſt. *in princip. Inſtitut. de auctorit. tutor. num.* 5. & Gratian. *diſcept.* 360. *n.* 22. fit, vt iuramentum, quod non defertur pupillo, quia non iurat, *l.* 29
iuſiurandum 34. §. *ſi pupillo, ff. de iureiurand. & l. videamus, in princ.* ibi: *Videamus, in tutelari cauſa quis iurare, & aduerſus quem poſſit. Et quidem ipſe pupillus, ſi impubes eſt, non poteſt, ff. de in litem iurand.* tale iuramentum defertur tutori, & ipſe iurat loco pupilli, vt in *dict. l. videamus*,

Digitized by Google

mus, *& l. cùm etiam* 5. *Cod. de rebus cred. & iureiurand.* & tradit Seraph. *de priuileg. iuram. priuileg.* 31. *n.*90.
20 Nec pupillus poteſt iuramentum remittere, *l. iuſiurandum* 32. *de iureiurand.* & quia per tutorem iurat, con-
21 feſſio facta per tutorem ipſius in lite, probat contra pupillum vt diximus ſuprà *n.*8. *verſic. Si tamen tutor, vel curator*, ſi de errore non doceatur, vt & confeſſio prælati præiudicat Eccleſiæ, *deciſ. Rotæ diuerſorum* 3. *n.* 2. *& deciſ.* 38. quas refert Additionator Ludouiſij *d. deciſ.* 506. *litera B.*

22 Sed condemnatio facta in ſententia lata contra pupillum, non exequitur contra tutorem, *l.* 1. *Cod. quando ex facto tutoris*, & ſic nec executio contractus, cum vtriuſque ſit par ratio, & valet argumentum ab executione rei iudicatæ ad inſtrument.
23 guarentigij. Bald. *l. fin. Cod. de bonis auctor. iudicis poſſidentis.* Et quòd non exequatur contra tutorem, Gutierr. *de tutelis*, 1. *part. cap.* 1. *n.*22. Auendañ. *l.*4. *tit. de las excepciones*, *n.*25.
24 Carrotius *de remediis, ex ept.* 100. Tenebitur tamen tutor exhibere bona pupilli quæ habuerit, vt fiat in eis executio, aliàs incarcerabitur. Ioann. Guter. *de tutel.* 2. *p. cap.*23.

25 Quod autem dicimus, non teneri tutorem, intelligas, niſi ſe obligauerit, etiam nomine proprio, *l. & ſi is* 9. vbi gloſſa, *Cod. de præd. minorum*, de quo Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. centuria* 2. *caſu* 171. Anton. Gom. *l.*50. *Taur. n.*60. Fanus *de pignorib.* 3. *p.* 1. *membro*, *n.*24. Aym. *de indemnitatibus mulierum*, *n.* 19. Caualcan. *deciſion.* 31. *n.*20. Barboſ. *l.* 1. 5. *part. n.*25. *ſolut. matrim.* Montan. *de tutel. c.*31. *effect.* 5. *à n.*7. Petr. Faber. *l. nihil dolo*, *col.*4. *de reg. iur.*

Et tenebitur tutor etiam quòd non obligetur, ſi ſit falſus tutor; nam tenetur ad intereſſe alterius partis. Corneus *conſ.* 263. *lib.* 4. Bennenut. Strach. *de aſſecuration. in præfatione*, *n.*74. Pupillo autem non præiudicabit cum eo actum: nec ſententia lata contra tutorem falſum, vel non legitimè conſtitutum, pupillo præiudicat. *l. ſi tutor*, *Cod. in quibus cauſis reſtitutio in integr. non eſt neceſſaria*, vbi Bald. *n.*3. Maranta 4. *p. diſt.* 16. *n.*33. Gail. *lib.* 2. *obſeruat.* 87. *num.* 2. quia, vt ipſe inquit ibi, *num.*3. iudicium cum pupillo abſque tutore agitatum, eſt nullum, *l. iuſiurandum*, §. *pupillus*, *de iureiurand. l. clarum, de auctor. præſtand. l.* 1. *Cod. qui legitim. perſon. l. acta.* §. *fin. de re iud.* Et contra minorem indefenſum ſententia, & acta ſunt nulla. Alex. Ludouiſius, *deciſ.* 43. *n.*9. In eius autem fauorem ſententia lata ſine tutore, vel non legitimo, valebit ſi pupillus ſit maior infante, *l. non eo minus*, *Cod. de procurat. l. ſi tutor*, *ff. in quibus cauſis in integr. reſtit. non eſt neceſſaria.* Alex. *l. furioſo, de re iud.* Bald. *l. neque, Cod. de contrahend. & committend. ſtipul.* & idem in minore, Surd. *deciſion.* 70. *n.*24. de quo infrà, *cap.* 27. *num.* 21. *& num.* 28. *cap.* 18. *à num.* 48. vbi de contractibus. Et hoc, quia in concernentibus eius fauorem, minor & pupillus habent legitimam perſonam ſtandi in iudicio. Bald. & Iaſ. *l. contra iuris, in princip. de pact.* Secus erit, ſi ſententia lata ſit contra alium pupillum ſeu minorem, vt infrà *c.* 21. *n.* 13. 26 27 28 29 30

Nec contra maiorem poterit pupillus acceptare ſententiam, in quantum eſt in ſui fauorem; quia non poteſt in vno eodemque iudicio res iudicata in parte valere, & in parte non 31

non vitiari, vt inquit Iureconſult. *l. in hoc iudicio, in fin. ff. familia herciſcunda*, ſententia enim indiuidua eſt
32 Cacheran. *deciſ.* 129. *num.* 15. & ob id pupillus condemnatus in parte ſententiæ, & in alia releuatus non poteſt reſtitui aduerſus partem ſolam in qua eſt damnatus, *l. etiam* 30. *§. ex cauſa, de minorib.* ſecus autem erit, ſi ſententia contineat diuerſa capitula non cohærentia, nec vnum alteri, vt colligitur ex *d. §. ex cauſa*, ibi: *Si ſpecies in qua pupilla in integrum reſtitui deſiderat cæteris ſpeciebus non cohæreat, nihil proponi cur à tota ſententia recedi actor poſtulans audiendus ſit:*
33 Nam ſeparata dicuntur, etiam quòd fiant incontinenti, & in eadem Scriptura ſi ſint de diuerſis rebus. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 1. *caſu.* 95. *num.* 19. Et quòd ſi capitula ſententiæ non ſint connexa, ſed ſeparata, ſit
34 diuidua, & poſſit pro parte acceptari & exequi, & pro parte appellari, tradit Boër. *deciſ.* 73. & tenet plures referens Parlador. *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin.* 5. *part.* §. 12. *num.* 6. Et idem dicit de decreto iudicis. Afflict. *deciſ.* 128. *num.* 4. Plures refert Carrotius *except.* 133. Capic. *deciſ.* 51. *n.* 5,
35 ſed ſi ſit erratum in interpoſitione decreti in parte, in totum vitiatur. Rol. *conſ.* 99. *n.* 31. *vol.* 1.

36 Secus erit in ſententia laudi lata ab arbitro, quia etiam ſi capitula ſint ſeparata, nequit pro parte acceptari, *l. Padius*, §. 1. *de arbitris.* Franch. *deciſ.* 173.

37 Et idem in filiofamilias agitante iudicium ſine conſenſu patris; quia in eius fauorem valet. Alex. *conſ.* 59. *lib.* 2. quod eſt notabile pro limitatione, *l. fin. in fin. principij, verſ. neceſſitate per officium iudicis. C. de bon. quæ liber.* Et quod dicimus de iudicio cum minore agitato, & cum filiofamilias, procedit etiam in contractibus nulliter ab ipſis geſtis, vt tradit plures referens Tyraq. *tract. le mort. ſaiſit.* 7. *p. declarat.* 1. *n.* 6. & Petr. Surd. *deciſ.* 70. *à n.* 23. vbi de contractibus dolo initis, & *deciſ.* 179. *n.* 18. & ibi quod minor poteſt ſtare contractui, ſi velit. *§. ex contrario. Inſtit.* quibus aliena, licet vel non & in principio, *Inſtit. de auctorit. tutor.* Aret. *conſ.* 9. *à n.* 10. poterit tamen maior agere contra minorem, vt deliberet, an velit ſtare contractui, *l. Iulianus*, §. *ſi quis colludente. de actio empti*, vbi Paul. & Fulgoſ. Bald. *l. dolum, n.* 2. vbi Salicet. *n.* 1. *Cod. de pericu. & commo. rei vend.* Surd. *deciſ.* 179. *num.* 19. vbi *n.* 20. quod fructus ſunt reſtituendi minori nolenti ſtare contractui.

Poterunt autem tutores, abſque eo quod compareant in iudicio, conſtituere Procuratorem, qui admittetur eorum & pupilli nomine, oſtendendo mandatum cum clauſula teſtamenti, qua fuerunt dati tutores; vel inſtrumentum tutelæ, vt obſeruat praxis, & tradit Gail. *vbi ſuprà n.* 5. nec ad id expectatur iudicis decretum, vt anteà requirebatur, *l.* 3. *Cod. de actore ſeu curatore dando.*

Et procurator conſtitutus à pupil- 38
lo cum auctoritate tutoris, durat finita tutela, *l. ſi quis mancipiis* 17. §. *ſi impubes*, vbi *additio marginal. ff. de inſtit. act.* Et ad eundem modum dicitur, quòd actio quæſita in officio, eo finito, non perit, text. *in l. prætor ait*, §. *is etiam*, quem ita ſummat Bald. *ff. edendo*, & eum textum dicit notabilem. Maſtrillus *deciſ.* 12. *n.* 7. Et pupillo litiganti, ſi egeat, ſunt præſtanda alimenta, modò foueat

Digitized by Google

iuſtam cauſam, *l. ſi inſtituta*, §. *de inoff. ficioſo*, ibi: *Propter inopiam pupilli, de inoffic. teſtam.* & etiam ſine ſententia. Giurb. *deciſ.* 5. *à n.* 28. vbi idem dicit in quolibet alio.

41 Et tempore pupillaris ætatis ceſſat quæſtio ſtatus mota contra pupillum; etiamſi per exceptionem opponatur pupillo petenti bonorum poſſeſſionem patris; nam ei datur poſſeſſio ſtatim, & differtur cauſa ſtatus, vel legitimitatis in tempus pubertatis, *l.* 1. *in princ. ff. de Carbon. edict. l.* 2. *tit.* 14. *part.* 6. & *l.* 7. *tit.* 22. *part.* 3. Molin. *lib.* 3. *de primogen. cap.* 13. *à num.* 24. Mieres *de maiorat.* 3. *part. in initio, n.* 15. & *in* 2. *edit. n.* 78. vbi

42 quòd procedit in bonis maioratus, & habet locum, ſiue maioratus fuerit inſtitutus in teſtamento iure inſtitutionis, vel non, ſiue fuerit factus in contractu, tradit dominus Chriſtophorus de Paz *de tenuta*, 1. *part. c.* 37. *n.* 26. per textum, *in l. Carbonianum*,

43 *ff. de Carbon. edicto*, iuncta gloſſa, verbo, & *cum*, vbi quòd etiam legatario datur beneficium Carboniani; & procedit, etiamſi legatum, vel fideicommiſſum à patre non proueniat, & tunc dicitur ex interpretatione, *l.* 3. *in princ. ff. de Carbon.* Bart. *in l. de bonis, num.* 2. *eodem tit.* D. Paz, *de tenut. d. cap.* 37. *n.* 6. Cauſæ autem agitandæ contra pupillum defenduntur per tutorem, quia cauſa pupilli

44 cenſetur propria tutoris cura & ſolicitudine: Paul. Caſtrenſ. *l. peculium*, §. *præterea, num.* 2. *ad medium, de peculio*, ſequitur Gratian. *cap.* 214. *num.* 4.

45 Et tutor cùm adminiſtrat loco Domini habetur etiam in proſecutione litis. Ex quo infero, quòd quando permittitur nobili litiganti in ſuis cauſis aſcendere ad ſtrata Aularum Cancellariæ vel Audientiæ Regalis de licentia Senatus, modò aſcendat habitu decenti, vt dicit authentica, ſeu nouella. Exemplum ſacræ formæ, *de appellation. in princip. colum.* 10. & hoc in parte quæ iudicibus inferior ſit, & altercantibus ſuperior, iuxta *l. fin. Cod. vbi Senator. vel clariſſimi, verſ. ſedendi quoque*, &c. eodem modo poterit tutor aſcendere in cauſa ſui pupilli, cum eius propria cenſeatur. Et idem dico de curatore cùm minor non habeat legitimam perſonam ſtandi in iudicio, vt nec pupillus, vt per totum, *Cod. qui legitimam perſonam ſtandi in iudicio habeant, vel non.* Niſi minor ſit filius, quia admit- 46
titur ad defendendum patrem, *l. exigendi, Cod. de proc.* Gratian. *cap.* 225. *num.* 28. vbi plures refert: niſi pater conſtituerit procuratorem, quia coniuncta perſona non admittitur in iudicio quando alius eſt conſtitutus procurator. Ludouiſ. *deciſ. Rot.* 521. *num.* 2. & ita debet practicari, quando coniunctus admittitur, ſi fuerit eius qualitatis, vt in ſuis cauſis conceedantur ei ſtrata; nam poterit aſcendere, quia licèt ſit aliena cauſa, admittitur ex propria perſona.

Imò & pupillus dicitur indefen- 47
ſus, quando eius tutor non adfuit in iudicio, ſaltem in principio litis, *l. ſi præſes, Cod. quomodo, & quando iudex.* Neuizanis *conſil.* 17. Mateſil. *ſingulari* 108. *à n.* 7. Maſtril. *deciſ.* 73. *num.* 9. & 11. vbi quòd maximè procedit, cùm tutor habebat exceptio- 48
nes, quas ſi opponeret, minimè ſuccubuiſſet, ex Ruyno, *conſ.* 161. *n.* 31. *lib.* 2. Cephal. *conſil.* 475. *n.* 4. *vol.* 2. & Guid. Papæ, quos refert Theſaur. *deciſ.* 99. *num.* 21. ſequitur Gratian. *cap.* 668.

Digitized by Google

49 *cap.668. num.25*. Quo caſu tutor dicetur culpoſus & negligens, vt dicitur, qui non vtitur remediis opportunis ad actum, Roland. *conſ.52. n.25. vol.4.* Giurba *deciſ.4. à n.5.* & tenetur ad intereſſe, *l.4. de impenſ. in reb. dotalib. factis, l. ei qui, §. fin. de petition. hæred. l. vtique 16. §. culpa de*
50 *rei vend.* Sed & negligentia in eo qui ex officio tenetur aliquid facere, eſt peccatum. Calderin. *conſ.4. in fin. tit. de conſuetudine.* Aym. *conſ. 131. num.4.* Seſſe *in reſp. Syndicatus, n.23. in fin.* & negligens ob negligentiam
51 punitur etiam corporaliter; *l. fin. de offic. præfect. vigilum*, & reputatur doloſus: & in terminis tutoris reſpectu pupilli, eſt textus *in l. nomina,*
52 *Cod. arbitrium tutelæ*, ibi: *Et ſi dolo tutoris vel manifeſta negligentia ceſſatum eſt, tutelæ iudicio damnum quod ex ceſſatione accidiſſet pupillo præſtandum eſſe.* Burg. de Paz *conſ.43. n.48.* optimè Caualcan. *deciſ.38. à num.23.* Et dicitur negligens & culpoſus qui non poſuit exceptiones, quas poterat in iudicio. Laurentius Siluanus, *conſ.93. n.1.* vbi optimè de negligen-
53 te facere quod debuit. Sed & ſi pupillus culpa tutoris ſit condemnatus, non officit ei res iudicata, *l. ex contractu, in fin. de re iudic.* ibi: *Reſpondi, dandam in eos actionem iudicati, niſi culpa tutoris pupilla condemnata ſit.* Quod non ſolùm procedit in pupil-
54 lo, ſed & in omnibus aliis: nam ſententia non nocet ſucceſſori, ſi eius prædeceſſor litem proſequutus non fuit, vel diſceſſit à lite, ſeu alias culpabiliter verſatus eſt, *l. ſi ſeruus plurium 56. §.1. de leg.1. l. qui repudianti 6. l. Papinianus, §. meminiſſe, de inoffic. teſtamento, l. ſi dictum 56. §. ſi compromiſero, de euiction. l. à ſententia in princip.* & *§. hæres. in fin. de appellat.* optimè Alex. *conſ. 84. volum. 3.*
& idem *in l. ſæpe. n. 78. de re ind.* Et 55
probatur fraus & colluſio eo ipſo quod victus non curauit iura ſua deducere, aut exhibere. Cancer. *2. p. variar. cap.16. n. 115.* & ante eum Molin. *lib. 4. de primog. cap. 8. n. 9.* per textum, *in l. ſi ſeruus plurium, §. ſi quis ante, de leg. 1.* ibi: *Vel minus plenè defendit cauſam*, vbi *n. 10.* quod & ſi poſſeſſor maioratus diligentiſſi-
mè, ac bona fide proſequutus fuerit 56
cauſam; ſi tamen non appellauit à ſententia contra eum lata, vel non interpoſuit ſupplicationem, poterit ſucceſſor appellare, vel ſupplicare, & cauſam proſequi, Pinel. *l. 1. 3. part. num. 50. verſ. limita tertiò, de bonis maternis*, vbi quando non fuit proſequuta cauſa in ſuperioribus tribunalibus. Et omnes quibus ſententia in conſequentiam nocet, poſſunt appellare, & tempus appellandi eis currit à tempore ſcientiæ, vt poſt Pinellum *vbi ſuprà*, & Ripam *in l. filiusfamilias, §. diui, n.62. de leg. 1.* Aymon & Crauet. *conſ.202. num.21.* & alios tradit Cancer. *1. part. variar. cap.17. n.46.*

Sed & pupilli pubertati proximi 57
cùm doli capaces dicantur, vt tradit Dueñ. *reg. 259. limit. 3.* non excuſantur à delicto; cùm ætas non præbeat impunitatem, *l. impunitas, Cod. de pœnis*, nec iuuatur beneficio reſtitutionis, *l. ſi ex cauſa 10. §. nunc videndum. de minorib.* & *in l. excipiuntur ad Syllanian.* ibi: *Trebatius autem Germanus legatus etiam de impubere ſumi iuſſit ſupplicium; & tamen non ſine ratione; nam is puer nec multum à pubertate aberat, & ad pedes Domini cubuerat, cum occideretur, nec poſteà*

eadem eius prodiderat : vt enim opem ferre eum non potuiſſe conſtabat, ita ſilentium præſtitiſſe etiam poſteà certum erat, & *l. aut facta*, §. *euentus, de pœnis*, referuntur verſus Homeri de Patroclo puero, qui ſodalem ſuum in aleæ luſu occiderat, & fuit exilio punitus.

58 Sic & pupillum doli capacem afficit excommunicatio Farin. *quæſt.* 92. *n.* 159. Quod intellige de excommunicatione à iure impoſita; ſecus ab homine. Suar. *de cenſur. diſp.* 5 *ſect.* 1.

59 *num.* 15. Sed licèt pupillus doli capax teneatur ex delicto, vt ſuprà eſt dictum, & probatur *l.* 1. §. *impuberes, ff. de commodat.* non tamen poterit pro delicto homicidij decapitari. Decius *cap. de cauſis, n.* 23. *de offic. deleg.* & ſic nec ſuſpendi.

60 Sed & ſolùm poterit puniri ex delicto in committendo: ſecus tamen ex delictis in omittendo, quia in eis, etiam abſque reſtitutione mero iure non punitur, *l.* 1. §. *impubes, ad Syllan.* & poſt Cynum, Bartol. & alios quos refert, tradit Tyraq. *de pœnis temp. cauſa* 44. *n. etiam* 44. vbi *n.* 45. ampliat vſque ad decimumoctauum annum. Sed & iure noſtri Regni, nequit damnari ad triremes, niſi qui decimumſeptimum annum ætatis habuerit *l.* 9. *tit.* 11. *lib.* 8. *recop.* Et in-

61 tellige completum, quia odia & pœnæ ſunt mollienda, ex *reg. l. cum quidam, de liber. & poſthum.* Conditio itaque pupilli doli capacis deterior eſt, quàm non capacis doli, *l. damni* 18. §. *ſi pupillus penultimo de damno infecto.*

62 Sed aliquando eſt deterior quàm maioris, *l. qui autem* 6. §. *ſi quid cum pupillo*, quæ in fraudem cred. ibi: *Quia pupilli ignorantia, quæ per ætatem contigerit, non debet eſſe captioſa creditoribus, & ipſi lucroſa.* Quod mirum videtur, cùm & aliàs maioribus ſubueniatur exceptione ignorantiæ, *l. regula in princ.* & §. *ſed facti &* §. *ſi quis, in fin. de iuris & facti ignor.*

Sed & mulieres maiores excuſantur ignorantia iuris, *d. l. regul.* 9. *in princip. ff. de iur. & fact. ignorant.* Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 3. Fachin. *lib.* 1. *controu. cap.* 11. *verſ. ſecundo.* Intellige tamen, quòd eas ſolùm excuſet in caſibus à iure expreſſis, vt ibi tradit *in fin.* alios referens, de quo Donel. *lib.* 1. *commentar. cap.* 20. *&* 21. vbi quando excuſet vel non ignorantia iuris. Sed & impudentibus, etiam 63

64 maioribus, in delictis parcitur, *l. vnic. Cod. ſi quis Imperator. maled.* Et ſi ſimplicitati, *l.* 1. *de dolo*, niſi ſit vana, *l.* 3. *ad Maced.* Et ruſticitati, ſeu imperitiæ, *l. ſi quis in graui*, §. *quod ad cauſam*, ad Syllanian. *verſic. ſi fortè propter imperitiam, vel ruſticitatem.* Farin. *q.* 20. *à n.* 52. *cum ſeqq.*

Stultitiæ autem non parcitur *d. l. regula*, §. *ſi quis ius, in fin. de iur. & fact. ignor.* ibi: *Nec ſtultis ſolere ſuccurri, ſed errantibus, l.* 4. quod vi, aut clam, *l. codicillis*, §. *Lucius, de leg.* 2. vbi gloſſa, verbo, *diligentia.* 65

Sed licèt in eo, §. *non valeat teſtamentum ſtultè factum*, ſed vt ſani hominis voluntas obliquè ſuſtinetur per fideicommiſſum. 66

Sed & ſtultè interroganti rigidè reſpondit Iuriſconſultus, *l. Domitius labeo, de teſtam.* Et licèt Bart. ibi *n.* 1. reprehendat Iuriſconſultum, dicens: quòd per ſcientiam erat inflatus & ſuperbus; vel quia erat ruſticus; & quod mirè reſpondit Imperator, quia totus nobilis, in *l. vt reſponſum, Cod. de tranſaction.* & in *l. precibus, Cod. de* 67

Digitized by Google

de impub. & aliis; & ſic quòd malè & immortaliter reſpondit Celſus Iuriſconſultus ibi: tamen aliquando ſubiecta materia impulit nobiles rigidè reſpondere, vt fecit Imperator, *l. Mercalem, Cod. de condict. ob turpem cauſam*, & vide, *l. proximè 3. ff. de his quæ in teſtamento delentur*, ibi: *Rogo, domine Imperator, audias me patienter.* Et ſtultus nemo ita præſumi-
68 tur, vt in inſtrumento publico aliquid contra ſe ſcribi patiatur, *l. fin. verſ. neque enim, Cod. de arbitr. tutelæ* licèt multoties contingat, in ſenibus, & mulieribus, maximè vetulis,
69 infrà, *cap. fin.* & dicitur ſtultus, qui proprium nomen ignorat, *l. fin. Cod. de hæred. inſtituend.*

70 Sed quod dicitur, pupillorum ignorantiam, quæ per ætatem contingit, eis non prodeſſe intellige ad lucrum captandum: ſecus ſi tractarent de vitando damno, *ex toto tit. de in integr. reſt. & de minoribus.*

71 Et adde, quòd ſi pupillus qui habet dominium directum alicuius rei, eam capiat per commiſſum, non facit rem ita ſuam, vt amittat naturam lineæ paternæ, vel maternæ, ex qua ei prouenit diſpoſitione legis, vt colligitur ex traditis à Pereg. *de fideicommiſ. art. 10. n. 8.* ſequitur Ferrer. *in conſt. Cathaloniæ, los impuberes, gloſ. 2. num. 135.* vbi benè probat; & conducit ad practicam fori de Sepulueda, vbi bona redeunt ad truncum.

72 Et idem erit in qualibet acquiſitione legis miniſterio; vt ſi fundo proprio alicuius ex coniugibus conſolidatus fuerit vſusfructus; quia non communicatur, *l. 4. ff. de iure dotium.* Barb. *l. 1. 1. part. num. 35. ſolut. matrim.* vbi plures refert, & contra Ioannem Fabrum, tenet Couarr. *in 4. 2. part. c. 7. §. 1. n. 9.* Gregor. *l. 18. gloſſa æſtimata, tit. 11. p. 4.* Gomez. *l. 50. Taur. n. 78.* Rubeus repetit. Rub. *§. 62. n. 13.* Matienç. *l. 1. tit. 9. lib. 5. Recop. gloſſ. 1. n. 88.* vbi Azeued. *n. 9. & 23.* ſequitur Ferrer. *in conſtitut. Cathaloniæ, los impuberes, gloſ. 2. n. 139.* contra Roderic. Suar. *tit. de las ganancias, num. 59.* & alios contrarium tenentes.

Et pupillus tutore auctore addit 73
hæreditatem, non tutor ſine pupillo, niſi infans ſit, *l. potuit pupillus, Cod. de iur. delib.* quam explicant Petrus Fab. *l. in negotiis 5. col. 5. de reg. iur.* vbi quod etſi *d. l. potuit*, indiſtinctè loquatur in pupillo, habebit locum eius deciſio etiam in infante, quia loquitur in geſtione pro hærede.

Sed & pupillus tutore auctore re- 74
ſtituit hæreditatem, non tamen tutor ſine pupillo, niſi infans ſit, *l. reſtit. 37. §. pupillus ad Trebell.* nec pupillus reſtituit ipſi tutori hæreditatem, *l. 1. §. fuit quæſitum, ad Trebel.* licèt adultus poſſit ſuo curatori, quia curatoris auctoritas ad id neceſſaria non eſt ibi: 75
Quod tamen eſt dandum pupillo, poteſt dari tutori, & impletur conditio, *l. ſi fundus, de cond. & demonſtr. l. Stichum, §. vſumfructum, verſ. ſicuti, de ſolution. l. mortuo, §. fin. de ſtatu liber.* Decius *in rubric. de probat. num. 159.* vbi reſpondit *ad l. qui hæredi, de condition. & demonſtration.* in qua dandum ſeruo, non Domino datur; quia in effectu differunt; cùm interſit ſeruo quòd ſibi detur, quia interim poteſt eſſe liber: & ſibi adquiret, quod eſt conſiderabile, ex textu, *in §. libertas quoque, verſicul. itaque Inſtituta de ſingulis rebus, per fideicommiſſ. relict.* & ita in caſu, *l. qui hæredi*, poteſt dari Domino

de conſenſu ſerui, vt tradit Paulus Caſtr. ibi: & probat text. *in dict. l. Stichum*, §. *vſumfructum*, *verſic. cæterum*, *de ſolution.* ibi: *Qui ſeruo dare iuſſus eſt, Domino dando, non aliter impleſſe conditionem intelligendus eſt, quam ſi ex voluntate ſerui dederit.*

76 Pupillus dicitur inteſtatus decedere, licèt teſtari nequeat, text. eſt id manifeſtè probans *in l. fin. verſicul. ſi verò maritus, ff. qui petant tutores*, ibi: *Vocatus ſub conditione ſi filius hæres in-*
77 *ſtitutus inteſtatus deceſſerit, admittitur ad fideicommiſſum ſi hæres impubes decedat*; quamuis contrarium teneat Honded. *conſ.* 5. *n.* 77. *vol.* 1. & inuetur *l.* 2. §. *ſi quis deceſſerit, ff. vnde legitimi*, licèt eam non alleget, & ſint alij Doctores graues eandem opinionem tenentes, quos refert Ceuallos, *quæſt.* 455. *commu. contra commun.* tamen verior eſt ſententia quòd dicatur inteſtatus decedere; & eam ſequuntur plures Doctores relati per Ceuallos ibi, *n.* 7. Trentac. *de ſubſt.* 2. *p. c.* 3. *n.* 5. & Ioan. Guter. *lib.* 3. *practic. q.* 76. ſequitur Franc. Fer. *in comment. ſuper conſt.* Cathaloniæ, *los impuberes, in gloſſ.* 1. *n.* 26. & ex verbis conſtitutionis colligitur, ibi: *Los impuberes morientes ab inteſt.* & quia per ſtatutum poteſt habilitari ad teſtandum pupillus doli capax, Roman. *conſ.* 199. *num.* 5. vbi refert Bart. *l. ſi*
78 *quæramus de teſt.* Et propriè dicetur inteſtatus decedere, qui ex indulgentia poterat teſtari, ſaltem aptitudine: Quod probatur ex eo, quòd licèt regulariter impuberes nequeant teſtari, poterunt facere, ſi ſint doli capaces, de licentia Principis, vt tradit Hieron. Beroius, *l. ex facto*, *n.* 215. & 216. *de vulgari*, dicens, ita tenere omnes Doctores, vbi in hoc differre pupillum à furioſo, ait: & hanc opinionem ſequitur & defendit, non relato Hieronym. Beroio, Franc. Ferrer. *d. conſtitut. de impuberib. gloſſ.* 1, *num.* 14. poſt Nauarrum, quem ibi allegat, & reſpondet ad tradita per Rodericum Suar. *allegat.* 12. *à num.* 7. quòd procedunt, quando conſtat de defectu naturæ, vt in furioſo vel impubere non doli capace.

Pro quo facit, quòd ius ciuile præfigens tempus pubertatis in duodecimo & quatuordecimo anno, in fœmina & mare, fundatur in præſumptione, vt dicit Thomas Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 104. *num.* 5. & ea præſumptione traditur regula à communiter accidentibus, ad quæ iura adaptantur, *l. nam ad ea*, *l. neque leges*, *ff. de legibus*, & ſi in aliquo appareat ante eam ætatem pubeſcere, & eſſe doli capacem, cur non de eo iudicandum vt de pubere? Nam quoties lex fundatur in præſumptione, ceſſat, ſi appareat veritas in contrarium, *l. vnic.* §. *accedit*, *de rei vxoriæ actione*, *l. continuus*, §. *cum ita*, *de verbor. oblig.* Alciat. *de præſumpt. in princip. tract. num.* 3. & tradunt Doctores *l.* 1. §. *editiones*, *ff. de edendo.* Roland. *conſ.* 99. *num.* 10. *volum.* 1. Tyberius Decian. *conſil.* 11. *n.* 142. *volum.* 1. Parlador. *lib.* 3. *different.* 12. §. 2. *num.* 1. & in terminis Sanchez, *vbi ſuprà.*

79 (margin)

80 (margin)

Et ſic quamuis lex iuſtè ſit lata, ſi 81
in aliquo particulari caſu appareat iniuſta, non eſt ſeruanda; vt per text. *in l. nulla iuris ratio* 25. *de legib.* tradit Peguer. *deciſ.* 91. *num.* 2. *verſic. deueniendo.*

Sed etſi pupillus ſit infans, dici- 82
tur teſtatus decedere, ſi ei ſit datus ſubſtitutus, quia pupillaris ſubſtitutio

eſt.

eſt teſtamentum impuberis, *l. 2. de vulg.* l. *Papinianus*, *§. ſed neque impuberis, de inoffic. teſtam. cap. ſi pater, in fin. de teſtam. lib. 6.* & à ſubſtituto excluduntur venientes ab inteſtato; quia quandiu eſt teſtamentum, ceſſat ſucceſſio ab inteſtato, *l. quandiu. de*
83 *reg. iur.* Ergo dicetur pupillus inteſtatus, ſi non habeat ſubſtitutum.

84 Et licèt reſtituantur impuberes doli capaces: tamen poſſunt diſponere in vita de bonis, & ſic etiam in morte per teſtamentum, ſi Princeps tollat impedimentum iuris ciuilis, cuius eſt caput: ita tenet Tyraq. plures referens de priuilegiis piæ cauſæ, *priuileg. 9. num. 3.* Ioannes Garc. *de nobilit. gloſſ.* 1. §. 1. *n.* 50. vt poſſet facere poſteriore lege lata, vt tradit Franc. Ferrer. *d. conſtit. los impuberes, gloſ.* 1. *num.* 14. & cum impubes doli capax poſſit per ſtatutũ habilitari ad teſtandum, vt tradit Alex. *in l. neque, de in ius vocando*, ſequitur Roman. *conſil.* 149. *num.* 5. ita & à Principe po-
85 terit habilitari. Sed an facta per patrem filio impuberi ſubſtitutione pupillari, valeat facultas teſtandi à Principe ei conceſſa in præiudicium ſubſtituti, quæſtionis eſt, cùm ſubſtitutio duret vſque ad pubertatem, *l. verbis ciuilibus* 7. *l. in pupillari* 14. *de vulgar.* Sed cùm non dicatur quæſitum ſubſtituto ius, etiam in ſpe, ſaltim de præſenti, reſolutiuè teneo, non obſtare factam eſſe ſubſtitutionem
86 pupillarem, quin Princeps poſſit impuberi doli capaci concedere facultatem teſtandi: Et moueor ex eo, quòd ſubſtitutus pupillaris poſt mortem teſtatoris, & ante mortem pupilli, nullam habeat ſpem ſuccedendi ex cauſa de præſenti; ſicut nec quilibet alius fideicommiſſarius ſubſtitutus, tradit Bart. *l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 4. de verbor. obligat.* ſequitur Ferrer. *in conſtitut. Cathaloniæ, los impuberes, gloſſ. 5. n.* 215. & ita per ſubſtitutionem pupillarem non eſt interdicta pupillo alienatio bonorum, *l. ſi à ſubſtituto 47. de leg. 1.* vbi Angelus Paulus, & omnes, & eſt communis opinio ſecundùm Alexand. & Iaſ. *l. Marcellus, §. res quæ ad Trebellian.* Facit etiam, quòd licèt 87
conſanguineus habeat ſpem ſuccedendi conſanguineo ſuo, *l. fin. Cod. de pactis*, *l. 13. tit. 5. part.* 5. Tamen 88
legitimatus Principis reſcripto excludit à ſucceſſione conſanguineos omnes præter filios legitimos, *l. 12. Taur.* Sed & talis legitimatus excludit ſubſtitutum, etiam non citatum. Tyraq. *l. ſi vnquam*, verbo, *ſuſceperit, num.* 84. *& ſequentibus*, & tamen eam ſpem ſuccedendi, quam habet conſanguineus, non habet ſubſtitutus, vt dixi ſuprà *n.* 86. nec ſpes incerta, ſed variabilis & vaga, & non firma eſt conſiderabilis, & ſic non tranſmittitur ad hæredes, *l. ſed ſi plures* 10. *in princip. l. qui plures* 23. *l. qui habebat* 47. *ff. de vulgar.* Bartol. *l. is poteſt, n.* 9. *de acquirend. hæred.* plures refert Blaſius Robles *de repræſentat. lib. 2. cap. 29. n.* 18. *& c.* 30. *n.* 8. vbi *num.* 38. aduertit quod prædictæ leges procedunt in ſubſtitutionibus legatis, & fideicommiſſis temporalibus, in quibus ſubſtitutio legatum, & fideicommiſſum cedit à morte hæredis, vt in noſtro caſu, non in fideicommiſſis perpetuis & maioratibus, in quibus & mens teſtatoris, & maioratum natura poſtulat, vt qui ſucceſſurus erat ſi liberet in liberos tranſmittat, & ſic quod repræſentatio quam *l. 40. Taur.* tribuit tranſuerſalibus

ſalibus admittatur in infinitum, vt pluribus relatis defendit ipſe Robles *d.cap.*30. *n.*20. *& finali.*

89 Prætereà teſtamentum in quo ſubſtituitur filio pupillariter, dicitur etiam teſtamentum pupilli, *l. minoribus in princip. verſ. quiſquis, de vulg.* ibi: *Quiſquis autem impuberi teſtamentum facit, ſibi quoque debet facere: cæterùm ſoli filio non poterit,* & iterum ibi: *Vt niſi addita quoque patris hæreditas ſit, pupillare teſtamentum euaneſcat, cap. ſi pater, de teſtam. lib.*6. ibi: *Tamen in teſtamento quod filio impuberi facit, &c.* Et ſic ſunt duo teſtamenta, patris & filij, §. *igitur, Inſtit. de pupil. l.*7. *tit.*5. *part.*6. *l. patris & filij* 20. *de vulgar. l. Papinianus*, §. *ſed nec impuberis, de inoffic. teſtam.* Baldeſ. ad Suar. *l. quoniam, ad leg. Regni, limit.* 5. *n.* 12. poſt Coſtam, *cap. ſi pater,* 1. *p. n.* 12. *verſ. ſi pater de teſt. lib.*6. Ergò poſteriori impuberis teſtamento primum, in quo eſt ſubſtitutio facta, inutile manet: ſiquidem ex Principis auctoritate teſtatur; facta enim auctore principe ſuſtinentur, quia ſupplet omnes defectus: & poſt Bartolum, & Alex. *l. quidam conſulebant, de ſententia, & re iudicata*, tradit plura Iaſ. *l. Barbarius Philippus*, *num.*20. *de effic. prætor.* Tyberius Decianus *conſ.*2. *n.* 117. *volum.* 1. *l. omnium*, *Cod. de teſtament.* Sic minor qui non poteſt alienare immobilia, poteſt id facere in præſentia Principis ſine decreto, *l. illud*, *Cod. quando decreto opus non eſt*, ibi: *Ad inſtar enim præſidialis decreti conceſſio Principalis accedit.* Alexand. Raudenſis *conſ.*10. *num.*73. *volum.* 1. Roland. *conſ.* 96. *num.* 22. *vol.* 1. Caualc. *deciſ.*30. *num.* 1. Simoncelus *de decretis*, 1. *part. tit.* 1. *inſpect.* 3. *num.*88. Et idem in Summo Pontifice; nam ſi interponit ſuam auctoritatem in alienatione rerum Eccleſiæ, remittuntur omnes ſolemnitates. Redoanus, *de rebus Eccleſiæ, pagina mihi* 172. *num.* 12.

Præterea in omni actu ſeu diſpo- 90
ſitione, etiam iurata, cenſetur exceptum ius ſuperioris, *cap. venientes, de iureiurand.* vbi gloſſa, verbo, *ius ſuperioris, l. fin. ff. qui ſatiſdare cogantur.* Quare attenta ea regula, pater qui pro filio teſtamentum fecit, debuit intelligere, non obeſſe ſubſtitutionem à ſe factam Principis poteſtati, qui poteſt impuberi doli capaci facultatem teſtandi concedere: & quia 91
ipſe poteſt facere vt maſculus ante decimumquartum annum, & fœmina ante duodecimum, fiant puberes, vt tradit Franc. Ferrer. *conſtit. los impuberes, gloſſ.* 2. *num.* 16. vbi quod tradita à Roderic. Suar. *allegat.* 12. *à num.* 7. procedunt ſtante defectu naturæ, vt in furioſo: ſecus ſi ſit doli capax pupillus, quia tunc poteſt Principis indulgentia anticipari pubertatis tempus. Sic & per contrarium ſubſtitutio pupillaris facta filio ſpurio conualeſcit per legitimationem à Principe factam ex Angelo, & Imola, *l. ſi alienum*, §. *in extraneis, de hæred. inſtit. & aliis*, tradit Surd. *conſ.*75. *num.*8. *volum.* 1. ſequitur Robles *de repræſent. lib.*2. *cap.* 9. *n.* 12. & excluduntur conſanguinei qui habebant ſpem ſuccedendi, *ex d. l. fin. Cod. de pactis.* ibi: *Spes aliena hæreditatis fuerat, ex cognatione forte ad eos deuoluenda.* Sed & abſque Principis indulgentia, ſi pupillus liberos habuerit, ceſſabit ſubſtitutio, quia poteſt contingere, impuberem generare & procreare filios, *cap. à no-* 92
bis,

bis, ibi: *Niſi carnalis commiſtio ante interuenerit; cùm interdum illa tempus anticipare ſoleat pubertatis, Cod. de illis, cap. puberis, de deſponſation. impuber.* & Greg. *lib.* 4. *dialogorum*, *relatus à gloſſa in ſumma* 20. *quæſt.* 1. refert, puerum nouem annorum ſuam nutricem feciſſe prægnantem, & S. Hieron. *epiſt.* 32. *ad vitalem presbyterum*: idem dicit de puero decem annorum; vt legitur de Salomone, qui decimo ætatis anno genuit Roboam; & in decimo anno de Achaz, qui genuit Ezechiam. Nauar. *conſ.* 39. *num.* 13. *lib.* 4. *de ſponſ. in vltim. edit.* Couar. *de ſponſ.* 2. *part. cap.* 5. *num.* 3. Tyraquel. *l.* 6. *connubial. n.* 17. Thomas Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 104. *num.* 19. vbi plures refert, & alios Ludouic. Caſanat. *conſ.* 4. *num.* 185.

93 Et ſic quod ſi accelerata pubertate impuberes filios procreauerint, ceſſet ſubſtitutio, & euaneſcat pupillare teſtamentum, tradit Ferrer. *conſt. los impuberes, gloſſ.* 1. *num.* 12. *verſ. quibus ego addo*, vbi doctè id infert; & faciunt tradita per Manticam *de conieſt. vltimar. volunt. tit.* 12. *in princip.* Sic & infans, cui eſt acceleratus vſus rationis, poteſt ante ſeptennium ſponſalia contrahere, *vt ſuprà, c.* 15. *num.* 50.

94 Sed pupillus poterit ante ætatem pubertati præfinitam contrahere matrimonium in facie Eccleſiæ, ſi malitia ſuppleat ætatem. Præſumitur autem malitia eo ipſo quòd ſit potens ad copulam, & ſit pubertati proximus, vt per textum *in cap. continebatur, de deſponſat. imp.* tradit Thomas Sanch. *de matr. lib.* 7. *diſp.* 104. *n.* 21. Et per Matrimonium finitur tutela. Montan. *de tutel. c.* 37. *reg.* 3. *n.* 148. licèt non cura, vt tradit Giurb. *deciſ.* 119. *num.* 20. Et impuberis opera 95
conſideratur etiam in fructibus reſtituendis, *l. cæterum* 32. *de rei vendic.* quia, vt inquit ibi text. in eo poſſunt 96
eſſe aliqua opera, vt in Hiſtrionibus & Comicis, qui in Scenam prodeunt, vulgò, *repræſentantes*, qui paruulos pueros & puellas deferunt: & de his intelligo, quòd loquatur *l. fin. in finalibus verbis de liber. cauſ.* ibi: *Veluti ſi miniculator ſit, vel hiſtrio*, licèt de nomenclatoribus intelligat Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 48. *n.* 10. vbi de infante & pupillo, quòd eorum ætas non ſit idonea alicui operi. Intèllige tamen de infante, quia poſt ſeptennium opera ſunt in conſideratione, & compenſantur cum alimentis. Magon. *deciſ.* 9. *à n.* 25. Et quod operæ pupilli compenſentur cum alimentis, Canc. 2. *p. var. c.* 14. *n.* 112. Gam. *deciſ.* 216. *n.* 2. *& deciſ.* 360. & in caſu nouercæ & vitrici. Ruin. *conſil.* 94. *n.* 7. *lib.* 5. Poteſt namque pupillus, cui à patre eſt datus ſubſtitutus, cum iuris ſolemnitate alienare quidquid velit ex ſuo patrimonio; tradit Meneſ. plures referens *authent. res quæ n.* 14. *Cod. communia, de leg.* 97
nec vt ibi inquit, tenetur pupillus cauere ſubſtituto de reſtituenda hæreditate, per *l.* 2. §. *interdum*, ibi: *Improbum eſſe Iulianus exiſtimat eum, qui ſolicitus eſt de viui hæreditate, ff. de vulgar.* 98

Sed cùm certiſſima ſit iuris concluſio, hæredem teneri ſatiſdare ſubſtituto, *l. inter omnes, qui ſatiſdare cogan.* vt & fideicommiſſario, *l.* 1. *cum ſeqq. vt legatur, ſeu fideicommiſſor. nom. caueatur*, *l. cùm Archimedoram. Cod. vt in poſſeſ. legator. l. peto*, §. *fratre, de legat.* 2. *Sed ita proximus quiſque admittendus eſt, ſi paratus ſit cauere ſe* 99

familiæ domum reſtituturum, *l. vnum ex familia*, §. *quod. ſi talia*, *de leg.* 2. Roland. *conſ.* 100. *n.*46. *vol.*2. ſic & maioratus poſſeſſor tenetur ſatiſdare
100 ſucceſſori : Ant. Gom. *l.* 40. *Taur. num.*78. Mol. *de prim. lib.* 1. *cap.* 15. *à num.* 1. *& fin.* quod raro fit Barboſ. *l. diuortio*, §. *interdum*, *num.* 33. *ſolut. matrim.* & pater Mol. *tract.* 2. *diſputat.* 619. *n.* 3. Peregr. *de fideicomm. art.* 40. *n.* 10. Ferrer. *conſt. Cathaloniæ*, *gloſſ.* 1. *num.* 283. qui omnes limitant, ſi maioratus ſit inſtitutus in vltima voluntate : ſecus in contractu, quia in actu inter viuos potuit melius ſibi prouidere, & non obliuiſci, vt teſtator *l. hac conſultiſſima*, *Cod. de teſt.* ibi : *At cum humana fragilitas mortis præcipue cogitatione perturbata res plures memoria conſequi non poſſit.*
101 Et idem dicunt, ſi teſtator remiſerit cautionem, vt tenet Molin. contra Peraltam, vbi ſuprà, & etiam pater Mol. *loco relato*, *n.* 5. vbi ait, quòd non excuſabitur à cautione, quia fuerit maioratus inſtitutus facultate Regia, & quòd talis cautio debet eſſe fideiuſſoria de reddendis bonis ; ſed hæc cautio extra caſum dilapidationis de conſuetudine non datur. Mol. *d. diſp.* 619. *n.* 9.

102 Subſtituto non cauetur ; nam licèt veniat ex iudicio defuncti, Ferrer. *d. conſtit. gloſſ.* 1. *n.* 355. *l.* 2. §. *quiſquis*, *de vulga.* teſtamentum per quod venit, eſt pupilli, & ſunt duæ hæreditates diſtinctæ, & duplex mors deſideratur ad illius validitatem. Ferrer. *d. gloſſ.* 5. *n.* 382.

103 Et ſic pupillaris ſubſtitutio nequit fieri in contractu. Ferrer. *gloſſ.* 1. *n.* 194. Et cùm teſtator nihil faciat in ſui præiudicium, vt dicit gloſſa, verbo, *penè chirographa*, *l. ſi quis teſtamentum*, *ad legem Aquiliam*, non poteſt onerari præſtatione cautionis.

Deinde, pupillo ſubſtitutus nullam habet ſpem ſuccedendi. Ferrer. 104
gloſſ. 5. *n.* 215. vbi *n.* 209. quòd nec tranſmittit hæreditatem.

Et cùm pupillus relinquitur hæ- 105
res ſub conditione, poteſt conditionem ſine tutore adimplere ; *l. conditionibus pupillus*, *de cond. & demonſtr.* de quo Bart. *l. qui in aliena*, *in princ. num. fin. de acquir. hæred.* Mench. 2. *de ſucceſ. creat.* §. 19. *n.* 55. Petrus Fab. *l. melior.* 124. *in princip. de regul. iur.* & eſt *l.* 15. *tit.* 4. *p.* 5. quamuis Greg. ibi poſt Bart. *d. l. conditionibus* dicat, intelligendum eſſe, quando implementum conditionis non continet alienationem, quo caſu ait, requiri auctoritatem curatoris, nec addidit iudicis decretum. Puto tamen verum, poſſe adimplere indiſtinctè cùm meliorem conditionem poſſit ſine tutore & curatore minor facere, *l. contra iuris*, *de pactis*, *gloſſ. l.* 2. *de acceptilatio.* nam ſi in eo læſus fuerit, poterit reſtitui.

Tabellio autem impubes eſſe pro- 106
hibetur, *l.* 2. § *impuberis*, *de iur. immunit.* Ioan. Bapt. Aſſin. *in praxi iud.* §. 3. *cap.* 4. *num.* 4. Nec ſi fuerit creatus, poterit poſt pubertatem officium exercere. Franc. Marc. *deciſ.* 629. quia habilitas requiritur tempore creationis, *l. excuſantur*, §. 1. *de excuſ. tutor. cap. ſi eo tempore*, *de reſcript. lib.* 9. ſequitur Aſſin. vbi ſuprà, *cap.* 8. *n.* 1.

Et adde, quòd mortuo pupillo in 107
pupillari ætate, & non prouiſo à patre de alio hærede, executor teſtamentarius patris tenet locum hæredis. Alexand. *conſ.* 12. *n.* 12. *lib.* 3. Gratian. *cap.* 329. *num.* 26.

CAPVT

CAPVT XXI.

De priuilegio Pupilli trahendi aduerſarium ad Curiam regiam; & an poſſit trahere viduam; vel alium priuilegiatum: & quid ſimul cum ſuo priuilegio habeat caſum Curiæ: & copioſè de caſibus Curiæ; & an iuuentur priuilegio extante obligatione Camerali, & in executiuis. Et obiter de citando clerico ſi ſua intereſſe putauerit ad ſæculare Tribunal.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus conueniens in iudicio habet priuilegium declinandi forum, & conueniendi aduerſarium coram Principe, & idem ſi ipſe alterum conueniat: etiam ſuper iure ſibi ceſſo, &* n.7.

2 *Pupillus dicitur perſona miſerabilis, licèt diues ſit, & idem de vidua diuite.*

3 *Pupillis & viduis diuitibus non ſubuenitur expenſis publicis ad litis proſecutionem. Et dicitur quis pauper, inſpecta qualitate ſuæ perſonæ, non tamen vt citet ad curiam, ſi habeat in bonis tria millia marapetinorum.*

4 *Pupillus non poteſt renuntiare huic priuilegio, licèt perſona priuilegiata poſſint expreſsè renuntiare, ſed non tacitè.*

5 *Huic priuilegio non cenſetur derogatum per clauſulam. Non obſtantibus priuilegiis, niſi fiat ſpecialis mentio.*

6 *Facta electione per pupillum, ſeu aliam perſonam miſerabilem, efficitur incompetens iudex coram quo litigatur.*

7 *Quod procedit, licèt per multum tempus pupillus vel alia perſona miſerabilis non acceſſerit ad regiam Curiam, nec remiſſionem actorum procuraſſet.*

8 *Pupillus non iuuatur fori priuilegio, ſi ſit in patris poteſtate.*

9 *Limitatur, ſi pater ſit inutilis. Et idem de nupta habente virum inutilem, & de muliere habente virum in triremibus.*

10 *Paria ſunt, non eſſe, vel inutiliter eſſe.*

11 *Pupillus an poſſit trahere viduam vel aliam perſonam miſerabilem ad Curiam, &* n.ſeqq.

12 *Regulariter priuilegiatus contra pariter priuilegiatum non vtitur priuilegio: & eo caſu conquaſſantur priuilegia, & reducitur cauſa ad ius commune.*

13 *Deciſio* l. non eo minus, Cod. de procuratoribus, *non habet locum, quando minor litigat contra minorem.*

14 *Priuilegium ſcholaſticis conceſſum per authent. habita. non habet locum contra alium ſcholaſticum in alio ſtudio verſantem, nec contra minorem, ſed ſi non declinent, tenent acta.*

15 *Si vnius priuilegium eſt potentius*

altero, præfertur quod eſt potentius.

16 *Bonum communius præfertur bono minus communi.*

17 *Fauor Eccleſiæ præfertur fauori dotis, ſi agatur directè de Eccleſiæ vtilitate.*

18 *Si alter ex priuilegiatis agat de damno vitando, præfertur alteri agenti de lucro captando.*

19 *Reſpublica contra aliam rempublicam præfertur, ſi agat de retinenda poſſeſſione, & ſic de damno vitando, reipublicæ agenti de acquirendo: & præfertur qui eſt magis priuilegiatus, & inter loca pia magis pius.*

20 *Si alter ex priuilegiatis habeat priuilegium conceſſum ex cauſa fauorabiliori, præfertur.*

21 *Si ſit maior ratio pro altero priuilegio, præfertur.*

22 *Si alterum priuilegium contineat maiorem vtilitatem, præfertur alteri.*

23 *Priuilegium quod minus derogat iuri communi, præfertur. Eligens iudicem competentem de iure communi, præfertur eligenti iudicem ex priuilegio.*

24 *Priuilegium quod reſpicit perſonam, dicitur potentius reſpiciente cauſam, & præfertur.*

25 *Si alterum priuilegium ſit negatiuum, præfertur affirmatiuo.*

26 *Priuilegium quod conceditur fœminis, potentius eſt conceſſo maſculis, & præfertur, niſi minor ſit maſculus: & mulier non iuuatur Velleiano contra minorem, idem ſi alterum priuilegium reſpiciat perſonam alterum locum, vel cauſam.*

27 *Si alterum priuilegium ſit fauorabile, alterum odioſum, præfertur fauorabile.*

28 *Priuilegium quod eſt benignius altero, præfertur: & idem ſi ſit dignius altero.*

29 *Priuilegium legis præfertur priuilegio hominis.*

30 *Si alterum priuilegium ſit naturale, vt ætatis, præfertur accidentali, vt conceſſo abſentibus cauſa reipublicæ, vel militiæ.*

31 *Abſentibus currit tempus, non pupillo, nec vt pupillus reſtituuntur ad lucrum amiſſum, & n.* 32.

32 *Pupillus eſt magis priuilegiatus, quàm mulier & fiſcus; ob quod aliqui tenent, pupillum poſſe trahere viduam ad Curiam; licèt alij teneant contrarium.*

33 *Maxima præſumptio eſt contra declinantem à tribunali ſuperiori ad inferius.*

34 *Vbi pupillus vel alter priuilegiatus iuuaretur aliqua cauſa rationabili præter priuilegium, poſſet citare alterum priuilegiatum ad Curiam, vt ſi ſimul habeat caſum Curiæ.*

35 *Duplex priuilegium præfertur vni, & duplex vinculum iuuat potentius.*

36 *Si ſimul cum pupillari ætate concurrat alia ex cauſis, ex quibus quis poſſit vocari ad curiam contentis,* l. 5. tit. 3. p. 3. & l. 8. tit. 4. lib. 4. Recopil. *poterit vocare priuilegiatum.*

37 *Idem de aliis caſibus, ex quibus vocatur ad curiam, præter contentos* in dict. legib.

38 *In caſu exhibitionis contra notarium ſeu tabellionem, data negligentia iudicis, vocatur ad Curiam.*

39 Idem in cauſa maioratus, vel ſuper iuriſdictione vaſſallorum, vel Caſtelli, vel pro vulnere illato equiti.

40 Idem in caſibus magni ponderis, etiamſi cauſa ſit Regni Gallaciæ, quia poteſt cauſa trahi ad Cancellariam.

41 Cauſa tenutæ agitatur in ſupremo Conſilio.

42 Cauſæ miniſtrorum Cancellariæ habentium officia in proprietate, tractantur in Cancellaria; non tamen locum tenentium: & etiam cauſæ ſalarij, & expenſarum trahunt ad Curiam.

43 Cauſæ auditorum & iudicum cricriminalium audientiæ, & vxorum eorum, & filiorum, non iuuantur priuilegio trahendi ad Curiam.

44 Perhorreſcientia iudicis inferioris eſt cauſa trahendi ad curiam, maximè cum iuramento, quod habet iudicem ſuſpectum. Idem, ſi perhorreſcant potentiam aduerſarij.

45 Si bona ſint in diuerſis territoriis coram diuerſis iudicibus, poteſt trahi ad curiam.

46 Non eſt admittendum, quod malitia quis extrahatur à ſuo foro.

47 Prorogatio non admittitur, quam quis doloſe procurat, vt inueniat iudicem ſibi gratioſum.

48 Si petatur ratio tutelæ contra plures tutores, vel eorum hæredes, diuerſorum locorum, poteſt cauſa introduci in Curia, & in quolibet iudicio vniuerſali intentato contra plures diuerſi fori.

49 Si conueniendus ſit vagabundus, nec habeat certum domicilium, poteſt citari ad Curiam, niſi ſatiſdet iudicio ſiſtendi, vbi aliàs de iure tenetur.

50 Si priuilegiatus habeat indiuiduam cauſam cum aliis pluribus non priuilegiatis, reſpectu omnium trahitur ad Curiam.

51 Si in Curia per ſententiam fuerit reſeruatum ius parti, quando debeat audiri in Curia ſuper iure reſeruato, citando partes, & num. ſeqq.

52 Cauſa quæ ſemel introiuit palatium Principis, non debet exire indiſcuſſa.

53 Iudices debent vtriuſque partis commoditati conſulere.

54 Per viam retentionis trahuntur partes ad Curiam: quod ſolent facere Senatores, mouendo ſe ex aliquibus circunſtantiis.

55 Non tamen faciliter debet fieri, etiam conſentientibus partibus, in præiudicium iudicis inferioris, ſi fortè pars pœnæ ad eum pertineat.

56 Reſeruatio facta in via executiua, eſt cauſa retentionis in Curia.

57 Si maior pars hæreditatis, quæ petitur per fideicommiſſum, ſit in Curia, retinetur cauſa in ea.

58 Si cauſa veniat in conſequentiam, retinetur in Curia.

59 Inſtrumentum quo quis ſe ſubmiſerit Auditoribus Regiæ Cancellariæ, exequitur ab eis, & trahitur aduerſarius ad Curiam in executiuis: & idem in Audientia Regni Gallaciæ.

60 Vt fideiuſſor qui mandato Curiæ ſoluit principali, conſeruetur indemnis, trahit aduerſarium ad Curiam, & coram iudicibus criminalibus, ſi ſuo mandato ſoluit.

61 Quando Curia cognouit de cauſa principali, cognoſcit de euictione;

& citatur ad eam venditor : & quid in clerico venditore.

62 Licèt fiſcus trahat aduerſarium ad ſuum iudicem, etiam actorem; ſecus tamen eſt in clericis.

63 Clericus, & perſona Eccleſiaſtica tenentur ad illud quod venit ex natura contractus, & ſic defendere emptorem vbi conuenitur.

64 Clericus licèt teneatur defendere emptorem in foro ipſius: tamen ſi emptor fuerit condemnatus, non poterit conuenire clericum venditorem coram ſæculari.

65 Sententia lata contra emptorem, non poteſt exequi contra venditorem aſſiſtentem in iudicio, niſi ipſe venditor fuerit condemnatus: ſecus in tertio poſſeſſore.

66 Clericus venditor poterit citari, vt ſi velit defendere emptorem, compareat: eſt tamen facienda citatio ſine comminatione, & proclama citationis afficit clericos, & poſſunt citari ad concurſum creditorum; & proceſſus dilationis: tamen ſi fuerint condemnati cum fuerint reconuenti, vel pro ratione tutelæ, vel ſi emerint rem litigioſam, ſunt compellendi rem tradere per iudicem Eccleſiæ.

67 Si pupillus, vel alius non priuilegiatus, egerit de euictione ex ſtipulatu ſeu promiſſione euictionis facta in contractu, fiet æſtimatio ad intereſſe rei euictæ, temporis contractus.

68 Si agitur de euictione actionis exempto, ad intereſſe, attenditur tempus euictionis, ſiue res ſit melior, ſiue deterior facta.

69 Pupillus, vidua, ſeu alia miſerabilis perſona, non poteſt trahere ad Curiam aduerſarium in cauſis non excedentibus ſummam decem mille marapetinorum. Et quid in cauſis non excedentibus triginta mille marapetinos, de quibus non appellatur ad Curiam, ſed ad concilia ciuitatum.

70 Parua vel magna quantitas dicitur reſpectu perſonarum.

71 Illatio non fit ex diuerſis.

72 Pupillus & aliæ perſonæ miſerabiles non gaudent priuilegio in cauſis patrimonij Principis, ne priuilegium ſit nociuum concedenti.

73 Princeps concedendo priuilegium, non cenſetur ſibi, nec aliis praiudicare.

74 Facta generali conceſſione priuilegij, non comprehenditur perſona loquentis.

75 Conceſſio generalis confiſcationum, non intelligitur de confiſcatione ob delictum commiſſum in perſonam concedentis.

76 Pupillus & aliæ miſerabiles perſonæ non gaudent priuilegio trahendi ad Curiam in via executiua, quæ eis competit ex contractu, vel alia cauſa; & quare.

77 Pupillus & aliæ perſonæ miſerabiles ſi ſint rei, non habent priuilegium in cauſa criminali trahendi ad Curiam.

78 Præmium & pœnam non debet quis ex eodem facto habere.

79 Pupillus, & perſonæ priuilegiatæ non trahunt ad Curiam, cauſam poſt litem conteſtatam coram inferioribus: & ſic nec cœpta lite coram ſuperiore, remittitur cauſa ad inferiorem, licèt ceſſet qualitas, ob quam fuit citatus ad Curiam.

80 Pupillus, & alij priuilegiati, non gaudent priuilegio legis vnicæ in

caſu Cameralis obligationis.

81 *Obligatio cameralis habet multa priuilegia.*

82 *Contra obligationem Cameralem non poteſt obiici compenſatio.*

83 *Executio Cameralis obligationis non impeditur per exceptionem non numeratæ pecuniæ, niſi probetur.*

84 *Extante obligatione Camerali, non habet locum deciſio,* l. 2. Cod. de pignor.

85 *Creditor obligationis Cameralis poteſt dimittere viam electam, & aliam ingredi, quia id permittit forma Cameralis obligationis.*

86 *Contra Cameralem obligationem non datur reſtitutio in integrum; neque abſolutio à iuramento quoad effectum agendi, tollit eius obligationis effectum.*

87 *Pupillus poteſt obligari perſonaliter per tutorem, etiam Camerali obligatione,* & *tenebitur ac ſi ipſe obligaretur.*

88 *Curator ad litem poterit obligare pupillum perſonaliter, & cum omnibus pœnis & clauſulis apponi ſolitis.*

89 *Pupillum poſſe incarcerari ex obligatione Camerali, tenet Gratian.*

90 *Pupillus non iuuatur priuilegio in lite cœpta cum eo, cuius hæres extitit.*

91 *Mulier quæ ex ſua perſona iuuatur Velleiano, nequit iuuari, ſi hæres extitit ei pro quo fideiuſſit.*

92 *Pupillus ſuccedens maiori, vtitur iure maioris, nec tunc conſideratur perſona pupilli, limitatur,* num. 95.

93 *Lite iam introducta, percluditur via beneficiis: & ſi compareant perſonæ priuilegiatæ, audiuntur in ſtatu quo cauſa reperitur.*

94 *Pupillus vel alia perſona miſerabilis, ſi fuerit auctor laudatus à conuento in iudicio, iuuabitur beneficio* l. vnicæ. Limita ſi ad eum pertineat defenſio cauſæ.

95 *Pupillus ex ſua perſona iuuatur in lite cœpta cum ſuo auctore in præſcriptione cœpta contra eum, cuius hæres extitit: quia dormit tempore pupillaris ætatis.*

96 *Præſcriptio quæ dormit per tempus pupillaris ætatis hæredis, adueniente pubertate excitatur, & continuatur cum tempore præcedenti, ſublato de medio tempore dormitionis.*

97 *Pupillus & vidua poſſunt eligere iudicem inferiorem, etiam exiſtente Rege in loco, & in facie ipſius Regis.*

98 *Senes decrepiti gaudent priuilegio miſerabilium perſonarum.*

96 *Priuilegio conceſſo miſerationis cauſa poteſt renuntiari.*

100 *Etiam tacitè, quia poteſt expreſſè.*

PVpillus conuentus in iudicio habet priuilegium declinandi forum, & trahendi aduerſarium coram Principe, *l. vnic. Cod. quando Imper.* inter pupillum & viduam, etiam ſuper iure ſibi ceſſo. Vrſilins ad Afflictum, *deciſ.* 257. *n.* 7. 1

Sed & dicitur perſona miſerabilis, etiam quòd diues ſit. Couar. *practic. cap.* 6. *num.* 2. Roland. plures referens *conſ.* 76. *num.* 45. *vol.* 1. Afflict. *deciſ.* 257. quos ſequitur Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. caſu* 66. vbi idem dicit de vidua diuite. Gratian. *cap.* 182. *num.* 2. Natta *conſ.* 590. Franch. *deciſ.* 100. Cancer. 2. *part. variar. c.* 2. *num.* 5. 2

3 *num.* 5. Non tamen pupillis & viduis
diuitibus ſubuenitur cum expenſis
publicis ad litis proſecutionem. Co-
uarr. *pract. cap.* 6. *num.* 2. *circa finem.*
Franch. *deciſ.* 100. *n.* 2. ſequitur Can-
cer. 2. *part. variar. cap.* 6. *num.* 6. Et
quamuis quis dicatur diues vel pau-
per inſpecta conditione ſuæ perſonæ,
ſtatus ac generis; nam etſi habeat
bona, vt viuere poſſit, non autem ſe-
cundùm qualitatem ſuæ perſonæ pro
paupere habendus eſt. Tyraquel. *de
priuil. pia cauſ. in procemio, num.* 18.
Gregor. *verb. cinquenta Marauedis,
l.* 2. *tit.* 1. *p.* 7. Sed etſi mulier viuat
ex artificio dicitur pauper, ſi non ha-
beat dotem vt nubat. Mantic. *de con-
iect. ment. defunct. lib.* 8. *tit.* 5. *n.* 21.
& dixi *lib.* 1. *de anniu. cap.* 21. *n.* 13.
in fin. ſed pauper non dicitur quis, vt
poſſit trahere ad Curiam aduerſa-
rium, ſi habet bona valoris trium
mille marapetinorum; in aliis autem
arbitrio iudicis relinquitur, quis ſit
pauper Farinac. *deciſ.* 13. Ricc. *col-
lectan.* 811.

4 Et pupillus non poterit renuntiare
huic priuilegio *d. l. vnic. Cod. quando
Imperator.* Gratian. *d. cap.* 182. *n.* 22.
licèt alij poſſint expreſsè renuntiare.
Franch. *deciſ.* 187. *num.* 2. Giurb. *de-
ciſ.* 42. *num.* 12. & 19. Tyraq. *l. ſi*
5 *vnquam, in præfatione, num.* 124. Nec
fori priuilegio pupilli, vel aliarum
miſerabilium perſonarum derogatur
per clauſulam, *Non obſtantibus priui-
legiis, &c.* niſi fiat ſpecialis mentio
eius, tradit Cinus, *l. vnic. Cod. quando
Imperator inter pupillum & vid.* Gra-
tian. *deciſ.* 20. *num.* 1. & Vincent. de
Franch. *deciſ.* 181. *num.* 8. & 191. *à
num.* 2. qui plures refert Carol. de
Tapia, *l. fin. cap.* 9. *n.* 106. *p.* 2. Giurb.
deciſ. 82. *num.* 4.

Et electione fori facta per pupil- 6
lum, ſeu aliam perſonam miſerabi-
lem, efficitur incompetens iudex co-
ram quo litigatur, ita quòd omnia
acta per eum ſunt nulla. Vincent. de
Franch. *deciſ.* 294. vbi dicit ita iudi- 7
catum, licèt poſt electionem per mul-
tum tempus non accederet ad Cu-
riam, nec etiam procuraſſet remiſſio-
nem actorum.

Et pupillus, ſeu alia perſona miſe-
rabilis, & vidua, gaudent priuilegio
actiuè & paſſiuè, ſiue ipſi conuenian-
tur, vel alium conueniant, Couarr.
practicarum, cap. 7. *num.* 5. Azeued.
l. 8. *num.* 9. & 10. *titul.* 3. *lib.* 4. *re-
copilation.*

Non tamen gaudebit pupillus eo 8
fori priuilegio, ſi ſit in poteſtate pa-
tris. Franch. *deciſ.* 671. ſequitur Gra-
tian. *cap.* 421. *n.* 70. & videtur ſenti-
re gloſſa, verbo, *contra pupillos, in d.
l. vnic. Cod. quando Imperator inter pu-
pill. & viduam,* niſi pater eſſet inuti-
lis, gloſſa, verbo, *orbitates. l. fin. Cod.* 9
ad leg. Flau. de plagiariis, & tradidi
lib. 1. *de anniuerſ. c.* 21. *à n.* 33. Vt
dicitur de nupta habente virum inu-
tilem: tradit Cotta in memoralibus,
verbo, *vidua,* Biuius *deciſion.* 197. *in
princip.* Azpilqueta Nauarr. *cap. hac
autem, in princip. num.* 4. *de pœnit. di-
ſtin.* 1. Franch. *deciſ.* 100. Alios re-
fert & ſequitur Cancer. 2. *part. va-
riar. cap.* 2. *num.* 8. vbi examplificat
in muliere habente virum in trire-
mibus (& ob id ſeruum pœnæ) &
notatum infamia. Franch. *deciſ.* 139.
num. 3. Sed contrarium Carrot. *deci-
ſion.* 106. niſi condemnatio ſit in per-
petuum, quia haberi poteſt pro vi-
dua, vt dicit Riccius *collectan.* 142.
*verſ. verſiculo, & num. condemnatio ad
triremes.* Et licèt in hoc diſtinguat

Polidor.

Polidor. Ripa *deciſ.* 121. indiſtinctè procedet, quia habet virum inutilem per ſupradicta.

10 Et cùm in iure paria ſint, non eſſe, vel inutiliter eſſe, *l. de ætate*, §. *nihil, de interrogat. actio. l.* 4. §. *condemnatum, de re iud.* multis comprobat Iaſ. *l. fin. num.* 30. *Cod. ad leg. Flauiam, de plagia.* & licèt ſit pubes ſi ſit orphanus modo minor ſit gaudet eo priuilegio: Gregor. verbo, *pobre, l.* 5. *tit.* 3. *part.* 3.

11 Sed an pupillus poſſit vocare viduam, vel aliam perſonam miſerabilem ad Curiam Principis, ſolet dubitari; & in controuerſiam cadere vidiſſe, dicit Cancer. 2. *p. variar. c.* 20. *n.* 22. & hanc dicit elegantem quæſtionem Couar. *pract. c.* 6. *n.* 4.

12 Et cùm regulariter priuilegiatus contra pariter priuilegiatum non vtatur priuilegio; quia eo caſu conquaſſantur priuilegia, & reducitur cauſa ad ius commune, *l. ſed & milites*, & ibi Bartol. *in princip. de excuſat. tutor. authent. de ſanctiſſim. Epiſcop.* §. *ſed hoc præſenti, cap. cùm cauſam, de probat.* vbi Dec. *n.* 171. Bald. *l.* 2. *Cod. de priuileg. fiſci.* Et hoc in pari cauſa, *l. verum* 12. §. *Item quæritur, de minor.* Vicent. de Franch. *deciſ.* 16. *n.* 3. Cancer. 2. *part. variar. cap.* 1. *n.* 179. *&* *n.* 240. vbi quòd ea ratione deci-
13 ſio, *l. non eo minus. Cod. de procurat.* (de qua diximus *ſuprà c.* 20. *à n.* 29.) non habet locum, quando minor litigat contra minorem, poſt Baldum, *cap. cauſam* 2. *de iudiciis*, & in *l.* 2. *Cod. de priuilegio fiſci*, vbi affirmat, priuilegium ſcholaſticis conceſſum per authenticam habita, *Cod. ne filius pro patre*, non habere locum contra alium ſcholaſticum in alio ſtudio verſantem Oldrald. *conſ.* 119. *in fin.*

Phebo *arreſt.* 16. vbi plura iura, & 14
Doctores refert. Nec minor poteſt trahi inuitus ad curiam. Alexand. Ludouiſ. *deciſ.* 43. *num.* 3. vbi quod nec extra ſuam patriam: ſed ſi non declinent, valent. Acta. Afflict. *in conſtitut. Neapolit. lib.* 1. *Rubric.* 37. *num.* 38. ſequitur Ludouiſius, *vbi ſuprà.*

Sed ſi vnius priuilegium eſt po- 15
tentius altero, præfertur quod eſt potentius Carrot. *de remediis, except.* 48. *num.* 11. *&* 12. & Aym. *in Rubr. de leg.* 1. *num.* 151. *ad finem tractatus de antiquitate.* Et ita Barb. *l.* 1.
part. 7. *n.* 15. *ſolut. matrimonio*, ait; 16
quòd bonum communius præfertur bono minùs communi, *cap. bona* 1. *de poſtulatione prælat. cap. licet, de regularibus, cap. ſciat* 7. *quæſt.* 1. *l. vtilitas, Cod. de primipilo, lib.* 12. quare Barb. *vbi ſuprà, num.* 26. ait, quòd fauor Eccleſiæ præfertur fauori dotis, ſi agitur de Eccleſiæ vtilitate dire-
ctò, poſt Socinum, *d. l.* 1. *num.* 159. 17
ſolut. matrim. Vel ſi alter ex priuilegiatis agat de damno vitando; nam
præfertur agenti de lucro captando, 18
l. verùm, §. *fin. cum lege ſequenti, de minor. l. fin.* ex quibus cauſis maiores. Bartol. *authent. quas actiones, verſicul. ſi verò, Cod. de ſacroſanctiſ. Eccleſ.* Menochius *conſ.* 100. *num.* 284. Roman. *conſil.* 166. *num.* 14. Paulus de Caſtrenſ. *conſil.* 37. *num.* 5. *volum.* 2. vbi exemplificat in Repu-
blica contra aliam Rempublicam, 19
quarum altera tractabat de retinenda poſſeſſione, & ſic de damno vitando; altera de acquirenda, & ſic de lucro captando. Cephal. *conſ.* 116. *à num.* 5. *volum.* 5. Sfortia *de integrum reſtit.* 1. *part. quæſt.* 18. *art.* 5. Cancer. 2. *part. variar. cap.* 1. *n.* 241.

Et inter duos priuilegiatos præfertur
magis priuilegiatus. Vrſilius ad Affli-
ctum, *deciſ.* 56. *num.* 3. vbi *n.* 4. quòd
ſi locus pius grauatur de reſtituendo
alteri loco pio, attenditur quis lo-
cus ſit magis pius ad detractionem
quartæ.

20 Vel ſi alter ex priuilegiatis habeat
priuilegium conceſſum ex cauſa fa-
uorabiliore, vt *in l. ſi hominem, §. quo-
ties, ff. depoſiti, & in l. interdum, qui
potiores in pig. hab. & in l. ſi ventri,
§. in bonis, de priuil. credito.*

21 Vel ſi ſit maior ratio pro altero
priuilegio. Bald. *authent. habita, n.* 62.
Cod. ne filius pro patre.

12 Vel ex maiori vtilitate priuilegij.
Decius; *l. in totum, num.* 4. *de regu-
la iuris.*

23 Vel ſi alterum priuilegium minùs
derogat iuri communi, Alciat. *l.* 2.
num. 34. *de verb.* Couar. *pract. cap.* 7.
n. 4. *verſ. ſextò idem probatur.* Et ſic
ſi alter priuilegiatus eligat iudicem
competentem de iure communi, al-
ter iudicem de iure ſpeciali, præfertur
cauſa eius qui vtitur iure communi.
Afflict. *deciſ.* 257. *n.* 16.

24 Vel ſi alterum priuilegium reſpi-
cit perſonam, dicitur potentius reſpi-
ciente cauſam, Bald. *l.* 1. *verſic. quæro,
de officio Proconſul.* Dec. *conſ.* 30.

25 Vel ſi alterum priuilegium ſit ne-
gatiuum, quia eſt potentius affirma-
tiuo, *l.* 5. *§. liberti*, vbi Bart. *de ſuſpect.
tutor. l. ſi Rufinus*, & ibi Bald. Aret.
& Dec. *Cod. de teſtam.*

26 Vel ſi alterum priuilegium conce-
datur fœminis, quia potentius eſt
conceſſo maſculis. Præpoſitus *cap. ve-
rum, col.* 4. *de condition. appoſit.* quia
eis magis fauetur. Dec. *l. fœminæ,
num.* 84. *de reg. iur.* Neuizan. in ſylua
nuptiali, *n.* 74. Niſi maſculus ſit mi-
nor: quia fauor minoris præponde-
rat fauori mulieris; & ſic non iuua-
tur Velleiano contra minorem, *l. ſi
apud, de minor.* Pyrrhus *de fideiuſſ.* 2.
part. principali, ſection. 8. *cap.* 3.
num. 137.

Vel ſi alterum priuilegium reſpi-
ciat perſonam, alterum cauſam, vel
locum. Bald. *l.* 1. *verſic. tertiò quæro,
de officio Proconſulis.* Dec. *conſ.* 147.
num. 5.

Vel ſi alterum ſit fauorabile, alte- 27
rum odioſum, vt tradit Menoch. *con-
ſil.* 36. *n.* 27. & 28. *lib.* 1.

Vel ſi alterum priuilegium ſit be- 28
nignius altero. Alciat. *l.* 2. *num.* 33.
de verbor. vbi *n.* 32. quod idem erit, ſi
alterum ſit dignius altero.

Vel ſi alterum ſit priuilegium le- 29
gis, alterum hominis. Purpurat. *con-
ſil.* 483. *num.* 9.

Vel ſi ſit priuilegium naturale, vt 30
ætatis; nam præfertur accidentali, *l.
qui habent, de tutel.* Alciat. *l.* 2. *n.* 36.
de verbor. & ſic priuilegium ratione
ætatis, eſt potentius priuilegio quod
datur abſentibus cauſa Reipublicæ,
vel militiæ: nam illis currit tempus
præſcriptionis, non pupillo; nec illi 31
abſentes reſtituuntur ad lucrum amiſ-
ſum, vt pupillus & minor. Tyraq. *de
retract. lignag.* §. 35. *gloſſ.* 4. *à n.* 46.
Villalob. *commun. opinion. litera A.
num.* 2. Quare dixit Afflict. *in conſti-
tut. Regni, conſt.* 4. *num.* 14. pupillum
poſſe vocare viduam, vel alias perſo-
nas miſerabiles ad Curiam Principis,
cum potentior ſit cauſa naturalis æta-
tis, accidentali, paupertatis, vel vi-
duitatis: quem refert Couar. *practic.
cap.* 7. *num.* 4. *verſ. Primus enim ca-
ſus.* Pro qua opinione facit, quod pu- 32
pillus eſt magis priuilegiatus, quàm
mulier & fiſcus, *gloſſ. fin. in fin. l. ſi
tutor,*

tutor, *Cod. de ſeruo pign. dato manumiſſo,* tamen Couar. vbi ſuprà nemo-sè contrarium defendit; & quod non poſſit vocare viduam, vel aliam perſonam miſerabilem. Vinc. de Franch. *deciſ.* 188. *num.* 2. Carol. de Tapia *in l. fin. de conſtitut. Principum*, *cap.* 8. *num.* 26. Sed Cancer. 2. *part. variar. cap.* 2. *n.* 23. ait, Senatum Cathaloniæ indiſtinctè dictum priuilegium concedere aduerſus æque priuilegiatum, cupiens omnibus proſpicere, quaſi nemo cenſeatur grauatus cùm meliùs quilibet ius ſuum conſequa-
33 tur in Curia, quàm apud inferiores iudices, vt tradit Innoc. *cap. de cauſis, num.* 5. *de offic. delegat.* & ſit præſumptio contra declinantem à tribunali ſuperiori ad inferius, vt tradit Canc. 2. *p. variar. cap.* 20. *n.* 23.

34 Licèt ipſe Cancerius dicat, ſe credere aliud ſeruandum, vbi priuilegiatus vocatus ad Curiam afficeretur incommodo. Ego autem ſemper tenerem, concedendam citationem ad Curiam, vbi pupillus, vel alter priuilegiatus volens trahere ad Curiam alterum priuilegiatum, iuuaretur aliqua alia cauſa rationabili præter pri-
35 uilegium. Et eſt ſine dubio, ſi pupillus habuiſſet contra citandum aliam ex cauſis, ex quibus poteſt quis conuenire in Curia (vulgò, *caſo de corte*) nam eo caſu; cùm concurrat duplex priuilegium, præfertur vnico. Tradit Iocob. de Arenis, *l. ſi ventri*, *in fine, de priuileg. creditorum*, ſequitur Tapia *l. fin. cap.* 8. *num.* 20. *de conſtitut. princip.* quia duplex vinculum potentius iuuat, *cap.* 1. vbi gloſſa de treuga, & pace, *l.* 1. *de priuileg. creditorum*, §. *ſed hodie*, *Inſt. de adopt.* Plura refert Alexand. Ràud. *conſ.* 14. *n.* 91. & Eccleſiaſt. *cap.* 4. *n.* 12.

Et ſic ſi ſimul cum pupillari ætate 36
concurrat alia ex cauſis, ex quibus poſſit quis vocari ad Curiam contentis *in l.* 5. *tit.* 3. *p.* 3. *l.* 8. *tit.* 3. *de los emplaçamientos*, *lib.* 4. *Recopil.* vel ex aliis in quibus conſuetum eſt citari ad curiam; cum *d. l.* 8. hoc admittat, dum dicit. *Segun el eſtilo antiguo*, idem 37
erit; & alij caſus legibus exprimuntur vltra poſitos, *dict. l.* 8. vt in caſu exhibitionis contra notarium, ſeu ta- 38
bellionem, data negligentia iudicis Ordinarij, *l.* 12. *tit.* 3. *lib.* 4. *Recopil.* & in caſu bonorum maioratus, vel ſuper iuriſdictione vaſſallorum, vel turris, ſeu caſtelli; vel pro vulnere illato equiti; & aliis caſibus magni ponderis, etiam quòd cauſa ſit regni 39
Gallæciæ, quia poteſt trahi ad Cancellariam, vt in *l.* 4. *tit.* 1. *lib.* 3. *Recopilat.* Et ſuper tenuta bonorum ma- 40
ioratus, de qua Conſilium ſupremum ſolum cognoſcit, *l.* 9. & 10. *tit.* 7. 41
lib. 5. *Recopil.*

Sed & in cauſis miniſtrorum Can- 42
cellariæ ibi aſſiſtentium habentium officia in proprietate, ſed non locum tenentium, *l.* 9. *tit.* 3. *lib.* 4. *Recopil.* & etiam ratione ſalarij, & expenſarum. Grat. *c.* 154. *n.* 24.

Non tamen cognoſcitur de cauſis 43
auditorum & iudicum cauſarum criminalium audientiæ, vxorum & filiorum eorum, *l.* 10. *tit.* 3. *lib.* 4. *recop.* Et in caſu perhorreſcentiæ iudi- 44
cis inferioris, *l. vnic. in fin. Cod. ſi quacumque præditus poteſt*, quam legem expendit Gregor. verbo, *por ſi miſmo*, *l.* 22. *tit.* 4. *part.* 3. Seſſe *deciſ.* 117. Et in criminalibus ſi iurauerit habere iudicem ſuſpectum, ex iuſta cauſa ſuſpicionis, vt in *l.* 9. *tit.* 7. *lib.* 1. *Recop.* vel ſi iurat perhorreſcere potentiam aduerſarij, *cap. ſtatutum*,

§. cùm verò, de reſcript. lib.6. Cancer. *2. part. cap. 2. num.* 18. *&* 19. Azeued. *l.9. tit. 3. lib. 4. Recopil. num.* 2.

45 Vel ſi ſint bona in diuerſis territoriis. Pro quo expende textum *in cap. fin. de reſcript.* ibi : *Coram diuerſis iudicibus trahunt, vt laboribus fatigatus vel compellatur componere, vel cedere iuri ſuo, aut reus actorem eodem tempore ad diuerſa loca, vel indeterminatè ad villam quæ commune cum pluribus eiuſdem prouinciæ villis habet vocabulum, citari procurat*, de quo Bald. *l. fin. num.* 54. *Cod. de edicto Diui Adrian.* ne litigans per plures aduerſarios in diuerſis locis diſtringatur, *argum. l.* 1. *in fin. cum l. ſeq. de exercitor. action. l. 3. in princip. de aliment. legat.* & in ſimilibus dixi de anniuerſariis, *cap.* 4. *n.* 36. Non tamen eſt admittendum, quod malitia quis extrahatur à ſuo
46 foro, *cap. relatum* 21. *§. ad hoc, de iurepatronat.* ibi : *Quoniam quidam laici Eccleſias poſſeſſionibus ſpoliant, vt ſic viros Eccleſiaſticos faciant coram ſæculari iudice litigare.* Pro quo facit quod dicit Gregor. *l.* 15. verbo, *reſpondieſſe. verſ. item limita & intellige,*
47 *tit.* 1. *part.* 7. quòd non admittitur prorogatio, quam quis facit dolosè vt inueniat iudicem ſibi gratioſum, *per l. 3. de præuaricatoribus.*

48 Et quòd ſi ſint plures rei diuerſi fori, pro eadem cauſa poſſint trahi ad Curiam, Riccius *collect.* 366. *verſ. ſeptimò limita.* Vel ſi petatur ratio tutelæ contra plures tutores, vel eorum hæredes. Et in iudicio vniuerſali intentato contra plures diuerſi fori, Ioann. Garc. *de expenſis, cap. fin. num.* 10.

49 Vel ſi conueniendus ſit vagabundus, nec habeat certum domicilium. Auend. *reſp.* 40. *num.* 9. Niſi dederit fideiuſſores ſiſtendi in iudicio loco quo de iure tenetur, *l.* 32. *tit.* 2. *part.* 3. *verſ. è la onzena.*

Vel ſi priuilegiatus habeat indiui- 50
duam cauſam cum aliis pluribus non priuilegiatis. Riccius *collect.* 639. Capic. *deciſ.* 173. & Gregor. *l.* 5. *tit.* 8. *p.* 3. verbo, *huerfano.* Sed ſi eadem perſona duas repræſentet, quarum aliqua habeat priuilegium, ne conueniatur, altera non, priuilegium ei deſeruit in vtraque perſona, quamuis conueniatur ex perſona non priuilegiata, & ex cauſa non connexa priuilegio, *deciſ. Genuæ.* 20. *num.* 3. *per l. ſed ſi hac, §. fin. de in ius vocando.*

Vel ſi in Curia reſeruatum fuit ius 51
parti in ſententia. Peregrin. *de fideicommiſ. art.* 48. *n.* 66. poſt Angelum ita tenentem. Et hæc doctrina ſine dubio procedit, & admittenda eſt, ſi ex actis proceſſus. Audientiæ conſtet aliqualiter de iure reſeruato, ne acta perferantur ad iudicem inferiorem pro iuris reſeruati probatione : cauſa enim quæ ſemel intrauit pala- 52
tium Principis, non debet exire indiſcuſſa, niſi rurſus remittatur. Maſtrillo, *deciſ.* 19. *num.* 5. Caued. *deciſ.* 85. *n.* 4. *part.* 2. Valaſc. *conſult.* 105. *num.* 62. Phebo, *deciſ.* 80. *num.* 3. & conducit *authent. ſed & lis, Cod. de tempor. appellat.* Secus tamen erit, ſi ius reſeruatum ſit omnino independens ab actis proceſſus Audientiæ ; & ita plures cum collegis Senatus pronuntiaui ; ſemper enim eſt conſulendum expenſis partium, & litium fini.

Et debent iudices vtriuſque partis 53
commoditati proſpicere, *l.* 1. *ſi quis cautionibus*, vt ſi faciliùs cauſa expediri poſſit in Senatu, non remittatur, ſed in

in eo retineatur (modò non contraueniatur legibus Regni) & conducit *l.* 22. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recop.* ibi: *Que breuemente y a menos coſta de las partes, y bien de los hechos, ſe podrian expedir, y deſpachar en el Conſejo*; nam licèt ea lex loquatur in ſupremo Regis Conſilio, eius ratio etiam militat in noſtro caſu.

54 Et etiam datur caſus Curiæ per viam retentionis cauſæ, quæ intrauit Senatum, licèt reſpectu vnius articuli: nam ſolent Senatores ex aliquibus circumſtantiis moueri ad retinendam totam cauſam in Senatu; maximè ſi aliqua pars eſt grauata à iudice inferiori; ſecus aliàs, *cap. vt debitus honor, in fin. de appellat. l.* 9. *tit.* 7. *lib.* 2. *recop.*

55 Sed non faciliter fieri debet, etiam conſentientibus partibus, ſi iuriſdictioni iudicis inferioris præiudicetur, vt erit in caſu quo iudex condemnans habeat partem pœnæ pecuniariæ per legem, maximè ſi non per denuntiationem, ſed ex officio procedat in cauſa, vt ex ſua vigilantia commodum reportet; quod eſt laudabile in iudice, modò cauſa ſit momenti, ne poſſit conqueri, dicendo: *Nos ſementem fecimus, tu metis.*

Secus tamen erit, ſi cauſa ſit leuis, & à iudice affectata lucri cauſa, quæ ſolet vulgò nuncupari, *achaque*: quod enim ait textus *in cap. circumcelliones, maior eſt neceſſitas inquirendi,* non ad has leues cauſas lucri faciendi cauſa factas referri debet, ſed ad eas quæ bonum cõmune, & Reipublicæ tranquillitatem, & regimen reſpiciunt.

56 Idem erit, ſi reconuentio in via executiua ſit reſeruata parti. Cancer. 2. *part. variar. cap.* 3. *num.* 33. & vide ex *num.* 29.

Vel ſi ſit maior pars hæreditatis, quæ petitur per fideicommiſſum in Curia, *l. ſi fideicommiſſum in princ.* 50. *de iudiciis.* 57

Vel ſi cauſa veniat in conſequentiam, vt in *tit. de quibus rebus ad eundem iudicem eatur*, & in caſibus quos ponit Ricc. *collect.* 267. 58

Vel ſi habuerit obligatum cum ſubmiſſione ad Auditores Regiæ Cancellariæ, quia tunc etiam in executiuis trahere poteſt aduerſarium ad Curiam, *l.* 20. *tit.* 26. *lib.* 4. *Recopilat. verſ. Otro ſi mandamos, que en los contratos*, vbi quòd idem eſt in regno Gallæciæ. 59

Vel vt fideiuſſor qui ſoluit principali, conſeruetur indemnis, Roderic. Suar. *l.* 2. *For. num.* 23. Auendañ. *de exequend. mandat. cap.* 1. *num.* 33. & ibi: *in verſic. vigeſimaprima.* Et etiam coram iudicibus criminalium cauſarum, vulgò, *Alcades*, ſi eorum mandato ſoluit Gratian. *cap.* 154. *num.* 21. vbi *num.* 22. quòd ſoluens debitori fiſcali, agit executiuè, vt fiſcus: quod admittitur, vt Curia quæ cognouit de cauſa principali, cognoſcat de euictione, *l. venditor* 49. *de iudiciis* ibi: *Paulus reſpondit, venditorem emptoris iudicem ſequi ſolere*, *l. minor* 25. *annis* 39. *de euiction.* ibi: *Nam ſi ei fundus pratoria cognitione ablatus fuerit, aequum erit, per eundem prætorem, & euictione reſtitui*, *l.* 57. *tit.* 6. *part.* 1. Giurb. *deciſ.* 8. Gamma *deciſion.* 332. Quod procedit in clerico venditore, Couar. *pract. cap.* 8. *num.* 2. Quemada *quaſt. fiſcal.* 3. vbi quòd fiſcus trahit actorem ad ſuum iudicem, *per l.* 3. *Cod. de iure fiſci, lib.* 10. vbi Bart. 60 61 62

Secus clericus, Bened. *in cap. Raynuntius*, verbo, *& vxorem nomine Adelaſiam*, 2. *num.* 125. Ant. Gom.

tom. 2. *variàr. cap.* 2. *fol.* 19. *col.* 4. *in princ.* & Didac. Perez, *l.* 4. *tit. de teſtam. lib.* 5. *ordinam. pag.* 143. Capic. *deciſ.* 147. *n.* 7. Grammat. *deciſ.* 211. Aluarad. *de coniect. ment. lib.* 2. *cap.* 3.
63 *in princip.* Et hoc eſt, quia perſonæ Eccleſiaſticæ tenentur ad illud quod venit ex natura contractus. Gregor. *gloſſ.* 2. *l.* 15. *tit.* 1. *part.* 7. & ſic defendere emptorem vbi conuenitur, etiam actore inuito. Giurb. *deciſ.* 8. *num.* 27.

64 Sed licèt clericus teneatur defendere emptorem in foro ipſius: tamen ſi emptor fuerit condemnatus, non poterit conuenire clericum coram ſæculari iudice. Barboſ. *l. venditor, à num.* 191. & ibi *n.* 193. quia
65 ſententia lata contra emptorem, non poterit exequi contra venditorem aſſiſtentem in iudicio, niſi fuerit ipſe venditor condemnatus: ſecus tamen erit in tertio poſſeſſore citato ad iudicium; nam ſi compareat, & litem proſequatur, poterit ſententia exequi contra eum. Dec. *conſ.* 187. *colum.* 2. Benuen. Strach. *in ſcholiis ad conſ.* 12. Aym. *num.* 5. *&* 7.

66 Poterit tamen clericus venditor citari, vt ſi velit defendere cauſam coram iudice ſæculari pendentem, compareat. Petr. Surd. *deciſ.* 26. *n.* 2. vbi de citatione, ſi ſua intereſſe putauerit, & hoc, ne dicat poſteà, emptorem colluſiſſe: non tamen poterit cogi ad defenſionem, ſed moneri; quia monitio non arguit ſuperioritatem, vt citatio. Afflict. *deciſ.* 24. *num.* 8. vbi *de publicatione teſtamenti*, & ſic quando Clericus citatur ad comparendum coram iudice ſæculari, ſi ſua intereſſe putauerit, eſt citandus ſine comminatione, quæ eſt quòd eo non comparente, procedetur ad vlteriora; quia tunc non ligat Clericos. Achilles Perſonalis *de adipiſcend. num.* 71. Surd. *deciſ.* 26. *n.* 16. etiam in dubio an ſit clericus: nam licèt non compareat, acta contra eum erunt irrita. Barboſ. *l. ſi quis ex aliena, num.* 67. *cum ſequentibus, de iudiciis*, & ibi, *num.* 70. Surd. *vbi ſuprà, num.* 12. quòd idem, ſi compareat: nec dicitur contumax, qui non arctatur comparere, nec poteſt contra clericum, tanquam contra contumacem procedi per laicum. Surd. *deciſ.* 26. *num.* 8. *&* 13.

Et obiter ſcias, quòd ſi citaueris aliquem ad iudicium videris approbare, habilitare, & legitimare perſonam eius, & fateri eum partem. Iaſ. *l. fin. num.* 24. *Cod. de edict. Diui Adrian.* vbi etiam Sebaſtian. Sapia, & eum ſequitur Roland. *conſ.* 29. *num.* 8. *volum.* 2. vbi plures refert. Secus tamen erit, ſi eum citaueris, vt veniat ad iudicium, ſi ſua intereſſe putauerit, iuxta formam gloſſæ *fin. l. ea quidem* 5. *Cod. ſi mancipium fuerit ita alienatum, ne manumittatur*, quia tunc non habilitatur, imò debet probare de ſuo intereſſe vt audiatur. Iaſ. *dict. l. fin. num.* 24. vbi quod practici ita obſeruant, ſequitur Roland. *vbi ſuprà*, & ibi, *num.* 10. *de citando clerico legatario ad confectionem inuentarij.* Citatus autem ſi ſua intereſſe putauerit, ſemper eſt actor, vt tradunt omnes prædicti, & Roland. *vbi ſuprà, num.* 12. & taliter citatus, ſi non compareat, elapſo termino amittit ius: Et in eo ſibi præiudicat, quod intellige, ſi citans habebat ius, ſecus ſi nullum ius haberet. Bartol. *l. ſi eo tempore, Cod. de remiſſ. pign.* ſequitur Iaſ. *d. l. fin. C. de edict. Diui Adriani, n.* 26. Maſtril. *deciſ.* 79. *n.* 4.

Et-

Et eſt optimum citare ad actum illos, qui ex eo poſſunt lædi, *l. nam ita diuus 39. de adoption.* Menoch. *de adipiſcend. remed. 4. num.* 459. & ea citatio dicitur facultatis, non præcepti. Natta *conſ. 99. col. 2. in princ.* & fit tam in actibus iudicialibus, quam extraiudicialibus. Natta, *conſil. 242. col. fin.* Maſuerius Additionator ad Iaſon. *l. fin. Cod. de edict. Diui Adrian. num. 25. litera D.* eo enim caſu non neceſſitantur, vt compareant, ſi nolint: tamen proceditur abſque ſua comparitione, nec poterunt poſteà dicere, eis inſciis & ignorantibus, factum, *authent. ſi omnes, Cod ſi minor ab hæreditate ſe abſtineat,* quia iam fuerunt moniti, vt comparerent, ſi ſua intereſſe putaſſent: & dicitur propriè monitio, quæ non arguit ſuperioritate monentis. Afflictis, *deciſ. 24. num.* 8. vbi quod facta citatio, ſeu monitio per generale proclama comprehendit clericos. Surd. *deciſ. 26. num. 1.* vbi *num. 7.* quod ſi comparet clericus pro ſuo intereſſe dicitur actor voluntarius, non reus. Afflict. *dict. deciſ.* 24. vbi quod ſi compareat, & declinet, eſt remittendus ad ſuum iudicem, idem Maſtrill. *deciſ. 79. n. 1.* & hoc niſi clericus citetur ad concurſum creditorum, quo caſu non poteſt declinare. Vrſil. ad Afflictum *deciſ. 380.* vbi dicit, ita iudicatum in Senatu, & idem erit ſi citetur ad proceſſum, quo inter creditores agitur de danda quinquennali, vel alia dilatione ad ſoluendum (vulgò *proceſſo de eſpera.*) Maſtrillo, *deciſ. 79. num. 5.* quæ dilatio non poteſt excedere decennium ſecundùm Gregorium, *l. 33. tit. 18. part. 3.* licèt ipſe Gregor. aliud videatur ſentire, *l. 5. tit. 15. part. 5.* verbo, *vn plaço ſeñalado.* Sed quod dilatio non debeat excedere tempus triginta annorum, ſentit Ægid. Belamer. *cap. quæ in Eccleſiarum, num. 16.* de quo Alueric. *l. quoties, num. 5. verſ. ſed vſque ad quod tempus, de precibus Imperatori offerendis,* & obiter ſcias, quòd Princeps poteſt concedere dilationem, etiam in debitis iuratis Maſtrill. *deciſ. 16. num. 1.*

Et quotieſcumque Clericus citatus modo ſupradicto, litigans coram iudice ſæculari fuerit condemnatus, vel in reconuentione ſibi poſita cum ipſe prouocauerit laicum ad iudicium ſæculare iuxta tradita per Gaſparum Theſaurum, *lib. 1. forenſium, q. 98.* vel ſi comparuerit coram iudice laico pro reditione rationis tutelæ ab eo ſibi delatæ, non pro miſerabilibus perſonis, ſed pro ſuo commodo, iuxta diſtinctionem traditam per Eſcobar *de ratiociniis, cap. 7. num. 9. & 25.* Vel ſi emerit rem litigioſam non eſt compellendus clericus ſoluere condemnationem, vel rem tradere per iudicem laicum, ſed per iudicem Eccleſiæ. Giurb. *deciſ. 62. num. 7.* contra Vrſilium ad Afflictum, *deciſ. 331. num. 3.* & quod debeat compelli per iudicem Eccleſiæ, tradit Barboſ. *l. qui prior, num. 93. de iudiciis.* Greg. verbo, *los deueſſen prender, l. 23. tit. 6. part. 1.* Eſcobar *de ratiociniis, cap. 7. num. 21.* Oliuanus *de actionib. lib. 1. 3. part. cap. 3. n. 43. & 44.*

Et ſcias, quòd ſi pupillus, vel alius 67
non priuilegiatus egerit de euictione ſi agat ex ſtipulatu, ſeu promiſſione euictionis ex contractu, fiet æſtimatio ad intereſſe rei euictæ, temporis contractus venditionis, *l. ex mille, §. 1. & l. bonitatis, ff. de euiction.* Si 68
tamen agatur actione exempto, attenditur

attenditur tempus euictionis, ſiue res ſit melior, ſiue deterior facta *l. euicta re, la 2. de euict. l.* Lucius, *la 2. de action. empti*, atque ita conciliat dicta iura gloſſa, verbo, *emptoris, l. euicta re* 70. *de euictionibus*, & gloſſa, verbo, *deterior, d.l. Lucius*, vbi Bart. ſequitur Vinc. de Franch. *deciſ.* 197. Si verò agat exempto, quia res non fuit tradita, venditor moroſus tenetur ad intereſſe quanti plurimi, à tempore moræ Menoch. *de arbitrar. caſu* 120. *num.* 3. & Caldas *de empt. & vend. cap.* 20. *n.* 10.

69 Sed nec pupillus, vidua, ſeu alia miſerabilis perſona, poterit trahere aduerſarium ad Regium tribunal in noſtra Hiſpania; in cauſis non excedentibus Summam decem millium marapetinorum, *l.* 11. *tit.* 3. *lib.* 4. *Recopil.* Sed an quemadmodum cauſæ non excedentes Summam decem millium marapetinorum, quæ olim non poterant appellari ad Curiam, ſed ad concilia ciuitatum, *l.* 7. *tit.* 18. *lib.* 4. *Recopil.* quæ hodie noua pragmatica aſcendunt vſque ad triginta mille marapetinos, ad quam vſque Summam non appellatur ad regia tribunalia, ita neque poſſit pupillus vidua, ſeu alia miſerabilis perſona, vti priuilegia, dubitari poteſt, ſed breuiter negatiuè reſpondeo; quia id lege cautum non eſt, *authent. de non eligendo ſecundò nubentes*, §. *optimum*, ibi: *Nec qualibet eſt lex aliquid tale dicens*, & eſt diſparatio, cum reſpectu pauperis & orphani, ſeu viduæ non diuitis, ſit magna quantitas, quia parua vel magna dicitur reſpectu perſonarum, *l. ſed & ſi. ſuſceperit*, §. 1. *in fin.*

70 Iuncta gloſſa, verbo, *modica. de iudiciis. gloſſ. fin. in auth. quod locum, Cod. de collation.* Maſcard. *de probation. concl.* 1226. *n.* 10. Menoch. *de arbitr. caſu* 52. *n.* 11.

Et ex diuerſis non fit illatio, *l. Papinianus, in princip. de minorib. l. fin. de calumniatoribus.* Nec hoc priuilegium trahendi ad Curiam, impeditur ex eo, quia ſumma ſit talis, quod de ea appelletur ad iudices Conſiſtorij; nam vt aufertur cognitio primæ inſtantiæ, ita & decurionum, quia acceſſoria eſt ad illam. 71

Nec prædicti pupillus & vidua, & alij priuilegiati, gaudent eo priuilegio in cauſis patrimonij Principis; quia priuilegium non debet eſſe nociuum concedenti, ne ex liberalitate ſua damnum ſentiat, *argum. cap. ſuggeſtum, de decimis.* Aym. *conſ.* 292. *in princip. verſic.* 2. 72

Et quia Princeps concedendo non cenſetur ſibi nec aliis præiudicare, *l.* 2. §. *ſi quis à Principe, ne quid in loco publico.* Nec in conceſſione priuilegij generaliter facta comprehenditur perſona loquentis, *l. inquiſitio veritatis, Cod. de ſolution.* Barboſa *l. diuortio*, §. *ſi vir, num.* 55. *ſoluto matrimonio*, vbi quòd non intelligitur conceſſio generalis confiſcationum, de ea confiſcatione quæ veniat imponenda ob delictum commiſſum in perſonam concedentis, de quo *ſuprà, cap.* 13. *à num.* 50. 73 74 75

Nec etiam conceditur priuilegium in via executiua. Et poteſt eſſe ratio quia cum executio competat pro re iudicata, pro qua præceſſit iudicium, vel contractus guarentigius, quia idem eſt, ex quo habet clauſulam, quòd ſit, *ac ſi ſententia eſſet lata contra obligatum, & tranſacta in rem iudicatam*, habetur, ac ſi idm priuilegiatus litigaſſet in Curia; & ſic in prouiſione regali quæ datur priuilegiatis, 76

giatis, excipitur is, & præcedens caſus.

77 Nec in criminalibus ſi minor ſit reus, quia non debet quis in eodem facto habere priuilegium, & pœnam,
78 *l. relegatorum*, §. *fin. de interd. & relegat.*

79 Excipitur etiam caſus, quo iam lis fuerit conteſtata coram iudice inferiori, nec diuidatur continentia cauſæ, contra *leg. vbi cœptum, de iudiciis*: & quia conteſtando litem, videntur litigantes in iudicem conſentire, cùm in iudicio contrahatur, *l. 3. §. idem ſcribit, de peculio*, quæ ita intelligitur, non quòd teneantur ſtare iudicis ſententiæ, ſed coram eo litigare; quia non poteſt quis iudicem quem ſemel elegit, ſubterfugere, *auth. offeratur, Cod. de litis conteſtat.* Et quia, qui præuenit, impedit fori mutationem. Aluaric. *l. ſi ſeruus*, *num.* 5. ſi ex noxali cauſa agatur. Sebaſtian. Medicis, *opuſc.* 5. *num.* 16. & ex eadem ratione præuentionis, ſi aliquis trahatur ad Curiam, quia ſit iudex vel decurio loci, & durante lite, ceſſet cauſa ſi fortè erat officium annale, non remittetur cauſa ad iudicem inferiorem: nam lite introducta coram vno iudice, licèt ceſſet qualitas priuilegij, quæ produxit litem, non debet transferri ad aliud tribunal, *l. fin. Cod. de veteranis*, *lib.* 10. Valaſc. *conſ.* 57. ſequitur Giurb. *deciſ.* 82. *num.* 11. & quia ſufficit, ab initio eſſe fundatam iuriſdictionem, *l. ſi quis poſteaquàm, ff. de iud. l. ampliorem*, §. *fin. Cod. de appellat.* Et ad hoc ſufficit, quòd tempore citationis pertineat lis. Giurba, *vbi ſuprà*, quia citatio litis pendentiam inducit gloſſa, *cap. vt debitus*, *de appellat. clem.* 2. *vt lite pendente.*

80 Sed neque pupillus, nec alia perſona miſerabilis iuuabitur priuilegio, *l. vnic.* in caſu cameralis obligationis, vt poſt Mandoſium Octauian. veſtrum, Antonium Maſſam Galleſium, tradit Flor. de Men. *practicar. q.* 12. *num.* 48. Gratian. *cap.* 182. *à num.* 6. licèt aliàs priuilegium, *l. vnic. præualeat Eugeniana*, quæ non eſt in corpore iuris.

Obligatio tamen cameralis habet multa priuilegia. Surd. *deciſ.* 44. *n.* 19. 81
Ricc. *collect.* 452. nam contra eam 82
non poteſt obiici compenſatio. Seſſe, *deciſ.* 90. Nec eius executio impeditur per exceptionem non numeratæ 83
pecuniæ, niſi excipiens probauerit. Mohedanus *deciſ.* 1. & 3. *de exceptionibus.* Nec ſtante obligatione camerali, habet locum deciſio, *l.* 2. *C. de* 84
pign. ex Surd. *deciſ.* 44. *n.* 17. & ibi: 85
n. 18. quia creditor ex ea poteſt dimittere viam electam, & aliam aggredi. Et quia licèt durum videatur, id innuit forma Cameralis obligationis. Et ibi, *num.* 19. quod contra eam non datur reſtitutio in integrum. Nec abſolutio à iuramento quoad 86
effectum agendi & excipiendi, tollet effectum eius obligationis. Mohedan. *deciſ.* 6. *de except.* Sed exceptio falſitatis admittitur. Veral. *deciſ.* 274. *part.* 2.

Et pupillus poteſt obligari perſo- 87
naliter per tutorem, etiam obligatione Camerali. Gratian. *cap.* 279. *n.* 5. & 7. & tenebitur, non ſecus ac ſi ipſe obligaretur, *l. apud Iulianum*, §. *penult. ex quibus cauſ. in poſſ. cauſ.* Pariſ. *conſ.* 99. *num.* 38. *lib.* 1. Surdus, 88
deciſ. 297. *num.* 5. Sed & curator ad litem poteſt obligare pupillum perſonaliter cum omnibus pœnis, & clauſulis apponi ſolitis. Fel. *conſ.* 16. *num.* 3. & 4. & Grat. *c.* 360. *n.* 17. &

ibi, *num.* 23. *&* 24. tenet pupillum
89 ex obligatione Camerali, qua teneatur, poſſe incarcerari.

90 Sed & extra caſum Cameralis obligationis non iuuatur pupillus priuilegio, *l. vnic. Cod. quando imperat. inter pup. in lite cœpta cum eo cuius hæres extiterit.* Paul. Caſtrenſ. *l. heres abſens, de iudic.* & pro hoc facit, *l. Stichum* 95. §. *aliquando euenit, de ſolution.* vbi mulier quæ fideiuſſit pro
91 Titio, & ex ſua perſona iuuatur Velleiano, ſi hæres extitit, nequit iuuari, & ait text. *Etenim interdictum eſt ſubuenire ſexui mulieris quæ ſuo nomine periclitetur.*

92 Et ſic pupillus ſuccedens maiori, iure maioris vti debet. Hottenſ. Caualcan. *de Brachio regio 6. p. n.* 558. quia tunc non conſideratur perſona pupilli. Anton. Maſſo Galleſus de forma Cameral. *oblig.* 2. *part. q.* 2.
93 *num.* 5. *in fine*, quia lite iam introducta, præcluditur via beneficiis, vt dicit Franch. *deciſ.* 261. *n.* 3. vbi dicit, quotidie ſeruari; quia ſi compareant perſonæ priuilegiatæ lite cœpta, audiuntur in ſtatu quo cauſa reperitur.

94 Sed ſi pupillus, vel alia miſerabilis perſona fuerit auctor laudatus à conuento in iudicio iuuatur beneficio, *l. vnic.* ſed & reſtitutionis. Afflict. *deciſ.* 15. *num.*4. & hoc, ſi defenſio cauſæ pertineat ad auctorem laudatum, Vrſil. ibi, *n.* 1.

95 Et iuuatur pupillus in lite cœpta cum ſuo auctore, ex perſona ſua, & ſic in præſcriptione cœpta, quæ dormit tempore pupillaris ætatis, *l. ſicut, Cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor. l. bonæ fidei, de acquirend. rerum dom.* Guid. Pap. *deciſ.* 13. Caldas, *l. ſi curatorem*, verbo, *ſua facilitate, n.* 48.
96 Cartot. *except.* 22. Quo tempore tranſacto, & ſublato de medio, continuatur. Balb. *de præſcript.* 2. *part. ſexta, p. à num.* 1.

Et electio fori inferioris competit 97
etiam exiſtente Rege in eodem loco, & in facie ipſius. Vrſil. ad Afflict. *deciſ.* 157. *n.* 7. *in fin.* Et ſenes 98
decrepiti gaudent eodem priuilegio. Cherubin. *in compendio Bull. conſtil. tit.* 90. Pij IV. ſcholio 2. Azor. *in ſumma, Cod. quando Imperator inter pupil. & vid.* Didac. Perez. *l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 3. *ordin. pagin.* 771. *verſic. Item etiam ſenio confecti*, vbi quòd etiamſi diuites ſint.

Et priuilegio miſerationis gratia 99
conceſſo poteſt renuntiari. Tyraquel. *l. ſi vnquam in præf. num.* 124. Giurb. *deciſ.* 42. *n.* 12. etiam tacitè, vt ibi, *n.* 15. Sed vide *ſuprà, n.* 3.

Pro complemento adde, quòd licèt 100
litis pendentia in Senatu ſuper poſſeſſione non præbeat caſum Curiæ in proprietate, & deducens petitorium, ſit remittendus ad inferiorem. Ioannes Garc. *de nobil. gloſſ.* 1. §. 2. *n.* 14. Secus erit, ſi opponens habeat aliàs caſum Curiæ; nam tunc Curia eſt competens, vt ibi: & ita ſi in cauſa poſſeſſoria appelletur ad Papam, quia concurrit cum ordinariis, *cap. cuncta per mundum* 9. *q.* 5. poteſt deduci ab alterutra parte petitorium, Clem. I. *de cauſ. poſſ.* Et licèt Couar. *lib.* 1. *variar. cap.* 16. *n.* 13. & Ioan. Garc. *vbi ſupr. n.* 22. cum communi dicant ibi eſſe caſum ſpecialem in beneficialibus, ne detur vitioſus ingreſſus, ratio textus generalis eſt in odium ſpoliantis. Barb. *l. ſi de vi, n.* 468. *de iudiciis*, vbi *n.* 479. verè ait, quòd ſi poſſeſſorium ſuſpendentis, & petitorium aduerſarij concurrant eodem tempore, & ſpoliatus patiatur litem conteſtari

teſtari ſuper petitorio, ſibi præiudicabit in inſtantia, *iuxt. & cap.* 1. *de reſtit. ſpol.* tamen ſpoliatus poterit deducere petitorium vſque ad concluſionem, *cap. paſtoralis, de cauſ. poſſeſſ.* Capic. *deciſ.* 28. & 35. Barb. *vbi ſuprà, num.* 478.

CAPVT XXII.

De adulto, & iis quæ ei conceduntur, quæ impuberibus negantur, & in quibus adultus poſſit contrahere ſine curatore, & filiusfamilias ſine patre: & an ob debitum filij ex contractu, vel delicto fiat executio in bonis, quorum pater habet vſumfructum, & ob debitum vxoris in bonis dotalibus, & quid ſi adſit hypotheca. Et quæ poßit minor donare, & quando, & an cum auctoritate curatoris, & ſine ea poßit inſtituere maioratum in teſtamento: & quid in contractu: & an cenſum imponere: & de ratificatione expreßa, vel tacita impoſiti nulliter, vel alterius contractus non dolo initi, & quo tempore fiat facto maiore.

SVMMARIVM.

1 *Poſt pubertatem adoleſcentia incipit, quæ durat vſque ad vigeſimumquintum annum completum, quo tempore dicitur iuſta, plena, & legitima ætas.*

2 *Puberes ante vigeſimumquintum annum appellantur adulti, & iuuenes, & paruuli, & minores, & eorum conſilium infirmum.*

3 *Minoritas finitur in vltima die vigeſimiquinti anni, & tunc dicitur vigorem compleri, & peruenire ad ſtatum.*

4 *Minores ſeparantur ab impuberibus in multis.*

5 *Verba legis vel ſtatuti comprehendunt minores: ſecus autem impuberes.*

6 *Minores poſſunt ſuſpectos accuſare curatores: impuberes autem nequeunt pro ſuſpectis accuſare tutores: & ſi tutores vel curatores accuſati obtineant ſententiam pro ſe, ſunt eis ſoluenda expenſa.*

7 *Dolus præſumitur in minore adulto, ſecus in impubere, vel pupillo.*

8 *Adulti minores poſſunt reſtituere hæreditatem ſuo curatori, quia ad id curatoris auctoritas neceſſaria non eſt: impubes autem nequit reſtituere ſuo tutori.*

9 *Tutor non poteſt ſibi auctorare pupillo, nec maritus vxori, nec Prælatus Eccleſiæ, in ſui commodum; nec valet conſuetudo, quòd quis accommodet auctoritatem in ſui fauorem.*

10 *Adultus minor poteſt creditori ſoluere : pupillus autem ſecus : & pecunia non tranſit in creditoris pupilli dominium; nec pupillo ſine tutore ſolui poteſt, nec ſi non ſoluat, currunt vſuræ : eſt tamen neceſſaria depoſitio, ſi debeantur ex conuentione. Et an ſoluatur minori de mandato iudicis, & an teneatur debitor appellare, & reſiſtere.*

11 *Pupillus citra Principis indulgentiam nequit teſtari; adultus autem poteſt, & liberis tutorem dare; licèt ipſe curatorem habeat.*

12 *Adultus, ſeu minor poteſt in teſtamento maioratum inſtituere: ſecus in contractu, niſi curatoris auctoritas interueniat, cùm nequeat abſque curatore contrahere.*

13 *Adultus ſi fuerit dolo inductus ad teſtandum, datur venientibus ab inteſtato actio de dolo, vel in factum contra hæredem ſcriptum, ad intereſſe.*

14 *Adultus, ſeu minor, poteſt alios contractus facere, qui ſapiant vltimam voluntatem.*

15 *Minor non poteſt donare cauſa mortis, licèt ea donatio ſapiat vltimam voluntatem; nam quoad ſolemnitatem ſumit naturam contractus.*

16 *Et ad eundem modum mulier ſine licentia viri non poterit donare cauſa mortis: licèt in minore & coniugata contrarium teneant Fachineus, & Gratianus.*

17 *Filiusfamilias non poteſt donare cauſa mortis, etiamſi ſit maior, quamuis iuret, ob patris præiudicium in vſufructu.*

18 *Filiusfamilias hodie obligatur ex omni contractu præter mutuum, in bonis, in quibus pater non habet vſumfructum; & eo caſu poterit carcerari.*

19 *Filiusfamilias pro debito incarceratus, ſi ob ceſſionem bonorum ſit tradendus creditoribus, priùs eſt tradendus patri, vt ei ſeruiat: quia habet vſumfructum operarum.*

20 *Ob debitum filijfamilias non fit executio in vſufructu patri competenti in bonis aduentitiis filij, ſiue executio fiat ex contractu, ſiue ex delicto.*

21 *Delinquendo non poteſt quis præiudicari alteri, cui eſt ius quæſitum.*

22 *Pro debito perſonali vxoris contracto ante matrimonium non poteſt fieri executio in bonis dotalibus, niſi in ſubſidium: ſecus ſi adſit hypotheca.*

23 *Pro tutela fit executio in bonis dotalibus ad ſoluendum filiis prioris matrimonij, & etiam in bonis ſecundi viri.*

24 *Filiusfamilias quando nequit obligari ſine conſenſu patris, nec eius fideiuſſor tenetur: & idem in minore.*

25 *Generale eſt, quod contrahens non adhibita ſolemnitate à lege, vel ſtatuto requiſita, non obligetur ciuiliter nec naturaliter.*

26 *Limita, ſi fideiuſſor iurauerit, quia tenebitur tanquam principalis, licet is pro quo fideiuſſit, nulla obligatione teneatur.*

27 *Minor cum iuramento poteſt donare cauſa mortis; quia ex eo non reſultat alteri præiudicium; quamuis contrarium tenuerit Gregorius Lopez.*

28 *Minoris iuramento firmantur contractus aliàs nulli.*

29 *Minoris donatio, etiam cum cu-*

ratore & iudicis decreto, eſt nulla; ſecus ſi eam iurauerit.

30 *Minor poteſt donare bona mobilia & fructus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, etiam ſine iuramento, licèt ſi læſus ſit, poſſit reſtitui.*

31 *Curator non poteſt donare fructus, quia donare non pertinet ad ius adminiſtrandi: nam donare eſt perdere.*

32 *In his ad quæ curatoris auctoritas non extenditur, idem eſt habere curatorem, vel non habere, & geſta à minore, habentur ac ſi non haberet curatorem.*

33 *An vitietur donatio, ſi curatoris auctoritas interueniat.*

34 *Pupillus non poteſt donare, etiamſi tutorem non habeat, vt poteſt adultus.*

35 *Minor poteſt congruenter donare propter nuptias mobilia, ſecus immobilia: ad quod requiritur decretum, etiam conſtituendo dotem.*

36 *Dos & donatio propter nuptias æquiparantur, & eadem pacta recipiunt, & prohibitum in vno, cenſetur vetitum in alio, licèt in aliquibus differant.*

37 *Hypotheca competit pro donatione propter nuptias, vt competit pro dote.*

38 *Pupillus non poteſt donare propter nuptias, cum nequeat contrahere matrimonium.*

39 *Minor poteſt facere donationem remuneratoriam; ſed opus eſt de meritis conſtare aliter quàm per confeſſionem minoris.*

40 *Minor curatorem non habens ſi cenſum imponat ſuper rebus ſuis, licèt impoſitio ipſo iure valeat, reſcinditur tamen per in integrum reſtitutionem, vide infrà,* n. 149.

41 *Et quid, ſi cum iudicis licentia minor cenſum imponat.*

42 *Minor licèt vtiliter imponat cenſum, eget iudicis decreto, vt ad alienanda bona immobilia vtiliter.*

43 *Cauſa vtilis imponendi cenſum à minore, eſt vt æs alienum ſoluat, vel pro dotanda ſorore.*

44 *Minor ob ſolam cauſam vtilitatis ſine ſolemnibus nequit cenſum imponere.*

45 *Si minor factus maior ſoluerit cenſum nulliter impoſitum, non poterit poſteà illum impugnare: & idem in quolibet alio contractu oneroſo.*

46 *In contractibus lucratiuis decennalis ratificatio deſideratur, & ex tali decennali ſilentio inducitur confirmatio.*

47 *Deciſio,* l. fin. C. ſi maior factus alien.rat. habue. procedit, *licet contractus ab initio fuerit nullus, qui etiam ratificatur, & intelligitur,* reg. l. quod ab initio, ff. de reg. iur.

48 *Ex quinquennali vel decennali ſilentio in contractibus oneroſis & lucratiuis ſuppletur decretum & cauſa requiſita ad alienationem, etiamſi alienatio eſſet facta tutore auctore.*

49 *Ex ſilentio decennali, vel quinquennali non ratificatur contractus, ſi metus, vel dolus interuenerit.*

50 *Contractus dolo initus nunquam conualidatur ratificatione, ſiue expreſſa, ſiue tacita.*

51 *Vt ratificatio conualidet actum, requiritur, quòd ratificans ſciat defectũ contractus, & ſe non teneri.*

52 *Ignorans actus defectum, non poteſt illum ratificare, nec quis conſentit rei quam ignorat.*

53 *Minor reuocat alienationem à ſe factam, etiamſi per quinquennium tacuit, in foro Eccleſiaſtico.*

54 *Idem in foro ſeculari.*

55 *Adultus curatore carens obligatur ex contractu ciuiliter & naturaliter, & poteſt omnia facere, quæ poterat curator, & habetur tanquam paterfamilias: tamen ſi læditur, reſtituitur, & poteſt incarcerari.*

56 *Minor poteſt compromittere ſuper rebus mobilibus quæ ſeruando ſeruari poſſunt.*

57 *Minor non poteſt fructus futuros ſine decreto alienare perpetuò, nec mobilia, quæ ſeruando ſeruari poſſunt.*

58 *Minor nequit res immobiles pignori ſubiicere vel obligare.*

59 *Actio & obligatio iudicatur mobilis vel immobilis, ſecundùm naturam rei pro qua competit; quia per obligationem poteſt perueniri ad venditionem.*

60 *Res immobilis obligata non poteſt diſtrahi à minore ſine decreto.*

61 *Lex prohibens minoribus alienationem & obligationem, de liberatione etiam intelligitur.*

62 *Solemnitas quæ requiritur in contractu, requiritur in diſtractu: & ſi contractus requirat ſcripturam, ita & diſtractus.*

1 POſt pubertatem adoleſcentia incipit, quæ durat vſque ad vigeſimumquintum annum completum, quo anno iuſta dicitur ætas, *l. 2. §. de minoribus, de vacat. munerum*, & plena ætas, *l. cùm non ſolùm, in §. ſancimus, in fine*, iuncta gloſſa, verbo, *plenæ ætatis, Cod. de bon. quæ liber. legitima ætas, l. final. & Cod. de his qui veniam ætatis impetr. l. quæro, in fin. de teſtament. tutel. l. 1. de fideiuſſ. tutor.*

Et vſque ad id tempus adoleſcentes 2
appellantur, *l. ſi iudex 42. l. ſi res pupillaris vel adoleſcentis 51. l. patri 28. §. item ex diuerſo, de minoribus, l. tutores qui, §. adoleſcens, & §. fin de adminiſt. tutor.* Et iuuenes, *l. fin. §. fin. de appellat. & d. l. patri 28. §. item ex diuerſo, de min. & l. ſi pecuniam 26. ſi certum petatur*, quamuis impropriè, *vt infrà cap. 30.* Et adulti, *l. 1. §. in cauſis autem adultorum, de adminiſtr. tutor.* Et paruuli dicuntur, *l. 2. Cod. de fundis patrimonial. lib. 11.* Et minores appellantur communiter, *l. ſi minor vigintiquinque annis, de minor. l. 5. tit. 11. part. 5. & l. 25. tit. 4. part. 3.* Et eius ætatis fragile & infirmum dicitur eſſe conſilium & multis captionibus ſuppoſitum, multorumque inſidiis expoſitum, *l. 1. ff. de minor.* Et eorum conſilio, quaſi parum firmo, reſiſtit aliquando lex, vt in *l. 4. de ſeruis exportandis.*

3 Finitur autem minoritas in vltima die vigeſimiquinti anni, Simoncelus de decretis, in præfatione *num. 9.* & tunc dicitur vigorem compleri, *dict. l. 1. verſic. apparet, de minor.* & eo tempore dicitur peruenire ad ſtatum, *l. cùm pater, §. curatoris, de leg. 2.* Auendañus *de cenſibus, cap. 81. n. 5. in fine.*

4 Interim autem minores ſeu adoleſcentes dicuntur, & ſeparantur ab impuberibus, *l. impuberibus 7. de ſuſpect. tutor.* & per totum, *ff. rem pupilli, vel adoleſc. ſalu. fore.*

5 Et ſic verba legis vel ſtatuti generalia comprehendunt minores pube-

res;

tes; ſecus autem pupillos, vt volunt Seraphin. *deciſ. 676. n. 4.* Surd. *deciſ.49. n.9. & 10.* Baeç. *de inope debit. cap.8. n.5. in fin.*

6 Et plura in iure adoleſcentibus permittuntur, quæ impuberibus negantur; quia pupillis non permittitur tutores ſuſpectos accuſare; puberibus autem ſeu adultis conceditur ſuſpectos dicere curatores, *d.l. impuberibus.* Et adde, quòd ſi tutor, vel
7 curator accuſatus obtineat ſententias ne remoueatur, expenſæ ab eo factæ ei ſolui debent à pupillo vel minore, & in calculo ſunt recipiendæ. Nic. de Neapol. *l. 1. §. ſi pupillis, de tut. & ratio. diſtrah.* Carrot. *de locato, tit. de admin. tutor. quæſt.3. à n. 15.* ſequitur Eſcob. *de ratioc. c.25. n.63.*

In adulto præſumitur dolus, vt in maiore; ſecus in pupillo. Honded. *conſ.35. n. 63.* vbi quòd adultum afficit dolus præſumptus, & ſic à iure dicitur manifeſtus, ibi *n.* 48. Et in multis caſibus, poteſt comparere in iudicio ſine curatore: ſecus impubes, vt *infrà, cap.24. n.* 44.

8 Et adulti poſſunt reſtituere hæreditatem fideicommiſſariam ſuo curatori, *l.1. §. fuit quæſitum ad Trebell.* quia, vt inquit textus ad id curatoris auctoritas neceſſaria non eſt, cùm nihil alienet de ſuo, nec faciat ſuam conditionem deteriorem: pupillus verò nequit ſuo tutori reſtituere, cùm ſit neceſſaria tutoris auctoritas, & non poſſit tutor ſibi auctorari *l. 1. de auth. tut. & dict.§. fuit quæſitum,* ſed
9 nec quilibet alius, vt de marito, quòd non poteſt vxori in ſui fauorem auctorari; tradit Auend. *l. 4. tit. de las excepciones, n.43.* nec Epiſcopus Eccleſiæ in ſui commodum, gloſſa, verbo, *menſe*, Clemen. *fin. de rebus Eccleſiæ.* Cancer. *2.part. variar. cap. 1. num.67.* dicit communem Guid.Pancirol. *conſ.187. num.* 20. Iulius Clarus, *§.donatio, quæſt.6. num.7.* Roderic. Suar. *tit. de las deudas, n.8. & 9.* Nec valet conſuetudo, quòd quis accommodet auctoritatem in ſui fauorem, gloſſa *fin. in Clement.2. de rebus Eccleſiæ.* Et licèt tutori permittatur ſibi auctorari, apprehendendo poſſeſſionem fundi ſibi venditi à patre pupilli, vt in *l. fiſtulas* 78. *§.fundum, ff. de contrah. empt.* nec id ei permittatur ex eo ſolo quòd exequatur defuncti voluntatem, cum pupillo cui iuſſum eſt ipſi tutori reſtituere hæreditatem, nequeat auctorari, per *dict. l.1. §.fuit quæſitum, ad Trebell.* quas leges, vt concilient aliqui Doctores, quos refert & ſequitur Giurba, *deciſ.69. num.8.* dicunt *d.l. fiſtulas, §. fundum,* loqui in re particulari, & *d. l.1. §.fuit quæſitum,* in re vniuerſali, vt reſtitutionis hæreditatis, in quo poteſt ſequi damnum pupillo; tamen, nec in re particulari poteſt tutor ſibi auctorari. Et *in d.§. fundum,* non pupillo auctorauit, ſed ſolùm ait textus, quod dimiſſa poſſeſſione à pupillo, poteſt tutor ingredi poſſeſſionem vacuam; & pupillus potuit eam dimittere iudicis auctoritate, vel facto ſuo.

Sed & adultus ſeu minor poteſt 10
creditori ſoluere: quod pupillo prohibetur, nec ſi ſoluat pupillus, facit creditoris pecuniam, nec tranſit in eius dominium, *l. quòd ſi fortè, §. fin. de ſolution.* Sed nec ipſi pupillo ſolui poteſt ſine tutore, nec mora committitur, nec vſuræ debentur, *l.cùm quidam 17. §.ſi pupillo, de vſuris.* Quod limita, ſi vſuræ debeantur officio iudicis, vt in contractibus bonæ fidei,

dei, *l. mora*, §. *in bonæ fidei*, *de vſuris.* Secus ſi ex conuentione vt in contractibus ſtricti iuris, *l. quamuis*, *Cod. de vſuris*, quia tunc eſt neceſſaria conſignatio, *l. acceptam*, *Cod. de vſuris*, Barboſ. *l. de diuiſione*, *num.* 38. *ſoluto matrimonio*, *l. ſi mora* 10. *prælud.* 2. *n.* 78. *&* 79. Et idem ſi tutor recuſauit recipere ſolutionem, *l. ſi per te*, *Cod. de vſuris.* Et idem in theſaurariis, *l.* 1. *Cod. de ſuſceptioribus*, *lib.* 10. Minori autem ſoluitur de mandato iudicis, *l. ait prætor*, §. *permittitur*, *de minoribus*, niſi fortè appellandum putauerit, quaſi aduerſus iniuriam, vt ait textus ibi, & quod debeat reſiſtere aliàs videatur affectaſſe ſolutionem, tenet Bertazol. *conſ.* 268. *n.* 6. *&* 11. *vol.* 2. Sed ſi tutori vel curatori debitor pupilli vel adulti ſoluat, conſequitur pleniſſimam liberationem, *l. Sancimus* 25. *Cod. de adminiſtr. tut.* vbi de ſolutione redituum & penſionum; & qualiter ſit facienda ſolutio minori, tradit Ioann. Guter. *de tutelis*, 2. *p. cap.* 22.

Nec pupillus (citra Principis indulgentiam, vt diximus præcedenti
11 capite) poteſt teſtari, *l. ſi filius*, *de teſtam.* §. *præterea*, *Inſtit. quibus non eſt permiſſ. fac. teſtam.* Quod adulto ſeu puberi conceditur, licèt curatorem habeat, *l. Aurelio*, §. *Caius de liberat. leg.* *l. cùm pater*, §. *curatoris*, *de leg.* 2. Et liberis tutorem dare. Angel. Aret. §. *furioſus*, *n.* 2. *Inſt. qui teſtam. tutor. dar. poſſ.* Roman. *ſing.* 170. *incipienti*, *adultus*, *per l. ſi plures*, §. *quamuis*, *de adminiſtrat. tutor.* ſequitur Montan. *de tutel. cap.* 8. *n.* 5. modò ſapiat, & perpenſo conſilio vſus ſit, vt ibi.

12 Sed & in vltima voluntate maioratum facere. Molin. *lib.* 2. *de primog. cap.* 9. *n.* 7. in contractu autem abſque curatoris auctoritate non poterit primogenium inſtituere, cùm nequeat abſque tutore contrahere, *l. ſi curatorem habens. Cod. de in integr. reſtit.* Molin. *vbi ſuprà*, *num.* 8. Mier. *de maioratib.* 1. *part. quæſt.* 1. *num.* 113. & in vltima editione, *n.* 393. Sequitur Thom. Sanch. *de matrim. lib.* 6. *diſp.* 38. *n.* 10. quamuis contrarium tenuerit Gregor. *l.* 4. *tit.* 11. *part.* 5. verbo, *alguna pro.*

Sed ſi adultus fuerit dolo indu- 13
ctus, datur hæredibus ab inteſtato venientibus actio de dolo vel in factum contra hæredem ſcriptum, ad intereſſe, *l. Lucius*, §. *Sempronia*, *de leg.* 2. *l. non eſt enim*, *de inoffic teſtament.* vbi Angel. dicit ſe ita obtinuiſſe. Montan. *de tutel. cap.* 37. *reg.* 2. *num.* 71.

Sed & adultus, ſeu minor poterit 14
alios contractus facere qui ſapiant vltimam voluntatem, vt dedicare ſe & ſua monaſterio. Alueric. Iaſ. & alij *in authent. ingreſſi*, *Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* Mont. *dict. cap.* 37. *regul.* 2. *num.* 75.

Non tamen poterit donare cauſa 15
mortis ſine curatore Molin. *lib.* 2. *de primogen. cap.* 9. *num.* 9. Et ratio eſt, quia licèt quoad effectum ſit vltimæ voluntatis, quoad ſolemnitatem ſumit naturam contractus, gloſſa *l.* 2. verbo, *legatum*, *de dote prælegata.* Roderic. Suar. *allegat.* 20. ſequitur Cancer. 2. *part. variar. cap.* 1. *n.* 55. licèt quòd poſſit donare cauſa mortis, teneat Montan. *de tutel. cap.* 33. *n.* 463. *&* 464. *&* *limitet n.* 466. Nec mu- 16
lier ſine licentia mariti poterit, tradit dubiè Gregor. verbo, *donaciones*, *l.* 11. *tit.* 4. *part.* 5. ſed clarius Anton. Gom. 2. *tom. variar. cap.* 14. *n.* 16.

Couarr.

Digitized by Google

Couarr. *rubric. de teſtament. 3. part. num.* 22. licèt in minore & muliere coniugata contrarium tenuerit Fachineus, *libro quinto controuerſiarum, cap.* 60. *&* 61. Gratian. *cap.* 233.
17 *num.* 19. Et ſi minor ſit filiusfamilias, non poterit donare cauſa mortis ſine patris conſenſu; vt nec ſi ſit maior, *l. filius* 7. §. *pari ratione, de donation. etiam cum iuramento ob præiudicium in vſufructu.* Riccius *collectan.* 793.

18 Sed cùm hodie filiusfamilias obligetur ex quocumque contractu præter mutuum, in bonis in quibus pater non habet vſumfructum, poterit contrahere, & in eis fieri executio. Gratian. *deciſ.* 76. *à num.* 17. &
19 in defectum bonorum incarcerari, & ſi quia faciat ceſſionem bonorum, ſit tradendus ad ſeruiendum creditoribus, prius eſt tradendus patri, vt ei ſeruiat, quia habet vſumfructum operum. Anton. Gomezius, 2. *tom. cap.* 15. *num.* 12. *verſicul. nouum tamen.*

20 Non tamen fiet executio in vſufructu patri competenti in bonis aduentitiis filij, ex quo non tenetur pater ſoluere æs alienum filij Roland. *conſ.* 16. *num.* 1. *volum.* 4. Curtius Iunior, *conſ.* 20. *in princip. vol.* 2. Gratian. *dict. deciſ.* 76. *num.* 42. Anton. Gomez. 2. *tom. cap.* 15. *n.* 9. *&* 11. Nec delinquendo poteſt in vſufructu patri præiudicare, *l. ſi filius, Cod. de bonis præſcriptor.* Molin. *de primogen. lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 7. Tellius Fernand. *l.* 5. *Taur. num.* 6. Anton. Gom. 2. *tom. variar. cap.* 15. *n.* 13. *verſic.* ſed his non obſtantibus. Ioan. Guter. *lib.* 3. *practicar. quæſt.* 78. *n.* 2. *& cap. quamuis pactum*, verbo, *nullum ad bona, num.* 17. Valdes ad Suarez, *l. poſt rem, notabil.* 13. *num.* 1. & per totam additionem: non enim poteſt quis delinquendo præiudicare tertio, cui eſt ius quæſitum. Cacher. *deciſ.* 94. *num.* 3. Boër. *deciſ.* 7. *num.* 1. 21

Sic & pro debito perſonali vxoris contracto ante matrimonium, non poteſt fieri executio in bonis dotalibus conſtante matrimonio ob viri præiudicium, qui ex dotis fructibus tenetur ſuſtentare onera matrimonij, *l. Titia*, vbi Baldus, *de iure dotium, & l. ſi donaturus*, §. *final. de conditione cau. data.* tradit Barboſa, *l.* 1. 4. *part. num.* 109. *ſoluto matrimonio*, contrarium tenet Camillus Borrellus, *conſil.* 54. *centuria* 1. Sed diſtinguit, Riccius *collectan.* 1448. Aut debitum contractum ante matrimonium eſt cum hypotheca, & eo caſu tranſit in maritum cum ſua cauſa. Capicius, *deciſione* 128. Aut ſolùm fuit orta ex contractu actio perſonalis: & tunc in ſubſidium agitur contra maritum, vt contra poſſeſſorem bonorum dotalium. Lanfrancus Balbus *deciſ.* 21. in quo conſentit Carrotius *dict. exception.* 144. *num.* 4. vbi addit, quòd etiam fiet executio pro tutela filiorum primi viri, per *l. ſi mater, Cod. in quibus cauſis pignus tacitè contrahatur*, & etiam in bonis viri. Carrotius ibi, & diximus *ſuprà, cap.* 19. *num.* 39. 22 23

24 Et ſi minor filiusfamilias fideiuſſorem dederit eo in caſu, quo non poteſt contrahere ſine conſenſu patris, non tenebitur fideiuſſor, quia tunc filiusfamilias nulla obligatione tenetur, cui accedat fideiuſſoria obligatio. Cancerius 2. *part. variarum, cap.* 1. *num. quinquageſimo.*

Nam vt ibi inquit, quoties ſtatutum diſponit, ne quis poſſit ſe obligare ſine certa ſolemnitate, ſi non adhi-
25 beatur ea ſolemnitas, contrahens nec ciuiliter, nec naturaliter obligatur. Vt in minore contrahente ſine ſolemnitate tradit Roman. *conſ.* 12. *n.* 4. *per l. Sancimus, Cod. de donat. in princ.* ibi: *Pro non ſcripto, vel non intellecto eſſe credatur*, ſequitur Franc. Betius *conſ.* 12. *num.* 19. vbi poſt Bart. *l.* 1. *col. fin. de condict. indeb.* & alios, quos ibi refert, ait, quòd ex actu qui peccat in forma, non oritur obligatio ciuilis nec naturalis; & ſic quòd eo caſu non teneatur fideiuſſor, tenet Cancer. 2. *p. var. cap.* 1. *num.* 50. & 51. & 52. vbi quòd ſi fideiuſſor iu-
26 rauerit, tenebitur tanquam principalis, licèt is pro quo fideiuſſit, nulla obligatione teneatur. Natt. *conſ.* 262. *n.* 14. Alex. *conſ.* 32. *lib.* 4. Ioſeph. Ludouic. *deciſ.* 27. *n.* 2.

27 Sed cum iuramento poterit minor donare cauſa mortis, cùm ex eo non reſultet alteri præiudicium. Tradit Thom. Sanch. *de matrimonio, lib.* 6. *diſp.* 38. *num.* 1. quamuis contrarium tenuerit Gregor. Lop. *l.* 4. *tit.* verbo, *alguna pro*, *tit.* 11. *part.* 5. per iuramentum enim ſuppletur curatoris auctoritas. Bald. *cap.* 1. §. *item teſtam. num.* 16. *de pac. iuram. firman.* in vſibus feudorum, ſequitur Guillel. Benedict. *cap. Raynuntius*, verbo, *teſtamentum, num.* 35. Plures alios refert
28 Molin. *dict. num.* 9. Quod procedit in aliis nullis contractibus minoris, quia iuramento firmantur. Ioan. Guter. *auth. Sacramenta puberum, n.* 103. & vide eum ex *n.* 9. vſque ad 14. & *n.* 88. Greg. *l.* 6. *tit. fin. part.* 6. verbo, *mayor de* 14. *años*, Anton. Gom. 2. *tom. cap.* 15. *de reſtit. minor. n.* 18. Honded. *conſ.* 42. *n.* 13. Guid. *deciſ.* 35. Theſaur. *deciſ.* 66. Lapus, *allegat.* 24. Marcus Anton. Eugen. *conſ.* 3. *n.* 13. Scipio Robitus *pragm. Neapolitan.* 1. *de minoribus, num.* 32. Morla *in emporio* 1. *part. tit.* 5. *q.* 1. *num.* 29. Cancer. 1. *part. variar. cap.* 7. *de tutor. n.* 15. Fachin. *lib.* 3. *controuerſ. q.* 11. 29
Et licèt donatio facta à minore ſit nulla, *l. fin.* §. *cùm autem, Cod. ſi maior fact. alien.* etiam cum curatore & iudicis decreto. Hondedeus plures referens *conſ.* 42. *n.* 1. & 2. *vol.* 1. tamen iurata valet ibi, *n.* 18. Sed & ſi- 30
ne iuramento minorem poſſe donare bona mobilia, & fructus qui ſeruando ſeruari non poſſunt, defendit Barboſ. *l. ſi ante* 6. *num.* 13. *verſ. quinimò etiam, ſi minor curatorem habeat, ſoluto matrimonio*, licèt, ſi læſus fuerit, reſtitui debeat, *l.* 2. *Cod. ſi aduerſ. donat.*

Nec obſtat quòd curator non po- 31
teſt donare fructus, *l. non omni* 16. *Cod. de adm. tut. l. tutor ad vtilitatem* 23. *de adminiſt. tut.* tradit Nouel. *de dote* 11. *p. num.* 21. *verſic. ſi autem talis.* Nam id ea ratione procedit, quia donare non pertinet ad ius adminiſtrandi, *l. fin. de curator. furioſ.* & *qui donat, non adminiſtrat, ſed diſſipat*, *l.* 1. *in fin. principij, de tut. & ration. diſtrah.* & ita ſi minori detur curator ad effectum, vt poſſit facere donationem, datio erit nulla, quia repugnat ſubſtantiæ curationis. Barb. *l. ſi ante, n.* 13. *ſolut. matrim.* nam, vt inquit Roder. Suar. *alleg.* 20. *n.* 7. non eſt iuſta cauſa dandi curatorem ad donandum; cùm donare, ſit perdere, *l. contra iuris, ff. de pactis*, & ſic ſuccedit regula iuris, quòd in his ad quæ curatoris auctoritas non extenditur, idem eſt habere curatorem, vel non

habere,

32 habere; atque ita geſta à minore, ſunt accipienda, ac ſi non haberet curatorem, ita gloſſa, verbo, *neceſſaria, l. 1. §. fuit quæſitum, ad Trebell. verſic. ſed adultus*, vbi dùm *d. l. 1. §. fuit quæſitum*, loquitur de reſtitutione hæreditatis, ait gloſſa ibi: *Sed adultus quantum ad hanc rem non videtur habere curatorem, cùm eius officium & auctoritas in hanc reſtitutionem ſit inhabilis, vnde quaſi non habeat reſtituit*, quam gloſſa approbat ibi Bart. *n. 4. ad fin.* Rip. *num. 22.* Iaſ. *l. de pupillo, in princ. n. 3. in fin. de noui operis nuntiatione*, quos refert, & ſequitur Barboſ. *d. l. ſi ante, num. 14.* & ita minor ſolus poterit donare. Et licèt Paul. *l. 2. ad fin. Cod. ſi aduerſus donation. tenuerit*, quod ſi in donatione à minore facta accedat auctoritas curatoris, erit nulla; verius eſt, non
33 vitiari per inutilem adiectionem, cùm ſolus donare potuerat, *l. vnic. in princip. Cod. de rei vxor. action.* Barboſ. *l. ſi ante, num. 17. in fin. ſolut. matrim.* vbi *n. 18.* quòd pupillus nequit donare, etiamſi tutorem non habeat, &
34 ibi Barboſ. *d. n. 17.* tenet quod adultus poteſt bona mobilia donare propter nuptias congruenter, ſed in im-
35 mobilibus requiritur decretum. Azeued. *l. 2. num. 12. tit. 2. lib. 5. recopil.* Aluar. Valaſc. *conſult. 2. num. 6.* ſicut etiam requiritur in alienatione rerum mobilium pro dote, Bartol. *l. ſi conſtante num. 76. ſolut. matrim.* Salicet. *l. prædia in fin. Cod. de præd. minor.* ſequitur Barboſ. *l. ſi ante n. 22. in fin. ſolut. matrim.* quia dos, & donatio propter nuptias æquiparantur,
36 *auth. æqualitas, Cod. de pactis conuent.* Anton. Gomez. *l. 50. Taur. num. 10.* vbi ponit duodecim conuenientias, licèt in aliquibus differant, vt ibi *n. 11*, & ſic licèt hypotheca tacita, quæ competit pro dote, detur pro dona- 37
tione propter nuptias, non tamen datur priuilegium, vt præferatur anterioribus, *l. aſſiduis, Cod. qui potiores in pig.* ibi: *Hæc autem tantum ad dotem ſancimus, non ad ante nuptias donationem, quam ſuo tempori ſeruire diſponimus, & habere inter creditores ſui temporis ordinem*, quare Arrhæ, quæ in locum donationis propter nuptias ſuccedunt, non habent id priuilegium, tradit Aluar. Valaſc. *conſult. 16. num. fin.* niſi vxor petat bona data pro arrhis pro ſecuritate ſuæ dotis Anton. Gomez. *d. l. 50. Taur. num. 11.*

Et quamuis inter Doctores noſtri Regni ſit diſſentio, an arrhæ quæ hodie dantur ſint idem quod donatio propter nuptias aliis partem affirmatiuam tenentibus, per *l. 1. tit. 11. p. 4.* ibi: *Es llamado en Latin, donatio propter nuptias, que quiere tanto dezir como donacion, que dà el varon a la muger, por razon que caſa con ella, que tal donacion como eſta, dizen en Eſpaña propriamente arras*, & per *l. 87. tit. 18. p. 3.* tamen cùm in multis differant, vt inquit Valaſc. *conſult. 2. n. 5.* Azeued. *l. 2. num. 9. tit. 2. lib. 5. recop.* & in quantitate, quia arrhæ non excedunt 10. *part. honor. l. 2. tit. 2. lib. 5. recop.* & ita intelligas Roder. Suar. *tit. de las harras, num. 3.* & ibi Valdeſius ne erren.

Dicendum eſt, vt concilientur Doctores arrhas ſucceſſiſſe loco donationum propter nuptias, quæ iam receſſerunt ab vſu, vt dicit Greg. *dict. l. 1. tit. 11. part. 4.* non tamen quod ſint eiuſdem naturæ, ita Valaſc. *conſul. 2. num. fin.*

Pupillus autem non poteſt dona- 38
re

Digitized by Google

re propter nuptias, nec arrhas dare, cùm nequeat contrahere matrimonium, niſi acceleretur pubertas, vt
39 diximus *cap.* 20. *à num.* 92. Sed minor poteſt facere donationem remuneratoriam, & ſi bonorum immobilium cum decreto iudicis quidquid dicat Ioan. Garc. *de donat. remun. num.* 35. debebit autem de meritis conſtare ſi opus fuerit aliter quàm per confeſſionem minoris. Barboſ. *l. ſi ante à num.* 21. *ſolut. matrim.* & in ea donatione poteſt interuenire curator, quia pertinet ad ius adminiſtrandi, *l. cum plures*, §. *cum tutor*, *de admin. tutor.* quia non eſt propriè donatio, imò pertinet ad titulum onerosum Ioannes Garcia, *de donation. remunerat. num.* 3. & 5.

40 Sic & ſi minor curatorem non habens cenſum imponat ſuper ſuis rebus; licèt impoſitio ipſo iure valeat; tamen reſcinditur per in integrum reſtitutionem. Auend. *de cenſ. cap.* 81. *num.* 5. *verſ. hi enim puberes.* Sequitur Ludouic. Centius *de cenſibus*, 1. *part. cap.* 2. *quæſt.* 1. *art.* 2. *n.* 7. *in fin.* etiam ſi cum iudicis licentia
41 imponatur cenſus. Auend. *vbi ſuprà*, vbi quod requiritur decretum, licèt vtiliter imponat; contra Felicianum
42 qui *lib.* 2. *de cenſib. cap.* 2. *num* 11. tenuit, non eſſe neceſſarium adire iudicem; quia etiamſi vtiliter alienet immobilia, requiritur iudicis auctoritas, *l. magis puto*, §. *ſi æs alienum*, *l. ſi fundus ſterilis*, *de rebus eorum*; ipſe Auendan. *de cenſ. cap.* 81. *n.* 6.
43 *verſic. reiicitur etiam.* Et poterit imponere cenſum cum iudice ex cauſa vtili, vt pro ære alieno, vel pro extinguendo cenſu maioris reditus. Tradit. Cencius *de cenſib.* 1. *part. cap.* 2. §. 2. *num.* 31. & 34. vel pro dotanda ſorore, vt ibi *num.* 28. quia ob ſolam cauſam vtilitatis ſine ſolemnibus nequit minor cenſum imponere, ibi, *num.* 33. & 41. Impoſitio enim 44
cenſus à pari procedit cum alienatione rei; ſic determinauit Rota Romana, vt teſtatur Cenc. *eo tract.* 1. *p. cap.* 2. *q.* 1. *art.* 3. *num.* 4. & ita ſolemnitas requiritur.

Si tamen poſtquam minor fuerit 45
effectus maior vigintiquinque annorum, per quinquennium ſoluerit cenſum nulliter impoſitum, vel taceat, & non reclamauerit, inducetur ratificatio, ita quòd non poterit poſteà cenſum impugnare, vt *per l.* 1. & 2. *Cod. ſi maior factus*, tradit Cencius *de cenſib.* 1. *part. cap.* 2. *quæſt.* 1. *art.* 2. *num.* 23. contra Rodericum Suar. referens plures Doctores. Et idem in quolibet alio contractu oneroſo, nullo ex defectu ſolemnitatis à 46
iure requiſitæ, quia non ratificatur per quinquennij taciturnitatem, vel decennij in contractibus lucratiuis, *l. fin. Cod. ſi maior factus alienationem ratam habuer.* quia ex tali ſilentio inducitur nouus conſenſus, ex quo actus confirmatur. Ricc. *collect.* 264. Anton. Gom. *l.* 50. *Taur. num.* 14. *verſ. vnum tamen eſt*, Aym. *conſ.* 19. *num.* 4. Montan. plures referens *de tutel. cap.* 33. *n.* 560.

Nec dictæ *l. final. obſtat l. quod ab* 47
initio, *ff. de reg. iur.* vbi pro regula traditur, ab initio nullum, tractu temporis non conualeſcere; quia id procedit ex ſolo tractu temporis, ſecus vbi vltra temporis tractum ceſſat impedimentum, & ſuperuenit cauſa confirmans, gloſſa, verbo, *non poſſe*, *in l. per fundum* 11. *ff. de ſeruitutibus ruſticor.* Bartolus, *l. ſi autem plures*, *de aqua pluuia arcend.* Dec. *dict. l. quod ab*

ab initio, Imol. *cap. cum nos, num.* 13. *verſ. nec obſtat*, de his quæ fiunt à Prælat. Socin. *conſ.* 15. *volum.* 1. Simoncel. *de decretis, num.* 54. & ſic ceſſante minori ætate, quæ eſt cauſa nullitatis, ſi ſuperueniat quinquennalis ſolutio, ſit ratificatio, quæ inducitur, ex multiſque ponit Aymon, *conſ.* 237. *n.* 1. & 2.

48 Et licèt aliqui voluerint non procedere deciſione *d. l. fin.* quando actus ab initio eſſet nullus, vt dicit Gam. *deciſ.* 76. contrarium eſt verius, quia alienatio rei immobilis (de qua loquitur *d. l. fin.*) facta ſine decreto, erat omninò nulla; & ait lex, quòd ratificatur per quinquennij ſilentium, vel decennij in lucratiuis. Canc. 2. *p.*
49 *variar. cap.* 1. *num.* 27. Et non ſolùm ſuppletur decretum iudicis neceſſarium ad alienationem, quod debebat præcedere. Mont. *de tutel. c.* 33. *n.* 34. *per l. minorum, C. de præd. minor.* Sed & cauſa alienandi quæ requirebatur, vt tradit Gam. *deciſ.* 275. Idem tenet Cacher. *deciſ.* 279. *n.* 13. Et procedit, etiam ſi alienatio eſſet facta tutore, vel curatore auctore. Anton. Faber *deciſ.* 2. *illius titul. ſi maior. fact.* Secus tamen erit, ſi in contractu à minore celebrato metus; vel dolus interuenerit, ex Ruin. *conſil.* 170. *num.* 29. *volum.* 1. Pariſ. *conſil.* 109. *à num.* 64. *volum.* 1. & aliis,
50 pulchrè Caput. *deciſ.* 1. 2. *p.* Nunquam enim ratificatio conualidat actum
51 dolo initum, ſine ratificatio ſit expreſſa, ſiue tacita, ex multis tradit
52 Cacheran. *deciſ.* 58. *num.* 32. Vnum tamen aduertas, quòd ad hoc quod ſilentium quinquennale, vel decennale ratificet contractum requiritur, quod ſciat ratificans defectum contractus, & ſe non teneri. Corneus, *conſ.* 207. *per totum, volum.* 3. poſt Bart. Bald. & Salic. ab eo allegatos, ſequitur Cacher. *d. deciſ.* 179. *n.* 13.
Et ratio eſt, quia ignorans actus de- 53
fectum non poteſt ratificare, *l. mater decedens* 19. *de inoffic. teſtam.* ibi: *Cùm & hi qui neſciant ius ſuum eligentes, id quo putant ſibi competere, non amittant, l. Clodius* 96. *de acquir. hæred. l.* 19. *tit.* 6. *p.* 6. Franciſc. Bec. *conſ.* 37. *num.* 22. & *conſ.* 90. *num.* 17. & *conſ.* 101. *num.* 83. & *conſ.* 108. *num.* 3. & *conſ.* 111. *num.* 10. Puteus *deciſ.* 73. *p.* 3. Alex. Raudenſ. *conſ.* 9. *num.* 174. *vol.* 1. Aym. *conſ.* 226. *n.* 7. *in fin.* & *conſ.* 257. *num.* 2. Nauarrus *conſ.* 44. *de regularibus*, Sa *in ſumma*, verbo, *ratificatio.* Tyraq. *de retract. linag. gloſſ.* 10. §. 1. *num.* 21. Non enim conſentit quis rei quam ignorat. Tyraq. poſt *leg. connub. gloſſ.* 8. *num.* 179. Nec ſi dubitaret ſibi competere ius videtur ratificare, *l. maniſeſtiſſimi*, §. *cùm autem neſcius*, & dubitans, *Cod. de furt.* Greg. *d. l.* 19. verbo, *no ſabia, tit.* 6. *part.* 6. Natta, *conſ.* 162. *n.* 31. & 32. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 63. *n.* 23. & 24. ſequitur Montan. *de tutel. cap.* 33. *n.* 571.

Nec ſi minor maior factus vſus fuerit pretij ſolutione ante lapſum quinquennij, cenſetur ratificare. Anton. Faber *deciſ.* 1. *Cod. ſi maior fact. alienat. rat.* ſequitur Ricc. *collect.* 264. *verſ. ſed num minor*, vbi *verſic. item non procedit*, quòd non ſit ratificatio per quinquennium exiſtente actu contrario, ex Caputaquen. *deciſ.* 2. *p.* 2. Quod intellige, modò aliquis actus contrarius ratificationi (veluti proteſtatio) fiat parti, vt emptori, vel donatorio, cum quo minor contraxerit, gloſſa, verbo, *conquaſtus, d. l. fin. C. ſi maior factus alien. rat.* ibi:

Digitized by Google

Narrando quarelam emptori, quia ei debet denuntiari. Gam. *dict. deciſ.* 275. *num.* 3. vbi quod eſt regula generalis, quòd eſt omnis proteſtatio conſeruatoria iuris proprij, ex qua ſequatur præiudicium tertij, debeat illi denuntiari. Bart. *l. non ſolum*, §. *morte*, *num.* 14. *de noui operis*, & eſt textus, *in auth. ſi omnes, Cod. ſi minor ad hæredit. ſe abſtin.* Quòd ſi ille tertius, cui eſt facienda nuntiatio, non appareat, iudici fieri debet, *l. vt perfectius, Cod. de annali except.* Si tamen non audeat pars parti nuntiare; quia perhorreſcat eius potentiam, licèt ſit eius copia, ſufficiet coram iudice vel honeſtis viris facere, per *cap. fin. de appellat.* quia attenditur potentia nocendi ſicut nocendi actus, *l. nouiſſime* 7. *ff. quod falſ. tutor. auctor.* Brun. à Sole *in compendio reſolut.* verbo, *actum dici*, licèt proteſtatio in eo, qui non appellauit, vt cauſet attentatum, debeat intimari iudici & parti. Lancelot. *de attent.* 2. *part. cap.* 12. *ampliation.* 15. *num.* 22. quoniam non eis facta, non eſt quod illis imputetur, niſi iudex ſciret appellationem interpoſitam, vt dicit idem Lancelot. *dict. cap.* 21. *limit.* 3. *n.* 32. ex Milis, verbo, *ſcienti*; qui enim certior eſt, amplius certiorari non oportet. Scias autem, quòd titulus, *C. ſi maior fact. ratum habuerit, qui eſt* 46. *lib.* 2. *Codicis*, loquitur in actibus & contractibus minoris validis, in quibus tamen poteſt reſtitui, & per eam ratificationem ceſſat reſtitutio. Titulus autem, ſi maior factus alienationem factam, ſine decreto ratam habuerit; qui eſt 74. *lib.* 5. *Codicis*, loquitur in contractibus à minore nulliter geſtis ex defectu ſolemnitatis, tradit Menoch. *de recup. rem.* 15. *num.* 107.

& 108. in foro autem Eccleſiaſtico 54
minor factus maior, qui per quinquennium tacuit, reuocat alienationem factam, vt ex Anton. de Butrio, *conſ.* 45. Ruin. *conſ.* 41. *vol.* 1. Anton. Gabr. *de minorib. concl.* 4. *n.* 13. tradit Marc. Ant. Genuenſ. *in pract. q.* 769. vbi *num.* 2. dicit etiam ſeruandum in foro ſæculari, melius *l.* 5. *tit.* 11. *part.* 5.

Adultus curatore carens obliga- 55
tur ex contractu ciuiliter & naturaliter, ſed & poteſt omnia facere quæ poterat curator, & mobilia alienare, *l. ſi curatorem habens, Cod. de in integr. reſtit.* vbi gloſſa, verbo, *feciſti*, ait, quòd habetur tanquam pater familias. Surd. *deciſ.* 278. *num.* 15. Mont. *de tutel. cap.* 33. *num.* 145. & 146. Cancer. 2. *part. variar. cap.* 1. *num.* 245. & tradit Thom. Sanch. *de matr. lib.* 6. *diſp.* 38. *num.* 4. Sed & poteſt pro debito incarcerari, quòd ſecus eſt in pupillo, Roder. Suar. *l.* 2. *tit. de los gouiernos, ad fin.* Baeç. *de inope debitore, cap.* 8. *n.* 15. niſi pro Camerali obligatione ſecundum Gratianum, vt dixi *ſuprà, c.* 21. *num.* 89.

Tamen ſi lædatur; reſtituitur *dict. l. ſi curatorem*, vbi gloſſa, verbo, *conſtitutus*, & Cald. ibi, verbo, *implorare in integrum reſtitutionem, num.* 1. Sed & fructus liberè vendit, vt ex multis tradit Tyraq. *de retract. linag, gloſſ.* 7. §. 1. *num.* 52. & poteſt compromittere ſuper mobilibus quæ reſeruari poſſunt, *l.* 25. *tit.* 4. *p.* 3. non
tamen poterit fructus futuros perpe- 56
tuò ſine decreto alienare. Cent. *de cenſib.* 2. *p. cap.* 2. *art.* 3. *num.* 8. nec mobilia, quæ ſeruando ſeruari poſ-
ſunt, iuxta communem Doctorum 57
traditionem, in *dict. l. ſi curatorem habens*;

Digitized by Google

habens, ſequitur Cancer. *d. n.* 245.

58 Nec rès immobiles pignori ſine decreto ſubiicere vel obligare, *l. ſi pupillo* 7. *§. ſi pupillus*, *l. penult. §.*

59 *quamquam*, *de rebus eorum*; Actio enim & obligatio indicatur mobilis, vel immobilis ſecundùm naturam rei pro qua competit. Anton. Gomez. 2. *tom. cap.* 10. *num.* 4. *verſ. confirmatur, quia ſemper actio*, per textum, *in l. ſi ad reſoluendam*, *Cod. de prædiis minorum*; nam ex obligatione poteſt perueniri ad venditionem pignorum, *l. magis puto*, *§. ſi pupillus*, *de rebus eorum*. Alex. *l. ſiue apud acta*, *num.* 2. *de tranſact.* Dec. *conſ.* 479. *n.* 4. Mon-

60 tan. *de tutel. cap.* 33. *num.* 182. Nec poterit diſtrahere ſine decreto, *dict. l. ſi ad reſoluendam*, *Cod. de præd. minorum*. Cacheran. *deciſ.* 53. *n.* 13. Meneſ. *l. ſiue apud acta*, *num.* 5. *verſ. Sed hæc Baldi deciſio*, *Cod. de tranſact.* vbi ait, Senatuſconſultum prohibens minoribus alienationem & obligationem, quod refertur, *l.* 1. *de rebus eo-*

61 *rum*, ad liberationem quoque pertinere, *l. ſi puella*, *ff. de ſponſalibus*. Eadem namque ſolemnitas quæ requi-

62 ritur in contractu, requiritur in diſtractu, vt per *d. l. ſi ad reſoluendam*, tradit alios referens Tyraq. poſt *leg. connub. gloſſ.* 5. *num.* 11. vbi quòd ſi contractus requirit ſcripturam, ita in diſtractu requiritur; quia eadem requiruntur in reuocatione actus, quæ ad illum conficiendum. Alex. *l. centeſimis*, *§ fin. in fin. de verborum obligation.* Tyraquellus poſt *ll. conig'oſ.* 5. *num.* 12.

Et licèt minor habeat curatorem, ſine eo poteſt aſtringi perſonali obligatione, quæ prouenit ex ſtipulatu, *l. puberes*, *de verbo. obligation.* ſecundùm intellectum Cuiacij, ibi, & ſeclusa interpretatione gloſſæ dicentis, *ſine curatoribus ſuis*, *id eſt*, *non habentes curatores*, quam expoſitionem etiam reprobat Donel. ibi, & pro hoc facit, *l. nec tutoris*, *Cod. de contrah. & commit. ſtipul.* ibi; *Cùm & fœminam minorem vigintiquinque annis abſente curatore ſtipulari poſſe non ambigatur*: nec obſtat *l. ſi curatorem habens*, *Cod. de in integ. reſt.* quia loquitur in diſtractione bonorum, ſic & *l.* 17. *tit.* 16. *p.* 6. ibi: *En que obligue ninguna coſa de ſus bienes, à menos de otorgamiento de ſu guardador*, & hunc intellectum ſequitur Fachin. *lib.* 3. *controuerſ. cap.* 1. & melius, *cap.* 9. & ex obligatione minoris non habentis curatorem, non poſſunt capi bona ſtabilia. Scac. *de commerciis*, *§.* 1. *q.* 7. 3. *p. lim.* 17. *n.* 5. *fol. mihi* 365.

CAPVT XXIII.

Minor emens bona immobilia, an poſſit in eodem contractu illa obligare pro ſolutione pretij; & an poſſit emere immobilia cum pacto de retrouendendo, & eorum retroceſſionem facere, & retrouendere, ſeu redimere cenſum ſine decreto: & an licentia ad obligandum extendatur ad vendendum bona pro ſolutione: & quid in communitate: & an poſſit

poſsit collectam imponere ad ſoluendum, ſine noua facultate.

SVMMARIVM.

1 *Minor non poteſt fundum à ſe emptum pignori ſubiicere.*

2 *In connexis non poteſt quis partem acceptare.*

3 *Pactum pignoris videtur eſſe loco pretij & conditionis contractus.*

4 *Prouiſio legis vltra ius commune, non extenditur vltra illud quod lex exprimit.*

5 *Iudex non debet eſſe clementior lege, nec iudex vel alius officialis poteſt quidquam vltra facere, vel permittere, quam ſit ei à lege conceſſum.*

6 *Iudex ſi in ſententia deficiat in declaratione pœna poteſtas legis in reum exercebitur.*

7 *A pœna legis non datur prouocatio, ſeu appellatio, quia lex non grauat.*

8 *Arbitrio iudicis eſt locus in his quæ non ſunt à iure diſpoſita.*

9 *Agitur de auctoritate*, l. 1. §. fin. de rebus eorum, & de eius iuſtitia.

10 *Imperium Romanorum fuiſſe auctum propter optimas leges ab ipſis factas, & iuſtitiam rectè adminiſtratam inquit Sanctus Thomas.*

11 *Intelligitur*, l. curabit, Cod. de actio. emption. ibi, *minoris ætatis fauor.*

12 *Minor ante traditionem prædij ſibi venditi, cùm ſit alienum, illud nequit obligare, nec poſt traditionem, cum ei ſit quæſitum dominium, & non poſſit rem immobilem pignorare.*

13 *Quilibet in traditione rei ſuæ poteſt apponere conditiones quas voluerit; quæ tenent, ſi fiant iuris ordine ſeruato.*

14 *Contrahens cum minore, non debet eſſe ignarus conditionis eius, & debet ſibi prouidere, interponendo ſolemnitatem iuris.*

15 *In dependentibus à voluntate duorum ſi agitur de obligatione contrahenda, ſi actus non valet, vt fit, nec valet vt valere poteſt.*

16 *Vbi deficit animus obligandi, remota eſt omnis obligatio.*

17 *Contractus ſunt accipiendi ſecundùm iuris diſpoſitionem, & vtile eorum per inutilem adiectionem non vitiatur.*

18 *Contractus cenſus redimibilis non vitiatur propter clauſulas conuenientes contractibus emphyteoticis, vt retractus commiſſi, & aliarum pœnarum. Et exceſſus vſurarum reducitur ad modum iuſtæ exactionis.*

19 *Illicita pacta, quæ non ſunt contra ſubſtantiam contractus, cui apponuntur, non vitiant, ſed vitiantur, & contractus poteſt exequi.*

20 *Minor an poſſit emere cum pacto de retrouendendo: & quando retroceſſio dominij, quæ in venditorem poſteà fit, ſit voluntaria, vel neceſſaria.*

21 *Contrahens ex neceſſitate præbentis obligationis, non dicitur propriè contrahere; & lex fauet ei qui facit actum ex neceſſitate.*

22 *Retroceſsio quæ ex neceſſitate fit, non eget decreto iudicis, & mi-*

nor

nor poteſt retrouendere cenſum ſine decreto.

23 *Redemptio cenſus noua emptio eſt & prioris cenſus reſolutio.*

24 *Licentia data ad obliganda bona minoris, extenditur ad ea vendenda ad debiti ſolutionem; quia conceſſa licentia ad actum, operatur ad executionem actus, & an in tali venditione curatores poſſint dare promiſſa (*vulgò prometidos*) & res vendita, vt ſoluatur creditoribus, remaneat libera ab omni hypotheca.*

25 *Licentia requiſita in contractu promiſſionis, non requiritur in actu ſolutionis.*

26 *Aſſenſus Regis ſemel præſtitus in conceſſione feudi pro dote, vel in obligatione rerum maioratus, non requiritur in obligatione & ſolutione facienda ſoluto matrimonio.*

27 *Extremorum natura eſt, vt ſint connexa.*

28 *Communitas, ſeu ciuitas quæ cenſum impoſuit facultate Regia, ſi non habeat vnde ſoluat, poteſt imponere collectam abſque noua licentia: & iudex poteſt communitatem ad id compellere pro ſolutione.*

29 *Contractus venditionis poteſt fieri in tempus limitatum, & ſecuta traditione, transfertur dominium in emptorem, & ſoluitur laudemium & gabella, & tranſit ad hæredes.*

30 *Vnus hæres vendentis cum pacto de retrouendendo, poteſt vti pacto, & rem redimere: tenetur tamen dare partem cæteris hæredibus volentibus.*

31 *Hæres poteſt cogere cohæredem ad redimendum ſuam partem, vel ad cedendum ſibi ius redimendi.*

32 *Ius pacti de retrouendendo, poteſt cedi in alium.*

33 *Vſusfructus licèt pars dominij ſit cedi non poteſt; quia inſeparabilis eſt à perſona, vt opera officiales.*

34 *Ius recuperandi poſſeſſionem propria auctoritate non poteſt cedi: tamen pactum tranſit in creditorem facta ceſſione bonorum.*

35 *Venditor cum pacto de retrouendendo an poſſit agere remedio legis ſecundæ, Cod. de reſcindenda vendit.* & n. ſeq.

36 *Emptores cum pacto decreto vendendo, valet triginta minus pro centenario: & habita conſideratione pacti, poterit emptor vti remedio legis ſecundæ.*

37 *Emens cum pacto de retrouendendo, non poteſt rem alienare, & & ſi rem hypothecauerit, extinguitur hypotheca redempta re.*

38 *Ex pacto de retrouendendo an oriatur ius reale, vel ſolùm detur actio perſonalis, vt non afficiat tertium ſingularem ſucceſſorem: & quando poſſit agi contra tertium, & an ſemper.*

39 *In pacto de retrouendendo retro transfertur dominium ipſo iure; & eſt verius, contra Bartolum.*

40 *Reſtitutio rei venditæ cum pacto de retrouendendo, an ſit facienda cum augmento alluuionis, & arboribus viuenti rem eiectis, & fructibus pro rata temporis: & integri pertinent ad emptorem dum pretium non reſtituitur: & quæ melioramenta, ſint ſoluenda emptori.*

41 *Pactum de retrouendendo poteſt probari teſtibus, & quando pa-*

ctum de retrouendendo dicatur vſurarum: & ſufficit pactum de non redimendo vſque ad quinquennium, vt præſumatur contractus vſurarius.

42 *Minor non poteſt vendere fundum, etiam ſterilem, & ſubiectum periculo inundationis, & domum ruinæ ſine decreto, etiamſi res ſit talis, quòd ea carere pupillo expediat.*

43 *Res immobiles minorum ſi tractu temporis deteriores fiant, vel ſint bona nimium ſumptuoſa, adito Præſide ſunt vendenda.*

44 *Si inueniantur ſtulti emptores, qui magnam quantitatem offerant pro re immobili minoris, permittetur alienatio.*

45 *Minor meliorem conditionem ſuam facere poteſt abſque decreto & curatoris auctoritate.*

46 *Stultos emptores inuenire ſæpe contingit, qui ad affectionem plus iuſto pretio offerant.*

47 *Intereſt noſtra habere confines fundos, etiam vltra iuſtam æſtimationem.*

48 *Æſtimatio rei fit, vt res valet vnita, non diuiſa.*

49 *Inter cohæredes vel ſocios, cùm fit diuiſio, eſt aſſignanda res cuique prope fundum quem habeat.*

50 *Plus pretij ſolet offerri pro domo, vel fundo, ad tollendum vicinum rixoſum.*

51 *Quæ ſunt conſideranda ad æſtimationem rei faciendam.*

52 *Pretium rei variatur loco & tempore.*

53 *Pretium rei communiter æſtimatur ex valore fructuum viginti annorum: ſecus in re donata, quia ſolùm quindecim annorum.*

54 *Teſtes de valore rei debent ſcire rei qualitates, & quam rationem debeant dare.*

55 *Teſtes in dubio videntur deponere de communi æſtimatione: & dictum teſtis ſe referens ad ſuam opinionem, refertur ad communem.*

Minor non poteſt fundum, ſeu 1
prædium à ſe emptum, domum, vel aliam rem immobilem, pignori ſubiicere pro ſolutione, reſiduj pretij illius, etiam tempore contractus, *l.* 1. §. *fin. de rebus eorum*, vbi inquit ille textus: *Ex quo quæſitum eſt minori dominium, cœpit non poſſe obligari*, quia prohibitus alienare, non poteſt pignori ſubiicere. Puteus *deciſ.* 7. *lib.* 3. Seraphin. *deciſione* 1242. *num.* 2. Et licèt Cumanus ibi velit intelligere textum quando poſt venditionem celebratam minor pignori ſubiecit, verius eſt, etiam in eodem contractu nequiuiſſe pignorare rem emptam; idque conſtat ex *l.* 2. *eodem titulo, de rebus eorum*, ibi: *Et ab initio obligatio nulla ſit*, & ait, petendam eſſe confirmationem à Principe, vt valeat, niſi cum Fiſco contraxerit.

Et licèt dura videatur ea deciſio, 2
cùm forſan venditor non eſſet aliàs venditurus, *l. cùm eiuſdem* 34. *de ædilitio edicto*, ibi: *Cùm manifeſtiſſimum erit, non niſi omnes quem empturum, vel venditurum fuiſſe*, *l. cùm quæreretur* 17. *de adminiſtr. tutor.* ibi: *Poſſe tutorem eam conditionem adoleſcenti deferre, vt id quod geſſiſſet tutor in contrahendis nominibus, aut in totum agnoſceret, aut à toto recederet*, cùm in connexis non poſſit partem acceptare,

acceptare, *l. cùm hæreditate 55. de acquir.hæred.* ibi: *Vt aut totam agnoſcat, aut à tota recedat*: & conducit, *l.ſi quis aliam 46. de ſolut.* ibi: *Nam non accepiſſet rem integram creditor, niſi pro ſolido eius fieret, l. 4. §. nihil,* verbo, *& ſi, de manumiſſ.* ibi: *Nam & ſi pupillus emat, æquum eſt eum fidem adimplere.*

3 Et facit, quòd pactum pignorationis rei venditæ videtur eſſe loco pretij; *l. fundi partem 79. de contrahend. emption.* ibi: *Nam hoc ipſum pretium fundi videtur, quòd eo pacto venditus fuerat*, grauamina enim, & conditiones pars pretij eſſe ſolent, & minuunt pretium textus *in l.eum qui, §. fin. de in diem addictione, l. 1. §.ſi hæres percepto fundo, verſ. ſed æſtimandum, ff. ad Treb.* Molin. *lib. 1. de primog. cap. 19. n. 43. & lib. 2. c. 4. n. 20.* Pinel. *l. 2. 1. p. cap. 4. n. 1. & 3. part. cap. fin. num. 23.* Couar. *lib. 3. variar. cap. 10. n. 1.* Cacher. *deciſ. 113.* Tyraq. *de retract. conuent. in præfat. n. 20. & de retract. linag. gloſſ. 14. §. 1. n. 15. & l. ſi vnquam,* verbo, *donatione largitus, n. 10.* Valaſc. *conſult. 43. num. 9.* Quare Pinel. *l. 1. 3. p. à num. 52. de bon. matern.* ait, *dict. l. 1. §. fin. de rebus eorum,* rigorem continere, & ſic non eſſe extendendam vltra caſum in quo

4 loquitur. Pro quo facit, quòd prouiſio legis vltra ius commune non extenditur vltra illud quod lex exprimit; *l. ſi vero 65. §. de viro. ſolut. matrim.* & facit *l. quod verò contra, de le-*

5 *gib.* Sed in ſuo caſu Pinellus amplectitur eam deciſionem, quam Tyraq. retorquet, intelligendo per contrarium, poſt *leg. connub. gloſſ. 8. n. 191.* & laborant in eius intellectu Sarmient. *lib. 3. ſelect. cap. 8. à num. 3.* Phanus *de pignor. 4. part. princip. num. 35.* Curtius Iunior, *conſ. 146. & 147.* Mench. *lib. 10. de ſucceſſ. creat. §. 10. num. 72.* & tandem Matienz. *l. 10. gloſſa 1. num. 17. tit. 5. lib. 5. recopilation.* duram & rigidam appellat dictam deciſionem: & miror, dum ait, quòd ſi caſus illi obueniret iudicandus, libenter diſcederet ab ea deciſione, & contrarium iudicaret; motus ex eo, quòd in regnis Hiſpaniæ non ſeruantur leges Imperatorum & Iuriſconſultorum, licèt poſſint allegari ad deciſionem cauſarum, vt dicta ſapientium virorum; quatenùs morali, & æqua ratione mouentur, vt ex *l. 1. Taur. hodie l. 3. tit. 1. lib. 2. recopilat.* quod & ipſe Matienç. Latiùs tradit *in dialog. Relatorum 3. part. cap. 34. à num. 2.* & quòd cùm non ſit lex, & ſic non liget, ceſſat illud axioma, *l. proſpexit, ff. qui & à quibus,* ibi: *Perquàm durum eſt, ſed ita lex ſcripta eſt*, de quo Barnabas Cornacan. *deciſ. 171. num. 5.* Si enim lex eſſet, ſecundum eam eſſet, iudicandum, *cap. iudicet 3. quæſt. 7.* ibi: *Bonus iudex nihil ex arbitrio ſuo facit, & domeſtiſtica propoſito voluntatis; ſed iuxta leges, & iura pronuntiat; ſtatutis iuris obtemperat; non indulget propriæ voluntati*, de quo dixi *libro primo, de anniuerſar. capite decimo, à numero quinquageſimo ſexto.* Vnde dicitur, quòd iudex non debet eſſe clementior, *leg. authent. de iudicibus, §. oportet*, Barnab. Cornacan. *deciſion. 51. num. 6.* Tyraquell. *de pœnis tempor. in præfation. num. 10.* Nec iudex, ſeu officialis publicus poteſt plus vel vltra facere, ſeu promittere, quàm eſt ei à lege conceſſum, *l. 3. §. plane, ff. quod vi, aut clam; l. 3. §. 1. in fin. ad Turpilian.* ibi: *Facti quidem*

quæſtio in arbitrio iudicantis eſt: pœna verò perſecutio non eius voluntati mandatur, ſed legis auctoritati reſeruatur,
6 textus, *in l. ordine 15. in princip. ff. ad municip.* Et ſi deficiat in ſententia iudex in declaratione pœnæ poteſtas legis in reum exercebitur, *d. l. 1. ad Turpilian.* & ſic quando certa pœna, vel quid aliud eſt determinatum à iure, non eſt locus arbitrio, gloſſa, verbo, *arbitrium, cap. ſuper his, de accuſationib.* Didac. Perez, *l. 1. tit. 3. lib. 3. ordinum. pag. 522.* Nec à pœna legis datur prouocatio, ſeu appellatio, *l. ſi qua pœna, de verbor. ſignif.* quia eſſet
7 appellare à lege, quæ non grauat,
8 *cap. conſuluit 14. de appellationib.* Vbi autem non eſt quid à iure determinatum iudicis arbitrio locus eſt, *l. fin. Cod. de iure deliber. cap. de cauſis, de offic. delegat.* Iaſ. *l. 4. §. condemnatum, num. 31. de re iudic.* Nam quod legi deeſt, ſuppletur religione iudicantis, *l. quæſitum 13. de teſtib.* ſed poſito pro vero, quod dicta *l. 1. §. fin. de re-*
9 *bus eorum,* non ſit lex noſtri regni, ſi oſtendamur; quod monet æquitate & iuris ratione, abſurdum eſſet contra eam iudicare. Et omiſſa auctoritate Iuriſconſulti Vlpiani, qui ita cenſuit, quem ob eius eximiam doctrinam parentem vocat Imperator. *l. 4. Cod. de locato, & amicum, l. cum ſecundùm reſponſum, Cod. de contrahend. & commit. ſtipul.* qui & fuit Chriſtianus ſecundum Rofredum *in praxi iuris Pontificij 4. p. in princ.* & quòd fuit ea lex compilata à pluribus antiquis viris in corpore iuris ciuilis, quorum dicta ſaltim habent vim, ſi non ſint legibus noſtris contraria, ſaltem vt ſequendo communem ſapientium opinionem, qua eſt iudicandum; ad tradita per Anton. Gom. *l. 1. Taur. n. 9. per l. 1. ff. de offic. quæſtoris,* ibi: *Sanè crebrior apud veteres opinio eſt, l. athletas, in princ. de his qui notant infamia,* ibi: *Et generaliter ita omnes opinantur, cap. nouimus 29. de verbor. ſignif.* ibi: *Et quorundam ſit opinio à pluribus approbata.*

Et vltra quod, vt dicit S. Thom. 10
tract. de regimine Princ. lib. 3. cap. 5. imperium Romanorum eſſe auctum propter optimas leges ab ipſis factas, & iuſtitiam rectè adminiſtratam.

Et pro Iuriſconſulti defenſione in 11
primis pondero, quod plura contra iuris regulas ſtatuta ſunt fauore minorum, vt dicit Rebuf. *de in integr. reſtit. gloſſ. 3. n. 1. per l. curabit, Cod. de actionibus empti.* ibi: *Minoris ætatis fauor*, & ita voluit Iureconſult. fauere minoribus in deciſione illius reſponſi, & eorum imbecillitati, extendendo ad eum caſum deciſiones prohibentes minoribus pignori ſubiicere res immobiles.

Nec ſine iuris ratione, nam Iure- 12
conſultus ſubtiliter conſiderauit, quòd ante quæſitum minori dominium prædij, quòd per traditionem quæritur, *l. traditionibus, Cod. de pactis,* illud obligare non poteſt; cùm rei alienæ obligatio, ſeu ſpecialis hypotheca non conſiſtat, *l. & quæ nondum, §. quod dicitur, de pignoribus, l. ante omnia, de probat.* nec ante traditionem (cùm dominium ſit penes venditorem) potuit ſibi obligari res ſua, *l. nec pignus, de regul. iur.* Et vt pignus poſſit conſiſtere, debet traditio præcedere Faber. *§. interdum, num. 1. in fin. Inſtit. de rerum diuiſione,* quare neceſſariò dicendum eſt, quòd in caſu *l. 2. §. fin. de rebus eorum,* fuit dominium translatum ante obligationem, vt tradit ex aliis Barboſ. *l. ſi conſtante,*

conſtante, in princip. num. 121. *ſolut. matrim.* Et poſt dominium traditione quæſitum (vt ait Iure conſ.) *cœpit non poſſe obligari.*

13 Nec obſtat, ſi replices, quòd quilibet in traditione rei ſuæ poteſt apponere conditiones quas voluerit; quæ ſunt ſeruandæ, *l. in traditionibus, de pactis. In traditionibus rerum* (inquit Iureconſ.) *quodcumque pactum ſit, id valere manifeſtum eſt, l. ſi ſeruus ea lege, de ſeruis exportan. l. ob as, de pactis dotalib. l.* 1. *de ſolutionib.* Ancharran. *conſ.* 197. *num.* 6. vbi quòd talis conditio eſt ſeruanda ab Eccleſia, *cap. Eleutherius* 18. *q.* 2. *cap. verum, de condition. appoſitis*, & dixi, *lib.* 2. *de capellan. cap.* 1. *num.* 12. Id enim procedit iuris ordine ſeruato, *l.* 1. *tit.* 28. *part.* 3. *verſ. Señorio es poder que home ha en ſu coſa de fazer della, è en ella lo que quiſiere, ſegun Dios, y ſegun fuero*, & ita intelligenda eſt regula, *l.* 1. *§. ſi conuenerit, ff. depoſiti*, quòd ex conuentione partium contractus legem accipiunt, quam regulam exornat Surd. *conſ.* 54. *num.* 12. *& conſ.* 142. *n.* 4. eſt enim intelligenda, quando lex, ſeu conditio poſita in contractu, lege non improbatur, *argum. l. nemo poteſt de legat.* 1. *& l. ius publicum, ff. de pactis*, & vtile contractus pupilli, ſeu minoris per inutile non vitiatur. Gratian. *diſcept. cap.* 644. *n.* 31.

14 Et cùm contrahens cum minore, debeat eſſe non ignarus conditionis eius, *l. qui cum alio, de reg. iur.* potuit ſibi prouidere, vel adhibendo ſolemnitatem decreti Præſidis à iure requiſitam pro obligatione rerum immobilium minoris, *l.* 1. *de rebus eorum*, cum aliis; quod ſi non fecerit, ſibi imputet, cùm ſua ſit culpa, in qua cenſetur eſſe, qui non vtitur remediis opportunis ad actum. Roland. *conſ.* 52. *num.* 51. *volum.* 4. Giurb. *deciſ.* 4. *à n.* 5. & facit *l. vtique* 16. *§. culpa, de rei vend.*

Nec obſtat, quòd venditor *in caſu l.* 1. *§. fin. de reb. eorum*, aliàs non eſſet venditurus, niſi cum pacto pignoris rei venditæ, *l. quæro* 40. *de action. empti*, ibi: *Ne alioquin emptor capiatur, qui fortaſſe ſi hoc cognouiſſet, vel empturus non eſſet, vel minoris empturus eſſet*, quia reſpondetur, quòd ſi eius intentionis erat, non vendere, niſi prædium maneret pignori ſuppoſitum poterat, & debuit id exprimere; & eo caſu nulla eſt venditio ex defectu voluntatis vendentis; quia actus agentium non debet operari vltra eorum intentionem, *l. non omnis numeratio, ſi certum petatur.* Aymon, *conſ.* 304. *num.* 7. Nam in his quæ dependent à voluntate duorum, vbi agitur de obligatione contrahenda, ſi actus non valet vt ſit, non valet vt valere poterat, ex Bart. *communiter recepto*, tradit Couarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 16. *num.* 5. *verſ. deinde*, 15

quia vbi deficit animus obligandi, remota eſt omnis obligatio, *l. non ſolùm, de actionib. & obligationib.* Dec. *l. impoſſibilium, n.* 2. *de reg. iur.* quia vnicuique eſt libera poteſtas habendi, vel non habendi contract. *l. ſicut, Cod. de action. & obligat.* 16

Sed cùm non declarauerit venditor ipſe, qui apertiorem legem ſcribere potuit, ei debet nocere, *l. veteribus, ff. de pactis*, & quando emptor potuit declarare, quem ex ſeruis emere volebat, fit interpretatio contra eum, *l. ſi emptione* 34. *ff. de contrahend. empt.* & quia contractus ſunt ſumendi, & accipiendi ſecun- 17

dum iuris diſpoſitionem, & vtile eorum per inutilem adiectionem non debet vitiari, *l. vnic. in princ. Cod. de rei vxoriæ actione*, ibi: *Si enim cùm vna in inſtrumento ſtipulatio valida inueniatur, aliis etiam inutilibus ſuam noſcitur præſtare fortitudinem*, quem textum ad hanc regulam expendit. Barboſ. *l. ſi ante 6. num. 17. verſ. quod verum non exiſtimo, ſoluto matrimonio.*

18 Et ſic videmus quotidie in contractibus cenſus redimibilis apponi clauſulas conuenientes contractibus emphyteuticis, nempe retractus commiſſi, & aliarum pœnarum; quibus pro non appoſitis habitis, contractus tenent Theſaur. Forenſ. *q. 69. num. 4. & 6.* Ioann. Guterreus. *lib. 2. pract. quæſt. 176. per totam*, Auendañ. *de cenſib. cap. 28. num. 7.* & facit quod tradit Bald. *l. 2. Cod. de iure emphyt.* quod illicita pacta, præſertim quæ non ſint contra ſubſtantiam contractus, cui apponuntur, non vitiant contractum, ſed vitiantur, ſequitur Nicolaus Euerardus *conſ. 150. colum. 3. in princip. verſ. ſic tenent*; Bald. ſic contractum, in quo adeſt ſtipulatio maiorum vſurarum redigit Prætor admodum iuſtæ exactionis, *l. cùm quidam 17. de vſuris, l. 4. tit 16. lib. 5. recopilat.* ibi: *Sean reducidos, y reducimos al dicho precio.* In vitaliciis autem cenſibus ſecus, quia nulli ſunt *l. 8. tit. 15. lib. 5. recop.*

19 (margin number beside line "cit quod tradit Bald.")

20 Sed & quod talis contractus, demptis pactis illicitis, habeat executionem paratam, tenet Gratian. *cap. 14. num. 9.* Sed an poſſit minor bona immobilia emere cum pacto retrouendendi? Et poſſe, tenet poſt longam diſputationem, dicens veriorem, & æquiorem ſententiam; Pincl. *l. 1. 3. part. num. 93. verſ. iam igitur, de de bon. mat.* quia ea retroceſſio dominij, quæ in venditorem fit, non nouam, & voluntariam cauſam habet, ſed veterem & neceſſariam, *argum. l. ſi tibi pecuniam 20. ſi certum petat.* ibi: *Ex ſoluendi cauſa magis daretur, quam in alterius obligandi, l. voluntate, in fin. quibus modis pignus vel. hypoth. ſoluitur*, ibi: *In priſtinam cauſam res rediit, ſoluta venditione*, & ita ex hoc reuendendi, pacto oblato pretio realiter, retro transfertur dominium ſine traditione, & poteſt agi rei vendicatione contra quemlibet rei poſſeſſorem. Mantic. *de contractib. lib. 4. tit. 32. num. 44. cum ſequentibus*, ſequitur alios referens Giurba, *deciſ. 93. num. 1:* & dicit Aretin. *l. ſi quis ita, §. ea lege, de verbor.* quod contrahens ex neceſſitate præcedentis obligationis, non dicitur propriè contrahere, ſed magis fidem abſoluere, & obligationem implere. Tyraquell. poſt *leg. connub. gloſſ. 8. num. 186.* Giurb. *deciſ. 69. num. 6.* vbi, quòd cùm retroceſſio neceſſaria ſit, non eſt opus decreto iudicis: & plures ad id refert tamen Giurba loquitur in pacto de retrouendendo inito à patre minoris, vel alio qui eum inſtituit hæredem, tunc enim ex neceſſitate, & ſtante defuncti voluntate, non requiretur decretum, *l. 1. Cod. quando decreto opus non eſt*, & lex fauet ei qui facit actum ex neceſſitate, *l. ſi fideiuſſor. §. 1. qui ſatiſdare cogantur.* Cacheran. *deciſ. 61. num. 7.* minor in contractu emptionis nequit conſentire pacto de retrouendendo, & dicit probabiliorem, & communiorem ſententiam Fachin. *lib. 2. controuerſiarum, cap. 3. verſ. ſed longè probabilior.*

bilior, & commmunior, per l. ſi ad reſoluendam, Cod. de præd. minor. & *d.l.* 1. *§.fin de rebus eorum.*

23 Tamen cenſum retrouendere poteſt minor ſine decreto Gaſpar. Roder. *de annuis reditibus*, *lib.*2. *q.* 15. *num.* 80. Folerius *de cenſib. verb, inſtrumentum gratiæ*, *num.* 33. quos & alios refert & ſequitur Cencius *de cenſib.* 2. *part. cap.* 2. *art.* 3. *num.* 1. & 3. *part. cap.* 1. *quæſt.* 3. *art.* 7. nec eſt noua emptio redemptio cenſus, ſed prioris reſolutio, tradit Bartolus, *l. final. §. fin. de publican.* Rodriguez *de annuis reditibus*, *lib.* 2. *quæſt.* 18. *num.* 22. ſequitur Cenc. *de cenſibus*, 3. *part.cap.* 1. *art.* 1. *num.* 5. quidquid dixerit Felician. *de cenſib. lib.* 4. *cap. vnic. num.* 4. *verſic. illud vero reputo difficile.*

24 Sic licentia data ad obliganda bona minoris, extenditur ad ea vendenda ad debiti ſolutionem, licèt aliàs requiratur expreſſa licentia, *l. ſi pupillorum*, *§. pupillus*, *de rebus eorum* Molin. *lib.*4. *de primogen. cap.* 5. *num.*2. Mier. 4. *part. de maioratibus*, *quæſt.* 3. *à num.* 1. vbi *num.* 10. quòd licentia ad actum, operatur ad exe-
25 cutionem actus. Nec licentia requiſita in contractu promiſſionis, requiritur in actu ſolutionis. Socin. *l.* 1. *§. fuit quæſitum*, *num.* 5. *ad Trebell.* & plura tradit Simoncelus *de decretis* 5. *part.inſpect.*4. *num.*38. & *n.*43. *cum ſequentibus.* Sed an tutores, vel curatores vendentes ob dictam cauſam ſolutionis, vel ob aliam ſibi permiſſam, poſſint dare promiſſa (vulgò *prometidos*) & poſſe, tenet Parlador. 2. *part. cap. fin.* §. 13. dummodò non egrediantur iuſtum, & bona fide faciant. Et ſcias, quòd vendita re ad ſoluendum creditoribus, ſi re vera pretium ſoluatur, remanet libera ab omni hypotheca, & emptor non poteſt amplius moleſtari. Gregor. *l.* 14. *tit.* 13. *part.* 5. *gloſſ. fin.* Vicentius de Franchis, *deciſ.* 134. *num.* 4. Et ratio eſt, quia res hypothecata in tantum, quantum valet remanet obligata, & ſoluto eius pretio, nihil poteſt prætendi: & conducit titulus, *Cod. ne fiſcus rem quam vendiderit euincat lib.* 10. vbi Garc. Tolletan. *in fin.*

Sic aſſenſus Regis ſemel præſti- 26
tus in conceſſione feudi pro dote, non requiritur amplius in reſtitutione facienda ſoluto matrimonio. Capicius *deciſ.* 182. *num.* 12. ſequitur Mierez *de maiorat.* 4. *part. quæſt.* 3. *num.* 11. *in ſecunda editione*; quia ex- 27
tremorum eſt, quòd ſint connexa, *l.* 1. *ff. ſi quis ius dicenti non obtemp. l.* 3. *§. ſi minor. de minor.* Et ſic dicebat Flor. de Mena, *lib.*2. *variarum*, *quæſt.*21. *num.* 22. quod ciuitas vel communitas, quæ cenſum impoſuit virtute Regiæ facultatis, ſi non habeat vn- 28
de ſoluat, poteſt imponere collectam abſque noua licentia; nam, vt ipſe inquit *num.* 23. iniquum eſſet, debentes dictos reditus, quot annis accedere ad Regiam curiam pro petenda licentia collectandi; in quo plus forſan expenderetur, contra regulam, *leg. mediterraneæ*, *Codic. de annonis*, & *tribut. libro decimo.*

Imò niſi ipſi faciant, compelluntur pro ſolutione indicere collectam, gloſſa, verbo, *Proconſul*, *verſ. ſed quid ſi nihil habet commune*, *l.* 1. *ff. quod cuiuſque vniuerſit. nomine.* Bartol. *l.*4. *§. actor*, *de re iudicat.* Ioann. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 22. *num.* 1. Franciſc. Marc. *deciſ.* 805. *num.* 1. &

conducit

Digitized by Google

conducit *l.* 20. *tit. fin. part.* 3. ibi: *E ſi non cumplieron, è non fueſſe alguna coſa comunal, entonce deuen los moradores de aquel lugar pechar comunalmente.*

29 Contractus enim venditionis poteſt fieri in tempus limitatum. Bald. *cap.* 1. *de feudo dato in vicem leg. commiſ. num.* 8. Et per venditionem cum eo pacto ſequuta traditione, transfertur dominium in emptorem. Franciſc. Marc. *deciſ.* 601. & ita ex ea ſoluitur laudemium. Theſaur. *deciſ.* 75. & pari ratione gabella, & alia quæ ex lege vel ſtatuto debentur ex venditione: & id pactum tranſit ad hæredes, etiam extraneos, quamuis eorum non ſit facta mentio, *l. ſi pactum, de probationib.* In terminis tenet Rol. *conſ.* 28. *num.* 2. *volum.* 2. Cornazan.
30 *deciſ.* 19. Et ſi vnus ex hæredibus emptoris ſolus totam rem poſſideat, vel communiter cum aliis, poteſt damnari rem reſtituere. Poſt Socin. *conſil.* 253. *dubit.* 4. tradit Gregor. *l.* 42. *tit.* 5. *part.* 5. verbo, *el comprador, in finalibus verbis.* Et ſi venditor cum eo pacto, relictis pluribus hæredibus decedat, poteſt quilibet illorum vti pacto, & rem redimere; tenebitur tamen dare partem aliis volentibus. Ioſeph. Ludouic. *deciſ.* 112. *num.* 14. Paul. Caſtrenſ. *conſ.* 121. *ante finem, verſ.* 1. quidquid Boër. *deciſ.* 151. te-
31 neat contrarium. Sed hæres poterit cogere cohæredem ad redimendum eius partem, vel ad cedendum ſibi ius redimendi, *l. his conſequenter*, §. *Celſus familiæ herciſcund. l. hæredes mei*, §. *idem iuris eod. tit.* Ioſeph. Ludouic. *dict. deciſ.* 112. *num.* 10. vbi *num.* 11. idem dicit in luitione pignoris. Sed & ius huius pacti de retrouendendo poteſt cedi in alium. Roland. *conſ.* 28. *num.* 14. & 29. *vol.* 2.
Plures refert Ludouic. *deciſ.* 16. *n.* 5. 32
& *deciſ. Lucenſ.* 47. licèt vſusfructus (qui pars Dominij dicitur eſſe, *l.* 4.
de vſufruct. Donel. *lib.* 9. *cap.* 9. *verſ.* 33
tertia dominij pars) cedi nequeat, *l. ſi vſusfructus, de iure dotium, l. vſufructu*, §. 1. *ſolut. matrim.* (quod intellige de iure vſusfructus, non de commoditate fructuum) quia inſeparabilis à perſona, vt operæ officiales, *l. ſi non fortem*, §. *libertus, de condict. indebiti, l. operæ in rerum, de operis libert.* Roland. *conſ.* 28. *num.* 6. & 7. *vol.* 2. & ita nec ius recuperandi poſſeſſionem propria auctoritate, cedi
poteſt, Aym. *conſ.* 191. *num.* 1. Et 34
hoc pactum tranſit in creditorem facta ceſſione bonorum Aymon, *conſil.* 213. *num.* 4.

Et venditor cum hoc pacto nequit 35
agere remedio, *l.* 2. *Cod. de reſcind. vend.* quia ſi obtineatur, datur electio emptori, an velit ſupplere pretium, vel rem reſtituere; & cùm venditor dato pretio poſſit illam conſequi, ſuperfluum eſſet agere. Aliam rationem ponit Ludouic. *deciſ.* 79. *num.* 2. nempe quòd debet fieri æſtimatio cum dicto pacto, quo res valet
minus, triginta pro centenario. Sed 36
nihilominus læſio poteſt eſſe vltra dimidiam, etiam habita conſideratione pacti; & ſic poterit emptor vti eo remedio: & emens cum hoc pa-
cto, non poterit rem alienare. Guid. 37
Pap. *deciſ.* 49. & ſi hypothecæ ſubiecerit, extinguetur redempta re virtute pacti. Franch. *deciſ.* 64. & 192. & 226. & 369.

Et licèt hoc videatur difficile, quia 38
ex pacto de retrouendendo ſolùm naſcitur actio perſonalis, quæ non impedit rei alienationem, nec pigno-

rationem

rationem ex quo non afficit rem, vt poſt Alex. *conſ.* 10. *num.* 8. *volum.* 1. Ripam *l. filiusfamilias*, §. *diui*, *n.* 85. *de legat.* 1. & alios tradit Siluan. *conſil.* 70. *n.* 1. vbi quod ex eo pacto non poteſt venditor agere contra tertium rei emptorem: & hoc colligitur ex *l.* 2. *Cod. de pact. inter emptor.* vbi ſolùm datur actio præſcriptis verbis, vel ex vendito, quæ perſonalis eſt. Hoc etiam videtur innuere, *l.* 42. *tit.* 5. *p.* 5. *in fin.* ibi: *El comprador tenudo es de tornar la coſa en todas guiſas, ſi es en ſu poder: è ſi en ſu poder non es, deue pechar a el vendedor todos los daños, è los menoſcabos que le vinieren, porque no tornò aquella coſa que aſſi auia vendido.* Iaſ. *l. ab emptione*, *num.* 8. *de pactis*, quem ſequitur ibi Iacob. Menoch. eius Additionator *litera D.* vbi intelligit *l. ſi cùm venderet, de pignorat. action.* quòd ibi non fuit venditio rei, ſed ius pignoris, quod venditor in ea habebat, prout etiam ſic intelligit Gregor. *l.* 42. *tit.* 5. *part.* 5. verb. *el comprador*, verſ. *quia ſi cum venderet*, tenens, ex pacto de retrouendendo, nec realem, nec perſonalem actionem competere venditori contra ſingularem ſucceſſorem: tamen inquit, quòd dictum Pauli, *l. ſi cum venderet. de pignorat. action.* tenentis, poſſe agi contra ſingularem ſucceſſorem, maxima æquitate fulciri, licèt non poſſit deſtricto iure defendi, dicit tamen, quòd ſi pactum conciperetur verbis directis, vt quòd ſoluto pretio rei ſit inempta, non vt eam reſtituat, de quo *in dict. l.* 2. *Cod. de pact. inter emptorem*, quod eſt obliquum; eo caſu habebit locum actio contra tertium, vt contingit in pacto legis commiſſoriæ, & additionis in diem. Pro quo facit quod Boër. *deciſ.* 182. tenet, quòd non ſolùm in pacto legis commiſſoriæ, & addictionis in diem, ſed in omnibus ſimilibus reſoluitur contractus. Sed Caldas Pereyr. *l. ſi curatorem habens*, verbo, *ſua facilitate*, *num.* 62. ait, ſpeciale eſſe in pacto legis commiſſoriæ, & addictionis in diem, quòd contractus reſoluatur, & dominium retro transferatur; & eſſe communem ſententiam, quod in eis ſit ſpecialitas, quare dicit id non extendi ad alia pacta, per quæ contractus reſcindantur, licèt ſint celebrati per verba directa, etiam reſolutiua contractus, ex gloſſa *l.* 1. *ff. de donationibus*. Sed tandem in pacto de retro- 39
uendendo poſt Couarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 8. *n.* 2. Menchac. *controuerſ. frequentium*, *cap.* 69. *num.* 8. tenet, retro transferri dominium ipſo iure, & hoc eſſe verius, & receptius contra Bartol. & aliam communem opinionem. Et eam ſententiam dicit magis communem Magon. *deciſ. Lucenſ.* 80. *num.* 2. verſ. *tamen nobis magis placuit.* Viuius *commun. opin. concl.* 579. Ioan. Gutier. *conſ.* 27. *num.* 2. & Tyraquel. *de retract. conuent. poſt* §. 7. *ad finem tituli*, *num.* 125. *in fin.* verſ. *ſed è contrario*: & tandem hanc opinionem pluribus relatis ſequitur Ludouicus Caſanat. *conſ.* 7. *num.* 10. qui plures Doctores hanc ſententiam tenentes refert.

40 Sed an reſtitutio rei venditæ, cum pacto de retrouendendo, ſit facienda à maiore, vel etiam à minore cum augmento fundo facto per alluuionem aliqui tenuerunt, quòd ſit, quia alluuione adiectum dicitur pars fundi. Gozzadin. *l.* 2. *n.* 180. *C. de pact. inter emptorem.* Tyraquel. *de retract. conuent.* §. *fin. q.* 14. *n.* 1. & 4.

Et quia pactum ſuper prædio, extenditur ad alluuionem. Natta, *conſil.* 286. *num.* 5. Sed contrariam ſententiam, quod augmuntum alluuionis pertineat ad emptorem indiſtinctè, tenet Thaſaur. *deciſ.* 14. *num.* 4. verſ. *ego vt ingenuè, per l. cum pro pecunia, Cod. de ſolut.* cuius deciſionem dictæ *l. procedere in pacto de retrouendendo, ne ea lex ſit ſuper indubitabili:* & ita pronuntiatum fuiſſe à Senatu, & quod pertineat ad emptorem augmentum alluuionis, dicit communem ſententiam Fachin. *lib.* 1. *controu. cap.* 6. verſ. *Tertia eſt ſententia.* Et quia emptor cum pacto de retrouendendo efficitur verus dominus: Tyraquel. *de retract. conuent.* §. 2. gloſſa *vnic. num.* 34. & ad dominum pertinet augmentum, *l. id quod, de pericul. & comm. rei vend. & l.* 1. *Cod. eod. tit.* Et quia in contractibus eſt ſeruanda æqualitas, *l. ſi id quod,* §. *vlt. ff. de reſcind. vend.* Aym. *conſ.* 145. *num.* 7. quia ſi fundus diminueretur, non poſſet cogi venditor redimere, & ſecundùm naturam cuiuſque rei eſt, eum ſequi commoda, quem ſequuntur incommoda. Melioramenta autem deducet emptor, ſi non ſint patua, iuxta à nobis tradita *infr. c.* 25. *de vtilitatibus adulti, n.* 61. Et reſtituitur fundus cum arboribus vi ventorum eiectis. Ludouic. *deciſ.* 5. Et eſt facienda reſtitutio cum fructibus pro rata temporis. Ludouic. *deciſ.* 5. *num.* 2. & 5. ita intelligens *l.* 2. *Cod. de pactis inter empt.* ibi: *Habita ratione eorum quæ poſt ablatam ex pacto quantitatem ex eo fundo ad aduerſarium peruenerunt.* Roland. *conſ.* 27. *num.* 7. *volum.* 2. Barboſ. *l. ſi mora, num.* 68. *ſolut. matrimon.* & etiam reſtituuntur penſiones domorum, ſecundum Franch. *deciſione* 79.

Sed antequàm pretium reſtituatur, fructus integraliter ad eum pertinent. Ant. Faber *de erroribus pragmaticorum, decad.* 10. *errore* 2. Et licèt aliàs poſſidens iure retentionis, compenſet fructus cum ſorte. Maſtrillus *deciſ.* 100. *n.* 1. vbi *n.* 2. quod poterit id excuſare poſſeſſor, petendo quod debitor ſoluat, & eo nolente, vendatur res plus offerenti, vel ſibi adiudicetur, etſi debitore ſoluente, nolit emptor poſſidens recipere ſolutionem pretij, debet offerens illud conſignare, vt reſtitutioni fructuum locus ſit. Barboſ. *l. ſi mora, n.* 72. *ad fin. ſolut. matrim.*

Sed & melioramenta debent ſolui emptori, & quouſque ſoluantur retinere rem poteſt: nam faciens impenſas, vt in re ſua, habet retentionem, *l. in hoc iudicium, ff. communi diuidund.* ibi: *Vbi quaſi in rem meam impendo, tantùm retentionem habeo; quia neminem mihi obligare volui.* Et benè petitur retentio, vbi deficit actio, Riccius *collect.* 191. *ad fin.* vbi de pluribus in quibus datur retentio. Capit. *deciſ.* 89. vbi de legato relicto. In minus ſolemni teſtamento. Sed & Dominus reuocabilis deducit expenſas, *l. domos,* 16. *de leg.* 1. ſic licèt ſit maritus dominus dotis reuocabilis, *l. doce ancillam, Cod. de rei vendic.* deducit, *l. diuortio,* §. *fin. in fin. ſolut. matrim.* & feudatarius, *cap.* 1. §. *ſi vaſſallus,* hic finitur lex: & idem de emphyteota, qui repetit impenſas finita emphyteoſi. Valaſc. *iuris emphyt. quæſt.* 25. *n.* 6. licèt contrarium teneat Sarmient. *lib.* 3. *ſelecta. cap.* 5. *à num.* 1. Quia quando quis impendit in re quam ſcit alienam, facit animo obligandi dominum, *d. l. in*

hoc

hoc *indicium*, *ff. communi diuid.* ibi: *At cum puto rem Titij eſſe, quæ ſit Mæuij; aut eſſe mihi communem cum alio, quàm eſt; id ago, vt alium mihi obligem*, quem textum dicit elegantem Barboſ. *l. diuortio*, §. *fin.* 1. *part. n.* 68. *ſolut. matrim.* Ex quo infert ibi, quòd cùm pro his melioramentis petendis competat actio, non ſolùm poterunt deduci iure retentionis; ſed & tradita repeti. Theſaurus filius *deciſ.* 71. Riccius *collect.* 101. *ad fin.* & ita in impenſis in rebus dotalibus factis diſponit, *l. vnic.* §. *taceat, Cod. de rei vxoriæ actione.* Sic, & colonus expulſus quia non ſoluit penſionem, repetit expenſas, *l. colonus* 64. *in princ. ff. locati, l. dominus horreorum*, §. 1. *ff. locati*, Menoch. *de recuperand. remed.* 15. *n.* 551. licèt in emphyteuta non ſoluente contrarium ſit; quia amittit meliorationes, ex quo recepit res ad meliorandum pro paruo pretio, & in conductore Eccleſiæ vltra triennium. Lud. *deciſ. Peruſ.* 34. *l.* 2. *Cod. de iure emphyteot. authentic. qui rem, Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* Si tamen daretur pro magna penſione, eo caſu potiùs cenſetur res conceſſa ad colendum, & non amittet emphyteota meliorationes. Valaſcus *iuris emphyteutici*, *quæſt.* 25. *num.* 30. Barboſ. *dict. l. diuortio*, §. *fin.* 1. *part. num.* 70. & per ea quæ dicimus *infr. cap.* 25. *num.* 61. Et eadem ratione commodatarius deducit expenſas, *l. in rebus*, §. *poſſunt*, *ff. commodati.* Sic etiam in expenſis factis in erudiendo puero, *l.* 1. *Cod. de infantibus expoſitis*, licèt in hoc caſu non detur abraſio, quia eruditio eſt inſeparabilis à perſona, & ſic in ea non cadit retentio. Barboſ. vbi *ſupr. n.* 71. Nec retinens rem ob melioramenta, cùm reſtituerit rem cum fructibus, tenetur reſtituere fructus melioramentorum; nam æquitatis ratio id non permittit. Puteus *deciſ.* 276. *libr.* 3. quia ſunt fructus pecuniæ à ſe expenſæ (quam ſi non expendiſſet in melioramentis, in emptionem redituum, vel aliam rem fructiferam impenderet) ſed & ſuæ induſtriæ, quæ eſſet ſibi damnoſa, *contra l.* 2. *Cod. de alluuionibus*, ibi: *Ne doleant diligentes operam ſuam agri dediſſe culturæ, nec diligentiam ſuam ſibi damnoſam indicantes intelligant, & l. in compenſationem* 8. *de compenſat.* ibi: *Ne diligentior quiſque deterioris conditionis habeatur, l. procuratores*, §. *ſi plures de tributor. actione*, gloſſa, verbo *induſtriam*, *in princip. cap.* cùm M. Ferrarienſis, *de conſtitution.* Nec minor ad id reſtituitur, *l. quòd ſi minor.* §. *non ſemper*, verſic. *Scæuola, de minor. l.* 6. *tit.* 13. *lib.* 9. *recopil.* ibi: *Pero porque la malicia*, & ibi: *Y han pueſto ſu induſtria, y parte de hazienda*, vbi autem competit retentio pro melioramentis, ſi non ſit facta liquidatio, ſufficiet fideiuſſio de ſoluendo facta liquidatione. Maſtril. *deciſ.* 98. niſi in ſententia dictum ſit, quòd reſtituatur ſolutis prius benefactis, ſeu melioramentis. Capic. *dec.* 17. *n.* 7. Maſtril. *d. deciſ.* 98. *num.* 7. & 11.

Quare ſi emptor nolit recipere pretium, venditor debet illud conſignare & deponere, vt reſtitutioni fructuum locus ſit. Barboſ. *l. ſi mora*, *num.* 72. *ad fin. ſolut. matrim. per l. ſi à te, Cod. de pact. inter emptor.* & licèt de eo non conſtet per ſcripturam venditionis, poteſt probari per teſtes pactum de retrouendendo. Maſcard. *de probat. concl.* 1242.

Et omiſſa varietate opinionum 41

ſcias, quòd contractus venditionis, ſeu emptionis cum pacto de retrouendendo, dicitur vſurarius, ſi adſit modicitas pretij, & emptor ſit ſolitus fœnerari. Ita reſoluunt communiter gloſſa, & Doctores *cap. ad noſtram, de emption. & vendit. & cap. illo de pignorib.* & *cap. conqueſtus de vſuris*, & tradit Valaſc. *conſultat.* 70. *n.* 3. vbi dicit magis communem opinionem, & eam tenet poſt Caſſiodorum, *deciſ.* 1. *de vſuris*, Grammatic. *deciſ.* 76. *num.* 26. Tyraquel. *de retract. conuent. in præfatione, num.* 5. Afflict. *deciſ.* 40. Caietan. *in ſumma*, verb. *vſura exterior*, verſ. *octauus caſus*, Gam. *deciſ.* 138. *num.* 1. & alij ab eo relati; & vide eundem Valaſcum *conſult.* 41. vbi quod vt contractus indicetur vſurarius, ſufficiet pactum de non redimendo vſque ad quinquennium, & quod id pactum facit præſumere vſuram.

42 Et licèt minor nequeat vendere fundum, etiam ſterilem, *l. ſi fundus ſterilis, penultima, de reb. eorum*, & etiam ſi fundus ſit ſubiectus periculo inundationis, & domus ruinæ; quia id erit cauſa interponendi decretum à iudice, vt vendatur, vt dicunt Doctores, & Pinel. *l.* 1. 3. *part. n.* 28. *Cod. de bonis maternis*, vbi quod requiritur decretum, etiamſi res ſit talis, quã carere pupillo expediat, *arg.*

43 *l. Ariſto, ff. de iur. deliber. ibi*: *Et res ſint in hæreditate, quæ tractu temporis deteriores fiant, adito prætore poteſt is qui deliberat ſine præiudicio eas iuſtis pretiis vendere, qui poſſit etiam ea quæ nimium ſumptuoſa ſunt, &c.* Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. cent.* 2. *caſu* 171. *n.* 6. Menchac. *de ſucceſſion. creat.* §. 10.

44 *num.* 72. *ampliat.* 14. Tamen ſi inueniretur ſtultus emptor, qui magnam quantitatem pro re immobili minoris offerret, permittitur minori alienatio. Barboſ. *l. maritum, n.* 16. verſ. *vnde licèt fundus ſterilis, ſolut. matrimonio*, quod dicit eſſe de mente, gloſſa verbo *iuuentur*, *d. l. fundus, de rebus eorum*, vbi Paul. *num.* 3. Et poteſt 45 eſſe ratio, quia minor meliorem conditionem ſuam facere poteſt abſque decreto, & curatoris auctoritate, *l. contra iuris, de pactis*, gloſſa *in l.* 2. *de acceptilat.* quam dicit receptam Barboſ. *l. ſi conſtante, num.* 128. *ſolut. matrimonio.*

Inueniri autem tales emptores, qui 46 ob affectionem ad rem plus pretio offerant, ſæpè contingit, *l.* 3. *ad legem Falcid.* Corneus *conſ.* 98. *n.* 12. *volum.* 1. & etiam ad ampliandas domos vel hortos, quæ quive erant in 47 anguſto loco; quia intereſt noſtra habere confines fundos etiam vltra iuſtam æſtimationem, *l. ſi cui fundus.* 56. *de leg.* 2. quia res vnitæ plus valent, *l. Mæuius* 53. §. *fin. famil. hercifcund.* vbi æſtimatio rei fit, vt valet vnita non diuiſa. 48

Et ob id cum fit diuiſio inter cohæredes vel ſocios, eſt aſſignanda 49 portio iuxta fundum quem habet ſocius vel hæres. Capicius *deciſ.* 42. *num.* 1. & 2. Carrot. *deciſion.* 135. *num.* 3. Valaſc. *de partition. cap.* 22. *num.* 19.

Vel quando quis emit ad tollendum vicinum rixoſum. Pinel. *l.* 2. 2. *p. p. cap.* 2. *num.* 37. *Cod. de reſcindenda venditione.* 50

Vnde eſt, quòd in æſtimanda re, 51 ad cognoſcendum verum valorem eſt habendus reſpectus circunſtantiarum, nempe loci, quo ſita eſt, qualitatis & quantitatis fructuum, *l. quiſquis*, ibi: *Rei qualitas, & redituum*

diuum quantitas æſtimetur. Cod. de reſcind. vend. Tradit Cagn. *l.* 2. *n.* 233. *eod. tit.* Valdeſ. ad Suar. *l. quoniam, ampliat.* 3. *num.* 7. *fol. mihi* 35. vbi
52 plures refert.

Et ſic quamuis inſpecta qualitate res ſit magna, vt ſi eſſet turris; ſed reſpectu loci; quia in deſerto, parua quantitas inueniretur pro parua cenſeri debet. Cephal. *conſil.* 598. *num.* 25. *volum.* 4. Faber. §. *fin. n.* 8. *Inſt. de action.* Pinel. *l.* 2. 3. *part. c.* 4. *num.* 28. *Cod. de reſcind. vendit.* ex loco enim & tempore variatur rei pretium: & etiam variatur per regna & prouincias, *l. pretia rerum, in fin ad legem Falcidiam*, ibi: *Nonnullam tamen pretij varietatem loca temporáque afferunt. Nec enim totidem*
53 *Romæ, & Hiſpania oleum æſtimabitur.* Et communiter æſtimatur pretium rei ex valore fructuum viginti annorum. Pinel. *in l.* 2. 3. *p. cap.* 4. *n.* 29. *de reſcind. vend.* ſed in donatione ad valorem rei donatæ, ſolùm ad rationem quindecim, *l. ſi quis argentum*, §. *ſi autem donator, Cod. de donation.* Gratian. *cap.* 55. *num.* 5. & ſic poterit dare fundum æſtimationis quam capiunt fructus quindecim annorum, vbi quòd procedit ſpeciali fauore donantis ob ſuam liberalitatem, & de probatione pretij vide ſemper Alex. Raudenſ. *conſ.* 7. *ex n.* 170. *& n.* 288. *&* 362. *& conſil.* 17. *n.* 138. vbi de valore iuriſdictionis, & ibi *num.* 24. quod probatur dicto vicinorum. Et teſtes deponentes de valore, debent ſcire qualitatem rei, gloſſa *cap. concertationi, de appellationib. lib.* 6. Valaſc. *conſul.* 43. *num.* 4. *& num.* 20. quam rationem debent dare. Raudenſ. *conſ.* 7. *num.* 25. *&* 26. *vol.* 1. & Maſcard. *de probation. concl.* 656. *num.* 43. Et ſi teſtes non concludant de communi æſtimatione. Afflictis 54
deciſ. 58. *n.* 7. Et quod in dubio teſtes videantur deponere de communi æſtimatione, Gam. *deciſ.* 291. *n.* 4. Et peritis plus creditur. Hondedeus, *conſ.* 30. *per totum, authent. de non alienand.* §. *quod autem.* Et teſtis dictum ſe referens ad ſuam opinionem, refertur ad communem. Bart. *l. hi qui, n.* 2. *Cod. de prædiis & omnibus rebus nauicul. lib.* 11. quod nota ad probatio- 55
nem læſionis in reſtitutione à minore petita. Et teſtes de valore bonorum pauperis non valentium tria millia marapetinorum ad caſum Curiæ regulantur, *l. ſecundum præſens marapetinorum pretium*, non de marapetinis antiquis. Couarruu. *numiſmat. cap.* 6. *n.* 5. *verſ. la nouena.*

CAPVT XXIV.

Quod minores compellantur accipere curatorem ad litem, & an talis curator teneatur ſatiſdare, & teneantur acta per eum, qui ſatis non dedit; & an poßit inſtrumenta conficere cum minore, eum obligando. Et à quo iudice detur in cauſis ſpiritualibus, & in eis admittatur coniuncta perſona, & an pater. Et in quibus minores poßint com-

 parere

parere in iudicio abſque curatore, & procuratorem conſtituere, etiam cum clauſula ſubſtituendi, & an ſubſtitutus, qui litem conteſtatus fuit, poßit alium ſubſtituere, & an mortuo principali domino iudicium finiatur cum procuratore, vel ſubſtituto, domino litis non vocatis hæredibus, & quid nullo relicto hærede, & quando ſententia lata mortuo litigante valeat.

SVMMARIVM.

1 *Licèt pupillis inuitis detur tutor, quia perſonis datur, & aliquando curator adultis tamen inuitis non datur.*

2 *Tutor ſi poſt pubertatem adminiſtrat, tenetur actione negotiorum geſtorum.*

3 *Adulti minores compelluntur accipere curatorem ad litem, quia iudicium redditur in inuitum.*

4 *Adultus ſi ſit contumax in accipiendo curatorem, nec eum nominet, eſt dandus ei, aliàs non valebit ſententia, quia nec tanquam maior poteſt condemnari.*

5 *Subtracta vna perſona quæ format proceſſum proceſſus remanet informis. Et adultis ſeu minoribus eſt dandus curator ad litem, etiam in iudiciis ſummariis, & ſummariſſimo.*

6 *Initio litis de habilitate perſonæ inquiri conuenit, nec prius ratio iuris quærenda eſt quàm perſona: & proceſſus cum minore factus, eſt nullus.*

7 *Practica validandi proceſſum cum minore geſtum.*

8 *Qui non poteſt alienare, non poteſt in iudicio comparere; quæ regula non procedit in alio prohibito alienare, qui non ſit minor.*

9 *Actus qui fit ex neceſſitate, non comprehenditur ſub lege prohibente.*

10 *Alienatione prohibita, tenet alienatio ex ſententia, & re iudicata, niſi quis doloſè & voluntariè exerceat actiones animo, vt ex ſententia ſequatur alienatio.*

11 *Si minor ſit in iudicio ſine curatore, acta omnia ſunt nulla in ciuilibus & criminalibus.*

12 *Filiofamilias minori præter patris conſenſum eſt dandus curator ad litem.*

13 *Minor non poteſt iudicio adeſſe, vt alterius procurator, licèt poſſit eſſe procurator ad negotia: & eo caſu non datur reſtitutio, cum attendatur perſona repræſentata.*

14 *Minori eſt prouidendum à iudice de curatore & aduocato.*

15 *Si pater relinquat curatorem in teſtamento, & iudici videatur poteſt illum confirmare, nec eſt neceſſe, quòd minor petat confirmationem.*

16 *Verbum debet, inducit neceſſitatem ex ſubiecta materia, & regulariter honeſtatem, & conſilium.*

17 *Infantis*

17 *Infanti non datur curator, quia petere non poteſt; tamen de conſilio coniunctorum iudex dat, ſi non poteſt reperire tutorem.*

18 *Iudex dat curatorem ad litem litiganti maiori, ſi furere cœperit, lite cœpta, & id ex officio.*

19 *Minor non compellitur accipere vnum curatorem potiùs quàm alterum, ſed ipſe eligit.*

20 *Curator ad litem poteſt autorare ſcripturas minoris, ſi veniant ex ſequela litis, vel ſint antecedentes ad ipſam litem, & eas quæ in tutelis accidere poſſunt.*

21 *Liquidationem poteſt curator ad litem facere eius quod pronuntiatum eſt in iudicio; quia liquidatio cenſetur idem cum primo.*

22 *Declaratio non eſt nouum factum nec quæ fiunt ad executionem actus iam inchoati.*

23 *Curator ad litem, non poteſt recipere ſolutionem condemnationis factæ in fauorem minoris, tamen poteſt petere ad executionem iudicij, quòd pecunia deponatur.*

24 *In contractibus quæ fiunt in executionem iudicij, non requiritur alia ſolemnitas, cum fiant ex cauſa neceſſaria, etiamſi fiant ſuper re immobili.*

25 *Alienatio neceſſaria dicitur, quæ fit pro ſoluendo debito.*

26 *Mulier ex iuſſu teſtatoris, vel alia neceſſaria cauſa præcedente poteſt facere contractum ſine licentia viri.*

27 *Diſpoſitio*, l. per diuerſas, Cod. mandati, *non habet locum, quando ceſſiones fuerint ex cauſa neceſſaria, & non voluntaria.*

28 *Curator ad litem non cogitur inuitus acceptare curam; in quo differt à curatore generali: ſed ſi eligatur vnus de procuratoribus numeri, compellitur: & poteſt quandocumque reuocari, & æquiparatur procuratori, & non datur ei decima.*

29 *Curatores ad litem an teneantur fideiubere: & numeris ſequentibus. Sed bona eorum ſunt obligata num. ſequenti.*

30 *Curator ad litem non adminiſtrat bona, nec facit inuentarium.*

31 *Qui non tenetur reddere rationem, non facit inuentarium.*

32 *Paterfamilias non tenetur facere inuentarium, nec ſatiſdare de reſtituendo, cùm ſit impunita eius adminiſtratio, niſi ſit timor alienationis.*

33 *In Curia Romana à curatore litis ſatiſdatio non deſideratur, licèt ſit ibi ſtatutum de ſatiſdatione à curatore danda, & à iure requiratur, ſi detur ad ſpecies, & de conſuetudine non ſeruari, dicunt aliqui: & bona curatoris ad litem ſunt obligata pro mala geſtione.*

34 *Curator ad litem eſt dandus etiam coniugato.*

35 *Maritus non poteſt dari curator vxori ſuæ ad bona; & quare: poterit tamen dari curator ad litem, niſi cauſa ſit magni præiudicij.*

36 *Curator ad litem ſi non eſt datus taxatiuè ad vnam cauſam tantum ad omnes cenſetur datus.*

37 *Si minori non habenti tutorem ſit facienda ſolutio, & prouidetur de curatore ad recipiendam ſolutionem, non reſtringitur cura ad illam tantummodò ſolutionem, ſed*

Digitized by Google

ſed ſi creuerint poſteà facultates minoris, requiritur noua ſatiſdatio.

38 *Minor ſi habeat plures curatores, vel pupillus tutores ſufficiet cum vno ex his litigare, quia omnes cenſentur inſolidum dati.*

39 *Limita, ſi adminiſtratio ſit diuiſa per teſtatorem vel iudicem, vel ſi teſtator iuſſerit quòd vnus tutor ſine alio nihil faciat.*

40 *Et ſi omnes tutores velint ſuſcipere defenſionem: poterunt facere, modò vno libello faciant, ne per plures aduerſarios litigans diſtringatur.*

41 *Tutores ſi fuerint diſcordes in defenſione, iudex eligat vnum ex eis.*

42 *Si alter ex tutoribus conueniatur nomine pupilli, nequeunt alij defenſionem ſuſcipere, poſſunt tamen liti aſſiſtere, ne colludatur.*

43 *Minor qui non poteſt comparere in iudicio, non poteſt conſtituere procuratorem.*

44 *Aliqui ſunt caſus, quibus minor poteſt iudicio adeſſe abſque curatore; quod pupillo non permittitur, vt in ſpiritualibus, quibus poteſt procuratorem conſtituere.*

45 *Procurator datus in ſpiritualibus debet conſtitui ſpecialiter, & procuratores dati in ſpiritualibus, cenſentur inſolidum conſtituti.*

46 *Minor in ſpiritualibus, maior reputatur*, & num. ſeqq.

47 *Minor poteſt conſtruere & dotare Eccleſiam de bonis ſuis abſque decreto, non obſtante titulo*, ff. de reb. eorum.

48 *Minor reſtituitur aduerſus beneficij renuntiationem, etiam poſtquam eſt alteri collatum; licèt gloſſa* in cap. ex parte, de reſtit. ſpol. & in l. ait prætor, de minor. *contrarium tenuerint, & alij Doctores graues.*

49 *Non quia minor poſſit comparere in iudicio, neganda eſt rei reſtitutio, ſi fuerit læſus, etiam in ſpiritualibus*, & n. 102.

50 *Minor reſtituitur aduerſus lapſum quinquennij aſſignati ad annullandam profeſſionem à ſancto Concil. Trid. ſed non reſtituitur aduerſus renuntiationem bonorum factam pro ingreſſu religionis, ſi in ea manſit.*

51 *Minor reſtituitur aduerſus renuntiationem iuriſpatronatus.*

52 *Minor reſtituitur, qui non reſignauit intra triennium beneficiũ quod habebat in Eccleſia, in qua pater beneficium obtinebat, ad deciſionem Concilij Trid.*

53 *Minor reſtituitur aduerſus locationem redituum beneficij.*

54 *Minor non eget curatore ad comparendum in iudicio, nec patria poteſtas curatur in ſpiritualibus.*

55 *Pater in ſpiritualibus non auditur pro filio ſine mandato, etiam quod velit præſtare cautionem.*

56 *Minori datur curator in cauſis beneficialibus, & coniuncta perſona non admittitur pro minore in iudicio; & quando admittatur pater.*

57 *Minor clericus ſi litigat coram iudice ſæculari, ab eo prouidetur de curatore; quia in tangentibus ordinem proceſſus ligatur, & clerico currit inſtantia iuris ciuilis. Et idem in minori laico litigante coram Eccleſiaſtico: & ibi de caſibus, quibus clerici ligantur*

tur ſtatutis laicorum, remiſſiuè.

58 *Minor in iudicio momentaneæ poſſeſſionis poteſt iudicio adeſſe ſine curatore, & in omni cauſa poſſeſſoria: & pupillum poſſe, dicit Albericus.*

59 *Limita, ſi minor agat: ſecus ſi conueniatur, quia tunc non poterit.*

60 *Minor in cauſa poſſeſſoria, quæ habeat admixtam cauſam proprietatis ſine curatore nequit comparere in iudicio.*

61 *Minor in caſibus in quibus poteſt comparere in iudicio, poteſt conſtituere procuratorem.*

62 *Aliqui tenent, non eſſe reſtituendum minorem in caſibus, quibus poteſt comparere in iudicio; ſed verius eſt contrarium, & eſt communis opinio.*

63 *Minor poteſt agere poſſeſſorio ſummario, & in eo reſtitui ante ſententiam aduerſus omiſſam probationem, & poſt ſententiam.*

64 *Limita, ſi violenter eiecerit aliquem de poſſeſſione, vel ſi clam eam occupauerit; quia in his quando fiunt, præſumitur dolus.*

65 *Minor de dolo conuictus non reſtituitur.*

66 *Minor litigans per procuratorem, reſtituitur, licèt habeat recurſum contra procuratorem.*

67 *Si procurator fuit negligens in non appellando, & non ſit ſoluendo, ſuccurritur domino, etiam maiori, per reſtitutionem aduerſus lapſum.*

68 *Minor litigans per procuratorem iuramento conſtitutum non reſtituitur, ſi iuramentum concipiatur per verba in futurum concepta, vt de non veniendo contra proceſſum, vel ſententiam: ſecus ſi per verba de præſenti,* & num. ſeq. *& limitatur* n. 113.

69 *Minor ſi cum iuramento conficiatur aliquid in iudicio, non valet; quia non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio.*

70 *Litigans cum procuratore minoris, ſi opponat de minori ætate, etiam quòd eius procurator ſit iuramento conſtitutus, non valet iudicium: ſecus ſi non ſit oppoſitum.*

71 *Si mandatum minoris iuratum habeat clauſulam ſubſtituendi, præſtat robur ad validitatem actorum ſubſtituti, & procurator poterit mandatum ſubſtituere antequam eo vtatur, comparendo in iudicio.*

72 *Procurator habens mandatum ſine clauſula ſubſtituendi, ſi litem conteſtatus eſt, poteſt ſubſtituere, & agens populari actione procuratorem dare.*

73 *Subſtitutus procuratoris habentis mandatum cum clauſula ſubſtituendi, ſi litem conteſtatus eſt poteſt alium ſubſtituere.*

74 *Quid ſi procurator non fuit litem conteſtatus, ſed fecit acta poſt litis conteſtationem, an poſſit ſubſtituere.*

75 *Mortuo principali domino proſequitur lis cum procuratore qui litem conteſtatus fuit, & cum eo fertur ſententia non vocato hærede, & quid ſi decedat nullo relicto hærede.*

76 *Sententia mortuo litigante lata eſt nulla: & indice ignorante mortem quando valeat.*

77 *Procurator dominus litis effectus an poſſit reuocari, expreſſe, vel tacite, & quid ſi fuerit conſtitutus cum iuramento.*

78 *Minor conſtituens procuratorem per verba futuri temporis, vt non reſtituatur, debet eſſe certioratus tempore iuramenti de beneficio reſtitutionis quod amittit.*

79 *Minor non certioratus præſumitur ignorare ſibi competere reſtitutionis beneficium.*

80 *Minor ſi luſerit, & iurauerit ſe ſoluturum, vel non repetiturum, ludo amiſſa tenebitur ſoluere, & non reſtituetur; poterit tamen vti remediis maioribus competentibus ad repetitionem amiſſorum.*

81 *Minor ſi luſerit ſine iuramento, ſi curatorem non habeat tenetur ciuiliter & naturaliter: ſed poteſt reſtitui; interim tamen quòd non poterit reſtitutionem lucrans erit ſecurus in conſcientia.*

82 *Minor ludens ſine iuramento, vel pupillus doli capax, ſi non habeat tutorem nec curatorem, cùm obligentur naturaliter, non tenetur lucrans reſtituere in conſcientia interim, quòd non petierit reſtitutionem.*

83 *Declaratur*, l. 2. ff. de iureiur. *dicens, quod iuramentum habet maiorem autoritatem quàm res iudicata.*

84 *Iuramentum habet vim litis conteſtationis, & perpetuitatis actionem, ſi ſit deciſum à debitore creditori delatum, & impedit præſcriptionem; ſecus in iuramento contractus.*

85 *Iuramentum deferre, quid ſit, & quid, referre iuramentum, & quid, remittere iuramentum.*

86 *Iuramenti delatio poteſt reuocari vſque ad ſententiam, & poſt ſententiam, ſi ſit appellatione ſuſpenſa.*

87 *Minor ſine iuramento non conſtituit procuratorem ſecundùm veriorem ſententiam, contra gloſſam* in auth. ſacramenta puberum, Cod. ſi aduerſ. vend.

88 *Defenſor datus minori propter abſentiam, non reſtituitur, quia ſolùm reſtituitur minor in his quæ cum eo geſta ſunt, licèt defenſor habeat actionem negotiorum geſtorum contra minorem, &* num. 78.

89 *Minor ſemper reſtituitur aduerſus defenſorem, qui eius negotia non geſſit vtiliter; & ſic ceſſat minoris præiudicium: ſecus tamen erit in procuratore, & quare.*

90 *Minori læſo ex facto tertij competit reſtitutio, quaſi aliquid cum eo geſtum ſit.*

91 *Minori currit præſcriptio longiſſima, licèt pupillo non currat: & de ratione quare currat minori,* num. ſeqq.

92 *Alienatio rei immobilis minoris non eſt ſimpliciter prohibita, ſed permiſſa cum decreto, & ſic poteſt præſcribi.*

93 *Contra præſcriptionem longiſſimam triginta, vel quadraginta annorum non reſtituitur minor, nec fiſcus.*

94 *Fideiuſſoribus minorum non ſubuenitur; ſecus fideiuſſoribus pupilli.*

95 *Fideiuſſoribus minorum non ſubuenitur, quando contractus reſcinditur iure ſpeciali: ſecus, ſi iure communi.*

96 *Pupillus non poteſt pro debito incarcerari, minor tamen poteſt; licèt plures & graues Doctores contrarium tenuerint: ſed & aliqui tenent, quòd etiam pupillus doli*

doli capax, & num. ſequentib.

97 *Minor poteſt eſſe contumax*, & *propter contumaciam multari: ſed & pupillus doli capax.*

98 *Statutum diſponens, quod contumax habeatur pro confeſſo habet locum in adulto, & poteſt propter contumaciam banniri.*

99 *Impubes doli capax, vt poteſt ob contumaciam multari, ita excommunicari.*

100 *Minor per recognitionem apochæ vel chirographi in iudicio factam poteſt exequi.*

101 *Iuramentum deciſorium habet executionem paratam.*

102 *Iuramentum habet maiorem authoritatem quàm res iudicata, quia non admittitur reſtitutio contra iuramentum, vt contra rem iudicatam, & intellige in iuramento delato à parte parti.*

103 *Puberes poſſe perſonaliter obligari, & ſic exequi.*

104 *Minor ſi ſit filiusfamilias non poterit pro debito incarcerari, ſed diſtingue*, vt ſup. n.

105 *Minor poteſt reſtitui in integrum contra obligationem à ſe factam, ex læſione, & aliis cauſis.*

106 *Minor poteſt excommunicari.*

1 Licèt pupillis inuitis detur tutor, quia perſonis datur, & aliquando curator ſi ſit periculum in mora. And. Gail. *lib.* 2. *obſeruat.* 107. *n.* 8. adulti tamen inuiti non compelluntur accipere curatores, §. *item inuiti. Inſt. de curator.*

2 Et ſic ſi poſt pubertatem adminiſtrent tutores, tenentur actione negotiorum geſtorum, non tutelæ, *l. ſi tutor poſt pubertatem* 13. *ff. de tutel.* & *ratio. diſtrah. l. curatorem, Cod. de negot. geſt. l. quidam, §. ſimili modo, ff. de eo qui pro tutor. negot. geſſit.* Cancer. 1. *p. variar. cap.* 7. *n.* 17.

Sed ſi adulti litem moueant vel eis moueatur, tenentur accipere curatorem, *d.* §. *item inuiti*, & *l.* 13. *tit.* 16. *part.* 6. Et ratio eſt, quia cum iudicium reddatur in inuitum, & minores non habeant legitimam perſonam ſtandi in iudicio, *l.* 2. *Cod. qui legitimam perſonam ſtandi in iud.* habeant, vel non, vt iudicium procedat, ei eſt dandus curator ad litem, *l.* 1. *Cod. de in litem dand. tutor. vel curat.* Et ſi minor ſit contumax in accipiendo curatorem, eſt ei dandus etiam inuito. Anton. Faber. *deciſ.* 33. *de iudiciis*, & iudex dat curatorem ad litem ex officio. Oliuanus *in emptor. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 39. aliàs iudicium erit nullum; quia ſubſtracta vna perſona quæ format proceſſum remanet informis. Balb. *deciſ.* 170. 3 4

Et ita etiam in iudiciis ſummariis eſt ei dandus curator, *deciſ. Genua.* 155. *num.* 1. & *in ſummariſſimo*, Cacheran. *deciſ.* 1. *num.* 35. *per l. licet, in princ. Cod. de procuratorib.* ibi: *Licèt in principio quæſtionis perſona debeat inquiri.* Bart. *in extrauaganti ad reprimendam*, verbo, *vel legitimè*, quia non prius iuris ratio, quàm perſona quærenda eſt, *l. quidam referunt, de iure codicillorum, l. ſi quæramus, de teſtament.* 5 6

Et ſunt inualidi proceſſus cum minore facti. Afflict. *deciſ.* 262. *n. fin.* vbi ponit pro practica validandi proceſſum cum minore geſtum, quod quæratur ab eo, an velit eius actis ſtare; qui enim non poteſt alienare, non poteſt in iudicio adeſſe, vel comparere, *l. ait prætor* 7. *verſ. eſt enim abſurdum, de iure deliber. Phebo*, 7 8

bo *deciſ.* 62. *num.* 5. Quæ regula in alio prohibito alienare, qui non ſit minor, non ita videtur procedere; quia ſi inuitus cogitur ſubire iudicium, tenebitur ius ſuum deducere: quod ſi eum rectitudine faciat, & ſuccumbat, non dicetur alienaſſe,
9 quia regula eſt, quòd actus qui fit ex neceſſitate, non comprehenditur ſub lege prohibente, *l.* 1. *de excuſat. tutor. l. vt gradatim*, §. 1. *de muner. & honor. cap. ſi quis propter, de furtis, cap. quod non eſt licitum, de reg. iur. lib.* 6. conducit text. *in l.* 1. *Cod. quando decreto opus non eſt.* Aym. *conſ.* 215. Nec
10 alienatione prohibita, cenſetur prohibita alienatio ex ſententia & re iudicata, *l.* 1. *de fundo dotali.* Cancer. 2. *p. variar. c.* 16. *n.* 106. & reſpondit ad legem *ait prætor.* 7. *de iudiciis*, vt procedat, quando prohibitus voluntariè, & doloſè exercet actiones; vt ſi ex ſententia ſecuta ſit alienatio; eo enim caſu ſuccedit regula *cap. cum quid vna via, de regul. iur. in* 6. *& l. ſcire oportet*, §. *ſi mater*, *de excuſat. tutorum.*

11 Minor namque regulariter non poteſt comparere in iudicio, ſiue ipſe conueniat alterum, vel conueniatur; aliàs omnia acta iudicij ſunt nulla, *l. acta.* §. 1. *de re iudicat.* Ludouiſ. *deciſ.* 319. *num.* 2. Et hoc procedit, tam in criminalibus, vt in *l. clarum, Cod. de authorit. præſtan.* quam in ciuilibus, *l.* 2. *Cod. qui legitim. perſonam ſtandi in iud.* & dicit communem ſententiam tam in ciuilibus, quàm in criminalibus. Bologn. *conſ.* 51. *n.* 35. *volum.* 1. ſequitur Cancer. 2. *part. variar. cap.* 1. *num.* 203.

12 Quod procedit, etiamſi minor ſit filiusfamilias, quia etiam vltra patris conſenſum eſt ei dandus curator ad litem. Alueric. *l. fin.* §. *neceſſitate*, *ad fin. Cod. de bonis quæ liber.* Afflict. Caſaneus, Neuizanis, & Didacus Perez, quos refert & ſequitur Cald. Pereyr. *l. ſi curatorem habens, in princip. num.* 34. *Cod. de in integr. reſtit.* & Riccius *collect.* 843. verſ. *amplia quartò ex Lanfranco deciſ.* 307. vbi quòd annullatur iudicium ſine curatore ad litem; nec firmatur authori- 13
tate patris. Sed neque vt procurator alterius poteſt minor iudicio adeſſe, *cap. quia generaliter*, §. *fin. de procurat. lib.* 6. *l. exigendi, Cod. de procurat.* licèt poſſit eſſe procurator ad negotia, quia ſufficit, quod vſum rationis habeat. Et ratio eſt, quia iudicium inter contradicentes fit: contractus autem fiunt inter conſentientes. Bal. *d. l. exigendi*, *num.* 4. Campanil. *rubric.* 7. *cap.* 6. *n.* 130. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 41. *num.* 8. vbi non obſtante, *dict. cap. quia generaliter*, §. *fin. de procurat. l.* 6. *& l.* 19. *tit.* 5. *part.* 3. ibi: *Diez y ſiete años*, inquit, quod non præcisè, ſed ad decenter, & honeſtè negotiandum, etſi minor nomine alterius contrahat, non datur reſtitutio, quia attenditur perſona repræſentata, non eius qui actum gerit, Surd. *conſ.* 140. *n.* 16. *&* 17.

Et ſic litiganti minori iudex pro- 14
uidere debet de curatore & aduocato. etiam eo inuito Rebuf. *de in integr. reſt. gloſ.* 4. *n.* 4. Sed & compel- 15
litur accipere curatorem, quem pater ei reliquit in teſtamento, ſi iudici videatur, & poteſt illum confirmare, *l.* 13. *tit.* 16. *p.* 6. vbi Gregor. verb. *deuelo confirmar*, tenet non eſſe neceſſarium, quòd minor petat confirmationem, cùm lex Partitæ inducat neceſſitatem per verbum, *debet*, quod ex ſubiecta materia in qua profertur, neceſſitatem

neceſſitatem importat, gloſ. verbo, *debeatur*, Clement. 2. *de appell. &c. oblata*, verſ. *ſuperior*, *de appell. gloſſ.* verb. *neceſſitatem*, *l. ſæpe* 8. *de officio præſidis*. Meneſius, *l. vnum ex familia* 7. *in princ. num.* 7. *de leg.* 2. Tyraq. *de retract. linag. gloſ.* 15. §. 1. vbi plura Didac. Perez *l.* 1. *tit. de matrimon. lib.* 5. *ordinam. pag.* 257. *in princip.* Tamen Gratian. *cap.* 225. *num.* 1. tenet confirmationem petendam eſſe
16 à iudice. Quod intellige, ad melius eſſe, quia non ſemper verbum, *debet*, importat neceſſitatem, ſed ſolum honeſtatem & conſilium, vt in *l. qui iuriſdictioni præeſt*, *de iuriſdict. omnium iudic.* ſecundum intellectum Pauli de Caſtr. ibi, vbi Alex. *n.* 2. & Socin. *in princ.* tenentes, valere ſententiam patris in cauſa filij, vt in *l. in priuatis*, *ff. de iudic.* ſi non opponatur à parte; quia *l. qui iuriſdictioni*, ſolum ad honeſtatem reſpexit; & id ſolum importat verbum, *debet*, etiam negatiuè prolatum, vt ibi: & Paulum ſequuti ſunt. Dec. *d. l. qui iuriſdictioni*, *num.* 12. Claudius Seiſel. *num.* 4. & 5. Cuiàt. *tract. ad Africanum* 3. *in princip.* Hieronym. Treulet. *theſi* 8. *litera A.* Inl. Pac. *q.* 57. Philip. Matthæus, *l. non omne*, *à n.* 5. *de reg. iur.* quos refert, & ſequitur Nicol. de Paſſerib. *in conciliat. d. legis*, qui iuriſdictionem, *cum l. in priuatis*, *n.* 39. *pag. mihi* 11.

17 Et non ſolum datur curator ad litem minori adulto, etiam inuito; ſed & pupillo petenti, *l. qui habent*, §. *ſi pupillus*, *de tut.* & hoc ſi maior ſit infante; quia infanti non datur, ex quo petere nequit. Tradit Gratian. *cap.* 225. *num.* 39. Tamen de conſilio coniunctorum, iudex dabit ei curatorem, adhibita priùs diligentia, ſi poſſit reperire tutorem. Vrſil. ad Afflict. *deciſ.* 262. *n.* 4. Carrot. *de remed. except.* 132. *n.* 15. Sed de iure canonico, etiam infanti datur curator, *c. fin.* §. *ſi vero*, vbi Dominic. *notab.* 4. *de iudic. lib.* 6. ſequitur Marc. Ant. Genuenſ. *in praxi Eccleſiaſtica*, *q.* 766. *n.* 2.

Sed & iudex dabit curatorem ad 18 litem litiganti maiori, etiam ex officio, ſi lite cœpta furere cœperit, *l. ſancimus* 28. §. *ſed & ſi quis*, *Cod. de adminiſtr. tutor.* quòd ſingulariter notant Bart. & alij quos refert Car- 19 rot. *except.* 132. *n.* 25. Sed ſcias quòd minor non cõpellitur accipere vnum curatorem potiùs quàm alterum, imò ipſe eliget. Gratian. ibi *n.* 37. Sed 20 quia dubitari ſolet, an talis curator poſſit auctorare obligationes ſeu ſcripturas minoris, & obligare minorem, & eius bona. Breuiter dico, poſſe id facere, ſi talis obligatio veniat ex ſequela litis, vel ſit antecedens ad ipſam litem, & in omnibus caſibus, qui poſſunt accidere in tutelis, tradit Felin. *conſ.* 16. *n.* 3. ſequitur Grat. *c.* 279. *n.* 5. & 360. *n.* 27. & ſic quæ fiunt ad executionem litis poterit talis curator facere; quia, quando in lite iubetur à iudice, vt pupillus, ſeu minor faciant cautionem parti, vel inſtrumentum aliquod, etiam ceſſionis bonorum, vel iurium, vel recognitionis cenſus, ob cuius cauſam fuit lis agitata; Illud enim eſt, pars, & ſequela iudicij; & ita communiter pronuntiatur à iudice, quòd pupillus, ſeu minor, cum ſuo curatore faciant inſtrumentum ceſſionis, vel alterius contractus, cum clauſulis neceſſariis pro eorum validitate. Et iam ſæpè vidi, tales contractus celebrari à pupillis & minoribus cum ipſis curatoribus, & poſteà executos fuiſſe in per-

ſonas & bona eorum. Sed hoc intellige, ſi tutorem non habeat vel curatorem, niſi ad litem Felin. *dict. conſ.* 16. *n.* 3. *&* 6. quod ex ratione ſequelæ poteſt procurator conſtitutus ad obligandum Dominum, apponere pœnam, & omnia alia pacta apponi ſolita; licèt in mandato non caueatur (modò non prohibeatur) Grat. *d.c.*279. *n.*5. & ibi, *n.* 6. idem *de officialibus ciuitatum.*

21 Sed & liquidationem facere poterit curator ad litem eius quod pronuntiatum eſt in iudicio; quia liquidatio retrotrahitur, & cenſetur idem cum præcedenti. Menoch. *conſ.*858. *num.*9. Aym. *conſ.*134. *num.* 46. vbi quòd declaratio non eſt nouum fa-

22 ctum, Benitendis *deciſ.* 3. Ea enim quæ fiunt ad executionem actus iam inchoati, non faciunt rem nouam, aut diuerſam. Tiber.Decian. *conſ.* 11. *num.*15. *volum.*1. *l. adeò*, *§. cum quis*, verſ. *cùm enim gratia*, *de acquirend. rerum dominio*, quem textum expendit Barboſa ad hoc, vt inuentarium ſit idem cum teſtamento, *in l. hæres abſens, in princ. n.* 192. *de iudic.* Sic & curator ad litem finita lite, poſt ſententiam tranſactam in rem iudicatam, per quam aduerſarius fuit condemnatus ad ſoluendum minori pecuniam, cùm ipſe curator ad li-

23 tem nequeat eam recipere. Eſcobar. *de ratiociniis cap.*28. *n.*14. poteſt petere ad executionem iudicij, quòd pecunia deponatur apud perſonam idoneam, vt poteſt procurator. Roderic. Suar. *l. poſt rem*, *ad l. regni*, *q.*3. *num.* 31. *&* 32. & eo non relato, Cancer. 2. *part. variar. cap.* 14. *num.* 81. Parlador. *lib.* 2. *rerum quotidianar 3.p. cap.fin.* §. §.2. *n.* 8.

24 Et in his contractibus factis à tali curatore ad litem in executionem iudicij non requiritur alia ſolemnitas cùm fiant ex cauſa neceſſaria, etiamſi fiant ſuper re immobili; quia prohibitio alienationis ad neceſſariam non extenditur, *l. alienationes* 13. *famil. herciſcund.* quam exornat Riccius *collect.* 630. *l.* 1. *de fundo dotali*, ibi: *Quia hæc alienatio non eſt voluntaria*, *l. pater filium* 39. *in princ. de legat.* 3. *l. peto*, 51. *§. prædium*, *de leg.* 2. Mieres *de maioratib. part.* 4. *quæſt.* 1. *limitat.* 6. *num.* 9. Aym. *conſil.* 215. *n.* 3. Roland. *conſ.* 21. *num.* 13. *volum.* 1. Ioannes Gut. *allegat.*7. *num.*7. Pinel. *l.* 1. 3. *part. num.*24. *& n.*50. *cum ſeqq. de bonis matern.*

Et iudicatur alienatio neceſſaria, 25
quæ fit pro ſoluendo debito. Giurba, *deciſ.*31. *n.*3. *&* 5.

Sic & mulier poterit facere con- 26
tractum ex iudicio teſtatoris, vel ex alia neceſſaria cauſa præcedenti ſine licentia viri, Matienç. *l.* 2. *tit.* 3. *gloſſ.*1. *num.*17. *lib.* 5. *recopil.* Sed & diſpoſitio *l. per diuerſas*, *Cod. manda-* 27
ti non habet locum, quando ceſſiones fiunt ex cauſa neceſſaria, & non voluntaria, vt in *d.l. per diuerſas*, ibi, *Pro his fieri neceſſe ſit.*

Et licèt curator ad litem regulari- 28
ter non cogatur accipere curam inuitus, in quo differt à curatore generali, qui compellitur curam ſuſcipere. Grat. *cap.*225. *num.*36. quamuis, vt ipſe inquit, aliquando cogatur: tamen in noſtra Hiſpania, vbi in audientiis & tribunalibus ſunt procuratores certo numero conſtituti ad cauſas defendendas, ita vt præter eos non admittantur, nominatur à iudice vnus ex eis, quem minor elegerit, & compellitur ſubire munus curatoris ad litem: vt compellitur ſuſcipere

cipere

cipere defenſionem cuiuſlibet litigantis. Et curator ad litem poteſt quandocumque reuocari. Bart. & Alberic. *l. ſi quis eum*, §. *Iulianus*, *de procurator.* Baeç. *de decima tutor. cap.* 17. *num.* 19. & æquiparatur procuratori. Bartol. *l. cùm ſemel*, *de tutelis*, ſequitur Baeça *de decima, cap.* 17. *num.* 14. & ita ei non datur decima, vt ibi *num.* 12.

29 Et licèt ſoleant tales curatores fideiuſſores dare, quando eis diſcernitur officium, *l.* 1. §. *ſufficit*, *de adminiſtr. tutor.* Andr. Gail. *obſeruat.* 108. *lib.* 2. Puteus *deciſ.* 103. *part.* 3. Ludouic. *deciſ.* 48. tamen ſi non dederit, non ob hoc datio curæ erit nulla; imò valebit iudicium cum tali curatore agitatum: tum quia fideiuſſio neceſſaria non eſt, cùm non admi-

30 niſtret bona. Ricc. *collect.* 1210. Capella Toloſana *deciſ.* 72. & 147. & deciſio Rotæ 5. *de iudiciis*, *in nouiſ.* tum etiam quia non facit inuentarium. Balbus *deciſ.* 142. vbi dicit, communiter ad hoc eſſe receptam gloſ. *in l. de creationibus*, *Cod. de Epiſcop. & clericis*, nam qui non tenetur reddere rationem, non facit inuentarium, *argum. legis orphanotrophos*, vbi Doctores *Cod. de Epiſcop.*

31 *& clericis.* Et quod curator ad litem non teneatur facere inuentarium, tenet Baeç. *de decima tutor. cap.* 17. *num.* 16. ſequitur Güter. *de tutel.* 1. *part. cap.* 19. *num.* 27. *& deciſ.* 1. *n.* 55. & Didacus Perez, *l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 3. *ordin. pag.* 891. verſic. *curator*, ibi: *Iſte curator ad litem non tenetur facere inuentarium, ſed tantùm iurare quod faciet, & allegabit in cauſa quæ vtilia fuerint minori*, & eius bona ſunt obligata minori diſpoſitione legis, ſicut bona tutoris. Alex. & Iaſ. *l. properandum*, §. *fin. Cod. de iudiciis.* Baeç. *de decima tutor. cap.* 17. *num.* 18. Eſcobar. *de ratiociniis cap.* 28. *num.* 14. *in fin.*

Et ſic paterfamilias non tenetur 32 conficere inuentarium, nec ſatiſdare de reſtituendo, cum ſit impunita eius adminiſtratio, *l. cùm oportet*, §. *non autem*, *l. cùm non ſolùm*, §. *ſed pater*, *Cod. de bonis quæ liberis*, Cancer. *variar. cap.* 7. *num.* 54. & 55. niſi ſit timor alienationis, velut ſciatur an aliquid alienauerit; vbi *n.* 56. Ob 33 quod in Rota Romana ſatiſdatio non deſideratur à curatore ad litem, vt teſtatur Mandoſ. *form.* 4. *commiſſio*, verb. *curatorem ad litem*, quod dicit notandum, cùm ſit Romæ ſtatutum de ſatiſdatione à curatore danda; & etiam à iure requiritur, *l. etſi ad ſpecies*, *ff. rem pupilli ſaluam fore*, vbi Bart. tenet, talem curatorem ad lites ſatiſdare debere. Menoch. *lib.* 2. *de arbit. caſu* 150. *num.* 525. vbi ait, ſtatutum Papiæ 47. quod non requirit ſatiſdationem à curatore, eſſe correctorium iuris communis; & quod conſuetudine non ſeruatur in tribunalibus, quod curatores ad lites ſatiſdent, teſtatur Grat. *cap.* 225. *n.* 32. & idem *deciſ.* 75. *num.* 3. & 4. Amatis, *deciſ.* 63. Cancer. 1. *part. cap.* 7. *num.* 23. verſ. *an autem curator ad lites ſatiſdet*. vbi allegat Bertrandum, *conſ.* 281. *volum.* 3. Aretin. §. 1. *Inſtit. de curatorib.* Sed & lex 7. *tit.* 2. *part.* 3. verſic. *mas ſi fueſſe menor*, non requirit ſatiſdationem, ſed ſimpliciter iubet, quod detur curator à iudice. Et licèt communiter cùm procurator nominatur curator ad litem, ſoleat dare alterum audientiæ officialem in fideiuſſorem; tamen ſi decernatur officium curatoris ad litem abſque

abſque fideiuſſione, acta nihilominus valebunt in ciuilibus & criminalibus, & bona curatoris ad litem ſunt obligata pro mala adminiſtratione, Eſcobar *de ratiociniis*, *cap.* 39. *n.* 32. Vicent. de Franch. *deciſ.* 321. *n.* 3. Gratian. *cap.* 225. *n.* 73.

34 Sed quia curator ad litem eſt dandus etiam coniugato. Giurb. *deciſion.* 109. *num.* 4. ſcias, quòd maritus non poteſt dari curator vxori ſuæ, *l.* 2. *C. qui dare tutores poſſ.* §. *item*, *Inſt.*
35 *de excuſ. tut.* quia poſſet reſultare magnum præiudicium mulieri, quòd nunquam exigeretur ab eo, vt poſt gloſſam ibi, & Salic. *d. l.* 2. tradit Vicent. de Franch. *deciſ.* 348. *num.* 5. Et hanc rationem approbat *lex* 3. *in fin. tit.* 17. *part.* 6. tamen poteſt maritus dari curator ad litem vxori. Bartol. *l. ſi quis*, §. *Iulianus*, *de procuratoribus.* Specul. *tit. de curat.* §. *vt autem*, verſ. *ſed nunquid vir.* Montan. *de tutel. cap.* 35. *num.* 39. Ioan. Gut. *de tutel.* 1. *part. cap.* 20. *n.* 32. ſequitur Giurb. *deciſ.* 109. *n.* 9. vbi *n.* 10. limitat, ſi lis fuerit magni præiudicij, ſicque ait, cenſuiſſe ſenatum: & idem tenet Gregor. *gloſ. fin. in fin. l.* 3. *tit.* 17. *part.* 6. Guter. vbi *ſupr.*
36 *cap.* 21. *num.* 31. *&* 32. Vnum tamen non omittam, quòd ſi curator ad lites non eſt datus taxatiuè ad vnam cauſam, ad omnes cenſetur datus, *l. qui habent*, §. *fin. de tutelis*, per quem textum tenet Baeç. *de decima tutor. cap.* 17. *n.* 12. quod curator ad litem ſimpliciter datus, cenſetur datus ad omnes cauſas præſentes & futuras: nam licèt cum monetur ei aliquod litigium, vel ipſe monet, detur ei curator; licèt talis ſit cauſa impulſiua prouidendi minori de tali curatore; quod principaliter agitur, hoc eſt, vt minor poſſit ſe defendere, vel agere in iudicio, & ſic non coarctatur datio curatoris ad illam ſolam cauſam, *argum. leg.* 1. §. *ſecundo loco*, verſ. *origo introducta eſt*, de poſtulando, & ſic licèt ceſſet cauſa impulſiua ob quam fuit datus curator ad litem, poterit in aliis cauſis in iudicio comparere pro minore; quia ceſſante cauſa impulſiua, non ceſſat effectus diſpoſitionis. Barboſ. *l.* 1. 1. *p. num.* 84. *ſoluto matrimonio.* Roland. *conſ.* 52. *num.* 54. *volum.* 2. Tyraq. *de ceſſante cauſ. deciſ.* 1. *num.* 7. Rebuf. *ad conſtitutiones Gallicas* 1. *tom. tit. de ſententiis prouiſionalib. art.* 1. *gloſ.* 5. Et quod curator ad litem ſimpliciter datus, ſit ad omnes cauſas, præſentes, & futuras, tradit Oldradus *conſil.* 59. *n.* 2. Si tamen detur ad vnam cauſam tantum, ſecus erit, & dabitur ab eo coram quo cauſa vertitur; vt ibi Oldr.

Sic ſi minori non habenti cura- 37
torem ſit facienda ſolutio, & ad recipiendam ſolutionem prouideatur de curatore, vt requiritur *l. ait prætor* 7. §. *ſed etſi pecunia*, *de minorib.* Ioannes Guter. *de tutel.* 2. *part. c.* 22. non reſtringitur cura ad illam tantummodò ſolutionem. Benè tamen verum eſt, quòd ſi poſteà minori obueniant magnæ facultates, ſi fideiuſſio, vel ſatiſdatio ab eo præſtita non fuerit ſufficiens, tenetur curator nouam dare; quæ enim de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, *cap. cæterum, de iuramento calumniæ*, & cautè facient iudices nouam cautionem petendo.

Sed quia contingere ſolet, quòd 38
minor habeat plures curatores, vel pupillus tutores, ſciendum eſt ſufficere cum vno litigare, *l.* 3. §. 1. *l. decreto*,

Digitized by Google

decreto. §. 1. *de adminiſtrat. tutor. & curator.* & facit *l. veterem*, *Cod. de autor. præſtand.* ibi: *Vnius curatoris autoritatem pro omnibus ſufficere*, *l.* 17. *tit.* 16. *part.* 6. quia omnes cenſentur inſolidum dati, *l. fin. Cod. de autorit. præſtand. l.* 1. *Cod. ſi ex pluribus tutoribus, & curatoribus.* Cancer. 1. *part. variar. cap.* 1. *n.* 18. licèt pro adminiſtratione prius ordine conueniatur, qui adminiſtrauit, *l.* 2. *in princ. Cod. ſi tutor non gesſerit*, *l. cum interdicta*, *Cod. arbitrium tutelæ.* Menef. *l.* 1. *n.* 7. *Cod. de tranſact.* niſi omnes vni commiſerint adminiſtrationem, vel ſi negligenter verſati ſunt, vel fuerint in dolo communi, quo caſu nulli ex tutoribus datur beneficium cedendarum actionum contra contutores, nec beneficium diuiſionis, tradit Meneſius vbi *ſuprà num.* 8. & 9. & 18. & 21. & 22. Sed ſi adminiſtratio ſit diuiſa per teſtatorem, vel iudicem, quilibet tenebitur ſolùm pro ſua parte,
39 niſi negligens vel doloſus fuerit, *l.* 2. *Cod. de diuidenda tutela*, vel ſi teſtator iuſſerit, quod vnus tutor ſine alio nihil faciat; quià tunc talis voluntas eſt ſequenda, *l. Titium*, *in princip.* & ibi Doctores *de adminiſtratione tutor.*
40 Sed etſi omnes velint ſuſcipere defenſionem, poterunt facere, *l.* 1. §. *ſufficit*, *de adminiſtr. tutor.* modo tantum vno libello. Gregor. *dict. l.* 17. verſ. *cada vno dellos*, & non diuerſis, ne per plures aduerſarios litigans diſtinguatur, contra *l.* 1. *in fin.* & *l. ſequentem*, *de exercitoria actione*, *l.* 3. *de alimentis & cibariis legatis.* Socin. Iun. *conſ.* 71. *num.* 14. & 15. & 18. *volum.* 4. & dixi *lib.* 1. *de anniuerſar. cap.* 4. *num.* 35. & 36.
41 Sed ſi tutores diſcordes fuerint in defenſione, iudex eliget vnum ex eis ad cauſæ defenſionẽ, *l.* 11. *tit.* 16. *p.* 6.

Si tamen alter tutor conueniatur 42
nomine pupilli, nequeunt alij defenſionem ſuſcipere, tametſi poſſint cauſæ aſſiſtere, ne colludatur. Gregor. Lupus, vbi *ſupr.*

Sed quia ſuprà dictum eſt, mino- 43
rem regulariter non poſſe comparere in iudicio ſine curatore prout de iure eſt, *l.* 2. & 3. *Cod. qui legitimam perſonam ſtandi in iudicio habeant*, & ſic nec procuratorem conſtituere, *l. neque tutores*, *l. non eo minus*, *Cod. de procurat.* Tiraquell. *poſt ll. connubiales*, *gloſ.* 5. *num.* 183. addidi regulariter, quoniam ſunt aliqui caſus, quibus minor poteſt in iudicio adeſſe 44
abſque curatore, quod pupillo non permittitur, *cap. fin. de iudic. libr.* 6. qui ſic ait: *Si annum quartumdecimum tua peregiſti ætatis, in beneficialibus, & aliis cauſis ſpiritualibus, & dependentibus ab eiſdem, ac ſi maior vigintiquinque annis exiſteres, ad agendum eſt defendendum per te, vel per procuratorem quem ad hoc conſtituendum decreueris, admitti debebis. Si verò intra decimumquartum annum exiſtas per te agere, aut defendere non poteris ſuper ipſis; ſed vel per tuum Epiſcopum, vel per officialem eiuſdem tibi curator dabitur ad lites huiuſmodi exercendas.* Et aduerte, quòd non ſufficiet generale mandatum ad agendum in ſpiritualibus, ſed debet eſſe procu- 45
rator ſpecialiter conſtitutus, vt conſtat ex verbis *d. c. fin.* ibi: *Quem ad hoc conſtituendum decreueris.* Lap. *alleg.* 70. *num.* 6. & Cardoſius *in prax. iud. & aduocat. à num.* 24. Sed ſi plures ſint procuratores dati in ſpiritualibus, cenſetur in ſolidum conſtitui. Gratian. *cap.* 201. *n.* 46. in ſpiritualibus enim minor maior reputatur, gloſſ. 46

verb. *quamuis*, *cap. ex parte* 14. *de reſtitut. ſpoliat.* gloſ.verb. *quid aliud*, *l. ait prætor*. 7. *in princip. ff. de minorib.* & defendit Marc. Anton. Genuenſ. *in practic. quæſt.* 335. *num.* 1. & 2. vbi quod minor poteſt con-
47 ſtruere & dotare Eccleſiam de bonis ſuis abſque decreto, non obſtante *tit. ff. de reb. cor.* poſt Lambertinum quem ibi allegat, licèt Caldas *in l. ſi curatorem habens*, verb. *hunc contractum, num.* 31. teneat, minorem non poſſe donare bona immobilia piæ cauſæ ſine decreto; de quo Simoncellus *de decret. lib.* 1. *tit.* 2. *inſpect.* 2. *n.* 27. Et fundatur Marcus Antonius ex eo quòd minor in ſpiritualibus reputatur maior; prout verum eſt, dict. gloſſ. *cap. ex parte, de reſtit. ſpoliat.* & *l. ait prætor.* 7. *in princip. de minor.* quæ gloſſæ in hoc veræ ſunt, non tamen in concluſione ad quam hoc dicunt, nempe quòd minor non reſtituatur aduerſus beneficij renuntiationem, quamuis eam gloſſam ſe-
48 quatur Bart. *d. l. ait prætor*, & Iaſ. *conſil.* 191. *columnn.* 5. *volum.* 2. ſaltem quando beneficium eſt alteri collatum, & Aymon *conſ.* 90. *n.* 4. referens Coſmam Guimier. in gloſ. *pragmaticæ ſanctionis*; quia verius eſt, quod minor reſtituitur aduerſus renuntiationem beneficij, etiam poſtquam alteri eſt facta eius collatio, vt ex multis tradit Couarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 5. *n.* 3. verſ. *contrariam ſententiam veriorem eſſe de iure opinor*, nam deciſio, *d. cap. fin. de iud. in* 6. procedit ad hoc vt minor ſine curatore
49 poſſit comparere in iudicio, non tamen vt ſi læſus fuerit in ſpiritualibus, non reſtituatur: ita Couar. *dict. cap.* 5. *n.* 8. Menoch. *de retinend. remed.* 3. *à n.* 856. Flaminius Pariſius *de reſignat. beneficior. q.* 7. *num.* 2. Sfortia *de in integr. reſtitut.* 1. *part. quæſt.* 15. *art.* 9. *per totum.* Cald. *in l. ſi curatorem habens*, verb. *læſis*, *n.* 39. ſequitur Thom. Sanch. *de matrimon. lib.* 3. *diſp.* 37. *num.* 29. vbi *n.* 22. tenet, quod reſtituitur minor aduerſus lapſum quinquennij aſſignati à ſancto Concilio Trident. ad annullan- 50
dam profeſſionem, non tamen profeſſus reſtituitur aduerſus renuntiationem bonorum præſentium, & futurorum, iuxta formam Concilii Tridentini pro ingreſſu monaſterij, etiam quod dicatur enormiter læſus reſpectu bonorum. Molin. *lib.* 2. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 8. 27. & 33. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 83. *n.* 18. Maſtrillo, *deciſ.* 65. *num.* 12. & 13. Et ratio eſt, quia hoc agitur ex natura actus, vt ingrediens religionem renuntiet temporalibus; & inducta ad vnum effectum, non admittunt contrarium, iuxta iuris regulam.

Et etiam reſtituitur aduerſus re- 51
nuntiationem iuriſpatronatus. Flamin. *de reſignatione, quæſt.* 7. *num.* 43. Petr. Gregor. Toloſan. *de beneficiis, cap.* 31. *n.* 7. Mandoſ. *de minor. ætate, quæſt.* 11. & poſui *lib.* 2. *de Capellaniis, cap.* 9. *n.* 41. *in fin.* vbi *de dolo tertij in renuntiatione.*

Sic & reſtituitur minor, qui iuxta 52
deciſionem Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 15. *de reformat.* non reſignauit intra triennium beneficium quod habebat in Eccleſia in qua pater beneficium obtinebat, vt ex Probo, Boërio, & Couarr. tradit Cald. *l. ſi curatorem habens*, verb. *implorare*, *de in integr. reſtit. n.* 40.

Et aduerſus locationem redituum 53
beneficij reſtituitur. Couarruu. *dict. cap.* 5.

*cap.*5.*in fin.* Sed ad comparendum in iudicio curator non requiritur in ſpi-
54 ritualibus, nec patria poteſtas curatur, *d. cap. fin. de iud. in* 6. Azeued. *in Curia Piſana, cap.* 12. *num.* 6. *in addit.* Ceuallos *commun. contra commun. q.* 15. & licèt filiusfamilias per ſuſceptionem ordinum non liberetur à patria poteſtate in temporalibus, liberatur in ſpiritualibus, vt poſt alios quos refert, dicit communem opinionem Ioan. Guter. *de tutel.* 3.*part. cap.*32. *n.* 5.

55 Quinimò pater in ſpiritualibus non auditur pro filio ſine mandato filij, etiam quod velit præſtare cautionem de rato Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. q.* 755. quia requiritur ſpeciale mandatum, *vt ſuprà num.* 45.

56 In cauſis tamen beneficialibus minori datur curator. Montan. *de tutel. cap.*3. *num.*62. & coniuncta perſona non admittitur pro minore, niſi tutor, vel curator. Speculat. *tit. de coniuncta perſona, n.* 2. Sed contrarium tenet Ioann. Andr. ibi, & dicit communem Alex. *l. exigendi, Cod. de procurat.* Non tamen admittetur coniuncta perſona in cauſis requirentibus ſpeciale mandatum; quia non debet plus operari coniunctio perſonæ, quàm generale mandatum, imò minus. Speculat. *tit. de coniuncta perſona, num.* 4. quem ſequitur Ioannes Andreas eius additionator, litera I. Nec obſtat, quòd pater admittatur ad petendam reſtitutionem pro filio, vt *in l. pro filio* 28. *in princ. de minor.* quia ibi agebatur de præiudicio patris, vt conſtat ex illis verbis: *Quia patris periculum agitur, qui de peculio tenetur; ex quo apparet, cæteros cognatos, vel affines alterius eſſe conditionis,* Barboſ. *l.* 3. *n.* 13. *ſolut. matrim.* Clericus autem in cauſa ſuæ Eccleſiæ agit ſine mandato, *cap. cum olim.* 34. *de teſtib. cap. non liceat Papæ*, verſ. *liceat,* 12. *quæſt.*2. Speculator. *tit. de coniuncta perſon. num.* 1. *& de coniunctis*, quando agere poſſint, vel non, vide *infrà, capite vigeſimo quinto, num.* 76.

Et ſic clericus minor litiget coram 57
iudice ſæculari, ab eo prouidetur de curatore. Didacus Perez, *l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 3. *ordinam. pag.* 891. tradit Dec. *conſ.* 150. *num.* 72. *volum.* 1. Ripa *cap. decernimus à n.* 9. *de iud.* deciſio Rotæ. 217. *in antiquis.* Baeç. *de decim. tutor. præſtand. cap.* 24. *num.* 3. Caldas, *l. ſi curatorem habens, in princip. num.* 19. *de in integr. reſtitut.* Nam in tangentibus ordinem proceſſus, & iudicij clericus litigans in foro ſæculari ligatur ſtatutis fori: Mainard. *deciſ.*4. Capic. *deciſ.*66. *n.*2. & ei currit terminus inſtantiæ iuris ciuilis, & refert plures Flam. Curt. *deciſ.* 78. Ricc. *collect.*71. vbi ponit plures caſus quibus clerici ligantur ſtatutis laicorum: & laicus litigans coram iudice Eccleſiaſtico, ab eo prouidetur de curatore ad litem, tradit Oldradus *conſ.* 59. *num.* 2. Didacus Perez *l.*1. *tit*4. *lib.*3. *ordinam. prag.*891. *in princ.* verſ. *curator.*

Sed in cauſa poſſeſſoria minor 58
agendo comparere poteſt in iudicio, *l. momentanea, Cod. qui legitimam perſonam*, quæ lex in omni iudicio poſſeſſorio locum habet, vt tradunt ibi communiter Doctores, & in pupillo dicit Aluericus, *l. pupillus, de acquirendo rerum dominio*, & Menoch. *de recuperand. rem.*6. *num.*38. Secus autem erit, ſi minor conuenietur. Tradit Cancer. 2. *part. variar. cap....*

59 *n.* 207. vbi *num.* 208. limitat, niſi cum poſſeſſorio concurrat cauſa proprietatis, ſecundum gloſſam, & Do-
60 ctores *d. l. momentanea.* Et in caſibus in quibus minor habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, poteſt conſtituere procuratorem, *l.* 3. *in princip.* vbi Gloſſ. Bart. & Ange-
61 lus, *ff. rem ratam hab.* Tiraq. *poſt leg. connub. gloſ.* 5. *num.* 183. verſic. *quod hinc liquido*, Capell. Toloſan. *deciſion.* 143. *num.* 1. poſt alios quos ibi refert. Et quando citari poſſit ad iudicium, vide *ſup. cap.* 18. *n.* 67.

62 Et licèt plures teneant, minorem non reſtituendum, vbi pro maiori habetur, & admittitur in iudicio, vt tradit Mauricius *de reſtit. cap.* 247. quia vt ipſe inquit, nullus effectus reſultaret ex eo quòd minor pro maiore admitteretur; & ſic non reſtituitur qui habet veniam ætatis. *Cod. de iis qui veniam ætatis, & in caſu authentica Sacramenta puberum*, vbi habetur pro maiore. Mauric. *cap.* 94. & quando agitur de momentanea poſſeſſione, & aliis caſibus ſuprà relatis. Verior tamen eſt ſententia exiſtimantium, reſtituendum eſſe minorem in his caſibus, vt poſt gloſſam, verbo, *reformationem*, *l. vnic. Cod. ſi de moment. poſſeſſione*, tradunt Alberic. & Paul. *l. fin. Cod. qui legitim. dict. perſon. ſtand. in indic. communem ſententiam* Iaſ. *l. ſciendum*, *n.* 3. *de verbor. firmant.* DD. *in cap. fin. de iudic. in* 6. Couarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 5. *num.* 8. Alios refert Caldas *in l. ſi curatorem habens*, verb. *implorare*, *de in integr. reſt.* Et nunquam cenſetur excluſum beneficium reſtitutionis, niſi expreſſa mentio de eo fiat, vt *in l.* 1. *Cod. de iis qui veniam ætatis, & in d. auth. Sacramenta puberum.* Aym. *conſ.* 201. *n.* 35. & omnes, *l. vnic. Cod. ſi moment.* vbi Contard. *limit.* 8. *n.* 4. Nec ſufficit ad excludendam reſtitutionem, quod ſtatutum tollat omnem recurſum, quantumcunque ſint verba legis ſeu ſtatuti generalia & præciſa, vt *infr. cap.* 25. *à n.* 39. Zucard. *in repetit. rubricæ, ff. de iur. deliberan.* Ruyn. *conſ.* 3. *n.* 35. *vol.* 1. Cephal. *conſ.* 1. *n.* 229. *& conſ.* 4. *in fin.* Roderic. Suar. *l. poſt rem, ad legem Regni*, *à num.* 44. quos & plures alios refert & ſequitur Caldas, *l. ſi curatorem habens*, verb. *implorare*, *de in integrum reſtit. n.* 46. vbi in fine tenet ex Contard. *l. vnic. limit.* 8. *num.* 13. & pluribus Doctoribus ab eo relatis, quòd minori Eccleſiæ & aliis, quibus in integrum reſtitutio conceditur, datur in eo remedio poſſeſſorio ſummario. Et quod minor poſſit 63
agere poſſeſſorio, & in eo reſtitui, tradit deciſio Capellæ Toloſan. 106. *n.* 2. & 3. vt non ſolùm poſt ſententiam, ſed & ante; vt ſi velit reſtitui aduerſus omiſſam probationem. Caldas vbi *ſupr.* Quod nota pro decreto 64
ordinario Regni Galleciæ: in quo non video quare non ſit reſtituendus minor læſus, ſiue ipſe agat, ſiue contra eum agatur, quia commiſerit vim, licet aliàs in delictis minor non reſtituitur, *l. auxilium*, §. *in delictis*, *l. ſi ex cauſa*, §. *in delictis*, *de minorib.* & ſi vi vel clam facit, quia præſumitur dolus, gloſſa recepta, verb. *non oportere*, *l.* 1. *Cod. de interd. matr.* Roman. *ſingul.* 714. Iaſ. *l. ſi quis id quod*, *num.* 22. *de iuriſd. omnium iud.* Felin. *cap. cùm qui damnum*, *num.* 9. *iureiurand.* Aym. *conſ.* 205. *num.* 5. Nam 65
minor de dolo conuictus non reſtituitur, *l. ſi ex cauſa*, §. *ſi in commiſſum*, *de minoribus*, gloſſa verbo, *ei ſubuenitur*,

ſubuenitur, *ad fin. l. ſi ex cauſa* 10. *§. nunc videndum, eod. tit.* Bart. *in l.* 1. *Cod. ſi aduerſus delictum.* Tamen ſi minor qui agit vel excipit in iudicio ſummario decreti ordinarij omiſit dare probationem ſpolij facti, vel non facti, nulla eſt cauſa ob quam ei reſtitutio denegetur.

66 Sed an minor litigans per procuratorem, ſit reſtituendus? Et Lancelotus *de attentat.* 2. *p. cap.* 14. *num.* 2. poſt Paleotum *deciſ.* 96. & Verallum *deciſ.* 67. tenet, quod ſola negligentia procuratoris in non appellando, non eſt iuſta cauſa petendæ reſtitutionis, & non eſt reſtituendus, ex quo habet remedium ordinarium contra procuratorem, niſi in ſubſidium, ſi procurator non ſit ſoluen-
67 do: tenet Caldas, *l. ſi curatorem habens*, verbo, *ſua facilitate*, *num.* 35. & plures refert Gratian. *deciſ.* 106. *num.* 8. Tamen verius eſt, reſtituendum, quia de iure habet electionem, an conueniat tutorem vel curatorem, vel reſtitutionem petat, *l. etiam* 1. & 2. *quæ eſt fin. Cod. ſi tutor, vel curator interuenien.* Atque ita tenet Magon. *deciſ. Lucenſ.* 68. *num.* 2. ſequitur Gratian. vbi *ſup. n.* 10. nam quòd poſſit agere contra procuratorem; & ſi non ſit ſoluendo audiatur petens reſtitutionem, etiam maiori conceditur: & quòd reſtituatur contra lapſum fatalium, quando impeditus fuit appellare facto tertij, ſi is tertius ſit pauper, tenet Seſſe *deciſ.* 142. *num.* 4. & conducit, *l. ſi procuratorem*, 8. *in princip.* verſ. *ſed & ſi, ff. mandati alteri enim per alterum non debet iniqua conditio inferri*, iuxta iuris regulam, nec negligentia procuratoris, vel officialis debet parti nocere, *l. Imperator, de ſtatu hominis*, *l. ſi librarius, de regul. iuris.* Alex. Raudenſ. *conſ.* 17. *num.* 96. & *conſ.* 21. *num.* 350. *vol.* 1. Brunus Aſſole *in compendio*, verb. *notarij error*, *l. fin. in fin. Cod. de fideiuſ.*

Sed idem erit, ſi minor per pro- 68
curatorem iuramento conſtitutum litigauerit; quia ſi procurator non eſt ſoluendo, reſtituitur minor in ſubſidium. Franciſc. Becius *conſ.* 59. *n.* 8. Cancerius 2. *part. variarum cap.* 1. *num.* 214. licèt aliàs minor litigans per procuratorem iuramento conſtitutum, vel ipſe ſolus cum iuramento de non veniendo contra proceſſum, vel ſententiam, non reſtituatur, gloſſa verbo, *contractus. in authent. ſacramenta puberum, Cod. ſi aduerſus venditionem*, quam ſequitur Bart. ibi, *num.* 22. Iaſ. *num.* 76. Guido Papæ, *deciſ.* 448. Alios refert Cancer. vbi *ſup. num.* 210. Dicit receptam ſententiam Becius *conſ.* 59. *num.* 11. quia, vt ipſe inquit, in iudiciis quaſi contrahitur, *l.* 3. *§. idem ſcribit, ff. de peculio* atque ita extendendam eſſe deciſionem, *auth. ſacramenta puberum*, ad iudicia iuramento firmata, vt minor non reſtituatur. Idem Capella Toloſana *deciſion.* 533. Boërius *deciſion.* 92. Phebo *deciſione quinquageſima quarta*, *numero octauo*, Barcis *deciſione* 107. Et hoc de iuramento, intellige, quando concipitur per verba in futurum, vt de non contrauenien-do: ſecus ſi verba iuramenti ſint concepta de præſenti, vt ſi minor confiteatur aliquid cum iuramento; quia non valet, cùm non 69
habeat legitimam perſonam ſtandi in iudicio. Ita tradit Boërius *deciſion.* 92. *num.* 5. Bartol. *conſil.* 101. incipienti, Gerald. & poſt Bart. tradit

Petr. Gerard. *ſingul. 66.* Sed ſi liti-
70 gans cum minore opponat de mino-
ritate, iudicium agitatum cum eius
procuratore, etiam iuramento con-
ſtituto erit nullum. Phebo *deciſ.* 54.
n. 4. 7. & 8. Si tamen non ſit oppo-
ſitum iudicium agitatum per procu-
ratorem à minore conſtitutum cum
iuramento, tenet, ſed & poterit ſub-
ſtituere alium, ſi mandatum conti-
neat clauſulam ſubſtituendi; & ad
71 robur actorum ſubſtituti, extenditur
iuramentum; quia ſequitur naturam
actus, ſuper quo interponitur, *l. qui
iurato. ff. qui ſatiſdare cogantur*, *l. fin.
Cod. de non numerata pecunia*, & ex
ſubiecta materie interpretatur, *l. ſed
ſi poſſeſſori* 10. §. *item ſi iurauero*, *de
iureiurando*, Mieres *de maiorat.* 1. *part.
quæſt.* 22. *num.* 8. *in prima editione, &
in ſecunda editione*, *num.* 39. & 43.
iuramentum enim recipit omnes
conditiones, & qualitates quas ha-
bet actus ſuper quo interponitur.
Dec. *l. ſi conuenerit*, *num.* 7. *de iu-
riſdict. omnium iudicum, & l.* 1. *n.* 17.
Cod. de pactis, refert, & ſequitur Be-
cius *conſ.* 90. *num.* 20. & etiam ante-
quam vtatur mandato ſibi dato cum
clauſula ſubſtituendi. Et licèt *deciſ.
Rota.* 145. in nouis dicat eum non
poſſe mandatum ſubſtituere, ante
acceptationem, intelligendum eſt in
abſentia mandati, & ante illud re-
ceptum, & apertum, vt inquit Ad-
ditionat. ibi: *Secus ſi poſt mandatum
receptum ſubſtituat*: nam qui vtitur
facultate ſibi conceſſa videtur accep-
tare, *l. ſi auia, Cod. de iure deliber.*

72 Sed & ſi non ſit clauſula ſubſti-
tuendi; ſed talis procurator, quia
litem conteſtatus fuit ſit dominus li-
tis effectus, ob quod ipſe poteſt alium
ſubſtituere procuratorem, *l. ab exe-
cutore*, §. *ſi procurator*, *ff. de appellat.
& relation. cap.* 1. §. *licèt de procurat.
lib.* 6. Ioan. Baptiſta Laderchius *con-
ſil.* 11. *num.* 1. Rota *deciſ.* 5. *de pro-
curatorib. in nouis*, & Riccius *col-
lect.* 1122. verſ. *hinc infero*, ſic &
agens populari actione, qui non po-
teſt procuratorem conſtituere, *l. in
populari*, *ff. de popularibus action.* ſi
litem conteſtatus eſt, poteſt facere,
& iuramentum mandati minoris ex-
tenditur ad validitatem actorum ſub-
ſtituti; nam licèt illam ſubſtitutio-
nem faciat ex iure ſuæ perſonæ com-
petenti, quia eſt factus dominus li-
tis; tamen totum originatur à prima
cauſa influente, ſcilic. primi mandati.

Et ſubſtitutus ab eo, qui habebat
mandatum cum clauſula ſubſtituen- 73
di, cum cenſeatur à domino conſti-
tutus, *l. item eorum*, §. *ſi decuriones*,
*ff. quod cuiuſque vniuerſit. nom. cap.
mulieres*, *de ſent. excommun.* ſi litem
conteſtatus ſit, poteſt alterum ſub-
ſtituere, quia factus dominus litis.
Treuiſianus *deciſ. Benetiæ* 55. *num.* 6.
lib. 1. Et idem tenet deciſio Rotæ. 9.
incipient. vtrum procurator, *in anti-
quis*, & *deciſ.* 146. *incipienti*, *ſubſti-
tutus*, *in nouis*, & *deciſ.* 122. vbi ad-
dit notandum nempè, quòd & ſi pro-
curator litem conteſtatus non eſt, ſed
poſt litis conteſtationem facit ali-
quem actum, poterit ſubſtituere; nam 75
ſolùm excludit à facultate ſubſtituen-
di mandatarium, qui fecit actum an-
te litis conteſtationem. Vult tamen
quòd ſi in ipſa litis conteſtatione, vel
poſteà interueniat, poſſit ſubſtituere,
fundatur in *l. nihil, C. de procur. Nihil
arbitramur* (inquit textus) *intereſſe*,
*vtrum ab initio an cœpta iam lite nego-
tium ad perſonam procuratoris tranſi-
tum fecerit.*

Et

75 Et ſine dubio eſt in procuratorem,
qui litem conteſtatus fuit, ita tranſi-
re inſtantiam, vt domino principali
mottuo, cum eo ſit ferenda ſenten-
tia, nullo vocato hærede, *l. nulla du-
bitatio, Cod. de procurat.* & ſine nouo
hæredum mandato, *l. 23. tit. 5. p. 3.*
Parlador. *lib. 2. rerum quotid. cap. fin.
5. part.* §. 9. *n.* 28. & procurator do-
minus litis eſt citandus ad ſenten-
tiam. Carroc. *de remediis, except.* 42.
n. 3. niſi in cauſa procedatur contra
intereſſe putantes, ad aliquod bene-
ficium; nam eo caſu mortuo domino
neceſſe non eſt citare procuratorem
dominum litis, vt reſponſum fuit à
Rota, teſte Caſſiodoro, *deciſion.* 2.
n. 3. de appellat.

Sed & ſi dominus deceſſerit nul-
lo relicto hærede, non poterit ferri
ſententia in perſona procuratoris, vt
poſt Iaſon. *conſ. 9. lib. 1. & conſ.* 138.
lib. 4. Bancium *de nullitatibus, cap.* 9.
n. 106. & Lanfrancum Balbum, *de-
ciſ.* 27. & alios quos refert, tradit
Vincent. Carroc. *de remediis, ex-
ception.* 42. *num.* 13. idem tenet Gra-
tian. *diſcept. forenſ. cap.* 243. *num.* 14.
& licet in regalibus Cancellariis
pronuntietur cum procuratore domi-
no litis effecto, non attendendo ſit-
ne relictus hæres a defuncto; tamen
ſæpe vidi conſtito de morte principa-
lis domini, iudices ſuſpendiſſe deter-
minationem cauſæ, & prolationem
ſententiæ, & iuſſiſſe citari hæredes,
quod æquum eſſe ſi commodè poſ-
ſint citari, dicit Parlador. *lib.* 2. *re-
rum quotidian. cap. fin. 5. part.* §. 9.
num. 28. & hoc maximè faciendum
eſt, ſi ſententia ferenda ſit reuiſio-
nis vulgò, *de reuiſta*, & erit iuſta cau-
ſa, quòd ſit vltima ſententia, à qua
76 non datur ſupplicatio. Scias tamen,
quòd ſententia lata mortuo altero li-
tigante; non relicto procuratore do-
mino litis cum quo feratur eſt nulla,
l. in ſumma 60. §. fin. de re iudicata,
ſiue ſit contra mortuum, ſiue in eius
fauorem. Capic. *deciſ.* 1. *num.* 26.
Riccius *collect.* 1529. *in principio*, vbi
quod idem erit ſi iudex ignoret de
morte, ex Veralo *deciſ.* 140. 3. *part.*
Carrot. *dict. exception.* 42. *n.* 6. & 7.
vbi *n.* 9. quod valebit ſententia lata
ad fauorem mortui à iudice ignoran-
te mortem, pro Eccleſia, vel pia cau-
ſa, & *n.* 8. *an in beneficialibus.*

Et licèt in tantum ſit dominus li- 77
tis effectus procurator, qui litem con-
teſtatus fuit, vt non poſſit reuocari,
niſi ex noua cauſa, *l. poſt litem* 17. *de
procurat. cap. quamuis de procur. lib.* 6.
Alex. Ludouiſ. *deciſ.* 548. vel tacitè
cedendo liti. Caſiadorus *deciſ.* 2. *n.* 2.
vbi dicit mirabile, quòd tacita reuo-
catio operetur pluſquam expreſſa; &
eſt ratio, quia vt inquit ibi *n.* 5. pro-
curator efficitur dominus litis ad do-
mini non ſui vtilitatem, & ob id
non poteſt renuntiare appellationi in
præiudicium domini. Gratian. *deci-
ſion.* 123. *n.* 10. & ſi interſit domino
relinquere litem, non debet obeſſe
mandatum procuratori datum, nec
litis conteſtatio per eum facta, & eſt
locus regulæ, *l. lex vectigali, de pi-
gnorib.* Sed & expreſsè poteſt reuoca-
re mandatum datum cum iuramento
à minore, vel maiore, licèt reuocans
ſit periurus gloſ. verb. *reuocans, in
cap. fin. de procurator. lib.* 6. Balb. *de-
ciſ.* 499. ſequitur Ricc. *collect.* 1132.
in fin. & Additionator Bartol. *l. cum
precario, litera A. ff. de precario*, fun-
datus in celebri doctrina Bartoli ibi
dicentis, quod in dependentibus ab
ea voluntate non poſſunt facere quin
poſſim

poſſim meam voluntatem exercere, & exemplificat Bartol. *in conſtitutione procuratoris*, & in caſu, *l. ſi quis in principio teſtamenti, de legat.* 3.

78 Sed ſi minor per verba futuri temporis iurauerit non venire contra proceſſum, non reſtituitur. Capella Toloſana *deciſ.* 45. vbi Stephanus Aufrerius plures Doctores, refert: ſed hoc intellige, ſi tempore iura-

79 menti minor fuerit certioratus de beneficio reſtitutionis. Capella Toloſana, *deciſ.* 49. *num.* 1. *&* 2. quia, vt ipſe inquit ex quo non fuerit certioratus, præſumitur ignorare. Franciſcus Marcus *deciſ.* 21. *num.* 2. & plures refert Aufrer. *d. deciſ.* 49. Et hanc opinionem tenet Cacher. *deciſ. Pedemont.* 158. *n.* 15. *&* 16. licèt contrarium tenuerit Villalob. *comm. opinion.* verb. *minor, à num.* 97. & in ea reſidet ſententia Cacher. dicens, eam tenuiſſe & ſequutum fuiſſe Senatum.

80 Sed ſi minor luſerit, & iurauerit ſe ſoluturum, vel non petiturum ludo amiſſa, tenebitur ſoluere, & non poterit vti beneficio reſtitutionis, poterit tamen vti remediis competentibus maioribus ad repetitionem. Thomas Sanch. *de matrim. lib.* 6. *diſputation.* 38. *num.* 30. verſ. *præterea ſi minor iuret.* Sed ſi minor ſine iuramento ludat, ſi curatorem non habeat, licèt obligetur ciuiliter, & na-

81 turaliter, poteſt reſtitui. Tenet idem Sanch. ibi, verſ. *ſed hoc pacto.* Interim tamen, quòd non petierit reſtitutionem, lucrans non tenebitur in

82 conſcientia reſtituere. Et plus dicit Sanchez, quòd & ſi curatorem non habeat, vel pupillus doli capax tutorem, cùm ex veriori ſententia obligentur naturaliter, vt diximus, non tenebitur lucrans reſtituere interim quòd non repetit coram iudice, vtens beneficio reſtitutionis.

Et ex hac vi iuramenti intelliges, 83
l. 2. *ff. de iureiurand.* vbi quòd maiorem autoritatem habet iuramentum, quàm res iudicata, quia contra rem iudicatam reſtituitur minor, vt *in tit. C. ſi aduerſus rem iudicatam*; non tamen contra iuramentum, ita gloſ. *in d. l.* 2. vbi aliàs refert rationes, & Suar. *l. poſt rem, notab.* 2. *num.* 5. Cacheran. *deciſ.* 8. *num.* 5. & Ioannes Guter. *de iuramento confirmatorio* 1. *p. cap.* 63. *num.* 14. vbi quod
habet vim litis conteſtationis. Quod 84
intellige ſi fuit iuramentum deciſorium à debitore creditore delatum; quia tunc perpetuat actionem, *l. nam & poſtea*, §. *ſi is qui temporali actione, de iureiurando*, & impedit præſcriptionem, de quo *in l.* 63. *Tauri*, quæ eſt *l.* 6. *tit.* 15. *lib.* 4. *recopilation.* Secus tamen erit in iuramento contractus, quòd non impedit præſcriptionem, nec perpetuat actionem, ſed ſequitur naturam contractus, vt tradit ipſe Ioannes Guter. *de iuramento*
Confirmat. 3. *part. cap.* 1. *num.* 15. Et 85
obiter ſcias, quòd deferre iuramentum, eſt relinquere quæſtionem, ſed litem in iuramento *part. l.* 3. *&* 5. *de iureiurand.* Donel. *lib.* 24. *comment. cap.* 11. referre iuramentum eſt, dicere deferenti, iura tu, *l. actor. Cod. de reb. cred. & iureiurand.* Donel. *d.*
cap. 11. *in fin.* Et remittere iuſiuran- 86
dum, eſt, parato iurare gratiam facere iuramenti, *l. remittit.* 6. *de iureiurand.* Et poteſt reuocari delatio iuramenti vſque ad ſententiam, & poſt ſententiam, vel ſi appellatione ſuſpenſa ſit, *l. ſi quis* 11. *de rebus credit.* Donel. *lib.* 24. *comment. cap.* 14.

Et licèt reſtituatur minor litigans 87
per-

per procuratorem conſtitutum ſine iuramento (quem poſſe conſtituere, dicit gloſ. *in auth.* Sacramenta puberum, licèt verior ſit contrarium ſecundùm Boër. *deciſ.92.n.3.*) non tamen reſtituetur minoris defenſor, qui conſtituitur & ſubrogatur loco minoris abſentis *l. eum qui* 48. *de*
88 *minor.* Et ratio eſt, quia reſtitutio non conceditur minori, niſi quoad ea quæ cum eo geſta ſunt, *l. ait prætor* 7. *de minor.* Barboſ. *l. maritum* 13. *n.47. ſoluto matrimonio.* Neque obſtat, quòd defenſor habeat actionem negotiorum geſtorum contra minorem, & ſic præiudicaretur minori, quia non reſtituitur, niſi fuerit læſus, vel ſua facilitate, vel dolo aduerſarij deceptus, vel facilitate de-
89 fenſoris, *l. non omnia, de minor.* Et ſemper minor reſtituitur aduerſus defenſorem, qui eius negotia non geſſit vtiliter, & ſic ceſſat minoris præiudicium, gloſ. *fin. dict. leg. eum qui.* Sfortia *de reſtitutione*, 1. *part. quæſt.* 17. *num.* 55. Quod ſecus eſt in procuratore, quia cùm reſtitutio ſit facienda in bonis minoris, *l.* 4. *in princ. de re iudic.* agitur de minoris præiudicio, & ita reſtituitur, *l. cùm mandato, in fin. de minor.* quia quando ex facto tertij minor læditur,
90 competit ei reſtitutio, quaſi aliquid cum eo actum ſit: Bart. *l. Stichus*, §. *quod vulgò, n.2. de ſolut.* Barboſ. vbi *ſuprà* dicens, ad eum modum intelligendam, *l. eum qui* 48. *ff. de minor.* Et licèt pupillo nulla præſcriptio currat, ſed dormiat tempore pupillaris ætatis, *l. ſicut, Cod. de præſcript.* 30. *ann. l. bonæ fidei, de acquir. rerum dom.* tamen adulto currit longiſſima, *l. fin. Cod. in quibus cauſis*
91 *reſtitutio neceſſaria non eſt.* Et ſic limitatur ſententia gloſ. verb. *quærere, d. l. fin.* dicentis, quod minoris bona, quæ prohibentur alienari, prohibentur præſcribi, *l. non eſt incognitum, C. quibus non obiicitur longi temporis præſcriptio*, vbi gloſ. & *l. alienationis, de verb. ſignif.* vt procedat in præſriptione longiſſima. Et ratio admittendi talem præſcriptionem ea eſt, quia non eſt prohibita ſimpliciter alienatio rei immobilis minoris, ſed per- 92
miſſa cum decreto; atque ita poteſt præſcribi. Menchac. *de ſucceſ. creat.* 1. *p. lib.* 3. *n.* 118. poſt medium. Nec 93
contra præſcriptionem longiſſimam triginta, vel quadraginta annorum reſtituitur minor, nec fiſcus. Theſaur. *deciſ.* 184. *n.* 11. Couarr. *reg. poſſeſſor.* 2. *part.* §. 8. *n.4. circa princip.* Et pupilli fideiuſſoribus ſubue- 94
nitur, *l.* 2. *ff. de administration. tutor.* fideiuſſoribus autem minoris ſecus, *l.* 1. *& per totum, Cod. de fideiuſſoribus.*

Sed hoc, quando contractus re- 95
ſcinduntur iure ſpeciali minoris: ſecus ſi iure communi reſcindantur; quia tunc etiam procuratori prodeſt, *l. minori* 51. *de procurator. l. cùm lex, de fideiuſſoribus*, *l.* 4. *tit.* 12. *part.* 5. Vincent. de Franch. *deciſ.* 247. *n.7.* Petrus Fab. *l. in negotiis, column.* 5. *de regul. iuris*, vbi æqualiter inquit ſuccurri fideiuſſoribus minorum, & pupillorum aduerſus obligationem, quæ iure ciuili, ex re veniebat prætoris beneficio.

Sed & cùm pupillus nequeat pro 96
debito carcerari, vt tradit Bald. *l.* 1. *num.* 10. *Cod. qui bonis cedere poſſ.* & ita fuiſſe deciſum, teſtatur Riccius *collect.* 1629. *in princip.* Baeç. *de inope debitore, capite* 8. *num.* 15. & Gratianus, *diſceptationum forenſ. cap.* 328.

*cap.*328. *num.*17. & ibi, *n.*14. idem
de ſene ſeptuagenario; & quod paſ-
ſim ſeruatur in viſitationibus carce-
rum: Minor autem poterit carcerari.
Bacç. vbi *ſupr.* Roder. Suar. *tit. de*
los goviernos, ad fin. licèt non fuerint
grauiſſimi Doctores contrarium te-
nentes, vt poſt gloſſam, *in l.*3. *§.ſed*
virùm, de minorib. tradit Angel. *l.ne-*
*mo carcerem, C.de exact. trib. libr.*10.
Bald. *d.l.*1. *n.*20. *Cod. qui bonis cede-*
re poſſunt. Iacobin. de ſancto Geor-
gio, *l. neque impuberes, n.*3. *de in ius*
vocand. Alciat. *l.* 4. *§. condemnatum,*
*col.*6.*de re iudicata.* Roman.*conſ.*120.
*à num.*3. ex eo quod ipſe dicit, quòd
minor non poteſt eſſe contumax; &
non ſatis apertè eam opinionem vi-
detur tenere, Parlad. *lib.*2. *rerum quo-*
tidianar. cap.fin. 1.*part.cap.*6.*n.*15.
verior tamen eſt opinio contraria,
quòd minor poſſit carcerari; quam
tenet Bart. *tract. de carcerib.* & Iaſ.
l. neque impuberes 22.*n.*2. *de in ius*
vocando, vbi quod minor committit
contumaciam, & patitur ſecundum
97 decretum, & bonorum venditionem,
l. ſi minor, de bonis autorit. iud. poſſ.
Quod quidem decretum neque in-
terponitur, niſi præcedente contu-
macia, *cap. contingit, de dolo & contu-*
98 *macia.* Sed & Bald. *l. vnica, col.*16.
verſ. *iuxta hoc quæro an adultus, Cod.*
de confeſſis, ait, quòd ſtatutum diſpo-
nens quòd contumax habeatur pro
confeſſo, habet locum in adulto,
qui propter contumaciam poteſt ban-
niri, vt tenet Guido de Suza, *l. vnic.*
ff. ſi quis ius dicenti, non obtempera-
uerit, quem ſequitur Ioannes Andr.
in additionib. ad Speculatorem, tit. de
primo & ſecundo decreto, §. reſtat, verſ.
ſed pone, quos refert Iaſ. vbi *ſupr. n.*3.
Imò quod magis eſt, quòd impubes
doli capax poteſt ob contumaciam 99
mulctari & excommunicari, Angel.
d.l. neque impuberes, allegans Specu-
latorem *tit. de contumacia, §.fin.in fin.*
Sequitur Nenizan, *conſ.*17. *num.*48.
& 54. Gratian. *cap.* 360. *num.* 25.
Et quod minor poſſit pro debito in-
carcerari, tradunt plures, quos refert
& ſequitur Dueñ. *reg.* 259. Marche-
ſan. *de commiſ. appel. in cauſ. camerar.*
oblig. 1.*p.* §.1. *n.* 37. & 38. ſequitur
Gratian. *cap.*360. *à num.*24. vbi am-
pliat ad pupillum doli capacem,
n. 26. & 27. & quod quamuis multi
tenuerint contrariam ſententiam, non
eſt recedendum à doctrina Bartol.
Auendañ. *reſp.* 4. *n.* 7. vbi quòd ex
ſola confeſſione debiti à minore
adulto facta in iudicio, etiamſi non
habeat curatorem, & ſic ex recogni-
tione iudiciali apochæ, ſeu chirogra-
phi, poſſet exequi minor: ſed cau- 100
tius eſt adhibere curatorem, cùm
actus recognitionis ſit iudicialis,
etiamſi apocha ſit facta cum iura-
mento, licèt aliàs iuramentum ha-
beat paratam executionem, *l. actori,* 101
Cod. de reb.credit. Guterrius *de iura-*
mento confirmatorio, 1. *part. cap.* 62.
*n.*2. & 3. Menoch. *lib.* 1. *de arbitr.*
*quæſt.*50. Donel. *lib.*4. *controu. c.*11.
vbi Oſuald. Et habet maiorem au- 102
thoritatem quàm res iudicata, *l.*2. *de*
iureiurando, quia non reſtituitur mi-
nor, *l. ſi alterius, Cod. ſi minor ſe*
maiorem dixerit, cùm reſtituatur ad-
uerſus ſententiam, vt in *tit. Cod. ſi*
aduerſus rem iudicatam.

Sed id quod dicimus de iuramen-
to, ſolùm procedit in iuramento in
iudicio delato à parte parti. Suar. *l.*
poſt rem, notab. 2. *num.*6. vbi Balde-
ſius plures refert.

Pro quo facit, quòd puberes poſ- 103
ſunt

Digitized by Google

ſunt obligati perſonaliter, *l. puberes, de verborum obligationibus*, iuxta intellectum *ſupra* traditum, *cap.* 22. *num fin.* per Fachin. *lib.* 1. *controuerſ. cap.* 1. *& cap.* 9. Et effectus perſonalis obligationis eſt executio in perſonam, *l.* 63. *Taur.* Couarr. *lib.* 3. *vari tr. cap.* 7. *num.* 6. ibi: *Recognitio deſideratur, vt præmiſſa perſonali obligatione, executiori locus ſit.* Et per executionem perſoua eſt capienda & incarceranda, iuxta formam præſcriptam, *l.* 19. *tit.* 21. *lib.* 4. *recop.* ibi: *Y que en defeto de las dichas fianças, ſea*
104 *preſo el deudor.* Et ſi minor fuerit ſimul filiusfamilias, non poteſt incarcerari. Ioannes Baptiſta Cacialupus, *tr. de debitore ſuſpecto, & fugit. q.* 5. *num.* 8. vbi quòd eo caſu procedit contraria opinio: quem ſequitur Pa-
105 riſ. *conſ.* 94. *num.* 14. *volum.* 1. Sed poterit minor reſtitui in integrum contra obligationem, ex cauſis à iure conceſſis. Iaſ. *d. l. neque impuberes, de in ius vocando*, & probatur, *l.* 3.
106 *§. ſed vtrùm, ff. de minor.* Sed & minor poterit excommunicari, Carroc. *exception.* 124. *num.* 51. *& in tract. de minor. excuſand. in delictis, q.* 56.

CAPVT XXV.

De vtilitatibus adulti, ſeu minoris, & præcipuè de in integrum reſtitutione: & an detur ei contra actum ab eo geſtum cum autoritate curatoris, vel iudicis: & an detur induſtrioſo, & iuriſperito, & an competat contra executionem inſtrumenti, & trium ſententiarum conformium: & an concedatur hæredibus minoris, & quo tempore, & quibus caſibus detur reſtitutio in temporalibus, & ſpiritualibus, & an cenſeatur excluſa per generalem excluſionem exceptionum.

SVMMARIVM.

1 *Inter minorum vtilitates præcipua eſt in integrum reſtitutio, quæ eis conceditur, ſi fuerint ab aliis circumuenti, vel ſua facilitate decepti.*

2 *Minori conceditur reſtitutio, licèt contraxerit cum autoritate curatoris.*

3 *Minor, quamuis interuenerit iudicis decretum, reſtituitur.*

4 *Minor reſtituitur, licèt iure, vel ſtatuto legitimetur ad aliquem actum, &* n. 81. & 82.

5 *Si ſtatutum diſponit, quòd minori currat præſcriptio, licet mero iure currat, reſtituitur.*

6 *Reſtitutio in integrum admittitur ſtante clauſula denegandæ audientiæ, donec ſoluatur & ſic auditur minor contra quem eſt lata ſententia addictionis* (vulgò de remate) *& carceratus.*

7 *Minor reſtituitur, licèt vt dili-*

Digitized by Google

gens paterfamilias ſe oſtenderit induſtrioſum, & etiamſi tutor vel curator actum gerat.

8 Minor iuriſperitus, ſeu aduocatus, reſtituitur, ſi ſit læſus, licèt debeat eſſe ſua prudentia inſtructus.

9 Aliud eſt ſcientia iuris, aliud prudentia in rebus agendis, quæ ex experientia rerum magiſtra comparatur.

10 Doctores effectualiter non dicuntur ſine practica.

11 Ab experientia licet arguere.

12 Prælatus defendens iura Eccleſiæ cum aduocato iuuene, tenetur ad damna.

13 Iuriſperitus licèt ſit expertus in iuris practica, non ob id eſt in mercimoniis, & valore rerum.

14 Minoris conſilium eſt fragile, & multis captionibus ſuppoſitum, multorumque inſidiis expoſitum.

15 Reſtitutio in integrum conceditur cauſa cognita, & dicitur actio, & in ea datur inſtantia.

16 Minor vt reſtituatur, requiritur læſio; quia non reſtituitur, quia minor, ſed quia læſus.

17 Nec ſufficit quod minor dicat ſe læſum, niſi probet læſionem de tempore contractus: & declaratur, l. & ſine, §. quæſitum, de minoribus.

18 Minor ſi fideiuſſerit, non tenetur probare læſionem, quia ipſa fideiuſſio ſola læſionem inducit.

19 Minor non reſtituitur aduerſus fideiuſſionem, ſi pro patre carcerato fideiuſſerit, vel pro liberando eo ab incarceratione.

20 Idem, ſi fecit quod diligens homo feciſſet fideiubendo.

21 Si compromiſerit minor, reſtituitur, quia priuatur poteſtate appellandi.

22 Si minor compromittat in arbitratorem, non reſtituitur, quia præſumitur habere cauſam dubiam.

23 Minor renuntians appellationi ante latam ſententiam, reſtituitur ſine alia probatione.

24 Si poſſibile eſt poſſe lædi minorem, eſt reſtituendus, ac ſi læſus fuiſſet.

25 Potentia nocendi attenditur, ſicut nocendi actus: & reſtituitur aduerſus fictam confeſſionem per legem inductam.

26 Minor dicitur læſus, ſi faciat actum ex quo nulla vtilitas ſibi reſultet, ſi poſſit illi ſequi damnum.

27 Minor ſi non appellauit, reſtituitur abſque vlla læſionis probatione, licèt habeat regreſſum contra procuratorem, niſi ſententia ſit lata pro libertate.

28 Minor reſtituitur aduerſus omiſſam declinatoriam, ſi damnum afferat minori; & idem ſi omiſerit ponere exceptionem dilatoriam, licèt poſteà eam poſuerit in vim peremptoriæ.

29 Minor ſi pendente lite omiſerit ponere exceptiones peremptorias, reſtituitur ſine alia probatione.

30 Reſtitutio cenſetur conceſſa per proceſſum ad vlteriora.

31 Minor reſtituitur poſt ſententiam, modò aliquid deducatur quod læſionem inducat, abſque probatione: & quid ſi ſententia fuerit tranſacta in rem iudicatam.

32 Minor non reſtituitur ad appellandum; ſi appellatio reme-

ta eſt, nec ſuſpenditur executio ſententiæ.

33 *Minor ſi petat ſe reſtitui aduerſus ſententiam, in meritis ipſius cauſæ debet probare læſionem: & ponitur exemplum.*

34 *A conceſſione vel denegatione reſtitutionis datur appellatio, cùm ſit articulus præiudicialis; & quæ dicantur præiudicialia.*

35 *Minor & ſi non expreſſe petierit reſtitutionem, per clauſulas ſalutares cenſetur petita; & quæ ſint tales clauſulæ.*

36 *Iudex motu proprio non poteſt concedere reſtitutionem, quia nequit interponere officium ſuum parte non præſente, niſi in caſibus.*

37 *Minor repetendo rem venditam, videtur petere reſtitutionem in integrum.*

38 *Reſtitutio in integrum an impediat executionem; & numeris ſequentibus*

39 *In generali excluſione exceptionum non cenſetur excluſa in integrum reſtitutio. Limita, ſi auferatur defenſio.*

40 *Minor ſi exequatur virtute inſtrumenti fideiuſſionis, petita ab eo reſtitutione, impeditur executio, ſine alia probatione.*

41 *Exceptio quæ reſultat ex inſtrumentis aduerſæ partis, nunquam eſt reiicienda.*

42 *Minor ſi confeſſus fuerit debitum in iudicio de quo aliter non conſtat, reſtituitur, etiam non probato errore.*

43 *Minor ſi mutuam pecuniam acceperit, reſtituitur abſque probatione læſionis; niſi aduerſarius probet factum locupletiorem.*

44 *Minor reſtituitur non ſolùm in pecunia mutuata, ſed in omnibus mutuabilibus.*

45 *Minor licèt non lædatur in commodo pecuniariæ, ſed litibus vexetur, reſtituitur.*

46 *Lites ſunt cauſa multorum malorum; & ſocietatem humanam maximè turbant, & Reipublicæ detrimentum præbent.*

47 *Propter lites multi ad egeſtatem deducti ſunt; & propriam patriam reliquerunt.*

48 *Vituperanda non eſt cogitatio eius, qui lites execratur.*

49 *Princeps non admittit hæreditatem ſibi relictam cauſa litis.*

50 *Commodum magnum conſequitur, qui à lite recedit.*

51 *Indebitum ſolutum per tranſactionem non repetitur.*

52 *Euentus litis dubius; & euentus reſtitutionis poteſt eſſe incertus.*

53 *Litigandi materia eſt tollenda, & ſic reſtituitur minor, licèt exceptione tutus ſit.*

54 *Reſtitutio in integrum an concedatur ob modicam læſionem, vel requiratur grande damnum.*

55 *Modicus exceſſus non eſt in conſideratione; & modicum præiudicium non attenditur in qualibet materia.*

56 *Parum & nihil æquiparantur in iure.*

57 *Si agitur de auferendo iure alterius, de minimis habetur ratio.*

58 *Reſtitutio an ſit concedenda, vel non ob modicam læſionem, relinquitur arbitrio iudicis.*

59 *Minor qui deteriorem rem elegerit, reſtituitur.*

60 *Parua vtilitas publica non admittitur cum magno damno priuati, & qualiter intelligantur*

leges requirentes grande damnum.

61 *Modica nõ ſunt in conſideratione, & ſic emphyteota non detrahit expenſas paruas,& an magne.*

62 *Minor reſtituitur aduerſus ſententiam, & aduerſus tres conformes, ſi conſtat de ipſarum vel aliqua earum iniuria , &* n. 67.

63 *Minor reſtituitur aduerſus vnum capitulum ſententiæ ſi capitula non ſunt connexa.*

64 *Appellari poteſt ab vno capitulo ſententiæ ; & procedit in executiuis.*

65 *Si detur ſententia addictionis, vulgo* de trance y remate , *poteſt creditor petere vt fiat addictio pro quantitate quæ ſibi iubetur ſolui , licèt appellauerit pro eo quod non iubetur ſolui.*

66 *Minor reſtituitur aduerſus ſententiam latam in cauſa attentatorum.*

67 *Minor reſtituitur aduerſus executionem trium ſententiarum conformium : & referuntur contrariæ opiniones : & diſtinguitur* num. 70.

68 *Illud quod præſtat maioribus appellatio , hoc ipſum minoribus reſtituitur , licèt non ita , quia appellatio extinguit pronuntiatum , reſtitutio ſolum ſuſpendit ſententiam.*

69 *Virtus maior eſt in appellatione , quæ iure communi conceditur , quàm in reſtitutione , quæ ſpeciali.*

70 *Reſtitutio in integrum impedit executionem ſententiæ, ſi habet damnum irreparabile ; modò reſtitutio non ſit friuola : ſecus ſi habèt damnum reparabile , niſi euidenter appareat de læſione.*

71 *Licèt reſtitutio in integrum à minore petita impediat executionem: ſecus ſi à maiore petatur ex alia cauſa.*

72 *Ad impediendam executionem nil impedit , ſit petita vel non reſtitutio à minore ante cœptam reſtitutionem , vel poſt ; quidquid aliqui Doctores teneant.*

73 *Quandiu per in integrum reſtitutionem poteſt retractari ſententia, non dicitur res iudicata : & refertur praxis Regalis Cancellariæ intimandi ſententiam minoribus & curatoribus , tranſacto termino ſupplicandi.*

74 *Reſtitutio in integrum non poteſt peti niſi per minorem , vel habentem ſpeciale mandatum limitatur in patre, qui ſine mandato poteſt, licèt filius reſtitui nolit.*

75 *Quod dicitur , de patre idem de cognatis , ſi probabile peculium prætendant : ſecus ſi ſua non interſit , & adſit contraria minoris voluntas.*

76 *Coniunctus agit ſine mandato, vbi non ſit expreſſa contraria voluntas coniuncti ; vel ſi conſtituerat procuratorem, niſi neglexerit agere procurator.*

77 *Extraneus petit reſtitutionem pro minore , ſi dubitatur de mandato, & præſtet cautionem de rato.*

78 *Minor reſtituitur intra quadriennium poſtquam eſt maior effectus de eo quod fuit læſus in minori ætate.*

79 *Hæres minoris reſtituitur intra quadriennium à die aditæ hæreditatis aduerſus ea in quibus minor fuit læſus.*

80 *Minori petenti reſtitutionem aduerſus lapſum temporis minoris*

quadrien.

quadriennio, ſolùm datur ei tale tempus.

81 *Si minor obtinuerit veniam ætatis à Principe, currit quadriennium à tempore veniæ.*

82 *Si minor impetrauit veniam in vigeſimo ſuæ ætatis anno, habet quinquennium ad petendam reſtitutionem pro contractibus initis ante veniam; quia poſteà non reſtituitur niſi circa immobilia alienata etiam cum decreto, & vide* ſuprà num 4.

83 *Quadriennium quod datur minori, à principio eſt utile, & currit non à prima die vigeſimiſexti anni, ſed à tempore quo minor maior factus ſcientiam læſionis habuerit; ſed poſteà eſt continuum,* num. 88.

84 *Quadriennium currit Eccleſiæ & Reipublicæ à die contractus vel actus quo eſt cauſata læſio; vel ſi à curſu temporis; nam incipiet eo finito.*

85 *Quadriennium non currit Eccleſiæ, durante vita Prælati alienantis, & currit à tempore ſcientiæ quam habeat Capitulum, vel communitas legitimè congregata, & ſufficiet ſcientia præſumpta.*

86 *Si læſio eſt cauſata excurſu minoris temporis quadriennio, ſolùm datur tempus læſionis.*

87 *Quadriennio finito, non datur reſtitutio aduerſus eius tranſcurſum, quia eſſet procedere in infinitum, nec reſtituitur aduerſus contractus celebratos tempore quadriennij.*

88 *Tempus quadriennij quod à principio eſt utile, poſteà adueniente ſcientia eſt continuum, etiam ad excipiendum.*

89 *Olim currebat tempus minoribus hodie ipſo iure non currit eis tempus, quia melius eſt ante tempus occurrere, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere.*

90 *Sed limitatur in tempore inſtantiæ præfixo, quod etiam hodie currit minoribus, licèt ſtante læſione detur minori reſtitutio, niſi in caſibus à iure expreſſis, vt triginta vel quadraginta annorum, & aliis.*

91 *Licèt minores ligentur ſtatutis aliquid generaliter diſponentibus, non ob id impeditur reſtitutio aduerſus præſcriptionem, ſi ſtatutum dicat quod currat minoribus.*

92 *Minor reſtituitur aduerſus præſcriptionem 30. annorum completam, ex cauſa abſentiæ, vel ignorantiæ.*

93 *Reſtitutio in integrum in dubio eſt concedenda minori, & reſtituitur aduerſus culpam conditionis, & grauaminis non impleti, ſi omnia ſint integra, & dolus abſit; & aduerſus non confectum inuentarium.*

94 *Si minor habet cauſam indiuiduam cum maiore, reſtitutio prodeſt etiam maiori.*

95 *Si cauſa ſit diuidua, vt ſi ſint plures hæredes, & minor reſtituatur aduerſus aditionem hæreditatis, non prodeſt cæteris, & eius partem capient venientes ab inteſtato & decedet minor pro parte teſtatus.*

96 *Licèt minori competat aliud remedium ordinarium, ſi per in integrum reſtitutionem pinguius ei ſuccurritur, eſt concedenda reſtitutio, quia etiam bona fidei poſſeſſor*

poſſeſſor reſtituit cum fructibus.

97 *Minori læſo vltra dimidiam datur in integrum reſtitutio; quia præcisè compellitur rem reſtituere, & non datur electio an velit ſupplere pretium.*

98 *Si minor ſit ſolùm læſus in pretio vltra dimidiam, ſolum ei datur remedium*, l. 2. Cod. de reſcind. vend. *quod limitatur in exemplo poſito.*

99 *Minor qui in reſtitutione petenda eſt multum expenſurus an poſſit occultè ſibi ſoluere, & compenſare: & quid in ludo amiſſis.*

100 *De reſtitutione in beneficialibus & ſpiritualibus, & aliis remiſſiue ad alia capita huius libri.*

101 *Minoris bona vendita ſeu diſtracta ex cauſa iudicati ſi reſtituatur ſunt ei reddenda cum fructibus, & bona aduocantur à bonæ fidei poſſeſſore, & idem in maiore reciſſa ſententia.*

102 *Titulus ſi reducitur ad non titulum res eſt reſtituenda cum fructibus ſiue à principio ſit irritus, ſiue poſtea irritetur retro, licet ab initio valuerit.*

103 *Is cui res diſtracta reſtituitur annullato titulo debet ſoluere melioramenta & fructus meliorationum relinquuntur melioranti quatenus tangunt quantitatem meliorамentorum.*

104 *Emptor rei diſtractæ ſi eam alteri vendiderit ſecundus emptor, qui bona fide emit, & poſſedit facit fructus ſuos, & poteſt rem præſcribere, & tunc is à quo res eſt ablata aget contra venditorem ſed ſi non eſt ſoluendo contra tertium.*

105 *Minor qui adiuit hæreditatem ſi reſtituatur, & repudiet admittitur ſubſtitutus vulgaris.*

106 *Minor qui iurauit ſe maiorem an reſtituatur.*

107 *Minor qui iurauit, licèt excludatur à reſtitutione non excludetur à dicendo de nullitate actus.*

108 *Minor reſtituitur ad non confectum inuentarium, & in aliis remiſſiue.*

109 *Minor poteſt cedere beneficium reſtitutionis in alium, &* num. 53.

110 *Reſtitutio in integrum minori competens, tranſit ad hæredes.*

111 *Minor reſtituitur aduerſus conditionem non impletam.*

112 *Minor reſtituitur ad penam priuationis ob contrauentionem contractus iurati.*

113 *In articulo reſtitutionis in integrum non admittuntur repulſæ teſtium.*

INter omnia quæ à iure in fauorem minorum introducta ſunt, præcipua eſt, in integrum reſtitutio, quæ eis conceditur aduerſus contractum, vel actum in quo fuerint læſi ſua facilitate, vel dolo aduerſarij, *l. non omnia* 45. *de minor.* ibi: *Si ab aliis circumuenti, vel ſua facilitate decepti.* Sfortia Oddus, *de reſtitutione*, 1. *part. quæſtion.* 4. *à numer.* 2. *&* 5. & eis conceditur, licèt contrahant, cùm autoritate curatoris, *l.* 1. *& per totum, Cod. ſi tutor, vel curator interuen. l.* 1. *titul.* 25. *partit.* 3. Ioannes Gutierrez *de iurament. confirmat.* 1. *part. cap.* 5. *num.* 6. *in fine*, Barboſ. *l. ſi ante* 6. *num.* 18. verſicul. *ſi verò excedat pupillarem ætatem*,

ætatem, ſoluto matrimon. Et quamuis decretum iudicis interuenerit, quia licèt curatoris, vel iudicis autoritas faciat actum mero iure valere; non tamen excludunt beneficium reſtitutionis. Paul. Caſtrenſ. *l. ſi curatorem habens, n. 3. Cod. de in integrum reſtit.* Thom. Sanch. *de matrimonio, lib. 3. diſputat.* 48. *num.* 111. quidquid dixerit Ludouicus Gomezius, & Ioannes Baptiſta Cocin. *deciſ. Rotæ Roman.* 76. *num.* 11.

4 Et idem, ſi minor iure, vel ſtatuto legitimetur ad aliquem actum; nam licèt actus valeat mero iure, ſi eſt læſus, reſtituetur, gloſſ. *in l. vnic. Cod. ſi de moment. poſſeſſ.* & gloſſ. *in l. prætor*, verb. *quid aliud, de minoribus.* Paul. Caſtrenſ. *conſ.* 393. *incipienti, Pro euidentia, lib.* 2. vbi quòd
5 ſi ſtatutum diſponit quod minori currat præſcriptio, licèt mero iure currat, non denegatur beneficium reſtitutionis. Sequitur alios referens Cancerius 2. *part. variar. cap.* 1. *n.*
6 226. Sed & admittitur in integrum reſtitutio, ſtante clauſula denegandæ audientiæ donec ſoluatur. Phebo *deciſ.* 12. & ſic audietur minor executus poſt addictionis ſententiam (vulgò *de remate*) contra eum lata in gradu appellationis, ante ſolutionem factam; ne ſit in damno, quia ſi eo tempore non audiatur poterunt poſteà ei deficere probationes; quia minori ſemper ſuccurritur ſi poteſt lædi; quinimò, & maior audiri debet, etiam ante ſolutionem ſi non poſſit ſoluere in promptu, & idem ſi eſſet damnum irreparabile, putà, quia teſtes proficiſcerentur vltra mare, vel eſſent infirmi ſaltim, vt examinentur parte citata, *l. in lege Aquilia ſi deletum* 41. ad legem Aquiliam. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 41. *num.* 5. quæ cauſa ſufficiens eſt, vt poſſit deduci ius de futuro, vt ibi Peregrinus, vbi alios ponit caſus Pinel. *l.* 1. 3. *part. n.* 18. verſ. *nec obſtat, de bon. matern.*

Sed ſi debitor contra quem eſt lata ſententia *de remate*, ſit carceratus, nec habeat vnde ſoluat, eſt audiendus in ſecunda inſtantia. Maſtril. *deciſ.* 99. *num.* 12. qui enim poteſt ſoluere non auditur, quia contumax eſt non obediendo ſententiæ, ſic non auditur quis in executiuis, niſi prius parito iudicato, quæ clauſula quando ponitur in commiſſione importat in primis, & ante omnia; Marta *clauſul.* 92. *num.* 7. *part.* 1. nec iudex habet iuriſdictionem antequam ſit paritum, & acta ſunt nulla. Puteus, *deciſion.* 429. *libro* 1. *capite cum dilecta, de reſcriptis, cap. cum olim, de officio delegat.* Marta, *clauſul.* 90. 1. *part.* At qui manet carceratus propter debitum & ſententiæ executionem, nec habet vnde ſoluat, ne caro humana marceſcat in carceribus eſt audiendus, quia lex non obligat vltra poſſe, & ſtante ſententia iniqua, vt *c.* 30. *à n.* 42.

Et reſtituetur minor, licèt vt diligens paterfamilias ſe oſtenderit 7
induſtrioſum; ita vt ob id fuerit decurio creatus, de quo veroſimiliter læſionem non credatur pati; nam ſi in rei veritate appareat læſus reſtituitur, *l.* 1. *Cod. qui & aduerſus quos in integrum.*

Minor iuriſperitus ſi ſit læſus re- 8
ſtituitur, *argum. l.* 1. *ff. de minoribus, in fin.* ibi: *Quamuis bene rem ſuam gerentibus*, tenet Sarmient. *lib.* 3. *ſelectarum, cap.* 22. licèt contrarium voluerit Sfort. Oddus *de reſt.* 1. *part.*

quæſt. 23. *art.* 7. *per l.* 2. §. Quintus Mutius *de origine iuris*, vbi iudicatur turpe, quod iuriſperitus ignoret ius in quo verſatur, & quia iuriſprudentia eſt diuinarum atque humanarum rerum notitia, debet eſſe ſua prudentia inſtructus in omnibus rebus, *l. regula*, §. *ſed iuris*, *de iur. & facti igno.* Quod non obſtat; nam, vt dicit Fachin. *lib.* 3. *contr. iuris, cap.* 4. *in fin.*
9 aliud eſt ſcientia iuris, aliud prudentia in rebus agendi, quæ ex vſu & experientia comparatur, vt rerum magiſtra. Clementin. *diſpendioſam*, *in princ. iudic. cap. quam ſit, Eccleſiis, in princ. de elect. lib.* 6. vbi additio marginalis, quòd Doctores non dicuntur effectualiter ſine practica: &
10 plus operatus experientia, quam iuris theorica, Tyberius *conſ.* 18. *n.* 19.
11 *vol.* 1. Et ab experientia licet arguere. Alex. Raudenſ. *conſ.* 10. *num.* 137. *& conſ.* 14. *num.* 51. *& conſ.* 21. *n.* 9.
12 *volum.* 1. Et ita Prælatus defendens iura Eccleſiæ cum aduocato iuuene, tenetur ad damna. Marcus Antonius Genuenſ. *pract. q.* 417. *n.* 2. Et idem erit de curatore.

13 Et licèt iuriſperitus ſit expertus in iuris practica non ob id eſt in mercimoniis & valore rerum; imò mercimonium & omnia quæ lucri faciendi cauſa exercentur, ſunt aliena à iuriſperitis, *l. profeſſio*, *Cod. de muneribus patrim. lib.* 10. *l. in honoribus* 8. §. *philoſophis, de vacatione muner.* Sed & dicit Sfort. vbi *ſupr. n.* 33. *in prouerbio ferri*; excellentes Doctores in cæteris rebus agendis eſſe ineptos.
14 Et minorum conſilium facile eſt multis inſidiis expoſitum, & captionibus ſuppoſitum, vt ait Iuriſconſult. *l.* 1. *de minorib.* Et quia in actibus & contractibus læduntur aliquando ſua facilitate; & aliquando dolo eorum qui cum eis contrahunt, vtroque caſu reſtituuntur, ſi læſi inueniantur, vel ſua facilitate, vel aduerſarij dolo; & id cauſa cognita fit, *d. l. non omnia*, 15
ibi: *Non omnia quæ minores viginti-quinque annis gerunt, irrita ſunt, ſed ea tantùm, quæ cauſa cognita, eiuſmodi deprehenſa ſunt*, & ita inquit prætor in edicto. *Vtique quæ ea res erit animaduertam*, *d. l.* 1. vt ſi eos inueniat ab aliis circumuentos, vel ſua deceptos facilitate reſtituantur, *l.* 2. *tit.* 19. *p.* 6. Sed & reſtitutio in integrum dicitur actio, & in ea datur inſtantia. Giurb. *deciſ.* 106. *n.* 9.

Nec ſufficiet minorem eſſe, vt 16
reſtituatur; non enim reſtituitur, quia minor eſt, ſed quia læſus. Gratian. *deciſ.* 196. *n.* 16. Nec enim vtique quòd minor non eſt, ſtatim circumuentum ſe docet, vt inquit textus *in l. nam poſteaquam*, §. *ſi minor*, *de iureiurando*, atque ita vt minor re- 17
ſtituatur, duo copulatiuè requiruntur: & minor ætas Bart. *l. de ætate*, *num.* 21. *de minoribus*, & læſio. Bart. *l. denique*, §. 1. *eodem tit.* Ioan. Bapt. Cocin. *deciſ.* 219. *n.* 2. & quòd debet probare læſionem, Aym. *conſ.* 178. *n.* 8. Cacher. *dec.* 158. Gam. *dec.* 162. *n.* 2. Pinel. *l.* 2. 3. *part. cap.* 1. *n.* 30. *de reſcind. vendit.* Meneſius *l. ſi emancipata*, *num.* 3. *Cod. de iuris & facti ignor.* Roland. *conſil.* 53. *num.* 42. *&* 43. *vol.* 2. Anton. Gabriel. *lib.* 2. *concluſ. tit. de minorib. concluſ.* 1. 2. *&* 3. Et quòd non ſufficiat minor ætas, niſi probetur læſio, apertè dicit, *l.* 4. *tit.* 14. *part.* 3. ibi: *Tenudo es aquel que queſiere quebrantar el pleyto, prouar dos coſas; la vna, que el era menor en aquel tiempo que aquel pleyto hizo: la otra, que fue hecho con en-*

gaño

gaño, ò en gran daño de ſi. Caſi eſtas dos coſas no prouaſſe, no podria deſatar el pleyto.

Sed & debet probare læſionem de tempore contractus; ſecus ſi ex poſt facto. Sfort. Oddus *de in integ. reſtit. p.* 2. *q.* 57. *art.* 3. *n.* 20. Nec obſtat, *l. etſi ſine*, §. *quæſitum*, ibi; *Si res eius venierit, & exiſtat qui plus liceatur*; nam intelligi debet, ſi intra breue tempus minor petierit reſtitutione: ſecus ſi ex interuallo. Bart. *l. ſi tempora, num.* 7. *Cod. de ſide inſtr. & iure haſtæ, lib.* 10. Raudenſ. *conſ.* 17. *part.* 9. *num.* 50. & 53. *volum.* 1. Et ob eam rationem textus *in d.* §. *quæſitum* ait, circunſpectè debere fieri.

18 Et licèt regulariter minor debeat probare læſionem, ſunt plures caſus, in quibus abſque læſionis probatione reſtituitur, vt ſi fideiuſſerit; quia fideiuſſio læſionem inducit, *l. ait prætor*, §. *non ſolùm, de minoribus, l. ſi Titius*, & Seia, *in princip. de fideiuſſoribus.* Gamma, *deciſ.* 162. *n.* 5. vbi, quòd fideiuſſio ſe habet ad damnum, & petita reſtitutione non exequitur inſtrumentum fideiuſſionis minoris, vt *infr. n.* 40.

Et reſtituitur etiam ſi pro coniuncto, & pro patre fideiuſſerit, *l.* 1. *Cod. de filiofamilias*, dicis communem ſen-
19 tentiam, Anton. Gom. 2. *tom. c.* 13. *num.* 19. vbi limitat, ſi pro patre in carcerato fideiuſſerit, vel pro liberando eo à carceribus. Ludouiſius, *deciſ.* 120. *à n.* 7. vbi etiam de filiofamilias.) Et faciunt quæ dixi *lib.* 1.
20 *de anniuerſ. cap.* 22. *num.* 5. Idem ſi fideiuſſerit in caſu, quo quilibet diligens homo fideiuſſiſſet. Ludouiſius, *dict. deciſ.* 120. *n.* 120. *n.* 13.

21 Et ſi compromiſerit, quia priuatur poteſtate appellandi, gloſ. verb. *iure deſiderat, l. ſi minor*, §. *minores, de minoribus*, ibi: *Apparet læſio, quod ab eo appellari non poteſt.* Capella Toloſana *deciſ.* 118. *n.* 2. vbi ſecus ait, ſi in arbitratorem; quo caſu quia poterat habere cauſam dubiam, non 22
præſumitur lædi; & ſic tenebitur probare, & oſtendere læſionem; & valet mero iure interim. Lanfrac. de Orian. *de arbitris, fol.* 6. verſ. *Secundò quæro, relatus in additione, dict. deciſ.* Etſi minor renuntiauit appellationi 23
ante latam ſententiam, reſtituitur ſine vlla læſionis probatione. Cacheran. *deciſ.* 158. *n.* 11. quia poteſt ferri ſententia iniqua, & quando poſſi- 24
bile eſt minorem poſſe lædi, reſtituitur, ac ſi læſus fuiſſet. Bart. *l. nam & poſteà*, §. *ſi minor, num.* 6. *de iureiurand.* Aufrer. *deciſ.* 53. verſ. *adde quod ſi minor*, Cacher. *d. deciſ.* 158. *n.* 12. Gratian. *deciſ.* 196. *num.* 15. Aym. Crauet. *conſ.* 192. *n.* 4.

Pro quo facit, quòd attenditur po- 25
tentia nocendi, ſicut nocendi actus *l. nouiſſimè* 7. *ff. quod falſo tutore autor* Brunor. A ſole *in compendio*, verbo, *actum dici*, & licèt minor non excuſetur à ficta confeſſione per legem inducta, tamen reſtituitur. Theſaur. *lib.* 1. *forenſ. q.* 6. *n.* 13.

Et dicitur læſus, ſi facit actum ex 26
quo nulla vtilitas ſibi reſultet, ſi poſſit illi ſequi damnum. Sarmient. *lib.* 3. *ſelectar. cap.* 13. *num.* 2. Sanch. *lib.* 6. *de matrim. diſp.* 58. *n.* 12. Et ſi 27
non appellauit, reſtituitur abſque vlla læſionis probatione, *l. etſi ſine*, §. *penult. de minorib.* optimè Ioannes Garc. *de nobilitate. gloſſ.* 6. §. 1. *n.* 51. dicit magis veram, & communem ſententiam Flor. de Mena, *q.* 5. *n.* 8. & licèt minor habeat regreſſum contra procuratorem reſtituitur. Ioannes

Garc. *de nobilitate. gloſ.6.* §. 1. *n.* 51. dicit magis veram, & communem ſententiam. Flor. de Mena, *quæſt.* 5. *num.*8. & licèt minor habeat regreſſum contra procuratorem reſtituitur. Ioannes Garc. *de nobilit. gloſ.6.* §.1. *n.*63. Tamen erit in electione minoris, agat contra curatorem, vel reſtituatur. Ludouiſ. *deciſ.* 181. *n.* 9. *&* 13. & eſt textus *in l.* 1. *tit.*25. *p.*3. quæ indiſtinctè concedit reſtitutionem; niſi ſententia ſit lata pro libertate, à qua minor non appellauerit; quia non reſtituitur ad appellandum, *l. fin. Cod. ſi aduerſus libertat.* pro quo facit, *l.6. tit.* 16. *p.6.*

28 Sed & aduerſus declinatoriam omiſſam, ſi damnum minori reſultet, reſtituitur. Capic. *deciſ.* 13. *n.* 4. Molin. *lib.* 3. *de primogen. cap.* 13. *n.* 61. & eo non relato, idem tenet Cancerius, 2. *part. variarum, cap.* 1. *num.* 272. Ioannes Gutier. *lib.* 1. *practicar. quæſt.* 52. *n.* 4. dicens veram opinionem, Franch. *deciſ.* 439. *n.*7. Et idem, ſi cum poſſet opponere aliquam exceptionem in vim dilatoriæ ad impediendum litis ingreſſum, vt exceptionem tranſactionis, quæ non ſinit cauſam inſtaurari, *l. cauſas, Cod. de tranſact.* paſſus fuit litis proſecutionem, & lite pendente, poſuit eam in vim peremptoriæ, prout quilibet poteſt facere, quantumuis non poſuerit in vim dilatoriæ, vel etiam ſi poſuerit, & fuerit reiecta; nam adhuc poterit eam opponere in vim dilatoriæ. Bald. *l. peremptorias, Cod. ſentent. reſcind. non poſſ.* ſequitur Maſtril. *deciſ.* 148. *à num.*34. ſed plus in minore; quia poſtquam eam poſuerit in vim peremptoriæ, poteſt reſtitui, vt audiatur ſuper ea in vim dilatoriæ, licèt victurus eſſet ex ea in vim peremptoriæ, & hoc ne litibus vexetur, quia ad id reſtituitur minor, vt dicitur *infr. n.* 45. ſi tamen exceptio dilatoria ſit quæ non concernat merita cauſæ non reſtituitur: Capic. *deciſ.* 13. *num.9.*

Sed & multo magis ſi pendente lite omiſerit minor ponere exceptiones peremptorias, & petat reſtitutionem ad eas probandas; quas ſi ponat, reſtituendus eſt ſine alia læſionis probatione, quia læſionem præ ſe fert omittere legitimas exceptiones, & quotidie admittitur & reſtituitur minor; & eo caſu cenſetur reſtitutio conceſſa per proceſſum ad vlteriora. Gratian. *deciſion.* 196. *num.* 12. Et in Hiſpaniæ tribunalibus, 29

30 etiam ſolùm petita reſtitutione per minorem, proceditur ad vlteriora in cauſa principali; etſi aduerſarius minoris inſiſtat, petendo ne audiatur minor, interloquitur iubendo ei, quòd reſpondeat in cauſa principali.

31 Sed & poſt ſententiam admittendum & reſtituendum minorem, modò aliquid deducatur, quod læſionem inducat, poſt Celſum Hugon. *conſ.* 101. tradit Cancerius 2. *part. variar. cap.* 1. *num.* 224. in quo diſcedit à Cacheran. *dict. deciſ.* 158. *n.* 13. & hoc ne lites protrahantur, & fiant immortales, ſi lite pendente eſſent ſuper eis reſtitutionibus faciendæ probationes; quod tamen intelligas, ſiue lis pendeat, *in* 1. 2. ſeu vlteriori inſtantia.

Si tamen lis non pendeat, quia ob omiſſam appellationem ſententia tranſlata fuerit in rem iudicatam, ſi minor petat reſtitutionem ad appellandum, & proſequendam cauſam, nouè inſtaurando eam, de ſuo bono iure læſionis debet oſtendere, vt

poſt

poſt Sfortiam *de reſtitution. quaſt.* 36. *n.* 70. vbi dicit communem, & Theſaurum *deciſ.* 181. *n.* 4. Randenſ. *deciſ.* 181. *num.* 6. & alios à ſe relatos, tradit Giurb. *deciſ.* 18. *num. fin. ad fin. ante verſic. quibus omnibus*, & vide eum *deciſ.* 33. *n.* 2.

32 Non tamen reſtituitur minor ad appellandum, ſi appellatio remota eſt. Lancelot. *de attentatis*, 2. *p. c.* 14. *n.* 34. Lapus *allegat.* 53. *in fin.* Giurba *deciſ.* 19. *n.* 18. & ibi *n.* 17. quòd nec petitio reſtitutionis ſuſpendit executionem ſententiæ, quando à ſententia non licet appellare. Lancelot. *de attent.* 2. *part.* 2. *cap.* 14. *n.* 33. Nec reſtituitur minor, quando per legem promiſſa eſt ſecuritas emptori, gloſ. verb. *imputandum*, *l. ait prætor.* §. 1. *de minorib.* Sfort. *de reſtitut. q.* 15. *art.* 5. *n.* 43. Maſtril. *deciſ.* 100. *n.* 79. *in conſ.* Maſtril. pro Aloiſia.

33 Quod autem communiter Doctores dicunt, minorem debere probare læſionem, procedit, ſi velit reſtitui aduerſus ſententiam in meritis ipſius, vt plures referens tradit Giurba, *dict. deciſ.* 18. *n. fin.* verſ. *reſpondi*, & exemplificat in caſu, *l. fin. C. ſi minor ſe maiorem dixerit*, vbi neceſſaria eſt probatio erroris in aſſerendo ſe maiorem, vt reſtitutioni locus ſit.

34 Reſtituitur autem aduerſus ſententiam in meritis ipſius, ſi non ſit rectè lata, vt ipſa reformetur, quatenus ius patitur. Ioannes Garcia *de nobilit. gloſſ.* 6. §. 2. *num.* 2. & hoc eſt ad inſtar reuiſionis conceſſæ. Valaſc. *conſultat.* 51. Et cauſa reſtitutionis ad appellandum pendente, nihil eſt innouandum. Petrus Benintend. *deciſ.* 85. *num.* 14. Sfort. *de reſt. q.* 42. *n.* 8. Giurb. *deciſ.* 19. *n.* 6.

Et à conceſſione vel denegatione reſtitutionis petitæ datur appellatio. Scac. *de appellationibus*, *quaſt.* 17. *limit.* 47. *num.* 201. Sfortia Oddus, *de in integrum reſtit. quaſt.* 16. *num.* 12. & 13. Flor. de Mena, *q.* 5. *practic. num.* 67. quia cùm ſit articulus nimis præiudicialis, priùs debet diſcuti, & finiri. Giurb. *deciſ.* 33. *à num.* 6. & ibi, *n.* 8. quòd præiudicialia ſunt illa, quæ ſi ad actum reducantur, vnum tollit aliud.

Sed vtilitatem habet minor, quòd etſi non expreſsè petierit reſtitutionem, ſed in fine libelli dicat ſe læſum, ponendo clauſulas ſalutares, conſuetas apponi in fine libelli, cenſetur petita reſtitutio. Tradit Simon de Prætis *conſ.* 168. *num.* 24. Aym. *conſ.* 751. *num.* 14. *vol.* 5. Carrocius, *de remed. except.* 48. *num.* 21. Caualcan. *deciſ.* 48. *n.* 54. 1. *p.* Hyppol. Rimin. *conſ.* 40. *n.* 16. & iudex poteſt reſtitutionem concedere, & deferre iuramentum. Anton. Gabr. *lib.* 6. *tit. de clauſulis*, *concl.* 4. *num.* 25. quia per clauſulam, *peto iuſtitiam*, poteſt iudex interponere officium ſuum, parte non petente Capic. *deciſ.* 10. *n.* 23. Aym. *conſ.* 32. *n.* 216. Clauſulæ autem ſalutares, quas congruit ponere in fine libelli, ſunt, *Peto iuſtitiam*, &, *Si alia maior petitio eſt*, *habeo hic pro inſerta*; &, *In neceſſario officium veſtrum implere*: cùm aliàs iudex non poſſit motu proprio concedere reſtitutionem. Roman. *ſingul.* 462. & ibi Nicolaus Pignol. eius additionator dicit communem opinionem, quia iudex non poteſt interponere officium ſuum parte non petente, niſi in cauſis fiſcalibus, *l.* 2. §. *ſenatus de iure fiſci*, *l. vacantia*, *C. de bonis vacant. lib.* 10. vel ad vitandum ſcandalum, quo

35 (beside "Sed vtilitatem habet minor")

36 (beside "plere: cùm aliàs iudex")

Sſ 3 caſu

caſu iudex ex officio poteſt compellere partes compromittere. Carrotius *de remediis, exception.* 132. *num.* 18. vel ob publicam vtilitatem, quæ interpellat, *l. congruit, de offic. præſid.* vel pro miſerabilibus perſonis. Carrotius vbi *ſupr. n.* 22. Vel ſi agatur de reuerentia ſuperioris, *l. eos, §. fin. l. iudicibus, Cod. de appell.* & Carrot. vbi *ſupr. n.* 21. Et poteſt ex officio attentata reuocare. Rota *deciſ.* 5. *n.* 5. vt lite pendente, in antiquis. Gail. *lib.* 1. *obſeruat.* 136. *n.* 7. Oliuanus *in praxi, 2 part. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 51. vbi numeris ſequentibus, & præcedentibus ponit plures caſus, quibus iudex parte non petente interponit officium ſuum.

37 Sed & minor repetendo rem venditam, videtur petere reſtitutionem in integrum. Gratian. *cap.* 40. *n.* 12. ex Felin. *cap.* 2. *n.* 13. verſ. *demum*
38 *tene menti, de libelli oblatione.* Et licèt controuerſum ſit inter Doctores an reſtitutio in integrum impediat executionem aliis partem negatiuam, aliis affirmatiuam tenentibus, vt eis
39 relatis teſtatur Parlad. *lib.* 2. *rer. quot. cap. fin.* 5. *p.* §. 11. *n.* 53. tenens, minoris reſtitutionem impedire executionem, ex eo quòd in generali excluſione exceptionis non cenſetur excluſa reſtitutione minoribus competens, ex gloſſa quam extulit & commendat Iaſ. ibi, *n.* 17. *l. poſtquam liti, de pactis.* Carol. de Graſ. *de exception. except.* 34. *n.* 2. Honded. *conſil.* 18. *à num.* 82. vbi 85. *limitat*, quando defenſio aufertur, vt *infrà, n.* 71. Et quod reſtitutionis beneficium nunquam cenſeatur excluſum, niſi contrarium probetur, plures referens tradit Mier. *de maior.* 2. *part. quæſt.* 4. *illation.* 8. *n.* 172. vbi *in fin.* quod per verba generalia non comprehenduntur minores, nec etiam per generalia verba tollitur ſpeciale beneficium, *l. Decurionibus, Cod. de ſilentiariis, lib.* 11. Bartholomæus Socin. *conſ.* 299. *n.* 8. *lib.* 3. Mieres, vbi *ſuprà, n.* 168. & vide *cap.* 24. *n.* 62.

Sed ſi minor exequatur ob inſtru- 40
mentum guarentigium fideiuſſionis, petita reſtitutione impedietur executio ſine alia probatione; quia ex inſtrumento fideiuſſionis conſtat notoriè de læſione minoris iuxta tradita *ſuprà n.* 18. & exceptio quæ reſultat
ex inſtrumentis aduerſæ partis, non 41
eſt reiicienda, *l. eum qui ita, §. qui ita, de verbor. obligat.* Alexand. Raudenſ. *conſ.* 92. *n.* 7. Surd. *conſ.* 186. *n. fin.* Caualcan. *deciſ.* 28. *n.* 3. *part.* 2. Parlad. *lib.* 2. *rerum quot. cap. fin.* 5. *p.* §. 11. *n.* 27. & iudex ex officio talis exceptionis habet rationem. Afflict. *deciſion.* 16. *num. fin.* & ibi Vrſilius *num.* 5.

Sed & ſi minor in iudicio confeſ- 42
ſus fuerit delictum de quo non conſtat per probationem, reſtituitur abſque vlla læſionis, ſeu erroris probatione. Angel. *l. certum. §. in pupillo de confeſſis*, quem & alios refert & ſequitur Gerard. *ſingul.* 67. *n.* 2.

Sed & ſi mutuam pecuniam acce- 43
perit minor, reſtituitur abſque probatione læſionis, niſi aduerſarius probet, minorem factum locupletiorem, *l.* 1. *Cod. ſi aduerſus credit.* quam legem latè exornat Pinel. *l.* 2. 3. *part. cap.* 1. *à num.* 31. Matthæus Mateſilanus *ſingul.* 58. vbi eius additiona-
tor Gabriel Saray addidit, procede- 44
re non ſolùm in pecunia, ſed in omnibus mutuabilibus. Sed & ſi minor 45
non lædatur incommodo pecuniario, ſed litibus vexetur, reſtituitur, *l. minoribus.*

minoribus 6. de minorib. gloſ. *fin. l. 4.*
ff. ad Trebellianum, per textum, ibi:
Quorundam negotia timentium; quo-
rundam vexationem, & gloſ. verb.
contractum, l. quiſquis, Cod. de poſtu-
land. ibi: *Quia omnia daret propter*
timorem litis, ſicut infirmus propter ti-
morem mortis. Phanut. *de inuentar.*
46 *n. fin.* Lis enim eſt cauſa multorum
malorum. Lucas de Pena, *l. litibus,*
Cod. de agricol. & cenſit. lib. 11. Re-
buf. *in proœmio conſtitutionum.* Gal.
gloſ. 5. *n.* 154. & ſocietatem huma-
nam lites maximè turbant, & Rei-
publicæ detrimentum præbent, *l. ſi*
quis, §. *in ciuilibus, de appellat.* &
propter lites multi ad egeſtatem ſunt
deducti, & patriam reliquerunt *auth.*
47 *de defenſ. ciuitat. in princip.* Quare
non eſt vituperanda cogitatio eius,
48 qui lites execratur, vt dicit textus,
in l. 4. §. *non tamen, de alienat. iud.*
mut. cauſa.

49 Ob quod Princeps non admittit
hæreditatem ſibi relictam litis cauſa,
l. penult. de hæred. inſt. & magnum
50 commodum conſequitur, qui à lite
recedit, *l. Lucius*, §. *fin. ad Trebel.* &
ita indebitum ſolutum per tranſa-
51 ctionem, non repetitur, *l. in ſumma,*
de condict. indeb. l. 2. *Cod. de tranſa-*
ctionib. & ſic reputatur damnum liti-
52 gare, *d. l. minoribus 6. de minoribus,*
& propter dubium litis euentum, *l.*
eos, §. *ſuper his, Cod. de appellat.* ibi:
Vt pro fortuna ſingulorum ſententia
proferatur, textus *in l. quod debetur*,
52. *de pecul.* ibi: *Et euentus executio-*
nis poſſit eſſe incertus, & in *l. ſi Titius,*
& Seya. 49. ibi: *Propter incertum*
ætatis ac reſtitutionis, ff. de fideiuſſ.
quem textum ad hoc expendit An-
ton. Fab. *de erroribus, decad.* 7. *erro-*
53 *re* 6. Et quod litigandi materia eſt
tollenda, Raudenſ. *conſ.* 17. *n.* 42.
& 44. *volum.* 1. & ſic reſtituitur, li-
cèt exceptione tutus ſit, ne ſperet li-
tem. Ioannes Garc. *de nbilit. gloſ.* 6.
§. 1. *n.* 2. verſ. *bene autem concurrat.*

Sed quia *d. l. minoribus 6. ff. de mi-* 54
noribus. Videtur pro conſtanti firma-
re, reſtituendum minorem, etiam
ob modicam læſionem, in illis ver-
bis: *Cùm de bonis eorum aliquid mi-*
nuitur, difficilis redditur *ex l. ſi ex*
cauſa 10. *in fine, de minoribus*, quæ
ad reſtitutionem magnum requirit
damnum, in illis verbis: *Si grande*
damnum ſit minoris, & *l. penult. eod.*
tit. ibi: *Si grande damnum pupilli, vel*
adoleſcentis verſatur, l. 1. *Cod. ſi ad-*
uerſus vend. pign. ibi: *Minoribus ſub-*
ueniri; ſi tamen magno detrimento affi-
ciantur. Sed ſufficiet læſio in ſexta
parte valoris, vt reſtituatur. Vrſil. ad
Afflict. *deciſ.* 340. *n.* 8. etiam quòd
ſit facta venditio in ſubhaſtatione.
Maſtril. *deciſ.* 84. *n.* 8.

Tamen ſi modica ſit læſio, non 55
reſtituitur minor, *l. ſcio* 4. *de in inte-*
grum reſtit. quia modicus exceſſus
non eſt in conſideratione. Anton.
Corſet. *in ſing.* verb. *effuſio, num.* 2.
vbi alios refert Tiberius Decian. *con-*
ſil. 41. *n.* 128. *volum.* 1. Franch. *de-*
ciſ. 404. *n. fin.* Et modicum præiudi-
cium non attenditur ferè in omni
materia. Aym. *conſ.* 182. *n.* 15. vbi
de pluribus rebus in quibus modi-
cum præiudicium non conſideratur.
Et eſt ratio, quia parum & nihil 56
æquiparantur. Surd. *conſ.* 197. *n.* 2.
& bonus textus *in l. ſi quis in pignore*
36. §. *fin.* verſ. *planè, de pigneratitia*
actione, ibi: *Quaſi in nullo captus ſit.* 57
Vbi autem agitur de auferendo iure
alterius, de minimis habetur ratio.
Ioan. Gutier. *lib.* 2. *pract. quæſt.* 68.
num. 2.

Digitized by Google

num. 2. *in princ.* vbi alios refert. Ex quibus inter Doctores controuerſum eſt, an ſit concedenda reſtitutio, ob modicam læſionem; aliis tenentibus affirmatiuam,aliis negatiuam partem.
58 Et hanc quæſtionem difficilem appellat Couarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 3. *num.* 11. verſ. *ego ſanè difficilem*, vbi reſoluit, relinquendum eſſe arbitrio iudicis, quanta debeat eſſe læſio, vt minori vel Eccleſiæ reſtitutio detur, dicens communem Sfortia Oddus *de reſtitut.* 1. *part. q.* 4. *art.* 12. Menoch. *de arbitrariis caſu* 75. Cancer. 2. *p. variar. cap.* 1. *num.* 253. Carroc. *except.* 48. *à num.* 1. quem vide, licèt Fachin. *lib.* 3. *controuerſ. cap.* 4. in ea ſit ſententia, vt minor reſtituatur ob modicum damnum motus *per dict. l. minoribus* 6. & *per l. etſi ſine* 8. *eodem*
59 *tit.* Vbi reſtituitur minor qui deteriorem rem elegit, & pretioſiorem dedit. Quod non obſtat; nam id in quo altera res ſit pretioſior, æſtimabit prætor, an exceſſus ſit conſiderabilis, vt afferat damnum minori conſideratione dignum, vt reſtituatur; nam ſi eſſet parui momenti, non eſt reſtituendus, maximè ſi aduerſarius
60 nimis grauaretur; quia & parua vtilitas publica non deſideratur cum magno damno priuati, *l.* 1. §. *ſimili modo*, verſ. *ſed ſi alia, ne quis in flumine publico.* Ant. Gom. *l.* 46. *Taur. num.* 9. *in fin.* Barboſ. *l.* 1. 7. *p. n.* 59. *ſolut. matrim.*

61 Nec obſtant ll. requirentes grande damnum, quia loquuntur in venditione facta in caſibus à lege non prohibitis, vt in venditione pignoris, vt dicit Fachineus, vbi *ſuprà.* Modica namque non ſunt in conſideratione; & ſic vſusfructuarius non recuperat modicam impenſam, *l. hactenus, de vſufruct.* Sic & emphyteota modica melioramenta non detrahit, ſed domino remanent, ita poſt alios tradit Ouidius de Amicis *de iure emphyt. q.* 73. *num. fin.* quia, vt ipſe inquit, *n.* 1. cùm ſciat ſe facere meliorationes in re aliena, ſumus in caſu, §. *cum in ſuo, de rerum diuiſione.* Magnas autem deducit, ne dominus directus locupletetur cum iactura aliena, contra *l. nam hoc natura, de condictione indebiti, l. planè*, §. *non debet, de petition. hæred.* & quia bona fide ad perpetuam rei vtilitatem, ob quod ei ſuccurritur per exceptionem doli, *l. ſi quis ſciens, Cod. de rei vendic.* vt dicitur de Vaſſallo meliorante res feudi, textus *in c.* 1. §. *ſi vaſſallus*, hic finitur lex cuius deciſionem procedere in emphyteota, tradit Valaſcus *de iure emphyt. q.* 39. *n.* 19. Plures alios refert Ouidius vbi *ſupr. n.* 5. Et quæ dicantur paruæ & magnæ experientiæ, Valaſc. *d. q.* 25. *à num.* 12. Molin. *dict. diſputat.* 403. *n.* 55. Sed hoc non habebit locum, ſi lege contractus actum ſit, vt melioramenta facienda ab emphyteota remaneant directo domino & nihil de eis ſoluere teneatur. Valaſcus, *de iure emphyt. quæſt.* 25. *n.* 1. Cald. *de nominat. ad emph. quæſt.* 18. *num.* 31. Gam. *deciſ.* 41. *num.* 7. ſequitur Pater Molin. *de iuſt. & iur. diſput.* 463. *num.* 1. Sed hoc, ſi emphyteoſis conceſſa fuerit tenui penſione, ita vt pactum meliorationum ſuccedat loco pretij, iuxta *l. cum te fundum, C. de pact. inter empt.* Sed ſi penſio correſpondeat fructibus ſoluet, melioramenta, *l. nam hoc natura, de cond. indeb.* idem ſi finiatur emphyteoſis generatione. Gam. *dec.* 22. Cal. *de emphyt. extinct. c.* 19. *n.* 2.

Et

62 Et non ſolùm reſtituitur minor
aduerſus ſententiam, ſed & aduerſus
tres ſententis conformes, ſi conſtet
de ipſarum iniuria, vel aliqua earum.
Roland. *conſ.* 53. *num. fin. volum.* 2.
63 Aufrerius Capel. Toloſ. *deciſ.* 389.
Et aduerſus vnum capitulum ſenten-
tiæ, ſi capitula non ſunt connexa,
l. etiam 30. §. 1. *l. tutor*, §. 1. *de mi-
noribus*, Rebuf. *de in integrum reſtit.
gloſſ.* 1. *num.* 22. quia vt inquit ibi
64 *n.* 21. poteſt appellare ab vno capi-
tulo, *cap. Raynuntius*, §. *cùm autem*,
de teſtament. Parlador. *lib.* 2. *rerum
quotid. cap. fin.* 5. *part.* §. 12. *n.* 6.
65 Vbi quòd procedit in executiuis, ſi
detur ſententia *de trance, y remate*,
ſiue addictionis pro parte quantitatis
petitæ in executionis initio; nam li-
cèt creditor appellauerit, ipſe poteſt
petere, vt fiat addictio pro quanti-
tate quæ ſibi iubetur ſolui ſine præ-
iudicio appellationis pro reliqua
ſumma petita.
66 Sed & aduerſus ſententiam latam
in cauſa attentatorum poteſt minor
reſtitui, cum hoc non inueniatur
in iure prohibitum Lancelot. *de at-
tentat. in præfatione, num.* 93. & in
cauſa attentatorum admittuntur re-
pulſæ teſtium. Afflict. *deciſion.* 351.
num. fin. licèt in ſummariis non ad-
mittantur, vt ibi *n.* 4. & Vrſilius Ad-
ditionator, *num.* 2. Capic. *deciſ.* 55.
non tamen reſtituitur minor ad re-
pulſas ponendas, Franch. *deciſ.* 421.
num. 2. Riccius *collectan.* 19. & ibi
Franch. *num.* 7. & 9. quod non da-
tur reſtitutio, quando non tendit ad
rem familiarem, ſed adultionem li-
cet in conſequentiam veniat com-
modum minoris.
67 Sed & aduerſus executionem trium
ſententiarum conformium reſtitue-
tur minor, Hieronym. Magon. *de-
ciſ. Florentina* 104. *à num.* 24. Pere-
grin. *conſ.* 73. *num.* 10. *volum.* 1. *de-
ciſ. Capellæ Toloſan.* Honded. *conſ.* 27.
num. 8. *volum.* 1.

Et licèt hic punctus, an ſcilicèt
reſtitutio in integrum impediat exe-
cutionem, maximè controuerſus ſit
inter DD. aliis affirmatiuam, aliis ne-
gatiuam partem tenentibus, vt eis
relatis teſtatur Cald. Per. *l. ſi cura-
torem habens*, verbo, *per quod priſti-
num, à num.* 18. *de in integr. reſtit.*
Tamen Meneſius, *l. ſi cauſa cognita*, 68
num. 4. *Cod. de tranſact.* ait, quòd il-
lud quod præſtat maioribus appella-
tio, hoc ipſum minoribus in inte-
grum reſtitutio, *l. Præſes Prouinciæ*
63. de minoribus licèt non ita, quia
appellatio extinguit pronuntiatum,
l. 1. *ad Turpil. l.* 2. *de pœnis*, *l. ſi quis
filio exhæredato*, §. *ſi autem omnes de
iniuſto rupto*, reſtitutio autem non
extinguit, ſed ſolùm ſuſpendit ſen-
tentiam, *l. vnic. Cod. in integrum re-
ſtit. poſtul.* ne quid noui fiat, quia
maior virtus eſt in appellatione quæ 69
iure communi conceditur, quàm in
reſtitutione, quæ iure ſpeciali im-
petratur, *l. eius militis*, §. *militia miſ-
ſus, de teſtamento militis.* Sed vt omit- 70
tam diſputationem circa id, an reſti-
tutio impediat executionem (de quo
Auend. *lib.* 2. *de exequend. cap.* 30.
num. 7. Couarru. *practicar. cap.* 25.
num. 7. Ioann. Gutierr. *lib.* 1. *pract.
quæſt.* 134. Puteus *deciſ.* 456. *part.* 2.
Marqueſan. *de commiſ. cum clauſul.
appellatione remota, cap.* 8. *num.* 5.
pag. mihi 209. Capic. *deciſ.* 55. Gra-
tian *deciſ.* 172. Flor. de Men. *pract.
quæſt.* 2. *num.* 27. Benedict. de Bar-
cis *tractatu de guarentigia*, 2. *part.
quæſt.* 21. Hieron. Laurent. *deciſ.* 21.

Digitized by Google

*num.*2. Petrus Benint. *deciſ.*85.*n.*14. Contard. *l.vnic. limit.*8. *n.*45. *Cod. ſi de moment. poſſeſſ.* Ioannes Garc. *de nobilit. gloſ.* 6. §.2. *num.* 17. Breuiter dic, quòd ſi executio ſententiæ contineat damnum irreparabile, vt ſi ſit condemnatio capitis, vel abſciſſionis membri, ſeu ictus fuſtium, vel torturæ, vel quid ſimile, vt deſtruere domum ædificatam, vel molendinum, vel ſcindere arbores ſeu vineas, vel alia conſita, in eà eſt ſuperſedendum, ex traditis per Paulum Caſtrenſ. *l.* 4. §. *condemnatum*, *de re iudicata*, vbi etiam ad capturam, ſeu carcerationem extendit, & ibi Alexand. *n.*28. Boer. *deciſ.*65.*n.*9. Suar. *l.* 2. *tit. de los gouiernos*, *lib.* 3. *fori*, verſ. *quartò quæritur*, ſequitur Ioann. Garc. *de nobilit. gloſſ.*6. §.2. *num.*23. Quod intellige, modò reſtitutio non ſit friuola, ſed eius petitio præſeferat faciem, ſeu fumum læſionis, ad monendum iudicis animum, licèt in proſecutione ſit plenè probanda læſio, Carrotius, *de rem. except.* 48. *num.* 22.

Aut habet damnum reparabile, & eo caſu ſi in continenti poteſt oſtendi de læſione, impeditur executio, vel ſi euidenter appareat, vt ſi minor fideinſſerit, quo facto, cenſetur læſus, vt dictum eſt. Et iuxta hanc diſtinctionem intelligas, quod dicit Maſtril. *deciſ.*45. *num.*7. *&* 8. vt primo caſu ſufficiat fumus, de quo conſtet ſummariè iuxta tradita à Sfortia *de reſtitutione, quæſt.*62. *art.*4. & hoc propter damnum irreparabile executionis ſententiæ; quo caſu eſt æquior hæc opinio. Vbi autem ſit damnum reparabile, requiratur quid tale, quod ſi poſteà plenè probaretur, redargueret ſententiam de iniuſtitia; vel de re & cauſa, quæ ſi fuiſſet allegata antè prolationem ſententiarum, non latè. Gam. *deciſ.* 110. *n.* 11. Magon. *deciſ.*70. in Florentinis, *n.*23. Et ratio eſt, vt dicit Maſtrillus, vbi *ſuprà*, *num.*9. qui ad reſtitutionem nunquam conceditur ſine læſione, ſiue minori, vel Eccleſiæ, ſeu communitati, *l. nam & poſteà*, §. *ſi minor*, vbi Doctores *de minor.* Oſaſc. *deciſ.* 158. *n.*9. *& ſup. n.*16. *&* 17.

Et quòd ea reſtitutio impediat 71
executionem contractus guarentigij, ſi à minore petatur ex cauſa minoris ætatis, ſecus ſi à maiore ex alia cauſa tradit Parlad. *lib.*2. *rerum quotid. cap. fin.* 5. *p.* §. 11. *n.*53. Nam quamuis lege Regia ſint excluſæ exceptiones in executione inſtrumenti, præter ibi expreſſas, & conſequenter cenſeatur excluſum officium iudicis, & ſic repelliſſe videatur in integrum reſtitutionem, iuxta doctrinam Bart. *l.*1. §. *& parui refert*, *ff. quod vi aut clam*; tamen quia, vt dictum eſt *ſuprà num.* 59. in generali excluſione reſtitutionis in integrum, non videtur excluſa reſtitutio in integrum minoribus competens, ex gloſſ. *in leg. poſtquam liti*, *Cod. de pact.* quam ad hoc ibi extollit Iaſ. *n.* 17. ſequitur Parlad. vbi *ſupr*, *num.*54. nec cenſetur excluſa per generalem excluſionem omnium exceptionum. Hondedeus *conſ.*18. *num.*82. *&* 85. *vol.* 1. & ibi, *n.*85. limitat, ſi ſtatutum remoueat exceptiones, & defenſiones ad impediendam executionem; ſecus ſi ſolùm tollit exceptiones. Adde tamen, quòd ad impediendam executionem nihil impedit, ſit petita à minore in integrum reſtitutio ante cœptam executionem, vel poſteà, *l. penult. de autor. tutor.* vbi poſt datum 72
præceptum

præceptum de parendo iudicato, fuit reſtitutio petita, & minor reſtitutus. Idem *l. ſi prætor* 75. *in fin. de iudiciis*, vbi poſt cœptam executionem fuit conceſſa reſtitutio; quidquid teneat Gratian. *deciſ.* 172. *à n.* 3. quamuis contrarium videatur tenere Honded. *conſ.* 28. *n.* 32. vbi alios refert cepta executione trium ſententiarum.

73 Et quandiu per in integrum reſtitutionem poteſt retractari ſententia, non dicitur res iudicata. Giurb. *deciſion.* 20. *n.* 91. Ex quo prouenit praxis in hac Regali Cancellaria, vt quando à ſententia non eſt ſupplicatum, & od id tranſit in rem iudicatam, petiturque executoria regalis, ſi condemnatus eſt minor, iubetur dari executoria, modò priùs fiat ei, & eius curatori intimatio: quia poteſt petere reſtitutionem in integrum, & quemadmodum ſuſpenditur executio per appellationem, vel ſupplicationem, ita & per reſtitutionem petitam. Giurb. *d. deciſ.* 20. *n.* 10. & 11.

74 Et licèt reſtitutio in integrum non poſſit peti niſi per minorem, vel eum qui ad id habet ſpeciale mandatum, *l. illud*, §. *fini de minoribus*, tamen pater poteſt petere pro filio, *l. patri pro filio in pr. eod. tit.* & etiam inuito filio per rationem depreſſam, *d. l. patri*, ibi: *Patri pro filio omnimodo præſtanda reſtitutio eſt, licèt filius reſtitui nolit, quia patris periculum*

75 *agitur, qui de peculio tenetur.* Et idem erit in cognatis, ſi probabile peculium prætendant. Sforc. *de reſtit.* 1. *part. quæſt.* 26. *num.* 16. *argum. l.* 3. *de liberali cauſa.* Secus ſi ſua non interſit, modò adſit expreſſa voluntas minoris. Barboſ. *l.* 3. *n.* 14. *ſolut. matrim. num.* 14. *per l. Pomponius* 40. §. *fin. de procuratorib.*

Vbi autem non ſit expreſſa minoris voluntas contraria; coniunctus agit ſine mandato *cap. nonnulli* 28. §. *fin. de reſcript. cap. conſtitutus de in integrum reſtit.* vbi frater petit reſtitutionem pro fratre, nec ex textu conſtat habuiſſe ſpeciale mandatum. Et adde, quod coniunctus non agit pro coniuncto, ſi conſtituerat procuratorem, niſi negligat agere. Alex. Raudenſ. *deciſ.* 548. *n.* 1. & 2. nec in cauſis ſpiritualibus, & requirentibus ſpeciale mandatum *ſupr. c.* 24. *num.* 56. 76

Sed & extraneus petit reſtitutionem pro minore, ſi dubitatur de mandato, cum cautione de rato, *l. quod ſi de ſpeciali* 27. *de minorib.* Barboſ. *l.* 3. *n.* 13. *ſolut. matrim.* 77

Et non ſolùm reſtituitur minor in eo quod fuit læſus durante minori ætate; ſed & poſteà intra quadriennium, de læſione quam paſſus fuit in minori ætate, licèt maior factus ſit, *l. fin. Cod. de temporibus in integr. reſtit. petend.* 78

Sed & minoris hæres, licèt ſit maior, habet quadriennium ad petendam reſtitutionem, quæ minori competebat ex læſione minoris, & currit à die aditæ hæreditatis, textus vbi Doctores *in l. ea quæ* 5. §. *fin. C. de temporib. in integr. reſtit. peten.* Caldas *l. ſi curatorem habens*, verb. *infrà legitimum tempus*, *n.* 16. 79

Sed ſi maior petierit reſtitutionem aduerſus lapſum temporis minoris quadriennio, ſolùm datur ei tale tempus, gloſ. verb. *vnius*, *l. ſed etſi per prætorem*, 6. *quoties ex quibus cauſis maiores.* Cald. plures referens, *l. ſi curatorem habens*, verb. *infra legitimum tempus*, *n.* 8. 80

Et ſi obtinuerit veniam ætatis à Principe, 81

Principe, quadriennium currit à tempore veniæ. Aym. *conſ.* 722. *num.* 1. & 2. *volum.* 1. Alexand. Raudenſ. *conſ.* 8. *num.* 14. & *conſ.* 10. *num.* 127.
82 *volum.* 1. Sed ſi impetrauit veniam in vigeſimo anno, habet quinquennium, *l. ea quæ in princip. C. de temporibus in integr. reſtit. petendæ.* Bernard. Diaz *reg.* 653. *fallent.* 5. Et hoc ſuper contractibus, geſtis ante veniam, quia poſt veniam non iuuatur beneficio reſtitutionis. Anton. Gom. 2. *tom. variar. cap.* 14. *num.* 12. vbi quod hoc circa bona mobilia; ſecus circa immobilia; quia etiamſi cum decreto alienet, vt requiritur, etiam poſt veniam reſtituitur, & dicit communem opinionem.

83 Sed circa hoc habet minor vtilitatem, quod quadriennium à principio eſt vtile, *l. fin. Cod. de repud. hæred.* ibi: *Sin autem, vel minor eſt, vel in vtili tempore conſtitutus, tunc poſt impletum quadriennium, &c.* Et quia quadriennium eſt vtile, currit non à prima die vigeſimiſexti anni, ſed ab eo tempore, quo maior factus ſcientiam habuerit læſionis. Ita tenet Boerius *deciſ.* 9. *num.* 7. Menoch. *de recuperanda poſſeſſ. rem.* 15. *num.* 115. Gregor. *l. fin. tit. fin. part.* 6. verbo, *quatro años*, verſ. & *iſtud quadriennium, à principio eſt vtile.* Cald. Pereyr. *l. ſi curatorem habens*, verb. *infra legitimum tempus, num.* 3. vbi plures refert, ſequitur Cancer. 2. *part. variar. cap.* 1. *num.* 219. vbi in fine
84 ait, quòd Reipublicæ, & Eccleſiæ currit quadriennium à die contractus, vbi *num.* 220. intelligit, quando læſio eſt cauſata ex contractu vel quaſi ſententia, vel actu iudiciario, vel curſu temporis; nam incipiet eo finito, vt dicitur *infrà n. ſeq.*

Non tamen currit quadriennium 85
Eccleſiæ durante vita Prælati alienantis. Bernard. Diaz *de reg.* 653. *fallent.* 3. Sed hoc quod dicit de curſu temporis, intellige, quòd currat quadriennium poſt completam præſcriptionem contra Eccleſiam, ſeu Rempublicam. Gregor. vbi *ſuprà.* Et currit à tempore ſcientiæ. Giurb. *deciſ.* 106. *num.* 10. vbi *num.* 14. quod ſcientia, vt afficiat Eccleſiam debet eſſe legitimè congregata, & ibi *num.* 10. *in fin.* quod ſufficiet ſcientia præſumpta, nec admittitur ignorantia craſſa, & ſupina.

Si tamen læſio eſt cauſata excurſu 86
temporis minoris quadriennio, ſolùm datur tempus læſionis. Bernard. Diaz *dict. reg.* 653. *fall.* 9.

Finito autem quadriennio, aduer- 87
ſus eius tranſcurſum non datur reſtitutio, quia eſſet procedere in infinitum, vt dicit Gregor. *d. l. fin. tit. fin. part.* 6. Giurb. *deciſ.* 106. *n.* 11. nec aduerſus contractus celebratos tempore quadriennij. Antonius Gomez. 2. *tom. cap.* 14. *n.* 7.

Adde tamen, quòd tempus qua- 88
driennij, quod ab initio eſt vtile minoribus, ex quo ſuperuenit ſcientia, & incipit currere, eſt continuum gloſ. verb. *ſuperuacuam, l. fin. Cod. de temporibus in integr. reſtit. peten.* Sfortia Oddus *de reſtitut. quæſt.* 19. *art.* 3. *à num.* 13. Et currit etiam ad excipiendum, non obſtante *reg. annulla ad agendum.* Giurb. *deciſ.* 106. *num.* 2.

Sed quia regulariter minori non 89
currit tempus, *l. fin. Cod. in quibus cauſ. in integr. reſtit.* Vbi diſponit lex, quòd in omnibus caſibus, quibus olim temporales præſcriptiones minoribus currebant, nunc ipſo iure non

non currant; melius enim eſt (inquit lex) intacta eorum iura ſeruari, quàm poſt cauſam vulneratam remedium quærere; & licèt excipiantur ibi ſolùm præſcriptiones triginta, vel quadraginta annorum; illa deciſio, cùm generalis ſit, non comprehendit caſum ſpecialem per eundem Iuſtinianum. deciſum circa tempus, quod præfixit inſtantiæ *in l. properandum*, §. *fin. Cod. de iudiciis*, vbi decreuit currere minoribus. Ita tenet
90 Cald. Pereyr. *l. ſi curatorem habens*, verb. *ſua facilitate, num.36.* vbi aliàs ponit rationes, & Euerard. *in locis legalibus loco à minoribus ad Eccleſiam*, verſic. *item tertiò.* Sed ſtante læſione, ſemper datur reſtitutio minori, niſi in caſibus à iure expreſſis. Afflict. *deciſ.370. num.* 2.

91 Et licèt minores ligentur ſtatutis aliquid generaliter diſponentibus, *l. ſi ſine*, §. *Lucius, de adminiſtrat. tutor. cap. conſtitutus, de in integr. reſtit.* tamen reſtituuntur, vt ibi. Et quòd reſtituantur aduerſus præſcriptiones ſtatutarias, tradit Dec. *conſil.* 565. *à num.* 7. ſequitur alios referens Cancer. 2. *part. cap.1. n.*233. Et procedit etiamſi ſtatutum, vel conſtitutio diſponat, quòd currat præſcriptio minoribus; nam licèt currat mero iure, non tamen ob id impeditur reſtitutio. Paul. Caſtrenſ. *conſ.* 393. *volum.* 2. Franciſc. Becc. *conſ.*12. *n.*63. Canc. *d.c.*1. *n.*226.

92 Sed & minor reſtituitur aduerſus præſcriptionem triginta annorum completam, ex cauſa abſentiæ, & eſt communis ſententia ſecundum Couar. *reg. poſſeſſor.* 3. *part.* §. 3. *de reg. iur. lib.* 6. Pinel. *auth. niſi triennale, num.* 58. *de bonis mater.* Sfort. Oddus *de reſtitut.* 2. *part. quæſt.* 9. *art.*4. & 5. Canc. 2. *p. c.* 1. *num.*137.

Et ita eſt fauorabilis in integrum reſtitutio, vt in dubio ſit concedenda minori. Cald. *l. ſi curatorem habens*, verb. *implorare, num.6.* 93

Et reſtituitur minor aduerſus culpam grauaminis & conditionis non implete, ſi omnia ſint integra. Tradit Mier. *de maioratibus* 2. *part. q.* 4. *illat.*8. *n.*175. Et idem in omni conditione & præcepto legis, vel hominis, quod minor adimplere, modò dolus abſit; vt reſoluit D. Ioan. Caſtill. *lib.*5. *quotidian. controu. c.* 127. *à n.* 17. *de filio naturali prætermiſſo in vocatione, l.*27. *Taur.* qui conditioni, & præcepto fundatoris maioratus contraueniſſet; quòd non priuabitur ſucceſſione, ad fauorem tranſuerſalis. Quòd maximè procedet ſi minor ſit.

Sed aduerſus non confectum inuentarium ſi docuerit de læſione, vt quod hæreditas non eſt ſoluendo. Guid. Pap. *deciſ.* 141. Sequitur Fontanel. *de pact. nuptial.* 1. *tom. gloſ.* 5. *num.*45. Roland. à Valle *de inuentario*, 1. *part. quæſt.*19. *num.* 2. & *q.*20. *num.* 1. *limitat in iuriſperito, qui non reſtituitur.*

Sed & reſtituitur minor aduerſus moram à ſe commiſſam, Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg.* 33. *n.* 3. & etiam excuſatur à pœna non ſolutæ Gabell. *l.6. tit.*7. *p.*5. Mierez, vbi *ſupr. num.*171.

Sed & in omni cauſa, vbi minor habuerit cauſam indiuiduam cum maiori prodeſt etiam maiori. Barb. *l.* 1. 3. *p. n.*63. *ſolut. matr.* gloſ. *l. vnic. cap. ſi in communi, eademque cauſa, per l. ſi communem, ff. quemadmodum ſeruitutes amittant.* Afflict. *deciſ.* 219. Baptiſt. Coccinus, *deciſ.* 219. *n.* 7. 94

95 vbi *num. 9. & ſeqq.* dicit. Secus ſi cauſa ſit diuidua, *l. ſi minor, de acquirend. hæred.* vbi pars minoris reſtituti aduerſus aditionem hæreditatis, non accreſcit aliis hæredibus, eis inuitis, quia poſt aditam hæreditatem materia eſt diuidua, & notat, quòd eo caſu ſuccedunt in parte minoris venientes ab inteſtato; & ſic decedere quem pro parte teſtatum,& pro parte inteſtatum.

96 Et licèt minori competat aliud remedium ordinarium, ſi per in integrum reſtitutionem pinguius ſuccurratur minori, eſt concedenda, non obſtante, *reg. l. in cauſa 2. ff. de minoribus*, vt per gloſſam *fin. Cod. ſi aduerſus rem iudicatam*, Bart. *l. Æmilius Largianus, num. 3. de minor.* Alberic. *d. l. in cauſa. n. 3.* Cald. *l. ſi curatorem*, verb. *implorare*, *de in integr. reſtit. n. 5.* verſ. *limitatur etiam*, maximè; quia etiam bonæ fidei poſſeſſor etiam cum titulo reſtituit minori fructus, nec excuſatur à percipiendis, ex gloſſ. verb. *cum fructibus*, *l. patri pro filio*, §. *item ex diuerſo*, *de minoribus*, tradit Ludouic. Roman. *ſingulari 534*, *& conſ. 454. num. 28.* Petrus Surd. *deciſ. 45. n. 7.*

97 Et ea ratione minori læſo vltra dimidiam iuſti pretij, licèt habeat remedium ordinarium, datur reſtitutio in integrum, quia per eam compellitur aduerſarius præcisè rem reſtituere cum fructibus, *l. quòd ſi minor*, §. *reſtitutio*, *l. patri*, §. *ex aduerſo*, *de minorib.* cùm in remedio ordinario, *l. 2.* detur electio, an velit ſupplere pretium, vel rem reſtituere, *ex d. l. 2. Cod. de reſcind. vend.*

98 Sed ſi ſolùm minor fuerit læſus in pretio, non in re, & ea læſio excedat dimidiam iuſti pretij, in tali caſu cùm ei poſſit ſubueniri remedio ordinario, ceſſare in integrum reſtitutionem inquit Cancer. *2. part. variar. cap. 1. n. 260.* Ex quo tantum affert reſtitutio, quantum abſtulit læſio; ſecus tamen ait eſſe, ſi ſimul ſit læſus circa rem, & circa pretium; quia tunc poterit reſtitui in integrum. Adde tu dicto doctiſſimi Cancerij, quòd etiamſi ſolùm læſio ſit in pretio; ſed vltra dimidiam, poterit minor reſtitui in integrum. Pone exemplum. Minor vendidit triticum, quia poteſt vendere fructus, vt ex multis tradit Tiraquel. *de retract. linag. gloſ. 7. §. 1. n. 52.* & vendidit menſe Maij, quo tempore valebat communis menſura ad rationem octodecim; & minor vendidit vnamquamque menſuram ad rationem vndecim, & ſic fuit læſus vltra dimidiam iuſti pretij; poſteà autem ſi menſe Septembris petierit reſtitutionem, cùm iam collectis fructibus, minus valeat triticum; eo caſu ſi minor ſolùm poſſet agere remedio ordinario, *l. 2.* cùm detur in eo electio emptori, an velit ſupplere pretium, vel rem reſtituere; ſi eligat triticum reſtituere, plus læderetur, ſi forſan triticum non valeret, nec ad rationem vndecim; quare ſolùm attendendum eſt, an pinguius ſuccurratur minori per reſtitutionem in integrum vt concedatur, omiſſo remedio ordinario ſibi competenti: ita tenet Ioannes Garcia *de nobilitat. gloſſ. 6. §. 1. num. 6.* teſtatur de praxi ibi: *Ergo reſtitutio qua plerumque & cauſa & tempore, & probatione vtilior eſt, hactenus in foro ſemper admiſſa, quia plerumque ſuccurris pinguius, quod ſolum animaduertendum eſt.* Et reſtituitur minor ſi locauit domum potentiori.

tenti ori. Aymon. *conſ.* 192. *num.* 4. Contard. *l. vnic. limit.* 1. *n.* 92. *Cod. ſi de moment.*

99 Sed poſito quòd in aliquo caſu minori competat reſtitutio contra obligationem; & ad obtinendum in iudicio reſtitutionis multum expenſurus eſt, an poterit occultè non ſoluere & compenſare, & Cordoua *in ſumma, quæſt.* 115. & Ludouic. Lop. 1. *part. inſtructorij conſcientiæ*, 2. *edit. cap.* 124. §. *ſi autem talis minor dicunt poſſe id facere*: tamen Thom. Sanch. *de matrim. lib.* 6. *diſp.* 38. *n.* 32. tenet contrarium, niſi in caſu quo ille contra quem eſſet petenda reſtitutio, ante petitam, vel latam ſententiam reſtitutionis, teneretur in conſcientia reſtituere minori, & hoc ex quo beneficium reſtitutionis quod minoribus datur, non eſt, vt alter ante ſententiam & cauſam, teneatur reſarcire læſionem; ſed ſolùm eſt vt iudex, audita parte, & diſcuſſa cauſa, poſſit reſtitutionem concedere, *l. ſi curatorem, Cod. de in integr. reſtitut.* ibi: *Implorare in integrum reſtitutionem, non prohiberis, ſi nedum præfinita tempora exceſſerint, cauſa cognita, & l.* 5. *titul.* 1. *part.* 5. ibi: *Mas ſi ſe ſintiere engañado.*

Et ſic quia amiſſa ludo lege prohibito præbent actionem ad repetendum coram iudice, *authent. alearum, Cod. de relig. & ſumpt.* poteſt inconſulto iudice compenſatione vti, & ſi ſoluat, petatque poſteà authoritate priuata lucrum ſibi reſtitui, non tenetur lucrans reſtituere, donec condemnetur. Couarr. *reg. peccatum*, 2. *part.* §. 4. *ad finem*, verſicul. *hinc tollunt.*

100 Quòd ſi ex cauſa iudicati, bona minoris capta ſint & diſtracta, & mox reſtituantur per ſententiam ſunt ei reſtituenda cum fructibus, *l. ſi ex cauſa* 10. *ff. de minorib.* Petr. Surd. *deciſ.* 45. *num.* 9. & 16. vbi reprobat Beccium contrarium tenentem, & bona aduocantur à iuſtis poſſeſſoribus Otalor. *de nobilit.* 3. *part. cap.* 6. *num.* 18. Et quod dicimus de minore mediante reſtitutione admittendum eſt, etiam in maioribus, quando vel ex iudicio executiuo, vel alio ſummario fuerint diſtracta bona, & fuerit reuocata ſententia addictionis (vulgo, *de remate*) vel in alio iudicio plenario fuerit lata ſententia, cuius virtute fuerint bona vendita, vel adiudicata parti, ſi poſteà annulletur ſententia, bona itidem ſunt reſtituenda cum fructibus: quia generale eſt, quod quotieſcumque titulus reducitur ad non titulum, res virtute eius alienata eſt reſtituenda cum fructibus, vt per *l. filio* 16. §. *contra tabulas, de inoffic. teſtament.* tradit optimè Franciſc. Beccius *conſ.* 95. *n.* 5. Giurb. *deciſ.* 89. *num.* 1. qui loquuntur in ſententia. Barb. *l. diuortio*, §. *fin.* 1. *part. num.* 46. *ſolut. matrim.* vbi quod id procedit, ſiue titulus ab initio ſit irritus, ſiue poſtea irritetur retro, licèt ab initio valuerit, vt in ſententia reuocata, tradit Rom. 454. *num.* 26. & Surd. *deciſion.* 45. *num.* 11. & 12. Nam quando cauſa redditur ad non cauſam infecta radix inficit, quod ab ea immediatæ deriuatur, ex doctriba Baldi, *l. fin. num.* 5. & 6. *Cod. de ſentent. paſſis.* Peregr. *de iure fiſc. tit.* 2. *n.* 53. & ita nec gabella debetur, nec gabellarius poteſt eam petere pendente lite ſuper retractione, & nullitate. Laſart. *de deciſ. cap.* 14. *num.* 63. Tamen is cui res diſtractæ reſtituuntur,

(101 and 102 in right margin at "Et quod dicimus de minore" and "res virtute")

tur, tenetur ſoluere melioramenta, tradit Giurb. *deciſ.* 105. *num.* 18. & cum fructibus melioramentorum. Afflict. *deciſ.* 87. vbi Vrſilius Additionator. Putens *deciſ.* 276. *lib.* 3. Surd. *deciſ.* 282. *num.* 20. Neguſant. *de pignor.* 4. *p.* 5. *part. à num.* 20. Anton. Gam. *deciſ.* 99. *num.* 3. vbi quod fructus non ſunt reſtituendi, quatenus tangunt quantitatem meliorationum, & *deciſ.* 364. *num.* 1. & Mena Additionator *deciſ.* 367. Peregrin. *de fideicom. artic.* 50. *num.* 67. vbi refert Capic. qui idem tenet *deciſ.* 93. *in finalibus verbis.* Vincent. de Franch. *deciſ.* 191. *num.* 11. vbi quod fructus lucratur melioranș, quem refert & ſequitur Alex. Raud. *in repertorio conſiliorum*, verb. *fructus*, *vol.* 1. *habito reſpectu meliorationum*, idem tenet Mareſcot. *lib.* 2. *variar. reſolut.* 112. *num.* 53. Conar. *lib.* 1 *variar. cap.* 8. *num.* 4. Guter. *lib.* 3. *practic. q.* 69. Mier. *de maior.* 4. *p. q.* 32. *num.* 2. Ioan. Garc. *de expenſ. cap.* 23. *à n.* 54. Hieron. Gab. *conſ.* 80. *num.* 8. *lib.* 2. Mant. *de contract. lib.* 5. *tit.* 7. *num.* 26. Barb. *l. diuortio*, *§. fin.* 1. *part. à num.* 48. Eſcob. *de ratiocin. computat.* 13. Barboſ. *in remiſſionibus ad* 4. *tit.* 54. *§.* 1. *n.* 2. *ad fin. fol.* 112. Ricc. *collect.* 150. Franch. Stephan. *deciſ.* 81. *num.* 4. *& fin.* D. Franciſc. Hieron. de Leon, *deciſ. Valent.* 98. *n.* 10. vbi dicit ſe referente, ita iudicatum, & eſſe veriorem ſententiam, alios refert Giurb. *deciſ.* 105. *n.* 19.

104 Vbi autem emptor rei diſtractæ eam alteri vendiderit talis ſecundus emptor, qui bona fide emit, & poſſedit fructus ſuos faciet, iuxta deciſionem, *l. bonæ fidei emptor, de acquired. rerum domin.* & poterit bona præſcribere. Gaſpar. Roder. *de annuis reditib. lib.* 1. *q.* 14. *n.* 62. ſequitur Giurb. *d. deciſ.* 105. *n.* 61. & is à quo res eſt ablata per diſtractionem aget contra venditorem, & ſi non eſt ſoluendo contra hunc vltimum emptorem. Giurb. *deciſ.* 105. *n.* 16. *per l. in cauſa, la* 2. *§. idem* Pompon. *iuncta l. planè, ff. de minor.* & refert plures DD.

Et cum minor qui adibit hæreditatem poſſit reſtitui aduerſus aditionem, & eam repudiare, *l. etſi ſine*, *§. ſed quod Papinianus, de minoribus*, ſcias, quod minore reſtituto repudiante admittitur ſubſtitutus ex vulgari, vera & communi DD. opinione quam defendit Fachin. *lib.* 4. *controuerſ. c.* 73. *per l. ex contractu de re iudic.* ibi: *Poſteà tutores abſtinuerunt eam bonis paternis, & ita bona defuncti ad ſubſtitutum, vel ad cohæredes peruenerunt.* 105

Et minor reſtituitur in integrum in beneficialibus, & ſpiritualibus, vide *ſup. c.* 24. *à n.* 48. *cum ſeqq. & n.* 68. & poſteà *à n.* 78. *& n.* 105. Et de minore qui iurauit ſe maiorem, & pupillo qui iurauit ſe puberem an reſtituantur, & ſi excludantur quia iurauerint, quòd non excludantur à dicendo de nullitate actus, vide *infr. c.* 26. *à n.* 20. Et de aliis caſibus, quibus minores reſtituantur in integrum, & quod reſtituantur aduerſus non confectum inuentarium, *ſupr. n.* 93. *& c.* 28. *n.* 48. *& n.* 49. quòd non reſtituatur minor, ſi dolo omiſit ponere aliqua bona in inuentario, & *n.* 51. quod reſtituatur minor litigans, qui non acceptauit concordiam, ſibi vtilem, ei oblatam. 106 107 108

Et ibi *n.* 52. quòd minor poteſt cedere beneficium reſtitutionis in alium. Et *n.* 53. quòd licèt reſtitutio in integrum minori competẽs, ſit bene- 109 110

ficium

ficium perſonale, tranſit ad hæredes;
111 & quare *numeris ſeqq.* Et *n.* 91. quod reſtituatur aduerſus conditionem non impletam, & ad expenſas factas, *n.* 96. & in poſſeſſorio victus reſtituitur propter expenſas in re aliena factas. Contard. *l. vnic. lim.* 1. *n.* 17. *&* 18. *Cod. ſi de moment. poſſ.* ex Alber. *l.* (*fin. ad fin. Cod. qui legit perſonam.*)

Et quod reſtituitur ad pœnam priuationis ob contrauentionem contra-
112 ctus iurati, *n.* 108. Et quòd reſtituitur, vt impleat ex parte ſua *à n.* 116. Et
113 quòd ſi cœpit agere via ordinaria, reſtituatur, vt agat executiuè, vide *infr. cap.* 28. & ſcias, quod in articulo reſtitutionis in integrum non admittuntur teſtium repulſæ. Ricc. *colect.* 34. verſic. *& quid in beneficium reſtitutionis.*

CAPVT XXVI.

De probatione minoris ætatis ad commodum in integrum reſtitutionis conſequendum; & an ſufficiat liber Baptiſmi, vel aſſertio patris, vel datio curatoris; & an probetur aſſertione minoris dicentis ſe maiorem, & ei præiudicet, vt non reſtituatur.

SVMMARIVM.

1 *Ætas ad reſtitutionem ob minoritatem probatur per librum Baptiſmi, concurrentibus aliis adminiculis, & probat deſcendentiam, & ſimilia, &* n. 5.

2 *Et ſufficit, quòd fides libri Baptiſmi ſit extracta & data à ſucceſſore Parrocho.*

3 *Tabellio ſuccedens alteri in officio, poteſt extrahere ſcripturas ex protocolis ſine iudice, & dicentur originalia, & poterunt executioni mandari.*

4 *Quæ dicentur adminicula ad probandam filiationem per librum Baptiſmi.*

5 *Si conueniant nomina & cognomina baptizati & parentum, arguitur identitas; & ſi non ſit ſuſpicio contraria, ſufficiet liber Baptiſmi.*

6 *Libro Eccleſiæ creditur ad probationem dominij Eccleſiæ, & probat contra tertium ſi conſeruatur inter ſcripturas per officialem ad id deputatum.*

7 *Libris officialium publicorum creditur, & probant ad vtilitatem tertij.*

8 *Concilium Tridentinum iubet quòd parochus habeat librum, in quo deſcribat baptizatos, & nomina patrinorum ſuſcipientium de ſacro fonte.*

9 *Liber Eccleſiæ probat quem excommunicatum, vel mortuum, & ita Baptiſmum, & ſi occultetur qualiter procedatur, vt exhibeatur, quæ probatio requiratur, vt compellatur quis exhibere.*

10 *Magna ſunt confidentiæ inin-*

ria de perſona Parochi.

11 *Liber patris, vel matris probat ætatem filij; viuente patre, cum eius iuramento: mortuo tamen ſolùm liber probat.*

12 *Teſtimonium patris, & eius aſſertio teſtamento facta, probat ætatem, & reſpondetur ad* l. parentes, Cod. de teſtibus.

13 *Datio curatoris probat quem eſſe minorem, reſpectu illius cuius contemplatione fuit datus curator, vt cum eo contraheret, vel ageret in iudicio; ſecus reſpectu tertij.*

14 *Litigans cum curatore alicuius, tanquam cum minore, videtur eum minorem reputare.*

15 *Datio curatoris probat ad præiudicium eius, ad cuius inſtantiam curator datus fuit, licet ſit fiſcus ſecus contra tertios, niſi aſpectu iudici videatur minorem eſſe.*

16 *In his quæ tractu temporis mutantur, probatio non concludit de tempore præterito ad præſens, vel de vno tempore ad aliud.*

17 *Sic qui ſe minorem dicit, prius conſtituerat procuratorem, debet concludenter probare minorem ætatem.*

18 *Datio curatoris, ſimpliciter loquendo, non probat quem eſſe minorem.*

19 *Vt litigans reſtituatur, ſufficit fuiſſe minorem tempore motæ litis.*

20 *Minor ſe maiorem dicens cum iuramento, excluditur à reſtitutione.*

21 *Pupillus ſi ſe puberem dixerit dolo, vt aliquis cum eo contraheret, iurando contractum, vt minor, excluditur à reſtitutione.*

22 *Si minor, qui contrahendo dixit ſe maiorem, euidenter minor appareat, reſtituitur: nam qua facilitate inducitur ad contrahendum, inducitur ad iurandum.*

23 *Contrahens cum minore, ſciens talem eſſe, vel quia notoriè conſtat ex aſpectu, vel quia eum induxit ad iurandum, non debet lucrum conſequi ex dolo ſuo, & minor reſtituitur.*

24 *Licèt minor non appareat minor ex aſpectu: tamen ſi cum eo contrahens ſit eius cognatus, in quo præſumitur ſcientia ætatis, reſtituitur minor, etiamſi dixerit ſe maiorem.*

25 *Conſanguineus præſumitur ſcire natiuitatem conſanguinei; & vicinus.*

26 *In cohabitante, vel commorante cum aliquo, præſumitur ſcientia, & ex conuerſatione, non tamen in habentibus tractum momentaneum, vt furto, rapina, & ſimilibus.*

27 *Scienti non fit iniuria, & emptor rei quam ſcit non eſſe venditoris, non agit de euictione.*

28 *Minor ſi credens ſe maiorem, iurauerit abſque dolo, non negatur ei reſtitutio, conſtito de errore, aliàs præſumitur decipiendi animo iuraſſe ſe eſſe maiorem.*

29 *In dubio præſumitur, quod animo deipiendi minor iurauit ſe maiorem.*

30 *Aſſertio erronea mulieris iurantis ſe non habere proximiores conſanguineos ad contrahendum, quando ex fo[r]ma ſtatuti requiritur præſentia proximorum, ei non nocet.*

31 *Minor, qui iurauit ſe eſſe maiorem, licèt excludatur à reſtitutione in integrum, poterit tamen allegare nullitatem.*

32 *Aſſertio*

32 *Aſſertioni illius qui prohibitus eſt facere contractum, non ſtatur, ad illudendam formam ſtatuto ſeu lege requiſitam.*

33 *Confeſſio debiti facta teſtamento, inter illas perſonas, inter quas eſt prohibitum legatum, & hæredis inſtitutio, non ſubſiſtit, niſi aliter quam per confeſſionem conſtet de debito, vel ſint aliæ coniecturæ prorſus excludentes fraudem.*

1 SEd quia, præcedenti capite, diximus, minorem debere probare ad reſtitutionem minoritatem, hic referam modos probandi ætatem latè traditos per Maſcard. *de prob. concluſion.* 667. *& ſeqq.* Tuſch. verb. *ætas, concluſ.* 340. *& ſeqq.* Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 117. Sfortia *de reſtitutione,* 1. *part. quaſt.* 37. *artic.* 1. Grammat. *deciſ.* 48. Campanil. *in rubric.* 11. *cap.* 4. *num.* 6. vbi ſex modos probandi ætatem refert, ſed communiter probatur per librum Baptiſmi, qui concurrentibus aliis adminiculis probat ætatem, deſcendentiam, & ſimilia, vt dicit Coccinus fuiſſe reſolutum *in Rota deciſ.* 219. *num.* 5. vbi *n.* 6. quòd ſufficit, quòd
2 fides libri Baptiſmi ſit extracta & data à ſucceſſore parocho; & ita fuiſſe
3 dictum à Rota. Sic & Tabellio ſuccedens in officio, poteſt extrahere ex protocolis prædeceſſoris originalia; quæ habebunt autoritatem, & paratam executionem, Parlad. *lib.* 2. *rerum quot. cap. fin.* 1. *p.* §. 12. *n.* 26. quando autem deſiderentur adminicula, intellige, ſufficere quòd parentes eo tempore habitauerint in ea parochia, vel tranſierint per eum lo-
4 cum itineris cauſa, tempore quo natus fuit is de cuius ætate quæritur, vt ſolet contingere, & notat Paul. *l. prætor, num.* 8. *ff. de edendo.* Identitas etiam nominis parentum, & baptizati arguit perſonæ identitatem, Alexand. Raud. *conſ.* 22. *n.* 399. *&* 405. *&* 406. *vol.* 1. & ſi nomina, & cognomina parentum, & baptizati 5
conueniant, identitas probatur, ad tradita per Aym. Crau. *conſ.* 169. *n.* 4.

Et ſi non fuerit ſuſpicio contra- 6
ria, ſufficiet liber Baptiſmi, Bertazol. *conſ.* 208. *num.* 25. *lib.* 1. quia ſi libro Eccleſiæ creditur ad probationem dominij Eccleſiæ, *cap. ad audientiam de præſcript.* vbi optimè Felin. Maſcard. *de probat. concluſ.* 280. *num.* 5. & tradit Surdus, *conſ.* 245. *num.* 18. & probat contra tertium, ſi conſeruatur inter alias Eccleſiæ ſcripturas per officiales ad hoc deputatos. Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Eccleſ. cap.* 594. *num.* 2. quanto magis creditur ad commodum alterius. Nam 7
& libris officialium electorum de publico, & eorum partitis creditur ad vtilitatem alterius. Bertaz. *conſ.* 508. *n.* 4. *lib.* 8. Bart. & Doctores, *l. quædam,* §. *numularios de edendo*; ſed & ſacrum Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *de reformat.* verſ. *habeat parochus librum,* præcipit, quòd parochus habeat librum, in quo ſcribat nomina contrahentium matrimonium; & ibi 8
cap. 2. iubetur, quòd parochus ſcribat nomina patrinorum ſuſcipientium baptizatum de ſacro baptiſmatis fonte; & in eo ſcribuntur nomina baptizatorum, & eorum parentum: & ſic Cald. Pereyr. *l. ſi curatorem habens,* verſ. *minoribus, num.* 38. ad id ponderat, quòd per librum Eccleſiæ 9
probatur quem eſſe excommunicatum: & ibi in fine numeri cum Quin-

tiliano, & aliis tenet, ſtandum eſſe libro Baptiſmi. Idem Maſcard. *de probat. concluſ.* 672. *n.* 18. Pro quo etiam facit, quòd magnæ ſunt confidentiæ, quas ius facit de perſona parochi, *cap. nemo, de Simonia, cap. ſuper eo de poſtul.* Valaſc. *conſult.* 74. *num.* 5. vbi quòd pro eo præſumitur, quòd fraudes excludet. Et facit, quòd Parochus eſt perſona publica.

Sed quia ſepiſſimè occultatur liber Baptiſmi, maximè temporis antiqui, vel præteriti per eos, quia intereſt ne detegatur ætas, & prætenditur eſſe apud aliquem, & petunt à iudice, vt eum compellat ad exhibendum aduerte, quòd ſiue de libro Baptiſmi tractetur, ſiue de alio, vel ſcripturis exhibendis, vt quis compellatur exhibere, debet probari exiſtentia libri, apud illum plenè, & concludenter, nec ſufficiet probare præſumptiuè, & debet rectè conſtare de intereſſe petentis. Alexand. Ludouiſius, *deciſ.* 129. *n.* 5. & 6. *deciſ.* 199. *num.* 3. & 5. vbi addictio, *n.* 7. & ſi liber, vel ſcriptura eſſet de dominio defuncti præſumetur eſſe penes hæredem, nec ſtaretur eius iuramento contrarium aſſerentis, ita Additionator Ludouiſij *dict. deciſ.* 199. *n.* 6. Sed ſi is à quo petitur ratione officij non tenebatur cuſtodire debet probari exiſtentia apud eum, tempore motæ litis. Additionator Ludouiſij, *deciſ.* 129. *num.* 7. & qui non eſt generalis adminiſtrator, non tenetur conficere librum ad effectum reddendi rationem, quia ſine libro poteſt reddi ratio, Additionator Ludouiſij *deciſ.* 199. *n.* 5.

10 Sed & per librum patris, ſeu matris probari ætatem, tenet Bartazol. *conſ.* 208. *num.* 26. *volum.* 1. idem tenet Maurit. *de reſtit. cap.* 320. Maſcard. *de probat. concluſ.* 118. *n.* 14. Rolend. *conſ.* 31. *num.* 2. & 3. *lib.* 1. Gam. *deciſ.* 354. *num.* 3. Menoch. *de arbitr. caſu* 116. *n.* 4. vbi poſt Aym. *de antiquitate tenet*, quòd viuente patre, ſtatur ſuo libro cum iuramento eius; & quod, eo mortuo, liber ſolus probet; & Cald. *l. ſi curatorem habens*, verb. *minoribus. Cod. de in integr. reſt.* poſt longam diſputationem habitam contra Mauritium *de* 11
reſtitut. c. 317. *tenentem teſtimonium patris*, & eius aſſertionem teſtamento factam ſufficere, *per l. etiam, de probationibus*, ne obſtet, *l. parentis, Cod. de teſtibus*, quam Caldas intelligit cum Alciato, & aliis, vt non tractet de teſtimonio patris, ſed de quadam denuntiatione, quæ olim fiebat publicè in actis coram prætore, *ad l.* 2. *de cenſibus*, *l. interdum de publicanis*, *l.* 1. *Cod. ſi minor ſe maiorem dixerit*, *l. fin. de probationibus*, *tandem num.* 33. *dicit in Luſitania ſeruari.*

Sed an datio curatoris probet 12
quem eſſe minorem. Et quòd præſumatur minor qui curatorem habet, tradit Bald. *deciſ.* 199. ſequitur Riccius, *collect.* 1629. *in fin.* & *deciſ.* 600. & quod ex curatoris datione minoritas probetur, dicunt Bald. Angel. Alciat. & Rebuf. quos refert & ſequitur Cald. Pereyr. *l. ſi curatorem*, verbo, *minoribus. n.* 34. Quod tamen 13
limitat ibi, vt ſolùm procedat reſpectu illius cum quo vt minor contraheret, ſeu ageret in iudicio, fuit datus curator, eo ſciente; ſecus autem reſpectu tertij, vt tradit Alex. *conſ.* 21. *lib.* 1. Decius, *conſ.* 141. *n.* 4. *ad finem*, Alciatus, *reg.* 2. *præſumption.* 14. *poſt. num.* 8. Salicet. *l. minorem,*

norem, *quæſt. penult. Cod. de in inte-*
grum reſtit. Ioann. Baptiſt. Coccin.
14 *deciſ.*219.*n.*4. Nam litigans cum cu-
ratore alicuius, tanquam cum mino-
re, videtur minorem eum reputare.
15 Decius *cap. cùm venerabilis, num.* 151.
& quòd ſolùm probet minoritatem
ad præiudicium eius, ad cuius inſtan-
tiam curator datus fuit, etiamſi ſit fiſ-
cus; qui paſſus fuit curatoris datio-
nem, Riccius *collect.* 683. *ad fin.* &
deciſ. 600. *n.*2. plures referens Sera-
phin. *deciſ.* 1155.*n.*7.& *deciſ.* 1169.
*num.*4. Atque ita intellige, quòd tra-
dit Gratian. *deciſ.* 134. *n.* 11. tenens
cum Caualcano, dationem curatoris
probare minorem ætatem: & idem
tenet Ioſephus Ludouicus *deciſ.* 55.
n. 5. vbi *num.* 6. quod etiam quoad
tertios, niſi probetur contrarium, &
refert Felin. Dec. Anchar. Alciat.
Caualcan. ita tenentes. Quòd poſſet
habere locum, quando iudici ex aſ-
pectu ille qui oſtendit tutelam, vel
curam, minor appareret Simon de
Prætis, *de interpret. vltimar. volunt.*
*lib.*5. *dub.*4. & *vlt. num.* 123. Secus
aliàs, vel ſi abſens ſit litigans; nam
licet ex aſpectu etiam probetur mi-
nor ætas, Maſcard. *de prob. conc.* 667.
Ioſeph. Ludou. *dict. deciſ.* 55. *n.* 4.
vbi poſt Bart. *l. de ætate de minorib.*
ponit tempus aſcenſiuum, & deſcen-
ſiuum requiſitum, vt concludat teſtis
deponens per aſpectum: tamen quan-
do non ita apparet aſpectui maiori-
tas, vel minoritas, non datur proba-
tio concludens, nec ſufficiet inſtru-
mentum curæ ad probandam mino-
rem ætatem. Quod maximè proce-
dit, ſi datio curatoris fuit ſine co-
gnitione, *l. obſeruare, ff. de curator.*
furioſ. vel ſi datio curatoris non ſit
temporis præſentis, ſed præteriti;
quia in his quæ tractu temporis mu-
tantur, non concludit probatio de
vno tempore ad aliud, *l. Spadonem,* 16
§. *qui abſolutus, de excuſat. tutor.* Se-
raph. *deciſ.* 858. *num.* 2. vbi *num.* 3.
quòd ſi priùs conſtituerat procurato-
rem, qui ſe minorem dicit, debet
concludenter probare. Quod multum 17
attende, quia iam vidi plures maio-
res vigintiquinque annorum, cùm
vellent litem mouere, ſe facere pro-
uideri de curatore, vt gauderent be-
neficio minoris ætatis. Et ſi pronun-
tiatum ſit, quem eſſe, vel non eſſe
tutorem, ſeu curatorem, datur appel-
latio, poſt Signorol. *conſ.* 14. *n.* 15.
tradit Franciſc. Salgad. *de Regia pro-*
tect. 2.*p. cap.*6. *num.*65. Et id ex eo,
quia à pronuntiatione ſuper legiti-
matione perſonæ datur appellatio, vt
ibi. Et reuera, ſimpliciter loquendo,
datio curatoris non probat quem eſſe
minorem in præiudicium tertij. An-
ton. Faber. *deciſ.* 55. *de probat.* ſequi-
tur Riccius *collect.* 302. *in fin.*

Sed quia contingit, quòd lite 18
pendente minor efficitur maior,
ſcias, quòd reſtituitur; quia ſufficit
quòd tempore cœptæ litis ſit minor.
Afflict. *deciſ.* 210. *n.* 4. & *per totam.*
Lancelot. *de attentis*, 2. *p. cap.* 4.
limit. 21. *n.* 12. etſi minor ſe maio- 19
rem iurauerit, licèt regulariter ex-
cludatur à reſtitutione, *l. ſi alterius,*
Cod. ſi minor ſe maiorem dix. l. 6. *tit.*
*fin. p.*6. Ioann. Gut. *auth. Sacramen-* 20
ta puberum, num. 56. quia infirmita-
ti, & fragilitati conſilij, non calliditati
opitulatur, *l. ſi ſine, Cod. ad*
Vellcian. l. 3. §. *hæc verba, ff. eodem.*
Et idem in pupillo pubertati proxi- 21
mo, qui dolo vt celebraret contra-
ctum iuratum, vt minor, dixit Ioan.
Gutier. *auth. Sacramenta puberum,*

 *num.*59.

num. 59. quia minor ſi dolo verſatus eſt, non reſtituitur. Lancel. *de attentatis, 3.p. cap.*28. *num.*154. Gutier. *de tutel.* 1.*p. cap.*7. *n.*11.

22 Et quod dicimus de minore dicente ſe maiorem, vt cum eo contrahant, non indiſtinctè procedit, nam vbicumque ex aſpectu clarè minorem eſſe apparuerit, non eſt ei deneganda reſtitutio; nam qua facilitate inducitur ad contrahendum, inducitur dolo ad iurandum ſe maiorem. Soc. *conſ.*23. *in princ. & n.* 13. Pyrrhus Marius *de fideiuſſoribus, 2.p. princ. ſect.*2. *cap.*49. *num.*9. Gratian. *deciſ.*234. *num.*9. Matt. *de clauſulis, clauſ.*208.*n.*3. & ſic contrahens cum minore, conſequeretur commodum

23 ex dolo ſuo, contra *reg.l.verum* 64. §. *tempus, ff. pro ſocio*: & ſic quòd ſiue ex aſpectu appareat minor, vel ſit dolo inductus ad iurandum ſe maiorem, reſtituatur, tradunt Gutier. *auth. Sacramenta puberum, num.* 57. *Cod. ſi aduerſus vendit.* Maurit. *de reſtitut. q.* 171. Oddus *eodem tit.* 2.*p. q.* 60. *art.* 5. Afflict. *deciſ.* 393. *in fin.* ſequitur Cancer. 2.*p. variarum,*

24 *cap.* 1. *num.* 21. Idem erit, etſi non ex aſpectu appareat, tamen cum eo contrahens ſciret minorem eſſe, vel quia proximus cognatus, in quo præſumitur ſcientia, *l. de tutela, Cod. de in integr. reſtit.* ibi: *Quem ignarum ætatis tuæ non fuiſſe, tàm officium tutelæ, quàm ſanguinis proximitas arguit. l. octaui*, vndè cognati, *c. conſtitutus de teſtib.* Marilian. *deciſ.* 59. *n.*264. Franc. Beccius *conſ.* 111. *n.*18. Aym. *conſ.*271. Alex. Rand. *conſ.* 23. *n.*524. *vol.* 1. *ſaltim in reſpicientibus*

25 *ſanguinem.* Maſcard. *de probation. concluſ.* 407. *n.* 5. Ludouic. Rodil. *voto vnico, num.* 37. vt in natiuitate conſanguinei. Menoch. *de recup. rem.* 16. *num.* 42. vbi plures Doctores refert: vel ſi ſit vicinus, in quo etiam præſumitur ſcientia, *cap. quoſdam, & cap. quanto, de præſumptionibus*, & vide *ſup. cap.* 15. *n.* 31.

Idem in cohabitante, ſeu commorante cum minore. Aym. *conſ.*26. *num.* 3. *& conſ.* 123. *num.* 1. *& conſil.* 148. *num.* 5. Roland. *conſil.* 36. *& conſ.*90. *num.*25. *volum.* 2. *vel ex conuerſatione.* Aym. *conſ.*168. *num.*6. Sed hoc in non habentibus tractum momentaneum Menoch. *de recuper. rem.* 16. *num.*41. vt in futuro, rapina, & ſimilibus. Brunorus à ſole *in compendio reſtit.* verb. *factum quod habet*: ſcienti enim non fit dolus, iuxta iuris regulam; imò ipſe dolo verſatus eſt, vt dicit Mauritius, *de reſt. cap.*172. *& cap.* 173. ſequitur Cancer. *variar.* 2. *part. cap.* 1. *num.* 22. Et ſic emptor ſciens rem quam emit, non eſſe venditoris, non poteſt agere de euictione. Canc. 2. *part. cap.* 1. *num.* 17. 26

Sed etſi non apparuerit per aſpectum eſſe minorem, nec fuerit dolo inductus ad iurandum, nec cum eo contrahens ſciat eſſe minorem, ſed minor credens ſe eſſe maiorem, iurauerit conſtito de errore reſtituetur, quod multoties poteſt contingere in eis, quorum parentes mortui fuerunt relictis filiis impuberibus, qua ætate quod vident ignorant, *l.* 1. *Cod. de falſa moneta.* Quod maximè procedit, ſi paruuli exierunt à patria cum parentibus, nec erant in loco habitationis conſanguinei, qui eis nuntiarent ætatem, vel liber Baptiſmi, quo poſſint inſtrui: vel quia itinerantibus parentibus nati eſſent; vel alia cauſa ignorent ætatem; tamen minor 27

not ipſe probare debet cauſam erro-
ris; aliàs præſumetur decipiendi ani-
mo iuramentum feciſſe. Gratian. *de-*
29 *ciſ.* 234. *num.* 12. Aſſertio tamen er-
ronea ei nocere non debet, vt nec
nocet aſſertio mulieris iurantis ſe
non habere proximiores conſangui-
neos ad contrahendum, quando ex
forma ſtatuti debent adeſſe contra-
ctui. Gratian. vbi *ſupr. num.* 10. Et
in muliere, & minore tradit Marta
clauſul. 203. *n.* 3.

30 Sed licèt minor, qui dolo iurauit
ſe maiorem, excludatur à beneficio
reſtitutionis; poterit tamen allegare
contractum nullum ex defectu ſo-
lemnitatis requiſitæ. Ludou. Roman.
conſ. 17. *n.* 5. poſt Ioan. Andr. quem
refert; & licèt dicat non eſſe alibi,
idem tradit Franciſc. Cremenſ. *ſin-
gul.* 163. Hyppol. de Marſ. *ſing.* 299.
Maſc. *de probat. concl.* 1059. *num.* 73.
alios refert Canc. 2. *p. var. c.* 1. *n.* 23.

31 Et ratio eſt, quia ad illudendam ſo-
lemnitatem ſtatuto, ſeu lege requiſi-
tam in contractu, non ſtatur aſſertio-
ni illius qui actum liberè facere non
poteſt Bart. *l. ſi fortè, ad fin. de Ca-
ſtrenſ. pecul.* Rimin. Iun. *conſ.* 408.
n. 24. *lib.* 4. ſequitur Grat. *deciſ.* 234.
n. 11. pro quo eſt textus *in l. cum quis
decedens* 35. *§. Titia honeſtiſſima fœ-*
32 *mina, de leg.* 3. vbi confeſſio debiti
in teſtamento facta inter illas perſo-
nas, inter quas eſt prohibitum lega-
tum, & hæredis inſtitutio non valet,
nec ſubſiſtit, Gam. *deciſ.* 226. *n.* 1. &
deciſ. 236. *n.* 1. Quod eſt verum, niſi
aliter conſtet de debito, vel ſint con-
iecturæ prorſus fraudem excluden-
tes. Hieronym. Campanil. *rubr.* 11.
cap. 13. *num.* 49.

CAPVT XXVII.

Minor cui competit via executiua, ſi cœperit agere via ordinaria, quod poſſit redire ad executiuam. Et quid in maioribus. Et an refuſis expenſis. Et an in iudiciis executiuis, & ſummariis detur inſtantia & litis conteſtatio, & exceptio litis pendentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Minor, cui competit via executiua, ſi cœpit agere via ordinaria, poteſt redire ad executiuam, petita reſtitutione: quod ſecus eſt in maioribus.*

2 *Qui cœpit agere vna via, ad aliam non habet regreſſum, ſi ſimul non compatiantur,* & numeris ſequentibus.

3 *Creditor, cui res alternatiuæ ſunt obligatæ, ſi litem conteſtatus eſt ſuper vna re, non poteſt amplius variare, & aliam petere.*

4 *Creditor, quamuis habeat electionem ex ſua perſona, electa vna re, non poteſt variare, ſi vnam ſolum conſequi poteſt: ſecus ſi ſit hypothecarius, qui poteſt omnes*

res

res loco pignoris auocare, donec ſibi ſatisfiat.

5 *Et idem circa perſonas ſibi obligatas; nam conuento vno, & non expectato fine iudicij, poteſt petere contra alium: debet tamen proteſtari, ſe velle vna ſolutione eſſe contentum.*

6 *Creditor recipiens partem ab altero debitore, non poteſt ſolidum ab altero petere, quia cenſetur facta diuiſio.*

7 *Creditor, cui debetur res, aut pecunia, & per libellum petierit, ſibi dari rem, aut pecuniam, & ſic dederit electionem alteri, non poterit poſteà reuerti ad eligendum.*

8 *Spoliatus ſi adiuit iudicem, & conqueſtus eſt de ſpolio, non poterit lite pendente per ſe poſſeſſionem recuperare.*

9 *Electa via iudiciali, cenſetur extraiudicialis excluſa.*

10 *Habens facultatem ingrediendi, ſi adierit iudicem, non poterit poſteà per ſe poſſeſſionem ingredi.*

11 *Stante pacto de ingrediendo propria autoritate, debet pars citari, ſi iudicio petatur poſſeſſio.*

12 *Iudicium inchoatum à creditore, non debet eſſe ludibrio, nec in eius poteſtate illud euertere.*

13 *Habens facultatem ingrediendi propria auctoritate, ſi adierit iudicem, ſolùm vt eum adiuuet, poteſt propria auctoritate apprehendere.*

14 *Idem ſi adeundo iudicem, proteſtaretur ſibi manere ſaluum ius expellendi propria auctoritate.*

15 *Qui per ſe ſatisfactionem accepit, non poteſt poſteà petere in iudicio, quia ius agendi amiſit; non tamen amittit, qui propria auctoritate ducit furem ad iudicem.*

16 *Petens in iudicio ex vna cauſa, vt donationis, vel venditionis, ſeu alterius tituli, non poterit ex alia cauſa agere.*

17 *Succumbens ex vna cauſa, finito iudicio, poteſt ex alia agere, nec obſtabit res iudicata.*

18 *Via cœpta finienda eſt, quia in iudiciis non admittitur variaio.*

19 *Vt minos qui egit via ordinaria, poſſit redire ad executiuam; neceſſaria eſt reſtitutio; aliàs nullatenus poſſet.*

20 *Qui cœpit agere via ordinaria, ſi deſiſtat à lite, & offerat expenſas, poteſt redire ad executiuam, ſi ſint clauſulæ in inſtrumento, quòd liceat variare.*

21 *Qui cœpit agere via ordinaria, poſſit ne, refuſis expenſis, redire ad executiuam, explicatur.*

22 *Clauſulas variandi ſolitas eſſe apponi in inſtrumento, dicunt aliqui Doctores.*

23 *Notarius cenſetur rogatus apponere clauſulas conſuetas.*

24 *Non ſtantibus eis clauſulis, qui cœpit agere via ordinaria, non poteſt redire ad executiuam.*

25 *Licèt non ſint clauſulæ variandi poſitæ inſtrumento, tamen ſi de ſtylo & conſuetudine ſit, poteſt reuerti ad viam executiuam, modò renunciet primæ liti.*

26 *Euertere iudicium, non debet eſſe in poteſtate alterius litigantis, & facere iudicium illuſorium.*

27 *In iuditiis quaſi contrahitur, vt litigantes teneantur ſtare ſententiæ illius iudicis, & coram eo litigare.*

28 *Etiam refuſis expenſis non poteſt*

quia

quis recedere à iudicio cœpto non ſolùm in actionibus ordinariis, vt dimiſſa cœpta, aliam intentet, ſed nec vt redeat ad viam executiuam.

29 *Cœpta via ordinaria contra inſtrumentum, poteſt exequi contra obligatum.*

30 L. vbi cœptum, de iudiciis, *habet locum in executiuis, & ſummariis.*

31 *In executiuis conteſtatur litis in præſentatione oppoſitionis, & ex tunc incipit inſtantia.*

32 *In via executiua primus actus repugnans facit conteſtationem.*

33 *Vbicumque poteſt eſſe contradictio, ibi datur inſtantia, & primus actus contradicens facit inſtantiam.*

34 *In ſummariis requiritur litis conteſtatio, & in eis admittitur exceptio litis pendentiæ, ne moleſtetur quis diuerſis iudiciis, &* num. finali.

35 *Super actione perſonali non poteſt quis conueniri coram diuerſis iudicibus.*

36 *Via executiua conſiſtit in actione perſonali.*

37 *Declarantur tradita à Menobio, & Iaſone, ne obſtent prædictæ opinioni.*

38 *Cœpta vna via executiua pro debito in certis bonis, non poſſe aliam intentari pro eodem debito in aliis bonis in prima executione non contentis, pronuntiauit Senatus Neapolitanus.*

39 *Creditor non poteſt diſcedere à pignore, & aliud capere: & ſic fuit pronuntiatum à Senatu Pedemontano. Et quid de melioratione executionis.*

40 *Creditor non poteſt tranſire ad alia bona, quando executio fuit perfecta, & deuentum ad præconia & ſubbaſtationem, niſi ex cauſa; vt ſi tertius ſe oppoſuerit, vel ſint bona intricata.*

41 *Creditor non poterit diuidere debitum, & pro parte petere coram diuerſis iudicibus, vt moleſtet debitorem cum expenſis.*

42 *Si creditor ex inſtrumento guarentigio egit via ordinaria contra debitorem, qui in eo iudicio contumax ſit, durante contumacia, poteſt creditor redire ad viam executiuam.*

43 *Contumax non poteſt allegare litis pendentiam, ſeu præuentionem illius iudicis, coram quo eſt contumax.*

44 *Per obſeruantiam terminorum ſubſtantialium non cenſetur renuntiatum via executiua.*

45 *Faciens aliquid de pertinentibus ad viam ordinariam, amittit viam executiuam.*

46 *Creditor ſi egerit via ordinaria ad reſciſſionem inſtrumenti, ea lite pendente, poterit petere executionem contractus, &* num. 49. in debitore.

47 *Vt vendicans lite pendente non poteſt innouare exceptione ſua, ita nec reus.*

48 *Sicut reus lite pendente non eſt priuandus ſua poſſeſſione; ita nec actor.*

49 *Via ordinaria intentata per debitorem ad reſciſſionem inſtrumenti, non impeditur petere creditor executionem illius.*

50 *Quemadmodum exceptio litis pendentiæ ſuper retractatione ſententiæ tranſactæ in rem iudica-*

Digitized by Google

tam non impedit executionem, ita nec inſtrumenti quarentigij.

51 *Si contra inſtrumentum non opponatur vitium viſibile illud annullans, non impeditur eius executio.*

52 *Inſtrumentum poteſt exequi pendente compromiſſo quod ſi per eo factum eſt, niſi fuerit factum animo nouandi.*

53 *Præſens ſtatus attenditur; & quod non mutatur, ſtare non prohibetur.*

54 *Si ad petitionem debitoris fuerit commiſſa cauſa nullitatis contractus, & iudex inhibeat ordinarium ne procedat, nihilominus poterit fieri executio ad inſtantiam creditoris.*

55 *Pendente appellatione, & poſt inhibitionem poteſt iudex à quo cognoſcere de turbata poſſeſſione.*

56 *Poſt inhibitionem à Rota poteſt quis adire Regium tribunal pro manutentione.*

57 *In ſummariis de vno iudicio ad aliud datur exceptio rei iudicatæ, ſi ſit ex eadem cauſa; & etiam in plenario, ſi eſt plenè cognitum; & quando probationes debeant ſuppleri.*

58 *Opponens contra executionem inſtrumenti cenſus de nullitate eius, ſi exceptione neglecta feratur ſententia* de remate, *an poſtea, facta executione pro aliis decurſis, poſſit iterum de nullitate opponi.*

1 HAbent etiam minores magnam vtilitatem variandi iudicium; nam ſi cœperit minor agere via ordinaria in caſu, quo ei competeret via executiua, poteſt petita reſtitutione redire ad viam executiuam, *l. minor annis 25. de minoribus*, ibi: *Quia paratam ex cauſa iudicati perſecutionem nouo contractu ad initium alterius petitionis redegerat*: quod eſt maximum
commodum, cum id maioribus non 2
concedatur, ſed debeant proſequi viam intentatam, Authent. *qui ſemel, Cod. quomodo & quando iudex, l. mulier 21. §. fin. quod metus cauſa*; ibi: *Vt quam viam elegero, hæc mihi pateat, l. quod in hæredem, §. eligere, de tributaria actione*, ibi: *Cùm ſciat, ſibi regreſſum ad aliam non futurum, l. ſi quis iuſiurandum 11. Cod. de rebus credit.* ibi: *Satis enim abſurdum eſt, redire ad hoc cui renuntiandum putauit, l. ſi creditores hæreditarij, ff. de ſeparation.* ibi: *Sed ei quod ſemel poſtulauerunt, ſtare debent:* quia in iudicio non toleratur inconſtantia, *l. in cauſa 17.* vbi gloſſ. verb. *recuſauit, de procurat. cap. mutare, cap. quod ſemel, de reg. iur. in 6.* Gaſpar. Anton. Teſſau. *lib. 1. quæſt. forenſ. cap. 7, n. 6.* & ſic vna via intentata, ad aliam non patet recurſus *l. fin. C. de codicill.* ibi: *Sciens ſe vnius electione, alterius ſibi aditum præcluſiſſe*, vbi optimè Iaſ. & Seſe, *deciſ. 125.* Gratian. *deciſ. 121. in addition. num. 2.*

Sic creditor cui alternatiuæ res 3
ſunt obligatæ, ſi ſemel conteſtatus eſt litem ſuper vna re, non poteſt amplius variare, & eligere aliam, ſiue habeat electionem ex ſua prouiſione, vt in *l. ſi quis ſtipulatus ſit ſtichum, de verbor. obligat.* ſiue ex prouiſione legali, *l. 3. §. & generaliter, de eo quod certo loco*, Bart. *l. eum, qui certarum, §. fin. de verbor. obligation.*
Capitius *deciſ. 46. num. 6.* Quod in- 4
tellige, quando vnum tantùm conſequi valet; aliàs ſecus; vt in creditore

tore hypothecario, qui poteſt omnes
res loco pignoris auocare, donec ſi-
bi integrè ſatisfiat: Bart. *l. rem alie-*
5 *nam, de pignorat. actione*, Capit. *de-*
ciſ. 119. *num.* 6. vbi *n.* 7. Idem tenet
de perſonis inſolidum obligatis: nam
cœpto vno iudicio cum vno, & non
expectato fine, poteſt facere contra
alium, ſequendo Bartol. *l. in duobus,*
§. *vbi duo, de duobus reis*, Capit. *de-*
ciſ. 119. *num.* 7. debet tamen prote-
ſtare ſe velle vna ſolutione eſſe con-
tentum, Parlador. *lib.* 2. *rerum quoti-*
6 *dian. cap. fin.* 5. *part.* §. 1. *num.* 19. Et
recepta ſolutione partis ab altero, non
poterit ſolidum ab altero petere: quia
cenſetur facta diuiſio inter omnes, *l.*
ſi creditorem, Cod. de pact. vbi Iaſ.
7 Sic ſi creditor, qui poteſt petere
rem vel pecuniam, petierit per libel-
lum ſibi dari rem aut pecuniam, &
ſic dederit electionem alteri, quia
videtur renuntiare iuri eligendi,
provt poteſt, *l. penult. Cod. de pactis,*
non poterit poſteà reuertere ad eli-
gendum, & petendum ſibi electio-
nem dari, Aymon *conſ.* 74. *num.* 7.
Renuntiantibus enim iura ſua regreſ-
ſus non datur, *l. quaritur,* §. *ſi vendi-*
tor, de adilit. edicto, l. fin. Cod. de re-
miſſione pignoris, cap. ex tranſmiſſa,
de renuntiatione, cap. ex ore, de pri-
uilegiis.
8 Sic ſi Spoliatus adiuit iudicem, &
conuentus eſt, de ſpolio, non po-
teſt lite pendente per ſe poſſeſſionem
recuperare, etiam quod aſſerat ſe in
continenti facere, *gloſſ.* 1. *l. meminc-*
rint, Cod. vnde vi, Menoch. *de re-*
9 *cuper. remed.* 1. *num.* 385. ſequitur Al-
uar. Valaſc. *conſult.* 88. *n.* 7. vbi quod
electa via iudiciali, cenſetur altera
extraiudicialis excluſa: & *n.* 9. teſta-
tur hanc eſſe veriorem ſententiam.
Sic ſi creditor habens facultatem
ingrediendi propria auctoritate, adie-
rit iudicem, & citauerit partem 10
(Quia citari debet etiam ſtante eo
pacto, Anton. Gabriel *lib.* 2. *con-* 11
cluſ. tit. de citatione, concl. 1. *n.* 206.
de quo *ſupr.* 64. *num.* 40.) non po-
terit poſteà recedere à iudicio, &
ingredi propria auctoritate, poſt Bal-
dum *l.* 1. *q.* 10. *de ſeruit. & aqu.* tradit
Marant. *de ordine iudiciorum* 6. *p. tit.*
de inſtrum. product. n. 14. ne iudicium 12
inchoatum ludibrio ſit, & in pote-
ſtate creditoris, illud euertere. Idem
Bald. *l. eadem. n.* 13. *Cod. de locato,*
quem & alios ſequitur Neguſ. de Fa-
ro, *de pignorib.* 4. *part. principal. n.* 25.
tradit Franciſc. Bec. *conſ.* 87. *num.* 2. 13
Greg. *l.* 7. *tit.* 4. *part.* 5. verb. *poſſeſ-*
ſion, vbi limitat, niſi adierit iudicem,
vt eum adiuuet, *l. ſi ſeruus* 6. iuncta
gloſſ. verb. *& ingrediens, Cod. quod*
cum eo, qui in aliena poteſtate, vel
proteſtaretur ſibi manere ſaluum ius
expellendi. Idem Greg. *l.* 28. *tit.* 8. 14
part. 5. verb. *ſin mandado del juez*, &
de facultate apprehendendi propria
auctoritate, vide *ſupr. cap.* 5. *n.* 38.
Sic ſi dominus ante iudicem exhi- 15
buerit ſeruum verberandum pro in-
iuria illata, & verberibus arbitrio iu-
dicis inflictis, ſatisfactum ſit actori,
non poterit poſteà proſequi iniuria-
rum actionem, *l. ſed ſi vnus* 17. §. *pra-*
tor ait, de iniuriis: *Qui enim ſatisfa-*
ctionem accepit (inquit ille textus)
iniuriam ſuam remiſiſſe videtur. Sic eli-
gens accipere ſatisfactionem propria
auctoritate extra iudicium, amittit ius
agendi in iudicio. Ita tradit Barboſa
per dictum textum *in l. ſi ab hoſtibus*
11. §. *fin. num.* 41. *ſoluto matrimo-*
nio, non tamen amittit, qui pro-
pria auctoritate ducit furem ad iudi-

cem, *l. interdum* 58. §. *qui furem de*
furtis.
16 Sic ſi quis petierit in iudicio cauſa
ſpeciali, vt donationis, vel vendi-
tionis, ſeu alterius tituli, poſt iudi-
cium inchoatum non poterit ex alia
cauſa obtinere, *cap. Abbate ſane*, ver-
17 ſic. *ex his quæ poſt inchoatum iudicium*
eueniunt, de ſententia, & re indic. lib. 6.
finito tamen iudicio, poterit ex alia
cauſa petere, nec obſtabit ei excep-
tio rei iudicat, *l. ſi mater*, ibi: *Ex*
vna cauſa egit rupti teſtamenti, ff. de
18 *except. rei iudic.* Via itaque ſemel cep-
ta finienda eſt, quia in iudiciis non
admittitur variatio, vt dictum eſt;
19 & ſicut minor qui cæpit via ordina-
ria, redeat ad executiuam, eſt neceſ-
ſaria reſtitutio, *in dict. l. minor annis*
viginti quinque de minoribus aliàs enim
nullatenus poſſet. Tradit Roderic.
Suar. *l. poſt rem, in declarat. legis Re-*
gni, quæſt. 10. quæ eſt finalis. Auil.
cap. 10. *prætor.* verb. *execution. n.* 2.
Molin. *in annotat. poſt librum primo-*
geniorum. num. 16. verſic. *illud ta-*
men. Lancelot. *de attentat. lite pen-*
dent. 2. *part. cap.* 4. *limitat. vltim.*
num. 12. *& ſequent.* tenet plures aliis
ad id referens, Burg. de Paz, *conſ.* 39.
num. 7. Maſſa *de reformat. Cameralis*
oblig. ad 3. *particulam, quæſt.* 2. *n.* 4.
Parlador. *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin.*
5. *part.* §. 11. *num.* 19. Ioann. Gu-
tierr. *lib.* 3. *pract. quæſt.* 39. qui alios
refert, dicens veriorem: Auend. *l.* 45.
Taur. gloſſ. 7. *n.* 8. & eam opinionem
tenet Gregor. *l.* 19. *tit.* 22. *part.* 3.
gloſſ. fin. ibi: *Vide aduerte qualiter*
petas, ne perdas viam executiuam.
Gonzal *gloſ.* 6. *num.* 192. vbi ait, eam
opinionem pluries à Rota ſecutam,
Giurb. *deciſ.* 74. *num.* 11. Et eam
opinionem tenet Romanus *conſ.* 133.
Seſe *de inhibitionibus*, *cap.* 2. §. 3.
num. 46. Chriſtophorus de Paz *de*
tenuta. cap. 22. *num.* 1. Monter. *de-*
ciſ. 22. *num.* 5. Scaccia *de iudiciis*,
cap. 76. *num.* 9. Cancer. 2. *p. variar.*
cap. 3. *num.* 91.
Sed an refuſis expenſis, qui cepit 20
ordinarie agere poſſit redire ad viam
executiuam, dubitatur, & poſſe te-
net Maranta 6. *p. de inſtrum. product.*
n. 13. Rebuff. 1. *tom. ad conſt.* Galli- 21
caſ. *tit. de literis obligatoriis, art.* 6.
gloſſ. 3. *à n.* 3. & hoc ſi creditor qui
priùs via ordinaria egerat, deſiſtat à
lite, & petat ſe condemnari in ex-
penſis. Suar. de Paz *in prax.* 1. *tom.*
4. *p. cap.* 2. *num.* 2. dicens ſic vidiſſe
practicari Ioann. Gutierr. *lib.* 1. *pra-*
ct. car. quæſt. 39. *num.* 7. Azeued. *l.* 1.
tit. 21. *lib.* 4. *recopil. n.* 153. Felician.
lib. 2. *de cenſib. cap.* 1. *n.* 34. Ceuall.
quæſt. 815. *n.* 22. *commun. contra com-*
munes, Paz *de tenuta*, *cap.* 22. *num.* 6.
& 8. & eam opinionem dicit æquam
Seſe *de inhibitionib. cap.* 2. §. 3. *n.* 49.
Saltem quando in inſtrumento exe-
cutiuo eſſent clauſulæ poſitæ, per
quas ſit data facultas variandi iudi-
cium de vno ad aliud, ex quo illæ
clauſulæ debent aliquid operari, ex
gloſſa, verb. *tanquam*, *cap. ſolitæ, de*
maior. & obedient. Bald. *in rubr. Cod.*
de contrahend. empt. Iaſ. *l.* 2. §. *credi-*
tum, *in fin. ſi certum petat.* Cancer. 22
1. *part. variar. cap.* 17. *n.* 37. Corn.
conſ. 259. *volum.* 4. addit, eas clauſu- 23
las ſolitas eſſe apponi, & quòd no-
tarius cenſetur rogatus eas appone-
re, *l. fin.* vbi Bald. *Cod. de fideiuſ.*
cui & ego aſſentior, vbi poſitæ ſint
clauſulæ, vel de ſtylo ſit apponere il-
las, & quòd ſtantibus clauſulis va-
riationem permittentibus detur re-
greſſus ad viam executiuam: ſecus
abſque

abſque eis tradit Marqueſ. *de commiſſ.*
24 *appell.* in cauſa Camer. *oblig.* 1. *part.* §. 1. *num.* 4. ſequendo Anton. Maſſum Scac. *de iudiciis, cap.* 76. *num.* 9. & *cap.* 62. *n.* 6. & *fin.* vt etiam tenet ſtantibus eis clauſulis, Martin. Monter. *deciſ.* 22. Aragon. *num.* 5. vbi ſine clauſulis defendit contrarium; nam ſtantibus clauſulis, prouiſio hominis *facit ceſſare legis prouiſionem*, *l. fin. Cod. de pactis conuentis*, & ſic nihil mirum ſi poſſit variari iudi-
25 cium. Et idem admitterem, vbi conſuetudo ſic obſeruaret, vt de conſuetudine, & praxi Cataloniæ teſtatur Cancer. 1. *part. variar. cap.* 17. *n.* 37. medio renuntiet primæ litis expreſsè alias enim in via ordinaria cœpta finienda eſt *dict. authent. qui ſemel*, ibi: *Neceſſe habet vſque ad finem litis exercere*, gloſſ. *fin. l. proinde* 25. *ad*
26 *leg. Aquil.* ibi: *Cùm autem ſolemniter inchoatur, & ſolemniter eſt per ſententiam finienda*: Nec iudicium inchoatum debet eſſe ludibrio contra, *l. ſi prætor.* 75. *de iud.* ne ſit in poteſtate creditoris illud euertere, *cap. quia nonnulli de reſcript. l. ſi quis rem* 35. *de arbitris*, *l.* 2. *Cod. de ſportulis, in fin.* ibi: *Vt ſciant non eſſe cauſas à ſe deludendas*, & in terminis tradit
27 Monter. *deciſ.* 22. *num.* 6. maximè cùm poſtquam conſenſum eſt à partibus in iudicium cenſeantur contraxiſſe, *l.* 3. §. *idem ſcribit, de peculio*, & altero non conſentiente, à contractu non licet recedere, *l. ſicut, Cod. de action. & obligat.* & hoc eſt quod inquit *dict. auth. qui ſemel*, ibi: *conuentione iudiciaria*, Barboſ. *l. diuortio*, §. *ſi vir vxori, num.* 53. verſic. *ratio colligitur, ſolut. matrim.* vbi ait, deciſionem *dict.* §. *idem ſcribit*, procedere quoad effectum, vt litigantes teneantur ſtare ſententiæ, & coram eo iudice litigare: ita tradit Petrus Faber. *l. ſecundum naturam, colum.* 5. *de regul. iur.* quem vide, *l. in contrahenda* 172. *eo tit.* ſi ergo tenetur ſtare ſententiæ, adſtrictus manet, ad id ſuper quo eſt ferenda ſententia, & quia iudicium redditur in inuitum, *l. inter ſtipulantem*, §. 1. *de verb.*

Et quod etiam refuſis expenſis, 28
non poſſit quis recedere à iudicio cœpto, tradit Aym. *conſ.* 74. *n.* 7. *in fin.* Nec obſtat, quòd aliqui dicant id procedere, cùm agitur de variatione actionum; non autem, quando ex via ordinaria intentata reditur ad executiuam: nam etiam ſi non tractetur de variatione actionum, ſed circa modum agendi, vt ſi actor iudicium ordinarium intentauerit, & poſtea velit aggredi viam executiuam, eo caſu, ſi non adſit clauſula, quòd vna via electa, alteri præiudicatum non cenſeatur; variatio non eſt permiſſa; cùm per talem electionem creditor ſibi præiudicauerit, *cap. vt quis duas, de elect. lib.* 6. *cap.* 1. *de poſtulat. Prælat.* & ita tradit Mareſc. ſenior *lib.* 1. *reſolut. cap.* 38. *num.* 4. vbi ait, ita fuiſſe reſolutum per Rotam coram Caputaquenſ. Idem tradit Ioan. Aloiſius Ricc. *in collect.* 2070. verſic. *tertius caſus*, vbi dicit, ſic fuiſſe reſolutum à Rota Romana in vna coram Alex. Iun. & alia coram Caputaq. & inquit, quòd licèt Lancelot. *de attentat.* 2. *p. cap.* 4. *tit. de attentat. lite pendente, limit. vltim.* dicat articulum eſſe dubium, & Rotam in alia obſeruationis concordiæ tenuiſſe contrarium; non obſtare eam deciſionem.
Quia in ea ſolùm dicitur, quod lite 29
ordinaria pendente ſuper contrauentione alicuius inſtrumenti, non

prohibetur actor vigore illius inſtrumenti executiuè agere:ex quo agendo ad obſeruantiam, contrauentioni intentatæ videtur renuntiatum. Et idem dicendum eſt ſi cœpta ſit via executiua coram vno iudice, vt non poſſit peti coram alio, quia deciſio, *l. vbi cœptum habet locum in executiuis,*
30 *& ſummariis.* Ancharran. *conſil.* 40. Azeued. *l.* 1. *tit.* 21. *lib.* 4. *recop. n.* 155. Parlador. *lib.* 2. *rerum. quotid. cap. fin.* 5. *part.* §. 11. *num.* 19. *in fin.* Giurb.
31 plures referens *deciſ.* 10. *num.* 5. vbi quòd in executiuis in præſentatione oppoſitionis lis conteſtatur, & ex tunc incipit inſtantia. Milanenſ. *deciſ.* 20. *n.* 3. Cartar. *deciſ.* 63. *num.* 8. Follerius *de cenſib.* gloſ. *quæ quidem*
32 *executio*, *num.* 36. Et quod primus actus repugnans, & contradicens faciat conteſtationem Ioannes Garcia *de expenſ. cap.* 9. *n.* 82. & 83. & quod in executiuis detur inſtantia tenet Alex. Raudenſ. *conſ.* 19. *n.* 6. *vol.* 1. Iaſ. *l. properandum*, *in principio*, *n.* 7. & 18. *Cod. de iud.* Soc. *conſ.* 95. *lib.* 1. Roman. *conſ.* 174. *poſt n.* 5. Maranta *de ordine cognit.* 5. *part. num.* 8. Aymon *conſ.* 270. *num.* 1. Afflict. *deciſ.* 46. *num.* 2. vbi quòd vbicumque poteſt eſſe contradictio, ibi eſt in-
33 ſtantia, ſequitur Phebo, *arreſt.* 13. *in fin.* Abbas *cap. inſinuante*, *num.* 9. *de offic. deleg.* Roman. *conſ.* 174. *n.* 1. vbique primus actus contradicens facit inſtantiam. Et quòd in eis habeat locum, *l. vbi cœptum*, tenet Raudenſ. *conſ.* 6. *num.* 46. *vol.* 1. Et quòd litis conteſtatio requiratur in ſum-
34 mariis, Gail. *tit. de pignorationibus*, *cap.* 21. *n.* 10. vbi plures refert; & ita Azeued. vbi *ſupr.* ait, admitti debere hanc exceptionem litis pendentiæ, ne quis pluribus iudiciis, & locis moleſtetur, maxime cum ſuper actione perſonali non poſſit quis co- 35
ram diuerſis iudicibus conueniri, *cap. fin. de reſcriptis.* In qua perſonali actione conſiſtit via executiua. Co- 36
uar. *lib.* 3. *var. cap.* 7. *num.* 7. verſic. *hinc etiam, poſt medium, & l.* 53. *tauri.* Et non obſtat, quod tradit Me- 37
noch. quem aliqui allegant *caſu* 371. *num.* 25. *in illis verbis*, *ſextò declarat Iaſ. dict. l. nulli*, *num.* 8. *non procedere in executiuis, vt apud illum.*

Iaſonis autem verba eo loco ad quem ſe refert Menoch. hæc ſunt: *Sextò & vltimò cogita, ſi iſta lex poteſt limitari in executiuis, & an ibi poſſit diuerſos iudices adire: ſicut ſimul & ſemel impetrare diuerſas vias executiuas, ſcilicèt miſſionis in poſſeſſionem pignorum, & capturæ perſonalis, & ſimilium, donec ſibi actualiter ſatisfiat: Quia imputandum eſt debitori, quare non ſoluit.* Et poſteà ſubdit: *Quare aduocati ſemper habent in ore, quod in executiuis non requiritur ſtrepitus iudiciorum. Niſi dixeris, quòd prædicta procedunt coram eodem iudice, & non diuerſis: cogitabis ſuper hoc.* Hæc Iaſon. per quæ verba non tenet id ad quod allegatur; & clariùs dixit idem Iaſ. *l. vnic. n.* 23. *ſi quis ius decen. non obtemp.* vbi quod poteſt intentare vnum remedium executiuum poſt aliud.

Sed & Menochius ſolùm dicit, quòd ſi diuerſæ ſummæ debeantur ab aliquo, donec ſatisfaciat, poterit creditor, eum conuenire pro vna ſumma coram vno iudice, & pro alia coram alio; vel ſi ſummæ pars ſit debita termino vno, & altera pars alio tempore, quo caſu (inquit) non diuidi iudicium. Non ergo probat quod dicit Ceuall. *quæſt.* 815. *n.* 24. 38

atque

atque ita quod cœpta via executiua pro debito in certis bonis, non poſſit alia intentari pro eodem debito in aliis bonis in prima executione non contentis, fuit deciſum à Senatu Neapolitano teſte Capitio *deciſ.* 33. quem ſequitur Gaſpar. Anton. Theſaur. *lib.* 1. *quæſt. Forenſ. quæſt.* 3. *n.*6.
39 Milanenſ. *deciſ.* 14. *num.* 13. Guid. Pap. *deciſ.* 348. vbi dicit, non poſſe creditorem diſcedere à pignore, & aliud capere: ſequitur Milanenſ. *deciſ.* 14. *num.* 13. atque ita fuiſſe pronuntiatum in Senatu Pedemontano dicit Theſaur. vbi *ſupr.* verſic. *cum iſte caſus.* Et creditorem non poſſe tranſire ad alia bona, quando exe-
40 cutio fuit perfecta, & deuentum ad præconia, & ſubhaſtationem, niſi ſubſiſtente legitima cauſa, puta ſi in bonis primæ executionis aliquis ſe oppoſuerit, vel reperta fuerint bona intricata, quo caſu admittetur variatio, refundendo omnes expenſas: ſi tamen non fuerit deuentum ad ſubhaſtationem, ſed tantùm facta executio, tunc licere quacumque cauſa ſubſiſtente, ad alia bona redire. Et ita intelligerem, quod tradit Ceuallos, vbi *ſupr.* ſed & poteſt meliorari
41 executio in aliis bonis. Nec creditor poterit partem debiti petere, nec illud in plures ſummas & partitam diuidere, vt in pluribus iudiciis, & expenſis debitorem vexet, tradit Cornaçan. *deciſ.* 189. & ex notatis per Bart. *l. incommodato*, §. *ſi duobus*, *ff. commodati*, *& in l. non eſt nouum*, *de act. empti*, & tradit Giurba, *deciſ.* 112. *num.*6.

42 Si tamen creditor ex inſtrumento guarentigio expreſsè intentaſſet viam ordinariam, citato debitore, qui eſſet in eo iudicio contumax, ſtante ea contumacia, poterit redire ad executiuam, nec debitor poterit poſteà allegare pendentiam viæ ordinariæ: poſt Abbatem, & Felin. *cap. ex tenore de reſcript.* & Corſet. *in repertorio*, verb. *iudicium*, tradit Ant. Maſſ. *ad formam Camer. obligat. ad tertiam particulam*, *quæſt.* 2. *num.* 7. Azeued. *l.* 1. *tit.* 21. *lib.*4. *recop. num.* 148. vbi ponit alias limitationes Marqueſ. *de commiſſ. appellat.* Camera *obligation.* 1. *part.* §. 1. *num.* 41. ſicque in Romana Rota pronuntiatum fuiſſe.

Contumax enim non poteſt alle- 43
gare litis pendentiam, ſeu præuentionem illius iudicis, coram quo eſt contumax. Scaccia *de appellat. q.* 17. *limit.*47. *membr.*3. *num.* 9. *ad fin.* atque ita in noſtro caſu regreſſus viæ ordinariæ ad executiuam daretur. Idem tenet Mareſcotus *lib.* 1. *reſolut. cap.*38. *num.*7. vbi *num.* 8. quod per 44
obſeruationem terminorum ſubſtantialium non cenſetur receſſum à via executiua. Si tamen aliquid faciat de pertinentibus ad viam ordinariam, amittit priuilegium executiuum, vt
poſt Baldum, & Redericum Suarez 45
ab eo relatos, tradit Gut. *lib.* 3. *pract. quæſt.* 39. *n.* 3. *ad fin.*

Sed etſi expreſsè creditor ceperit 46
viam ordinariam ad reſciſſionem inſtrumenti, ea lite pendente, poterit petere executionem contractus, quod ſæpe contingit, cùm agitur ad reſciſſionem conceſſionis in emphiteoſim; nam poterit dominus iura dominicalia exercere, & per viam prouiſionis petere, vt ſibi lite pendente ſoluantur cenſus, & laudemia, vt teſtatur fuiſſe deciſum à Senatu Nea-
politano, Franchis *deciſ.* 373. Nam 47
vt ipſe inquit, ſicut vendicans nihil debet innouare ex parte ſua, ita nec

reus,

reus, *l. vnic. Cod. in integr. reſt.* po-
48 ſtulata, ne quid noui fiat. Et ſicut
reus non eſt interim priuandus ſua
poſſeſſione: ita nec Actor. *cap. lau-
dabilem, vt lite pendente nihil innoue-
tur.* Tradit Rebuf. *in conſtitut. Regni
Franciſ. 2. tom. titu. de reſciſſione con-
tract. gloſſ. 4. art. vnic. num. 7.* verſic.
notandum, & Mier. *de maior. 1. part.
quaſt. 44. num. 4.*

49 Nec via ordinaria à debitore in-
tentata ad reſciſſionem inſtrumenti,
impedit quin creditor illius execu-
tionem petere poſſit, *l. fin. Cod. de or-
din. cog.* per quem textum ita tenet
Molin. *in annotat. poſt lib. primog. n. 7.*
verſ. *quibus adiicitur*, & ita fuiſſe iu-
dicatum à Senatu Neapolitano, te-
ſtatum Afflict. *deciſ.* 30. & tenet
Maſſa ad formam. Camer. *obligat.* 2.
conſiderat. de vi inſtrument. oblig. Ca-
mer. *num.* 25. Anton. de Canar. *de
executione inſtrument. cap.* 51. Aze-
ued. *l. 1. tit. 21. lib. 4. recopil. n.* 152.
Parlador. *lib. 2. rerum quotidian. cap.
fin. 5. part.* §. 11. *num.* 22. Flamin.
Cartarius *deciſ. 2. n.* 8. *&* 9. Et ibi
num. 13. ait rationem eſſe, quia qui-
libet præueniendo cauſam coram alio
iudice, impediret executionem. Maſ-
card. *de probation. concl.* 686. *num.* 14.
Cancer. 2. *part. variar. cap. 3. n.* 19.
50 vbi *n.* 20. *&* 21. quod quemadmo-
dum exceptio litis pendentiæ ſuper
retractatione ſententiæ tranſactæ in
rem iudicatam, non impedit, nec re-
tractat executionem, ita nec inſtru-
menti guarentigij. Carolus de Graſ-
ſis *de exception. in prælud. num.* 49.
vbi idem dicit, etiamſi ageretur de
51 vſuraria prauitate, niſi opponatur vi-
tium viſibile; vt ſi inſtrumentum
eſſet cancellatum, vel in eo deficiant
teſtes, & non ſit confectum à per-
ſona publica, & ex inſpectione ap-
pareat defectus. Cancerius *d. cap. 3.
num.* 22. tradit Maranta *de ordine iu-
diciorum 6. part.* verb. *& producuntur
ſcripturæ, num.* 11. *& de inſtrumento
corroſo* tradit Suar. *l. poſt rem, ad leg.
Regni, extenſ.* 6.

Sed & executio inſtrumenti po- 52
teſt fieri pendente compromiſſo,
quod ſuper eo factum eſt, niſi ex-
preſsè animo nouandi factum ſit. Et
procedit, licèt ſperetur per ſenten-
tiam inſtrumentum in aliquo dero-
gandum. Quia præſens ſtatus atten- 53
ditur, Paul. Caſtrenſ. *conſ. 429. vol.* 1.
Decius *conſ.* 618. *num.* 5. Cancerius,
2. *part. variar. cap. 3. n.* 49. Quandiu
enim non mutatur, ſtare non prohi-
betur, *l. Sancimus, Cod. de teſtament.*
Cald. Pereyr. *l. ſi curatorem habens,*
verb. *quod priſtinum ius, n.* 18.

Sed & ſi ad petitionem debitoris 54
fuerit commiſſa cauſa nullitatis con-
tractus, & iudex inhibeat ordina-
rium, ne procedat ad executionem
illius; nihilominus iudex ordinarius
ad inſtantiam creditoris, non ob-
ſtante inhibitione, poterit exequi
inſtrumentum. Ant. de Canar. *de exe-
cution. inſtrum. q.* 52. poſt Innocen-
tium, quem refert, *cap. cum in iu-
re, de officio delegat.* Anton. Maſſa,
*ad formam Camer. obligat. Titulo de
vi inſtrument. obligat.* Camer. *n.* 26.
Flores de Mena, *quaſt.* 5. *variarum
num.* 70. nam illius litis pendentia
non officit cauſæ ſummariæ tra-
ctandæ.

Sic & pendente appellatione, poſt 55
inhibitionem poteſt iudex, à quo
cognoſcere deturbata. poſſeſſione,
cap. cum teneamur 17. de appellat.

Sic & poſt inhibitionem à Rota 56
poteſt quis adire Regium Tribunal,
pro-

Digitized by Google

pro manutenenda poſſeſſione. Mandoſ. *de indubit. quæſt.* 21. Lancelot. *de attentatis* 2. *part. cap.* 20. *limit.* 9. *n.* 2. *fol. mihi* 404.

47 Et quia ſolent plura iudicia ſummaria intentari, coram diuerſis iudicibus, adde, quod etiam in ſummariis de vno iudicio, ad aliud, ſi ex eadem cauſa petatur, obſtat exceptio rei indicatæ, *l. de eo*, §. *ſæpius*, *ff ad exhibendum*, Socinus *conſil.* 255. *num.* 6. *ad fin. volum.* 2. Camilus Lepid. *deciſ.* 106. *inter Lucenſes*, quia quælibet cauſa, etiam executiua, habet inſtantiam Hieronym. Mag. *deciſ.* 97. *num.* 1. cui renuntiari non poteſt, vt ibi *num.* 2. poſt Burſatum, quem & alios refert, & non ſolum litis pendentia in iudicio ſummario obſtabit in alio ſummario iudicio; ſed ſi iudicio ſummario ſit plenè cognitum obſtabit in plenario. Alexand. *l. à diuo Pio*, §. *ſi ſuper rebus*, *num.* 4. & 5. *de re iudic.* Tuſchus *littera S. concluſ.* 175. *num.* 19. deciſio Genuenſ. 3. *num.* 6. & ibi, quod vt dicatur plenè cognitum, debet ſeruari ordo requiſitus in cauſis ordinariis, maximè circa citationem Alexand. Raudenſ. *conſ.* 17. *part.* 6. *n.* 53. & 54. & 55. aliàs enim ad aliud iudicium probationes factæ non proderunt, ſed debent ſuppleri in iudicio ordinario, *deciſion. Genuenſ.* 3. *n.* 5. nec probationes factæ in iudicio plenario, in modum exceptionis, facient fidem in alio iudicio, niſi ratificentur teſtes, gloſſa verbo, *in modum exceptionis ad finem*, *cap.* 2. *de ordine cog.* quæ eſt communiter recepta teſte Puteo *deciſ.* 68. *part.* 1. & hoc, niſi iudicium ſummarium habeat annexam cauſam proprietàtis, Molina *lib.* 3. *de Primogen. cap.* 13. Perez de Lara de vita Hom. *num.* 21. & idem erit, ſi contra probationes iudicij ſummarij fuerit iudicatum, *cap. ſuborta*, *de re iudicata*, *l.* 23. *tit.* 2. *part.* 3. verſic. *mas ſi el demandador.*

Sed ſi habens inſtrumentum cenſus exequatur pro redditibus vnius, vel plurium annorum, & opponatur de nullitate inſtrumenti, vel de illius redemptione facta, vel alia ſimili exceptione, quæ reſpicit totum inſtrumentum, (non autem tantum ſolutionem illam pro qua exequitur) ſi exceptione neglecta feratur ſententia contrà debitorem; an ſi poſteà fiat executio pro nouis decurſis poſſit debitor reus iterum opponere illam exceptionem iam repulſam in alia executione. 48

Et Ripa *l. ita ſtipulatus* 115. *n.* 93. *de verborum*, dum loquitur in eo, cui debentur redditus ſoluendi ſingulis annis: ait, quod ſi ſint plures obligationes non præiudicat exceptio rei iudicatæ; ſecus ſi ſit vna obligatio, quia tunc ſententia ſuper primo anno parat plenum præiudicium pro ſequentibus per *per l. egi* 26. verſic. *ſed & ſi*, *de exceptione rei iudic.* & ſic quod ſi eſſet ſententia abſolutoria obſtabit exceptio rei indicatæ agenti pro redditibus ſequentium annorum poſt Aretinum ibi, qui allegat *l. ſi ex falſis, Cod. de tranſaction.* ſi verò tot ſint obligationes, quot ſunt anni; ſententia lata pro primo anno non parat exceptionem pro ſequentibus; ſed quod non pariat exceptionem rei iudicatæ videtur probari per textum in *l.* 1. *Cod. de fideicommiſſ.* & eſt deciſio Genuenſis 3. *num.* 6. & 9. qua in re relinquit cogitandum.

Sed Simon de Pretis *de interpret.*

vltima voluntate lib. 5. *interpr. vltim. dubitat.* 3. *num.* 95. conſulit creditori quod petat debitorem damnari ad ſoluendum ſingulis ſucceſſiuis annis, quod ait poſſe fieri, & eſſe communem opinionem ſecundùm Iaſonem, *d. l.* 1. quod procedere in debito annuo ex contractu, ait Simon de Prætis ibi *n.* 96. poſt Alexand. *conſil.* 95. *num.* 3. verſic. *ſed reſpondeo*, *lib.* 1. Et Gratianus *diſcept. Forenſ. cap.* 150. *à num.* 34. idem tenet ne cogatur creditor ſingulis annis litigare, ſed quando eſt plenè cognitum in ſummario ſine dubio præiudicat ſententia; & dat exceptionem rei iudicatæ, vt *ſupr. num.* 57.

CAPVT XXVIII.

De aliis commodis, & variis fauoribus, & vtilitatibus minorum tam in contractibus, quàm in iudiciis, & aliis actibus cum eis geſtis, & delictis quoad pœnam.

SVMMARIVM.

1 *Minores excuſantur à muneribus publicis perſonalibus.*

2 *Onera ad quæ non aſpiramus, ſcribuntur ſine aſpiratione: honor autem, ad quem aſpiramus cum aſpiratione.*

3 *Ciuilia munera ſunt perſonalia, vel onerosa, & dicitur munus perſonale, quod cum corporis labore, & ſolicitudine animi, ac vigilantia exercetur.*

4 *Munera perſonalia inter honores non habentur, & quæ ſint ea munera.*

5 *Munera dicuntur honorabilia, vel non, ex conſuetudine regionis.*

6 *Nobilis non poteſt ſe excuſare ab officio œconomiæ alicuius Eccleſiæ (vulgo majordomia) & idem in œconomia confraternitatis alicuius ſancti.*

7 *Excuſatio à muneribus publicis vtilitas reputatur, & appellatur immunitas, & ſic conceditur excuſatio ab eis, & habetur pro priuilegio.*

8 *Minor non trahitur extra ſuum forum.*

9 *Minor ſi ob delictum ſe abſentauerit, & iudex procedendo contra eum condemnauerit, auditur tranſacto anno, & de intellectu,* l. 3. tit. 10. lib. 4. recop.

10 *Lex ſi introducat aliquid faciendum certis modis cenſetur data forma.*

11 *Iura loquentia de contumacia, non comprehendunt minores.*

12 *Minor ſi non fuerit contumax, ſed indefenſus, ſententia contra eum lata eſt nulla: non tamen poteſt declarari ſententia nulla ad inſtantiam partis contradicente minore.*

13 *Sententia lata in fauorem minoris in iudicio ſine curatore proſecuto, valet volente minore: & idem in pupillo, niſi ſit ſententia contra alium minorem, vt* numero ſequenti.

14 *Et procedit etiam in iudicio agitato cum procuratore conſtituto à minore ſine curatore in quo caſu procedit*

procedit deciſio legis, non eo minus, Cod. de procuratoribus.

15 *Minor non habens curatorem, ſi conſtituat procuratorem cum iuiamento, valent geſta per eum etiam in damnum minoris.*

16 *Deciſio*, l. non eo minus, Cod. de procuratorib. *non procedit parte opponente ante iudicium finitum: quo caſu non poterit minor ſuſtinere actum ob vtilitatem.*

17 *Prædicta limitatio procedit in actibus iudicialibus, qui habent tractum ſucceſſiuum: ſecus in conuentionalibus, qui vno momento perficiuntur, nec in iudicialibus, ſi iudex poſt oppoſitionem proferat ſententiam.*

18 *Acta facta ante oppoſitionem non poterit minor ratificare poſt oppoſitionem.*

19 *Licet iudicium agitatum per procuratorem ſine mandato poſſit à domino ratificari in prima, & ſecunda inſtantia: non tamen poterit facere poſt oppoſitum de mandato.*

20 *Ratificatio non retrotrahitur in præiudicium eius cui medio tempore fuit ius quæſitum.*

21 *Idem ſi perſona priuilegiata ſuſtinendi actum ſit talis in qua intellectus non cadat.*

22 *Interim quia minor declarat ſe velle acta valere in caſu* dict. l. non eo minus, Cod. de procurat. *non deſinunt ea acta iudicij eſſe nulla, ita vt à minore, & à quolibet alio poſſit opponi de nullitate, & maximè à litigante cum minore.*

23 L. 3. tit. 5. part. 3. *quæ dicit, valere geſta in vtilitatem minoris, intelligitur, ſi ipſe velit, & declaret ante oppoſitum de nullitate.*

24 *Minor non ſolùm ſeruatur in damnis, ſed & iuuatur in rebus proſperè geſtis.*

25 *Minor ſi vtiliter contrahat ſine auctoritate curatoris, ſuſtinetur contractus.*

26 *Statutum de contractibus minorum ſine certa ſolemnitate celebrandis, non habet locum in contractibus vtilibus minoribus, in quo aliqui Doctores ſibi aduerſantur.*

27 *Vbi habemus iuris effectum, non eſt vlterius curandum.*

28 *Si tutor ante ſatiſdationem obtinuerit, ſententia valet.*

29 *Idem in Eccleſia, quæ vtitur iure minoris, & fingitur in vltimo inſtanti minoris, & non poteſt litigare ſine auctoritate Prælati.*

30 *Et idem in cauſa fiſcali, ſi feratur ſententia ſine fiſci aduocato in fauorem fiſci.*

31 *Idem in muliere coniugata, quæ non poteſt comparere in iudicio ſine viri licentia.*

32 *Qui non poteſt alienare, non poteſt rem in iudicium deducere.*

33 *Nullitas introducta in fauorem alicuius, non operatur, niſi ipſe velit.*

34 *Contractus bonæ fidei dolo initus ſuſtinetur volente eo, cui factus eſt dolus.*

35 *Contractus ab vxore celebratus ſine viri licentia, valet ea volente; licèt maritus non ratificet, quia mortuus eſt.*

36 *Litigans cum minore ſine curatore, vel cum alia perſona priuilegiata, quæ poſſit ſuſtinere actum, ſi velit, poteſt petere, quod declaret, an velit ſtare actis.*

37 *Mulier licet non poſſit comparere in iudicio pro alio poteſt tamen pro minore, vel pupillo ad accuſandum tutorem vel curatorem de ſuſpecto.*

38 *Iniuria, quæ fit ſanguini, ad omnes coniunctos pertinet.*

99 *Tutor vel curator qui pecunias pupilli, vel minoris in proprios vſus conuertit, tenetur ad vſuras maximas ex tempore quo eas conuertit.*

40 *Qui cum alio contrahit, debet inquirere, & inueſtigare eius conditionem, & in eo eſſe diligens, nec auditur, ſi dicat ſe ignoraſſe an eſſet ſeruus, vel filiusfamilias, vel minor. Secus in minore contrahente, & n.45.*

41 *Mutuans filiofamilias non excuſatur, ſi dicat ſe ignoraſſe, & ſic nec mutuans minori.*

42 *Contrahens cum ſocio mercatoris finita ſocietate, non poteſt ſocium conuenire, & ſibi debet imputare, ſi non perquiſiuit an duraret ſocietas.*

43 *Eligens debet ſcire conditionem electi, & permutans beneficium cum alio, ſcire quo titulo illud obtineat.*

44 *Contrahenti cum filiofamilias cum probabili ignorantia, quia contrahebat, vt paterfamilias, & pro tali reputabatur, non imputatur culpa.*

45 *Minori cum alio contrahenti non imputatur quod non inueſtigauerit eius conditionem: & quid in muliere.*

46 *Publicatis atteſtationibus, non poſſunt recipi teſtes, tamen minor admittitur ad producendos teſtes petita reſtitutione, & ſuper eiſdem articulis, vel directo contrariis, & etiam in ſecunda inſtantia.*

47 *Ruſticus nec mulier admittitur ad producendos teſtes poſt publicationem ex veriori ſententia.*

48 *Minor hæres qui adiuit hæreditatem, & non fecit inuentarium, reſtituitur ad pœnas omiſſionis inuentarij idem de Eccleſia, & locis piis.*

49 *Si minor omiſit inuentarium, vel ponere in eo aliqua bona, ſi vltra omiſſionem concurrat actus arguens dolum, non datur minori reſtitutio, & cenſetur in dolo ſi non ſcripſit quod ipſe debebat defuncto.*

50 *Si minor vel alius non deſcripſerit particulariter bona in inuentario, ſed generaliter, referendo ſe ad poſita vel ſcripta in libro vel alia ſcriptura, adimplet.*

51 *Minori litiganti ſi offeratur concordia ab aduerſario, & minor eam concordiam recuſauerit, ſi fuerit condemnatus poteſt reſtitui ad ſeruandam concordiam ſibi oblatam contra rem iudicatam.*

52 *Minor poteſt cedere beneficium reſtitutionis in alium licet ei competat iure ſpeciali.*

53 *Beneficium reſtitutionis, licet ſit perſonale, tranſit ad hæredem minoris, quia perſona non eſt cauſa immediata reſtitutionis, ſed læſio.*

54 *Beneficium Velleiani tranſmiſſibile eſt ad hæredes.*

55 *Sed hæredi minoris conceditur reſtitutio, de æquitate, non de iuris rigore.*

56 *Si perſona eſt cauſa immediata, & proxima priuilegij, etiamſi propter*

ter remunerationem concedatur, extinguitur cum perſona, nec tranſit ad hæredes.

57 *Maximè ſi cauſa priuilegij ſolum conueniat perſonæ priuilegiatæ: & idem operatur nominatio perſonæ & fauor perſonæ, & demonſtratio.*

58 *Priuilegium dotis licèt perſonale ſit, tranſit ad hæredes; quia cenſetur conceſſum propter liberos, & ſic ſolum tranſit ad filios illius matrimonij. Et idem de priuilegio ne maritus conueniatur vltra quam facere poteſt.*

59 *In contractu reciproco moroſus non tenetur ad intereſſe, & ſi alter adimpleuerit ex parte ſua, niſi fuerit interpellatus: minori autem tenetur ſine interpellatione ad vſuras odioſas.*

60 *Minoris fauore contrahitur mora irregularis re ipſa in bonæ fidei contractibus, fideicommiſſis, & legatis: & ceſſat intereſſe eo maiore facto.*

61 *Licet in caſu* l. curabit, Cod. de action. empti, *vt emptor teneatur ad intereſſe, requiratur quod percipiat fructus, ſpeciale eſt in minore, vt re tradita, licèt recipiens fundum, nullos percipiat fructus teneatur.*

62 *Mora quæ re ipſa contrahitur, fauore minoris, eoſdem habet effectus, quos habet mora regularis.*

63 *Mora regularis vt obligat ad fructus perceptos, & percipiendos, ita & mora irregularis fauore minoris.*

64 *Intelligitur*, l. curabit, Cod. de action. empt. *& eius practica declaratur.*

65 *Intereſſe ex* l. curabit, *poteſt peti in ſecunda inſtantia in eam appellationis.*

66 *Deciſio,* l. curabit, procedit, *licèt in limine contractus immineret euictio, modò venditor offerat ſatisdationem ſed etſi ſatisdationem non offerat, verius eſt contra aliquos contrarium tenentes.*

67 *Et procedit, etiamſi venditor non præſtiterit ſatisdationem ſeu fideiuſſionem conuentam in contractu, modo perceperit fructus.*

68 *Licèt in caſu quo immineat euectio, iuſta cauſa non ſoluendi liberet emptorem à damno, vt nullum ſoluat intereſſe, non debet ei afferre lucrum ex retentione pretij correſpondentis fructibus.*

69 *Si emptor in caſu imminentis euectionis depoſitum fecerit pretij coram iudice, ceſſabit deciſio,* l. curabit.

70 *Si fuerit habita fides de pretio, ceſſat deciſio,* l. curabit.

71 *Mora irregularis quod operatur in minore, ceſſat in minore ſuccedente maiori.*

72 *Si tutor vel curator emat fundum ex pecunia pupilli vel minoris, habet minor electionem an velit rem emptam accipere, vel pecuniam cum vſuris.*

73 *Idem in Eccleſia & milite, quibus etiam datur eadem electio.*

74 *Si minor elegerit recipere pretium cum vſuris, habet hypothecam rei emptæ.*

75 *Si tutor, vel curator plures res emerit, non poterit minor vnam petere, ne tutor damno afficiatur, niſi in eo tutor, vel curator dolum commiſerit, quia tunc poterit vnam petere, & pro aliis pretium.*

76 *Quod dicitur de minore, Eccleſia & milite, an procedat in re*

Digitized by Google

empta ex pecunia dotali : & quid ex pretio aliorum bonorum dotalium : & n. 80.

77 *Sicut in quolibet vniuerſali pretium ſuccedit loco rei , ita & res comparatæ ex pretio ſuccedunt loco pretij , quia eadem eſt ratio.*

78 L. ſed ſi lege , §. 1. de petitione hæreditatis , *procedit in bonæ fidei poſſeſſore hæreditatis , cui eſt conceſſa vt poſſit rem emptam vel pretium reſtituere.*

79 *Res empta ex pecunia vxoris donata viro, poteſt vindicari, ſi vir ſoluendo non eſt.*

80 *Conciliantur* l. ex pecunia , Cod. de iure dotium,& l.res quæ 55. ff. de iure dotium , *vt res empta ex pecunia dotali , ſint dotales in ſubſidium , ſi maritus non ſit ſoluendo.*

71 *Res empta ex pecunia dotali ſapiunt naturam dotis.*

82 *Res permutata cum dotali , cenſetur ſubrogata in dotalem ; & multo magis ſi ſit minoris.*

83 *Emens ex pecunia aliena (extra caſus relatos, minoris militis , & Eccleſiæ) ſibi acquirit , licèt remaneat debitor pecuniæ.*

84 *Si pater faciat maioratum ex fundis emptis ex pecunia filij , tenet maioratus , licèt pecunia filio debeatur.*

85 *Emens ex pecunia aliena , quærit ſibi dominium , & poſſeſſionem.*

86 *Adminiſtrator emens ex pecunia adminiſtrationis quærit ſibi.*

87 *Res empta ex pecunia communi , non efficitur communis , niſi inter ſocios omnium bonorum.*

88 *Si legatum ſit relictum minori , ſi Mariam duxerit , & requiſitus renuerit , & ſic Maria legatum ſibi acquiſierit, poterit minor pœnitere : ſecus in maiore ,* & numeris ſequentibus.

89 *Conditionem exiſtere per momentum ſufficit.*

90 *Variatio non admittitur in præiudicium tertij , cui eſt ius quæſitum: ſecus in minore.*

91 *Minor reſtituitur aduerſus conditionem non impletam ceſſante dolo,* & num. ſeq.

92 *Licèt iuſſus contrahere ad conſequendum legatum , renuerit requiſitus , re integra , nondum nupta puella , poteſt pœnitere ; nec admittetur , ſi de mandato patris virgo cum alio contraxerit, modò non fuerit in dolo.*

93 *Datum & relictum alicui puellæ, ſub conditione ſi maritum duxerit , cenſetur eſſe dotale ; maximè ſi puella ſit conſanguinea dantis , ſeu relinquentis. Expenditur,* l.24. tit.33. p.5.

95 *Regula quòd contumax non audiatur , niſi refuſis expenſis , non comprehendit minores.*

96 *Minor reſtituitur ad expenſas , nec ſoluit factas ob tutoris vel curatoris contumaciam , cedendo actionem contra tutorem ſeu curatorem.*

97 *Adultus poteſt doctorari poſt decimum ſeptimum annum, & ſi fuerit idoneus , etiam ante eam ætatem.*

98 *Pecunia depoſita pro gradu doctoratus obtinendo non poteſt ſequeſtrari.*

99 *Minor decem & octo annorum non compellitur ire ad bellum.*

100 *Minor poteſt aduocationis officium exercere poſt decimum ſeptimum annum , & in cauſa propria.*

pria ante eam ætatem : non tamen reſtituctur in integrum ex imperitia. Sed contrarium tenendum.

101 *Minores licèt comprehenduntur in ſtatuto generaliter loquente, ſecus erit, ſi ſtatutum puniat aliquid non punibile de iure communi.*

102 *Minores comprehenduntur in ſtatuto, ne in ciuitatem immittatur vinum, ſed non in ſtatuto diſponente, quòd qui non ſoluerit, puniatur in corpore.*

103 *Vendita re minoris, ſi accedat, qui plus liceatur, & offerat, reſtituto minore, admittitur, ſi adiectio ſit in magnum minoris commodum.*

104 *Si priores licitatores tantum dare velint, quantum noui, præferuntur.*

105 *Intelligitur, l.* congruit, Cod. de locat. prædiorum ciuilium, lib. 11.

106 *Deciſio*, l. congruit, *non habet locum in locationibus Eccleſiæ.*

107 *Minor aliena negotia gerens non tenetur, niſi in quantum fuerit factus locupletior.*

108 *Contraueniens contractui iurato, priuatur commodo contractus. Et idem homagio præſtito, & ita vt non ſit locus purgationi moræ, ſecus tamen eſt in minore, republica, vel vniuerſitate.*

109 *Vniuerſitas dicitur perſona ficta carens anima, & ſic non ligatur iuramento, quod ligat animam.*

110 *Statuta loquentia per verbum; ſi quis, non ligant vniuerſitatem, nec comprehenditur deciſione,* l. ſi quis maior, Cod. de tranſact. *nec collegium.*

111 L. ſi quis maior non comprehendit hæredem iurantis, *nec incurrit pœnam periurij ob iuramentum defuncti, licèt compellatur implere iuramentum à defuncto præſtitum, vt alia onera.*

112 *Hæres non redimens captum ab hoſtibus, vel detentum in carcere, priuatur hæreditate: ſecus ſi ſit minor.*

113 *Minor non incurrit pœnam caducitatis; niſi expreſſè caueatur diſpoſitione legis, vel hominis, vel ſi interuenerit dolus minoris, vel curatoris.*

114 *In caſibus quibus maioribus conceditur reſtitutio in integrum, denegatur eis, ſi dolo verſati ſint.*

115 *Si dolus abfuerit, reſtitutio datur minori aduerſus commiſſum ob non ſolutam penſionem.*

116 *Minor reſtituitur vt impleat ex parte ſua.*

117 *Minor qui omagium non præſtitit, nec iuramentum fidelitatis, non priuatur feudo.*

118 *Minor licet non denuntiauerit venditori litem ſibi motam ſuper re ſibi vendita, agit de euictione.*

119 *Minor pro delicto afficitur minori pœna,* & numeris ſequentibus.

120 *In omnibus pœnalibus iudiciis imprudentiæ ſuccurritur.*

121 *Intelligitur* l. ſi ex cauſa 10. §. nunc videndum, de minor. & l. ſi minor. 36. ad legem Iuliam de adulter. & l. ſi quis 6. Cod. ad legem Corneliam de ſicariis.

122 *Adulti proximi decimoquarto anno non ita ſeuerè puniuntur, vt proximi maiori ætati.*

123 *Minores*

123 *Minores regulariter mitius ſunt puniendi, niſi quando lex diſponit contrarium.*

124 *Pœna Triremium non imponitur niſi maiori decem & ſeptem annorum lege huius Regni, aliàs vbi commutatur pœna, non eſt imponenda corporis afflictiua.*

125 *Minor non excuſatur à cenſura,* cap. ſi quis ſuadente diabolo, *ſi manus in clericum iniecerit, nec excuſatur ab irregularitate.*

126 *Minores non puniuntur mitiùs in delictis hæreſis, blaſphemia, & ſimonia: iuuat autem minor ætas, eis rectè pœnitentibus: maximè ſi à parentibus ſint adducti.*

127 *Confeſſio, ſeu liberatio facta in fauorem abſentis ab extraneo acceptata, requirit ratificationem abſentis, vt teneat: ſecus in minore,* n.30.

128 *Dominium acquiritur abſenti, tertio pro eo acceptante, etiamſi ſit omninò extraneus, ſecuta ratificatione.*

129 *Sed debet eſſe expreſſa acceptatio, nec ſufficit præſentia, licèt ſit frater abſentis qui præſens eſt.*

130 *Acceptante curatore minoris ratificatio neceſſaria non eſt.*

131 *Curator cenſetur habere plenum mandatum, & liberum.*

132 *Vbi eſt mandatum, non eſt neceſſaria ratificatio, & mandatum ſuperueniens ratificationem inducit.*

133 *Acceptatio tacita curatoris inducitur, ſi deſcribat bona in inuentario bonorum minoris, quia ſufficit tacita acceptatio.*

134 *Minor non iurat de calumnia.*

135 *Contra affirmantem aliquem eſſe idoneum, cum non ſit, actio non datur, niſi ex magna, & euidenti calliditate, etiamſi affirmauerit in iudicio; ſecus ſi affirmauerint tutores eſſe idoneos.*

136 *Intelligitur textus* in leg. cum oſtendimus, §. fin. ff. de fideiuſſor. & nominato, & hæredib. tutor.

137 *Ad excuſandos affirmantes aliquem eſſe filiumfamilias ſufficit quod tempore teſtificationis pro tali haberetur, & ad affirmantes quem eſſe idoneum, quod tempore teſtificationis erat idoneus.*

138 *Non oportet per ſingula momenta onerare eum à quo ſatis petitur, niſi venerit in diminutionem facultatum, vel ſuperueniat ſuſpicio.*

139 *Creditor ſi poſt mutatam conditionem debitoris diu tacuit, non poteſt amplius petere ſatiſdationem.*

140 *Creditor ſi à principio contractus ſciebat ſuſpicionis cauſam, vt quia erat aduena ſtatim receſſurus, non poteſt petere ſatiſdationem.*

141 *Detentus ob ſuſpicionem, non poteſt opponere incompetentiam iudicis, & poteſt capi à iudice aliàs incompetenti, & abſque citatione.*

142 *Stante ſuſpicione, poteſt præueniri iudicium ante diem ſolutioni præſtitum.*

143 *Priuilegium quod habet minor in bonis tutoris, ſeu curatoris, tranſit ad hæredes: non tamen tranſit etiam ad ſuos priuilegium prælationis, vt præferatur in perſonali.*

Minores

1 MInores excuſantur à muneribus publicis perſonalibus, *l. 2. §. de minor. de vacat. mun. §. item ſi maior inſtituta de excuſationibus*, Gratianus, *cap.* 805. *num.* 24. Et licet,
2 *l. ad Rempub.*8. *de mun. & honor.* Minores arceantur ab honoribus vtilibus, ad quos aſpiramus, ob quod honor cum aſpiratione ſcribitur, onera autem ad quæ non aſpiramus, ſine aſpiratione, vt dicit Bertacol. *conſ.*42.
3 *num. 6. & 7. volum.* 1. Tamen ſubſtantiale officiorum eſt cura, & onus: honor vero per accidens. Guillelm. Rouille, *tract. de iuſtitia, & iure, cap. 6. num.* 1. *tom.* 1. *tract. fol.* 175. Et maximè ciuilia munera perſonalia valde onerosa, *l.* 1. §. 1. *de munerib. & honor.* ibi: *Illud tendendum eſt, generaliter perſonale quidem munus eſſe, quod cum corporis labore, & ſolicitudine animi, & vigilantia principaliter*
4 *exiſtit.* Et talia munera inter honores non habentur, *l. fin. eo. titul.* ibi: *Munera perſonalia ſunt, quæ animi prouiſione, & corporalis laboris intentione ſine aliquo gerentis detrimẽto pertractantur, veluti tutela & cura Chalendarij, quoque curatio, & quæſtura, in aliqua ciuitate inter honores non ha-*
5 *betur.* Vbi de aliis muneribus: & an ſint honorabilia, vel non, ex conſuetudine regionis iudicatur. Bartol. *l. 1. n.* 10. *Cod. de dign. lib.* 11. Caualcan. *deciſ.*41. *num.*23. Ioan. Gar-
6 cia *de nobilitate, gloſſ.* 7. *num.* 12. & ſic iam vidi pronuntiatum in hoc Pintiano Senatu, me inter alios iudice, in cauſa. Qua quidam nobilis volebat ſe excuſare ab officio œconomiæ Eccleſiæ (vulgo *mayordomia*) & fuit compulſus ſubire officium, quia pro honorifico reputabatur, prout eſt Eccleſiæ miniſtrare; quia ſeruire Eccleſiæ, regnare eſt: quare Dauid dixit 1. *Reg.6. ad fin. Viuit Dominus, quia ludam ante Dominum, vtilior fiam & gloriosior apparebo.* Pro quo facit *l. 2. Cod. de ſpect. & Scenic. lib.* 11. vbi quod pro ſeruitio ſacrorum nullum damnum prouenire poteſt: & dixi *lib.* 1. *de anniuerſ. cap.* 24. *à num.* 10. Et idem erit in œconomia confraternitatis alicuius Sancti, quia Dominum in ſanctis eius laudare iubemur, *Clement.* 1. *de reliquiis, & vener. Sanct.* & vidi pronuntiatum in Senatu Gallæco, me quoque inter alios iudice, contra quendam nobilem ciuitatis de Orenſe, qui ſe excuſabat ab œconomia confraternitatis ſancti Iacobi. Alia tamen munera ſeruilia non compellitur nobilis exercere, ſed plebeius. Ioan. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 1. §. 1. *num.* 56. & vilis compellitur iuſtitiam exequi, *l. fin. §. iudicandi*, verſic. *ſi autem aliquis, de muner. & honor.* & conducit illud Matth. 27. *num.*32. *Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrineum, nomine Simonem; hunc angariauerunt, vt tolleret crucem eius.*

Excuſatio itaque ab his muneribus publicis, magna vtilitas reputatur, & immunitas appellatur, *l.* 1. 7
2. & 3. Cod. de his qui ſponte public. mun. ſub. & ſic ex cauſis conceditur excuſatio ab eis, per totum titulum *de vacat. & excuſation. munerum*, & talis excuſatio pro priuilegio habetur, *l. ſicut munera, eo titulo*, & datur habentibus certum filiorum numerum, *l. 2. §. numerus, de vacat. munerum.* Fachineus, *libro tertio controuerſiarum, cap.* 49. Cacheran. *conſil.*60. & Magiſtris Scholaſticorum, *l. fin. §. fin.* & Philoſophis, *l. in honoribus, §. Philoſophis*, &

& liberalium artium profeſſoribus, *l: his honoribus*, §. *angariarum*, & eis qui abſfuturi ſunt reipublicæ cauſa, *l.* 4. *de vocation. num. & inter alios conceditur minoribus*, *l.* 2. §. *de minoribus eod. tit.*

8 Nec minor trahitur ad iudicium extra ſuum forum, Maſtril. *deciſ.* 361. Imo ſi ipſe minor orbatus ſit parentibus, extrahit aduerſarium à ſuo foro, *l.* 5. *tit.* 3. *part.* 3. vbi Gregor. verb. *huerfano*, dicit, hunc eſſe caſum curiæ, de quo & aliis diximus latè *ſuprà cap.* 21.

9 Sed & ſi minor ob delictum ſe abſentauerit, & vocatus à iudice per edicta, fulminato proceſſu in eius abſentia, fuerit condemnatus, licet tranſacto anno pœna pecuniaria executioni mandetur, ſi anteà non com-
10 paruerit delinquens, *l.* 3. *tit.* 10. *lib.* 4. *recopil.* modò ad vnguem ſeruetur forma in ea lege præſcripta, vt dicit Ioann. Garc. *de nobil. gloſſ.* 6. §. 10. *num.* 21. *per cap.* Piſanis *de reſtit. ſpoliat.* ibi: *Fuit tamen in modo peccatum*,
11 *& in fin.* ibi: *Irritum indicamus.* Quia quando lex, ſeu ſtatutum inducit aliquid certis modis fiendum, cenſetur data forma. Matienç. *l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 5. *recopil. gloſſ.* 5. *num.* 12. *in fin.* Cancer. 2. *part. variar. cap.* 1. *num.* 25. eius diſpoſitio ceſſat contra minorem comparentem poſt annum, quia iura loquentia de contumacia, non comprehendunt minores, *l. vbi de edendo*, & ibi Paul. Caſtrenſ. Alex. Randenſ. *conſ.* 20. *num.* 45. *vol.* 1. Flamin. Cartar. *deciſ.* 133. *n.* 13. *&* 14. licèt aliquando minor poſſit eſſe contumax, vt ibi tradit, & diximus ſuprà: & ſic quod prædicta *l.* 3. non comprehendat minores, vel ſaltim poſſint reſtitui, tradit Azeued. ibi *n.* 147.

Si tamen minor non fuerit contumax, ſed indefenſus, ſententia contra eum lata erit ipſo iure nulla: Viuius *deciſ.* 86. Non tamen debet declarari ſententia nulla ad inſtantiam partis, contradicente minore. 12
Tradit idem Viuius *deciſ.* 536. ſententia enim lata in fauorem minoris in iudicio ſine curatore proſecuto, valet & tenet eo volente, *l. non eo minus* 14. *Cod. de procuration. l. Regia* 11. *tit.* 2. *part.* 3. *& l.* 3. *tit.* 5. *part.* 3. *& l.* 3. *tit.* 11. verſic. *otroſi dezimos*, *eadem partit. gloſſ. l. quacumque*, *Cod. de bon. qualib. & in l.* 1. *Cod. de inutil. ſtipulat. & l. neque tutoris*, *Cod. de contrahend. & committen. ſtipulat.* Anton. Gomez. 3. *part. l.* 54. *Taur. num.* 2. Pinel. *l.* 1. 3. *p. Cod. de bon. mater.* Couarr. *in* 4. 1. *p. cap.* 5. §. 1. *num.* 5. Sarmient. *de reditibus Eccleſ.* 1. *part. cap.* 2. *num.* 8. Meneſ. *l. tranſactionis placitum*, *n.* 19. *de tranſact.* Mieres *de maiorat.* 4. *p. quaſt.* 1. *limit.* 1. *in princ.* Puteus *deciſ.* 157. 2. *part.* Aymon *conſ.* 278. 13
num. 1. *ad fin.* verſic. *reſpondeo.* Otalora *de nobilit.* 3. *part. cap.* 9. *num.* 4. *fol.* 136. Tiraquel. *poſt leges Connub. num.* 68. vbi quòd procedit etiam in pupillo, per gloſſam *in l. nec tutores*, *Cod. de procurat.* & ibi, quod non ſolùm procedit deciſio, *dict. l. non eo minus*, *Cod. de procuratoribus*, quando minor litigauit per procuratorem quem conſtituit, quo caſu loquitur ea lex; ſed etiam quando ipſemet ſine tutoris, vel curatoris auctoritate litiganit: niſi ſententia ſit contra alium minorem, vt dixi *ſuprà cap.* 21. *num.* 13. 14

Si tamen minor non habens curatorem conſtituit procuratorem cum iuramento, valent geſta per eum, 15
etiam

16 etiam in eius damnum. Gutierr. *authent. Sacram. puberum*, *n.* 127. *Cod. ſi aduerſus vendit.* Auend. *reſponſ.* 4. Limita tamen deciſionem, *dict. l. non eo minus*, vt non procedat parte opponente ante iudicium finitum; quia tunc non eſt in manu minoris, vel alterius perſonæ priuilegiatæ ſuſtinere actum ob vtilitatem, ex Baldo tradit Palacius Rubeus *in repetitione rubricæ de donation. inter* §. 68. *n.* 7. Pinel. *l.* 1. 3. *part. num.* 32. *Cod. de bon. mater.* Cancer. 2. *part. variar. cap.* 1. *num.* 101. vbi ait, procedere hanc limitationem ſolùm in actibus iudicialibus, qui habent tractum ſucceſſiuum; non tamen in conuentionalibus, quæ vno momento perficiuntur.

17 Sed & in iudicialibus intellige, ſi ea oppoſitione neglecta, iudex pronuntiauerit ſententiam, vt dicit Tiraquel. poſt *leg. connub. gloſſ.* 8. *n.* 88.

18 Acta tamen facta ante oppoſitionem non poterit minor ratificare poſt oppoſitum de defectu curatoris Alex. Raudenſ. *conſ.* 9. *num.* 199. *&* 196. *volum.* 1.

19 Sic licèt iudicium agitatum per procuratorem ſine mandato, poſſit à domino ratificari, vt retroacta valeant, *l. licet*, *ff. de iudiciis*, & non ſolùm in prima, ſed etiam in ſecunda inſtantia, vt poſt Angel. *conſ.* 292. *ad fin.* Paul. Caſtrenſ. *conſ.* 290. *lib.* 1. Bald. *conſ.* 122. *lib.* 3. Bertach. & alios quos allegat, tradit Aym. *conſil.* 108. *num.* 1. quod eſt notandum. Tamen ſi fuerit oppoſitum de mandato, ratificatio poſteà facta nihil operatur. Barboſ. *l. alia*, §. *eleganter*,

20 *num.* 5. *ſolut. matrim.* Ioan. Gutierr. *lib.* 2. *pract. q.* 23. Azeued. *l. fin. ex num.* 5. *tit.* 21. *lib.* 4. *recop.* quia ratificatio non retrotrahitur in præiudicium tertij, cui iam erat ius quæſitum per oppoſitionem. Theſaur. *deciſ.* 3. *num. fin.* Et idem erit, ſi perſona priuilegiata ſuſtinendi actum eſſet talis, in qua intellectus non caderet, Bald. *l.* 1. *Cod. de auctorit. praſtand.* ſequitur Montan. *de tutel. cap.* 33. *n.* 457. 21

Et ita licèt minor poſſit ratificare geſta ſine curatore, declarando ſe velle eis ſtare, per *dict. l. non eo minus*, & tradit Afflict. *deciſ.* 162. *num. fin.* de quo *ſupr. cap.* 20. *n.* 29. non tamen interim quod declarat deſinunt ipſa acta iudicij eſſe nulla, prout ſunt ipſo iure; in tantum, vt non ſolùm minor, ſed & quilibet alius poſſit iſtam nullitatem allegare. Tradit Gratian. *cap.* 225. *num.* 18. & maximè poterit facere litigans, cum ipſo minore. Gregor. *l.* 3. verb. *apro del huerfano, tit.* 5. *part.* 3. Et licet *dict. l.* 3. *partit.* dicat, valere geſta in vtilitatem minoris intelligi debet, ſi ipſe velit & declarauerit, & quilibet actus tendens in fauorem alicuius intelligitur, ſi ipſe velit, optimè Hieronymus Gonzal. *regul.* 8. *Cancellariæ gloſſ.* 56. *à num.* 48. *cum ſequentibus*: vbi latè exornat pluribus caſibus relatis, & Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 100. *à num.* 6. & niſi ante declarationem ſit oppoſitum de nullitate ſupradicta. Poſt declarationem autem nihil operabitur oppoſitio; nam minor non ſolum ſeruatur indemnis in damnis, ſed & iuuatur in rebus proſperè geſtis, gloſſa *l.* 2. verb. *reſtitutionis. Cod. ſi vt omiſſam hæreditatem.* Et iuuatur etiam ſine cuiuſque poſtulatione, gloſſ. *fin. d. l. non eo minus.* Et ita ſi vtiliter, & in ſui fauorem minor contrahat ſine auctoritate curatoris, ſuſtinetur con- 22 23 24

25 tractus, *l. nec tutores, Cod. de contrahend. & committen. ſtip.* vbi Bald. & Doctores, & in *part.* 1. *de auctor. præſtand.* Anton. Gomez. *l.* 54. *Taur. num.* 2. Tiraq. *poſt leg connub. gloſ.* 8. *num.* 65. vbi quod idem in pupillo. Cancer. 2. *part. variar. cap.* 1. *à n.* 97. nam quod contractus ſine auctoritate curatoris celebrati non valeant, fauore minoris eſt introductum ob eorum imbecillitatem, & non debet in eorum damnum retorqueri, *l. quod fauore, Cod. de legib. cap. quod ob gratiam, de reg. iur.* & ita tradit gloſſa *fin. in dict. l. non eo minus.*

26 Sic ſtatutum de contractibus minorum, ſine certa ſolemnitate celebrandis non habet locum in contractu vtili. Tiraq. *de leg. connub. gloſ.* 8. *à num.* 7. Lambertengus *de contract. minorum, ad fin. num.* 165. Pro quo facit, quòd tranſactio prohibita ſuper futuris alimentis ſine decreto, valet, ſi ſit vtilis alimentario *l. cum hi, §. eam tranſactionem, de tranſact.* & prohibitio alienationis habet tacitam conditionem, niſi alienatio ſit vtilis, *l. quacunque, Cod. de bonis quæ lib.* Molin. *lib.* 4. *de primog. cap.* 4. *à num.* 2. Sed contrariam opinionem dicit magis communem. Simoncel. *de decret. ib.* 3. *tit.* 8. *num.* 125. Pro quo facit, *l. non ſolùm, §. fin. de ritu nuptia.* Sed id procedet, niſi conſtet de euidenti vtilitate, vt dicit Lamberteng. vbi *ſupr. num.* 170. Decius, *conſ.* 532. quos refert, & ſequitur Seraphinus *deciſ.* 1242. *num.* 3. Sed doctiſſimus Barboſ. *l.* 1. 7. *part. n.* 7. *ad fin. ſolut. matrim.* tenet, quòd ſi prohibitio alienationis ſit in fauorem alicuius, & in eius vtilitatem, valeat, ſi vtilis ſit: ſi tamen ſimul cum vtilitate requiratur aliqua ſolemnitas, non valeat, & hoc niſi minor vellet ſtare contractui. Pro quo expendo textum in *l.* 1. *§. inde quæritur, de noui oper. nunt.* ibi: *Quid enim aliud agebat prætor, niſi vt controuerſias eorum dirimeret?* ſi enim ius vult minores indemnes conſeruare, vt dictum eſt, nihil poteſt prætendi: nam vbi habemus iuris effectum, 27
non eſt vlteriùs curandum. Honded. *conſ.* 58. *num.* 70. *volum.* 1. & facit, *l. fin. §. fin. ff. mandati.*

Et non ſolùm minori in ſententia 28
in eius fauorem lata ſuccurritur, vt valeat; ſed etſi tutor ante ſatiſdationem obtineat ſententiam pro pupillo, valebit Tiraquel. *dict. gloſſ.* 8. *num.* 69. Et Eccleſia, quæ vtitur iure 29
minoris, *cap.* 1. *de in integrum reſtit.* & fingitur in vltimo inſtanti minoris. Oddus *de reſtit.* 1. *part. quæſt.* 19. *art.* 7. quem & alios refert Cancer. 2. *part. variar. cap.* 1. *num.* 22. quæ non poteſt litigare ſine auctoritate Prælati, *cap. cauſam, de iudiciis*, ſi obtineat ſententiam ſine Prælato, valet. Tiraquel. vbi *ſuprà num.* 70. Idem de vniuerſitate, Cancerius, vbi *ſuprà.*

Sed & cauſa fiſcalis, quæ ſine 30
fiſci aduocato eſt nulla, *l. non intelligitur, §. diuus, & l. ſi fiſcus, de iure fiſci*: tamen ſi ſententia ſine fiſci aduocato feratur in fauorem fiſci, valet: gloſſ. *dict. §. diuus.* Tiraq. vbi *ſupr. num.* 71. & ibi, *num.* 72. idem de ſententia lata in fauorem filiifamilias litigantis ſine conſenſu patris.

Sic & mulier, quæ non poteſt 31
comparere in iudicio ſine viri licentia, ex *l.* 55. *Tauri*, maxima cum ratione; quia qui non poteſt alienare, non poteſt rem in iudicium deducere, *l. ait Prætor, §. quid ſit au-* 32
tem,

tem, de iure deliberandi, ibi: *Eſt enim abſurdum ei, cui alienatio interdicitur permitti actiones exercere.* Phebo *deciſ.* 62. *num.* 5. Cancer. 2. *part. c.* 16. *num.* 104. vbi ait, rationem eſſe, ne talis prohibitus alienare, doloſe ſinat ferri ſententiam contra eum, & ſic alia via alienet per obliquum condemnatus ad reſtitutionem, *l. non dubium* 5. *Cod. de legibus*, & ſic quod vna via prohibetur, admitti alia, contra regulam, *l. ſcire oportet*, §. *ſi mater*, *de excuſat. tutorum*, & *cap. cum quid. de reg. iur. lib.* 6.

33 Tamen ſi mulier, quæ ſola egit, obtineat ſententiam, valet iudicium. Tiraquel. *dict. gloſſ.* 8. *num.* 75. Angul. *de meliorat. l.* 3. *gloſſ.* 4. *num.* 19. eſt enim receptum in iure, quod vbi nullitas introducitur in fauorem alicuius, non operetur niſi ipſe velit, etiamſi nullitas cauſetur ex dolo,

34 gloſſa recepta, verb. *nulla*, *in l. eleganter*, *de dolo*, vbi quod contractus bonæ fidei dolo initus ſuſtinetur volente eo cui factus eſt dolus, gloſſa, verb. *dolo malo*, *l. iuris gentium*, §. *prætor ait*, *de pactis*, vbi Doctores, Aymon. Crauet. *conſ.* 199. *num.* 8. Tiraq. *l. ſi vnquam*, verb. *reuertatur*, *num.* 16. & *à num.* 392. Phebo, *deciſ.* 24. *num.* 4. & 5. Et idem in con-

35 tractu inito ſine licentia viri. Anton. Gomez. *l.* 55. *Taur. num.* 2. vbi quod procedit, licèt maritus non ratificet, quia mortuus ſit.

36 Sed in omnibus ſuprà dictis, quibus perſona priuilegiata poteſt ſuſtinere actum aliàs nullum, poterit altera pars petere, quod minor vel alia perſona priuilegiata declaret, an velit ſtare contractui, vel actibus iudicij, *l. Iulianus*, §. *ſi quis colludente*, *de action. empti*, dicit communem opinionem Iaſon §. *actionum*, *num.* 42. *inſt. de action.* tamen hæc declaratio eſt præciſa à minore, non adhibita ea ſolemnitate, quæ debebat interuenire ab initio ad geſtionem actus. Matheſilan. *notabili* 156. ſequitur Afflict. *deciſ.* 262. *num. fin.* Montan. *de tutel. cap.* 33. *num.* 460. & ibi, *num.* 459. quòd ea declaratio non eſt petenda à pupillo, nec auditur petens, ex Bartol. Fulgoſ. & Saliceto *dict. l. Iulianus*, §. *ſi quis à pupillo*, dicit communem Emanuel Suarez, *recept. ſententiarum*, *littera C. num.* 300.

Sed & adultus ſeu minor habet 37 vtilitatem in eo, quòd licèt mulier non poſſit pro alio poſtulare, nec procuratoris officium ſubire, *l. nec fœmina*, *de procurat.* & ſint ſublatæ ab omnibus ciuilibus, & omni luce fori, *l.* 2. *de regul. iur.* poſſunt tamen comparere in iudicio ad accuſandum tutorem, vel curatorem ſuſpectum, mulieres neceſſariæ, quales ſunt mater, & auia, nutrix, ſoror, & ſi quæ alia ſit, quam iudex, videat pietate accedere ſexus verecundiam non egredientem, *l.* 1. §. *ſexum*, *de poſtuland.* fauor pupillorum, & minorum hoc ſuadet, vt dicit Montan. *de tutel. cap.* 36. *regul.* 7. *num.* 11. & 12. Quia iniuria, quæ 38 fit ſanguini, vel neceſſitate coniuncto ad omnes coniunctos pertinet, *l. lex Cornelia*, *in princip.* vbi Bartol. *de iniuriis*, *l.* 1. & 2. *de liberal. cauſ. l. vxor tua*, *C. qui accuſat. non poſſ.*

Quod ſi tutor, vel curator pecu- 39 niam minoris in vſus ſuos conuerterit, tenetur minori ad vſuras maximas, *l. qui negotiationem*, §. *ex duobus*, vbi gloſſa verb. *vſuras*, *de adminiſtrat. tutor.* & debentur ex tempore,

quo eas conuertitur in ſuos vſus, ſine laxamento duorum menſium, *l. tutor*, §. *vſuras*, *de adminiſtr. tutor.* Cuiat. *lib.*5. *de ſeru.cap.*12. ſequitur Montan. *de tutel. cap.* 32. *regul.* 9. *n.*208. & *ſeq.*

40 Et licèt qui cum alio contrahit, debeat eſſe non ignarus conditionis eius, *l. qui cum alio* 20. *de regul. iur.* Ioan. Garcia *de hypothec.* poſt contractum, *num.*12. & 15. & præſumatur ſcire eius conditionem, an ſcilicèt ſit ſeruus, vel liber, minor vel maior, filiusfamilias, vel mulier coniugata, Menoch. *lib.* 3. *præſumption.* 88. *num.* 1. quia contrahens debet eſſe diligens & cautus in præſcrutanda conditione, & qualitate eius cum quo contrahere vult, vt explicat Cuiac. *lib.*7. *de ſeruat. c.* 36. ſi fuit negligens, ſibi imputet, & non auditur allegans ſe ignoraſſe; quia in eo qui tenetur inueſtigare, præſumitur ſcientia. Maril. *deciſ.* 59. *num.* 29.

41 Et ita mutuans filiofamilias non excuſatur dicens ſe ignoraſſe, *l. penult.* iuncta gloſſa *ad Macedon.* ſic & mutuans minori, quòd reperire non poſſit, gloſſ. verb. *ætatis*, *l. ſi Titius de fideiuſſoribus.* Decius *dict. leg. qui cum alio, n.*10. *de reg. iur.*

42 Sic & contrahens cum ſocio mercatoris finita ſocietate, non poteſt ſocium conuenire, & ſibi debet imputare, ſi non perquiſiuit, an duraret ſocietas. Paul. Caſtrenſ. *l.* 1. §. *non autem*, verſic. *Item alias conſului*, *de exercitor. act.* Dec. *dict. l. qui cum alio num.* 2. & ibi Cagnol. *num.* 3. quos & alios refert & ſequitur. Menoch. *dict. lib.* 3. *præſumpt.* 88. *n.* 4. vbi *num.*7. & 8. *de eligenti*, qui præſumitur ſcire conditionem electi, & de permutante beneficium cum altero, nam ſibi imputet ſi non perqui- 43
ſiuit quo titulo illud obtineret. Aymon *conſ.*132. *n.* 13. niſi adſit ignorantia multum probabilis. Proſperus Paſſetus *conſ.* 199. *num.* 15. Menochius vbi *ſupr.num.*15. & ſi publicè,
vt paterfamilias agebat, contrahebat, 44
pro tali reputabatur, *l.* 3. *in princip. ad Maced.*

Minori tamen non imputatur, cur non inueſtigauerit conditionem eius, cum quo contraxit, *dict. l. ſi quis pa-*
trem, *ff. ad Macedon.* ibi: *Ceſſare* 45
Senatuſconſultum ait, vtputa in pupillo, vel minore viginti quinque annis. Tradit Surd. *deciſ.*62. *num.* 41. vbi ex Curtio Iun. *conſ.* 59. *num.*8. idem dicit de muliere. Et licèt Menoch. vbi *ſupr. num.* 10. hoc non admittit in fœmina, ſed quod teneatur inueſtigare, niſi ei fuiſſet aſſertum, cuius eſſet conditionis contrahens: tamen Surdus *dict. deciſ.* 61. *num.*42. dicit, hanc ſententiam æquiorem, ex quo communiter ſine inueſtigatione mulieres credunt parentibus, & cognatis, ſeu coniunctis, maximè, cum nuptui traduntur: & quia potius officium virile eſt id inueſtigare.

Et licèt publicatis atteſtationibus 46
non poſſint recipi teſtes ſuper eiſdem articulis, vel directo contrariis; nec in cauſa appellationis, *cap. fraternitatis*, *de teſtibus*. *Clem.* 2. *de teſtibus*, quidquid contrarium ſit de iure ciuili, gloſſa, & Doctores communiter *in authentica*, *at qui ſemel*, *C. de probat. l. per hanc*, *C. de temp. appellat.* tamen minor petita reſtitutione poteſt probationem facere ſuper eiſdem articulis, vel directo contrariis, poſt didicita teſtificata, & in

ſecunda

ſecunda inſtantia; tradunt communiter Doctores, præcipue Innocentius, Abbas, & Imola, *cap. auditis, de in integ. reſtitut.* Bart. Alex. & Doctores *l. 1. §. nuntiatio, de noui operis nuntiatione*, ſequitur Cancerius *lib. 1. variar. cap. 20. num. 25.* vbi idem in republica & Eccleſia, ſecundum prædictos Doctores, & pro hoc textu *in l. 5. tit. 6. lib. 4. recop.* Eſt tamen petenda reſtitutio intra quindecim dies à die publicationis teſtium, *l. 3. tit. 8. lib. 4. recop.* Couarruu. *pract. quæſt. 14. n. 3.*

47 Sed an ruſticus & mulier admittantur poſt publicationem plures Doctores tenent affirmatiuam partem, quos refert & ſequitur Menoch. *de arbitr. q. 34. num. 11.* ſed Bart. *l. 1. §. nuntiatio, de noui oper.* tenet contrarium, & idem *conſ. 154.* quem ſequitur Butr. *conſil. 72. in fin.* Cancer. *1. p. variar. cap. 20. num. 27.* vbi dicit, ita obtinuiſſe: & hanc ſecundam & negatiuam opinionem, ſemper vidi practicari.

48 Sed etſi minor hæres, qui adiuit hæreditatem non confecit inuentarium, reſtituitur, gloſſ. verb. *ceſſabit, l. auxilium, de minor.* & ea reſtitutio eſt ad pœnas omiſſionis inuentarij, textus cum gloſſ. *in auth. de hæredib. & falcid. §. pupillus*, Guid. Papæ *deciſ. 141. & 571.* alios refert Canc. *1. p. var. c. 2. n. 5.* vbi idem dicit *de Eccleſ. & loc. piis.* Guid. Pap. *deciſion. 333.* Mateſil. *notab. 157. n. 12.*

49 Sed ſi minor non fecit inuentarium, vel omiſit in eo aliqua bona deſcribere, & vltra omiſſionem concurrat aliquis actus arguens dolum, non datur minori reſtitutio: Petrus Surd. *deciſ. 216. num. 11. & 12.* & quod cenſeatur in dolo, ſi non deſcripſit minor hæres, quod ipſe debebat teſtatori, tradit Alex. de Neuo *conſ. 38. num. 19.* ſequitur Eſcobar *de ratiociniis cap. 9. n. 69. in fin.*

Sed ſi non ſpecialiter deſcribat bona, ſed referendo ſe ad aliam ſcripturam vel librum, in quo ſint deſcripta, ſufficiet, nec dicetur omiſiſſe. Cocin. *deciſ. 151. n. 8. & 9.* 50

Habet etiam minor aliud fauorabile & vtiliſſimum beneficium, quod dicit Cancer. *à paucis aduocatis eſſe animaduerſum*; nam ſi minori litiganti ab aduerſario offeratur concordia certo modo facienda, quam amici vel conſanguinei partium, vel patroni cauſarum tractauerant, ſeu conuenerant vt à lite diſcederent, puta ſi cum peterentur à minore centum, actum erat vt minor dediſſet quinquaginta, vel aliam minorem ſummam quam petitam, & minor eam concordiam recuſauerit; ſi poſteà ſequatur condemnatio maioris ſummæ contra minorem, poteſt reſtitui aduerſus omiſſam concordiam, & ſi ſententia tranſacta ſit in rem iudicatam, non nocebit, & tranſactio habebitur pro facta, gloſſa verſic. *eis ſubuenietur, l. ſi ex cauſa, §. nunc videndum*, vbi Bart. Bald. & Alberic. *de minorib.* Boër. *deciſ. 63. n. 6.* Roman. *ſing. 403.* Franciſc. Cremenſ. *ſing. 29. incipienti obtinui ſemel.* Cancer. *2. part. variar. cap. 1. num. 235.* Marc. Anton. Genuenſ. *in prax. Eccleſiaſt. quæſt. 94. num. 2.* vbi idem dicit in Eccleſia, & de minore & Eccleſia Roman. *ſingul. 403.* Marcus Anton. Genuenſ. *in prax. quæſt. 356. num. 2.* & Contardus *l. vnic. limit. 5. num. 15.* 51

Sed & beneficium reſtitutionis poteſt minor cedere in alium, licèt 52

ei

ei competat iure ſpeciali, *l. quod ſi minor, in princ. de minor. l. minorem, de adminiſtrat. tutor.* Aymon, *conſil.* 192. *num.* 2. vbi de multis quæ cedi poſſunt.

Sed & beneficium reſtitutionis quod conceditur minori, conceditur etiam eius hæredi, quamuis ſit beneficium perſonale, vt dicit Dinus *cap. priuilegium, de regul. iur. in 6.* Dec. *l. in omnibus cauſis, num. 3. ff. eod.* quia perſona non eſt cauſa immediata beneficij reſtitutionis, ſed læſio, atque ita non extinguitur cum perſona, ſed tranſit ad hæredes, *l. non ſolum de integr. reſtit. l. minor autem, §. non ſolum de minor.* Nicolaus de Noalis *de tranſmiſ. caſu* 23. *n.* 8. vbi quod eadem ratione eſt tranſmiſſibile ad hæredes beneficium Vel-
54 leiani, poſt Dinum, & Decium, *locis ſuprà relatis.* Gomezius, *§. æquè ſi agat, inſt. de act.* Aymon *conſ.* 590.
55 Dicit tamen Caldas, *l. ſi curatorem habens*, verb. *minoribus, à n.* 55. *in fin. hæredi minoris concedi in integ. reſtit. de æquitate, non de iuris rigore,* Oddus *de reſt. 2. part. quæſt.* 58. *art.* 8. *num.* 46.
56 At quando perſona eſt proxima & immediata cauſa beneficij, ſeu priuilegij, etiamſi propter remunerationem conceſſum fuerit, extinguitur cum perſona, nec tranſit ad hæredes, *l. 1. §. nam quod Princip. de conſt. princip.* Tradunt Ioan. Andr. *dict. reg. priuileg. de reg. iur. in 6.* & ibi Petr. Anchar. Nata *conſ.* 64. *n.* 20, verſic. *ad iſta omnia, lib.* 1. Aymon *conſ.* 929. *num.* 37. plures refert Ni-
57 colaus de Noalis, *de tranſmiſ. caſu* 23. *num.* 10. vbi dicit veriorem opinionem, & eſt ſine dubio, quando cauſa priuilegij, ſolum conuenit perſonæ priuilegiatæ, vt in *l. maritum, cum ſeqq. ſolut. matrim. l. & ſi fideiuſſor, §. maritus, de re iud.* & hoc operatur nominatio perſonæ, *in cap. quoniam Abb. de offic. deleg.* & electio induſtriæ *dict. l. inter artifices, de ſolut. l. vnic. §. ne autem hoc*, verſic. *ſi autem in faciendo, Cod. de caduc. tollend. cap. fin. §. is autem, de offic. deleg.* & fauor perſonæ *cap. 2. de authorit. & vſu pallij, & demonſtrat. l. ſeruus ſi, poſt principium, de ſtatu liber.* licèt in caſibus tranſmittatur priuilegium per- 58
ſonæ conceſſionis, vt priuilegium dotis, *l. aſſiduis, §. & ideò, Cod. qui potiores*, quia cenſetur conceſſum propter liberos. Sic & priuilegium ne maritus conueniatur vltra quam facere poteſt, *l. etiam, ſolut. matrimon.* Sed ſolùm tranſit ad filios illius matrimonij, Gloſſa & DD. ibi. Alios caſus, quibus tranſmittitur congerit Noal. *dict. caſu* 23. *à num.* 12.

Sed & aliud habet minor commo- 59
dum ſuper intereſſe ſcimus & enim, quod ſi alter ex contrahentibus adimpleat contractum ex parte ſua, alter non adimplens eſt in mora irregulari quouſque interpelletur ab altero; quo caſu moroſus non tenetur ad intereſſe lucri ceſſantis; quia ſolum debetur quod moroſus non locupletetur cum iactura aliena, & ſic non cogitur ſoluere intereſſe lucri ceſſantis, quod ipſe non habuit; quod ſi ſoluere cogeretur, incurreret damnum, gloſſ. *l. ſed & ſi* 23. *§.* 1 *de vſuris*, quæ ait, ex mora irregulari non deberi vſuras odioſas: & quod non debeantur, tenet Couarr. *lib.* 3. *var. c.* 4. *n.* 2. Siluan. *conſ.* 10. *à n.* 31. *deciſ. Genuenſ.* 30. *n.* 7. Menoch. *conſil.* 7. *n.* 14. *lib.* 1. Barboſ. *l. de diuiſione, n.* 14. *ſolut. matrim.* vbi quod imputet

ſet ſibi, qui impleuit ex parte ſua, ſi non implentem non conſtituerit in vera mora per interpellationem.

60 Minor tamen non habet neceſſe interpellationem hanc facere, vt eo caſu pecunia ei reſtituatur cum vſuris. Gratian. *cap.* 241. *num.* 1. 2. *&* 3. *& num.* 51. *&* 53. *& cap.* 41. *n.* 12. nam fauore minoris contrahitur re ipſa mora irregularis in bonæ fidei contractibus, fideicommiſſis, & legatis, *l. in minorem, Cod. in quibus cauſis in integr. reſt.* non eſt neceſſ. *l.* 3. §. *ſi quis Titio, de adimendis legat.* Vincent. de Franch. *deciſ.* 16. vbi *num.* 4. *&* 11. quod ceſſat eo maiore facto, quia ceſſat priuilegium minoris ætatis, *l. Titia* 89. §. *vſuras de leg.* 2. conceditur enim minori ob eius imbecillitatem deſinere interpellare. Sed & quod magis eſt, quod licet in caſu, *l. curabit, Cod. de act. empt.* vt teneatur ad intereſſe recipiens fundum requiratur percep-

61 tio fructuum; tamen ſpeciale eſt in minore, quod re tradita, etiamſi emptor nullos fructus perceperit, minori ſit danda pecunia cum vſuris; quia mora quæ re ipſa videtur contracta fauore minoris ætatis eoſdem

62 habet effectus, quos habet mora regularis, *l. Titia Seio, §. vſuras, de leg.* 2. gloſſa, *l. ſedet reipubl. §. fin. de vſu.* Bar. *l. de diuiſione, num.* 58. vbi quod provt mora regularis obligat ad fructus perceptos, & percipiendos, *l. apud Iulianum* 40. §. 1. *de leg.* 1. pariter obligatio regularis fa-

63 uore minoris. Nec obſtare, *l. curabit*, quæ loquitur in minore, vbi expenditur in caſu illius legis duplici ratione deberi vſuras pretij, & quia venditor erat minor, in illis verbis.

64 *Et perceptorum fructuum ratio, & minoris ætatis fauor*, quoniam non eſt intelligenda deciſio illa, vt copulatiuè debeant interuenire illa duo, ſed quod alterum ſufficiat. Ita Barboſ. *d. l. de diuiſione, num.* 58. & ſic quotidie practicatur, etiam in fauorem maioris, cui ex ratione *l. curabit*, iubentur ſolui reditus, ex quo aduerſarius percepit fructus, cùm non ſoluerit pretium debitum, & poteſt peti intereſſe etiam in cauſa appellationis. Anton. Faber *deciſ.* 4. *tit. d. action. empti.* Riccius, *collect.* 199. 65 vbi idem dicit eſſe, etiam quod imminèret euictio in limine contractus, & venditor offerret ſatiſdationem, ex Fabro, quem refert.

66 Sed ſi venditor ſatiſdationem non offerret, non teneretur, vt ibi poſt Minſing. *cent.* 4. *obſeruat.* 56. Sed omnes falluntur: nam etiam quod venditor non præſtet ſatiſdationem ob imminentem euictionem, vel etiam conuentam in contractu, tenebitur emptor, licèt non fuerit in mora vel culpa ſoluendi pretium, *l. fin. in fin. de reſcind. vendit.* cùm ei non præſtetur fideiuſſio, ſeu ſa- 67 tiſdatio conuenta, vel ob litem emptori motam: tamen cum pretium habeat, & fruatur re, inducetur æquitas, *dict. l. curabit.* Ita Bald. *l.* 2. *num.* 4. *Cod. de vſur.* Anania, *cap. conqueſtus, colum.* 2. *de vſur.* Alex. *conſ.* 147. *num.* 3. *vol.* 5. Couar. *lib.* 3. *variar. cap.* 4. *n.* 6. verſic. *duodecimo.* Pariſ. Cagnol. Anton. Gabriel, quos refert, & ſequitur Barboſ. *l. de diuiſione, num.* 69. *ſolut. matr.* vbi reſpon- 68 det ad rationem contrariæ opinionis, quòd iuſta cauſa non ſoluendi pretium, quamuis liberabit emptorem à damno, vt ſcilicet nullum ſoluat intereſſe, gloſ. *l. in hac de cond. tritica*,

Digitized by Google

non tamen afferet ei lucrum, quia
æſtimatio rei, & fructuum percep-
tio, ſunt connexa: cùm æſtimatio
rei ſecundum fructuum quantitatem
conſtituatur, *l. ſi quis, Cod. de reſ-
cind. vend. l. fin. §. ſi per mulierem, de
feud. dotal.* Barboſ. *in rubric. 3. part.
num. 31. ſolut. matrim.* ſed ſi emptor
partem pretij ſoluat, licèt non poſ-
ſit agere ex empto, donec totum
pretium ſoluerit; tamen poſteà po-
terit petere reditus pro rata eius pre-
69 tij quod prius ſoluerat. Abbas *con-*
70 *ſil. 69. num. 2. 2. part.* Vbi autem em-
ptor depoſuerit pretium interuentu
iudicis, donec ſatisdet, erit liber.
Idem, ſi fuerit habita fides de pre-
tio, quia non procedet diſpoſitio,
dict. leg. curabit, tradit vbi Cagnol.
num. 51. poſt Socinum, Decium, &
alios, Ant. Gabriel *lib. 3. commun. tit.
de empt. & vend. concl. 4. n.* 10. ſe-
quitur Ioſeph. Ludouic. *deciſ.* 53. Et
quod idem ſi potuit percipere fru-
ctus, licèt non perceperit, deciſio
71 Genuenſ. 194. *num.* 2. Quod autem
operatur in minore mora irregularis,
non habebit locum in minore ſucce-
denti maiori, vt tradit Riccius, *col-
lect.* 323. verſic. *limita in minore*, poſt
Maril. *deciſ.* 24. & Afflict. *dec.* 211.
quos refert.

72 Habet etiam minor vtilitatem,
quando tutor vel curator fundum,
vel aliud emerit ſibi ex pecunia pu-
pilli vel minoris, quia eſt in pupilli
electione, vel fundum ſeu aliam rem
emptam petere, vel pecuniam cum
vſuris, *l. ſi curator, Cod. arbitrium tu-
telæ, l. ſi tutor, ff. quando ex facto tu-
tor. l. ſi vt proponis, Cod. de rei vend.*
73 Donel. *lib. 5. comment. cap. 2. in fin.*
vbi *de republica, Eccleſia, & milite,*
74 *l. 49. tit. 5. p. 5.* ſed ſi minor velit
potiùs pretium cum vſuris, habet
hypothecam rei emptæ, *l. ſed ſi pecu-
nia 3. in princip. ff. de rebus eorum, l.
idemque 7. qui potior. in pig. habeant.*

Sed ſi tutor vel curator plures 75
emerit res ex pecunia pupilli, vel mi-
noris, non poterit minor vnam pe-
tere, & pro aliis pretium, ne tutor
damno afficiatur, *l. cum quæreretur,
de adminiſtr. tutor.* ibi: *Aut in totum
agnoſcere, aut à toto recedere, l. tutor
qui, §. ſi tutor pecuniam, eo tit.* niſi in
eo tutor dolum adhibuerit, *l. ſi plu-
res, in fin. de adminiſtr. tutor.* Mon-
tanus, *de tutelis, cap. 32. regul. 9.
num.* 183.

Sed an quod in pupillo, minore, 76
Eccleſia, & milite dicimus, proce-
dat in re empta ex pecunia dotali, &
procedere ait Iureconſ. *l. res quæ ex
dotali 55. de iure dotium.* Plures re-
fert Doctores Brunor. à Sole *in com-
pendio*, verb. *emptum.* Et non ſolum
ex pecunia dotali, ſed ex pretio, alio-
rum bonorum mulieris emptæ res,
cenſentur ſubrogatæ, *l. ſi donaſſe 37.
§. 1. de donat.* inter Barboſ. *l. 1. 1. p.
num. 34. in fin. ſolut. matr.* & tam in 77
dote, quàm in alio quocumque vni-
uerſali, prout pretium ſuccedit loco
rei, ita & res comparatæ ex pretio,
ſuccedunt loco pretij: quia eadem
eſt ratio, *l. Imperator 72. §. fin. de
leg. 2. l. ſi cùm dotem, §. fin. ſoluto
matrimonio, l. ſi & rem & pretium de
petitione hæreditatis.* Petrus Barboſa,
in rubrica ſoluto matrimonio 3. part. 78
num. 73. in fin. & num. 74. vbi in-
telligit, *l. ſed & ſi lege, §. 1. petit.
hæred.* vt procedat in bonæ fidei poſ-
ſeſſore hæreditatis; cui eſt conceſ-
ſum, vt poſſit rem emptam, vel pre-
tium reſtituere: & caſu quo velit
retinere rem non veniet in petitione
hæreditatis,

hæreditatis, propter poteſtatem à iure conceſſam bonæ fidei poſſeſſori. Et licèt quoad hunc effectum res empta ex pecunia hæreditatis non cenſeatur hæreditaria : ſecus erit quoad omnes alios effectus, vt tradit ibi Barboſa.

79 Sic res empta ex pecunia mulieris donata viro poteſt vendicari, *l. vxor marito* 56. *de donat. inter*, ſed intellige, vt inquit ibi textus, *ſi vir ſoluendo non eſt*. Ita Socin. *conſ.* 224. *n.* 1. *vol.* 2. quem ſequitur Barboſ. *rub. ſolut. matr.* 3. *p. n.* 85. & 87.

80 Sed cùm in *l. ex pecunia, Cod. de iure dotium*, dicatur: *Ex pecunia dotali fundus à marito tuo comparatus, non tibi, quæritur*, difficilis redditur concluſio ſupra tradita, & deciſio *l. res quæ* 55. *de iure dotium*. Donellus, *lib.* 5. *comment. cap.* 2. verſic. *res quæ* intelligit *dict. l. ex pecunia*, vt non quæratur fundus vxori, quia vir eſt, dominus dotis conſtante matrimonio. Alias interpretationes tradit Nicolaus de Paſſeribus *in conciliatione illarum legum, pag. mihi* 415. Mantic. *de coniectur. lib.* 12. *tit.* 27. *lib.* 4. Cuiac. *lib.* 5. *obſeruat. cap.* 29. Faber. *lib.* 5. *cap.* 9. Ioannes Guter. *lib.* 5. *practicar. quæſt.* 87. *num.* 4. Oſuald. ad Donel. *dict. lib.* 5. *cap.* 2. Verè tamen dic, quòd videntur eſſe dotales, vt dicit *dict. l. res quæ, in ſubſidium, ſi maritus non eſt ſoluendo*: ſecus alias. Ita doctiſſimus Barboſa *in rub. ſoluto matrimonio*, 3. *part. num.* 76. & 77.

81 Et ita res empta ex pecunia dotali, ſapit naturam dotis. Angulo *de meliorat. l.* 3. *gloſſ.* 4. *n.* 24. & res permutata cum dotali, cenſetur ſubro-
82 gata in dotalem. Tiberius *conſil.* 27. *num.* 5. *volum.* 1. & ibi: *num.* 7. & 8. *de re ſubiecta fideicommiſſo, permutata*; maximè ſi res ſit minoris.

Extra autem caſus dotis, Eccleſiæ, 83
minoris & militis *ſuprà* relatos, de quibus Anton. Gomez. *l.* 50. *Tauri, num.* 36. vbi ſigillatim eos enumerat, emens ex pecunia aliena, ſibi acquirit, licèt remaneat debitor pecuniæ, *l. ſi pecunia, de rei vend. l. ſi is,* 84
Cod. de poſſit. l. 1. *Cod. ſi quis alteri, vel ſibi*, *l.* 49. *tit.* 5. *p.* 5. & ſic ſi ex prædiis emptis ex pecunia filij pater faciat maioratum, tenet maioria, licèt pecunia filio debeatur. Gregor. *l.* 24. *tit.* 13. *part.* 5. verb. *entonces,* 85
prope finem, verſic. & *iſta lex facit ad quæſtionem*. Et emens ex pecunia aliena, quærit ſibi dominium, & poſſeſſionem, *l. fœliciſſima, Cod. de his quia non dom. manum ſunt*. Surdus, 86
deciſ. 104. *num.* 15. 1. *part.* Quod procedit, etiamſi eſſet adminiſtrator, & gereret negotia mandantis. Maſcard. *concl.* 53. *n.* 5.

Sed & res empta ex pecunia com- 87
muni, non efficitur communis, niſi inter ſocios omnium bonorum, *l.* 4. *Cod. communia vtriuſque iud.* Matienço, *l.* 8. *tit.* 11. *lib.* 5. *recop. gloſſ.* 4. *num.* 2.

Eſt & alia vtilitas minoris; nam 88
ſi alicui ſit legatum relictum ſub conditione, ſi Mariam duxerit; quod ſi non fecerit, priuetur legato, & illud lucretur dicta Maria, & requiſitus minor renuerit contrahere, & ſic 89
conditionem adimplere, cùm ſufficit per momentum conditionem extitiſſe, *l. ſi quis hæredem, Cod. de inſtitut. & ſubſtit.* Molin. *lib.* 1. *de primog. cap.* 9. *num.* 17. ſi poſteà pœnitentia ductus vellet contrahere, & ſic conditionem adimplere, Maria poterit renuere & legatum retinere. Menoch. *lib.* 4. *præſumption.* 36. *num.* 20.

num. 20. & 29. Mieres *de maiorat.* 1. *part. quæſt.* 50. *num.* 14. & 15. Et
90 ratio eſt quia variatio non admittitur in præiudicium tertij, cui eſt ius quæſitum, gloſſ. *in cap. noſti*, verb. *reuocare, de elect.* & tradunt plures, quos refert & ſequitur Tiraquel. *l. boues*, §. *hoc ſermone*, *limit.* 23. *n.* 5. *de verbor. ſignif.* Peralta *l.* 3. *num.* 1. *de leg.* 2. tamen ſi legatarius cui iniuncta eſt conditio talis, ſit minor, poteſt reſtitui. Tradit Mier. *dict. q.* 50. *num.* 14. ſequitur Thom. Sanchez, vbi *ſuprà*, *n.* 15. *in fin.* Minor namque reſtituitur aduerſus conditionem non impletam, *l.* 3. §. *ſi hæres inſtitu-*
91 *tus*, *de minorib. l. & ſi ſine*, *in princ. eo tit. l.* 5. *tit.* 19. *part.* 6. *l. pupillorum*, *Cod. de repud. hæred.* Mieres *de maiorat.* 2. *p. q.* 4. *illat.* 5. *num.* 7. & *ſupra cap.* 13. *num.* 29. & D. Ioannes Caſtell. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 5. *cap.* 27. *num.* 3. & 4. modo ſine dolo omiſerit adimplere, vt ibi *n.* 37.

92 Si tamen teſtator, qui talem conditionem poſuerit; non priuet, quia omnia integra ſint, & dicta fœmina nondum alij nupſerit, nec fuerit aliter impedita, pœnitentiæ legatarij locus erit; & licèt priùs renuerit, poterit dicere ſe velle nubere, & admittetur: & cùm is caſus occurreret in Valliſoletano Senatu, fuit pronuntiatum, quod ſi legatarius intra duos menſes non adimpleret conditionem, & duceret eam vxorem eidem reſtitueret bona cum fructibus à die occupationis, me inter alios iudice.

Si tamen res non ſit integra, quia virgo, cui iniuncta fuerit conditio nubendi cum Titio, contraxerit cum alio de mandato patris, non amittet relictum, ex Bertrando *conſ.* 148. *lib.* 1. tradit alios referens Mieres *de maiorat.* 1. *part. q.* 50. *num.* 52. & ſequitur D. Ioannes Caſtell. *lib.* 5. *de coniect. vltimar. volunt. cap.* 127. *n.* 60. ſed intellige dolo ceſſante in filia, quia ſi affectauit mandatum patris, vt haberet excuſationem non reſtituetur; quia minor qui dolo in actu ſe geſſit non reſtituitur, Sfortia Oddus *de reſtit. quæſt.* 83. *art.* 2. Caldas *l. ſi curatorem habens*, verb. *vel aduerſarij dolo à n.* 63. Surdus *deciſ.* 216. *à num.* 18. Fachin. *lib.* 9. *controuerſ. cap.* 41. non tamen in dubio præſumitur dolus in fœmina & minore. Caſtell. vbi *ſupr. num.* 38. & aduerſus dolum præſumptum reſtituitur minor Fachineus, *dict. cap.* 41.

Vnum tamen non omitto, de quo 93
vidi maximè diſputatum in hoc Regio Senatu Valliſoletano, me quoque inter alios iudice, nempe quòd datum, ſeu relictum alicui ſub conditione ſi Mariam duxerit, & ſi non expreſſerit dotis nomine cenſeatur eſſe dotale, niſi adſint coniecturæ contrarium inducentes, ita tenet Couarr. *de ſponſ.* 2. *part. cap.* 3. §. 3. *num.* 9. Et maximè procedet, ſi fœmina ſit conſanguinea dantis, vel relinquentis, vel adſit alia cauſa, vt intelligi poſſit eius contemplatione datum, ſeu relictum fuiſſe: argumento, *l. ſed & ſi plures*, §. *in arrogato*, *de vulg. l. ſi ſerui* 25. *de vſufruct.* & eorum quæ latè tradunt Ioann. Garc. *de coniug. ac quæſtu. à num.* 101. Valaſc. *de partit. cap.* 13.
num. 45. Ayor. *de partit. cap.* 5. *n.* 9. 94
Thom. Sanch. *de matrimonio*, *lib.* 6. *cap.* 26, qui omnes loquuntur in donatis viro à conſanguineis vxoris, vel vxori à conſanguineis viri. Nullus præter doctiſſimum Couarruuiam pa-

triæ

triæ meæ originarium, in terminis dotis poſuit. In quo Senatus cenſuit dotalem eſſe: ſed quia eam rem paterfamilias alienauerat, fuit reſeruatum, quòd filia excuſſionem faceret in bonis patris, iuxta *l.* 24. *tit.* 13. *part.* 5. de qua Ayora *de partitionibus* 2. *part. quæſt.* 32. Couarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 5. *num.* 6. *in fin.* vbi verb. *filius ergo,* dicit receptum apud ſuprema tribunalia, licèt in varias ſententias ierint indices, & vide eum, *n.* 8. *in fin.* verſic. *ſed quia*, vbi ait, eam legem partitæ ſeruandam viuente patre & filio emancipato.

95 Aliam habet minor vtilitatem: nam regula eſt, quòd contumax, non auditur, niſi ſolutis & refuſis expenſis, *l. Sancimus, Cod. de iudiciis,* vbi Baldus, & Doctores; hæc tamen regula non afficit minores, nec in eis precedit. Hippolyt. de Marſil. *ſing.* 379. vbi idem dicit de muliere & ruſticis. Maranta *de ordine iudiciorum* 5. *part. n.* 35. vbi quòd cùm reſtituuntur ad inſtantiam, non cadit ſolutio expenſarum. Et in minoribus eſt ratio, quia ex quo reſtituuntur aduerſus contumaciam, *l. minor etiam* 9. *de minor.* Bart. & Doctores, *l. nam & poſteà*, §. *ſi minor. de iureiurando.* Bart. *l.* 1. §. *nuntiatio, num.* 32. *de noui oper.* maximè quando conſtat de aliqua eorum læſione. Paul. Amil. *deciſ.* 50. *num.* 3. inter nouiſſimas Rotæ deciſiones 3. *part.* conſequens eſt, quòd reſtituantur ad expenſas contumaciales, quæ acceſſoriæ ſunt, *l. terminato, Cod. de fructibus, & litium expenſ.* Alias minor grauaretur in reſtitutione expenſarum, & non eſſet in integrum reſtitutus, cum reſtitutio ſit prioris ſtatus in integrum repoſitio, *l. quod ſi minor*, § *reſtitutio, de minor.* & tantum affert reſtitutio, quantum abſtulit læſio. Bart. *l.* 1. *num.* 9. *Cod. ſi aduerſ. rem iudic.* 96
Et quod minor reſtituatur ad expenſas, tenent Alberic. *l. cum vos, n.* 4. *Cod. ſi aduerſus rem indicatam.* Speculat. *tit. de primo & ſecundo decreto, num.* 10. verſic. *Sed & pone quod pupillus.* Bald. *l. non minorem*, *Cod. in quibus cauſis in integr. reſt.* non eſt neceſſario. Nata *conſ.* 16. *num.* 17. quos & alios refert & ſequitur Anton. Theſaur. *deciſ.* 9. *num.* 5. & 7. vbi dicit, hanc eſſe æquiorem, veriorem, & magis communem opinionem, & ibi, quod nec minor ſoluet expenſas ob contumaciam tutoris, vel curatoris ad iudicium vocati per *l.* 2. *Cod. ſi tutor vel curator interuen.* & ſufficit quod minor cedat actiones contra curatorem. Neuizan. *conſ.* 17. nec obſtat, quod ſi adeſt dolus minoris, ei non ſubuenitur, *l. ſi ex cauſa*, §. *nunc videndum, de minoribus.* Et quod non poteſt dolo carere, qui non obtemperat imperio magiſtratus, *l. non poteſt de reg. iur.* quia cum per ſententiam reſtituitur minor, iam iudicatur non eſſe in dolo, vt dicit Anton. Theſaur. *dict. deciſion.* 9. & cùm minor contumax reſtituatur, vt audiatur, non debet requiri nec deſiderari ad id expenſarum ſolutio, vt ad audiendos contumaces maiores vigintiquinque annorum.

Sed aliam habet minor vtilitatem circa Doctoratus gradum; dicunt enim Doctores, poſſe adoleſcentem doctorari poſt decimum ſeptimum annum. Zabarela, *Clement.* 2. *num.* 14. *de magiſtr.* Felinus, *cap. cum vigeſimum*; *num.* 11. *de officio iudicis, deleg.* Iaſon, *in rubric. de* 97

98 procurat. num.5. & ſi fuerit idoneus,
etiam ante eam ætatem poſſe docto-
rari,tenet Campanil.in rubr.7. cap.6.
num.135. & ſi pecunia fuerit depoſi-
ta pro gradu Doctoratus obtinendo,
non poterit ſequeſtrari ad inſtantiam
creditorum. Caualc. deciſ.11.part.5.
ſequitur Riccius collect. 242. idem
credo, & pro gradu licentiatus,cùm
par ſit ratio.

99 Sed licèt adultus minor decem &
ſeptem annorum, & ante ætatem
octodecim annorum, non compelli-
tur ire ad bellum, quando iubetur à
Rege, vt ex qualibet domo vnus
mittatur, cap. vnic. verb. à decimo
octauo, de pace iuram. firmand. Bene-
dict. cap. Raynuntius, verb. Adiecta,
100 num.4. de teſtam.Rebuff. de in integr.
reſt. gloſſ. 4. num. 19. nec poterit ad-
uocationis officium exercere, l. 1.
§. pueritiam, de poſtuland. Felin. cap.
cùm vigeſimum, num.10. de offic. de-
leg. tamen in cauſa propria ante eam
ætatem poterit facere,Bald. l.1. n.3.
Cod. qui & aduerſ. quos vbi quod ſi
omiſerit allegationes quamuis impe-
ritia non reſtituitur in integrum,
quem ſequitur Hieronymus Campa-
nillus rub.7. cap. 6. num. 136. hoc
autem vltimum mihi non placet;
nam in tam tenera ætate non potuit
eſſe inſtructus in aduocationis offi-
cio, & eadem facilitate qua errat in
omiſſione allegationum, eadem ſe
immiſcet officio aduocationis; de-
buit enim conſulere peritiores, l. in
bonorum, de bonorum poſſeſſ. Barboſ.
l. ſi mora, in princ. num.16. ſoluto ma-
101 trimonio. Et licèt minores compre-
hendantur in ſtatuto generaliter lo-
quente, l. ſi ſine, §. Lucius, de admi-
niſtr. tutor. cap. conſtitutus de in in-
integr. reſtit. ſecus erit, ſi ſtatutum
vel conſuetudo puniat aliquid, quod
de iure communi non eſſet punibi-
le, cap. 2. de delict. puerorum, Ludo-
uic. Roman. ſing.826. num. 2. quod
dicit eſſe menti tenendum, dicens,
quod dict. cap.2. nullus notauit ante
eum; & expendit ad ſtatutum prohi-
bens extrahere bladum, vel aliam
rem de ciuitate. Sed an comprehen-
dantur in ſtatuto, ne in vrbem im-
mittatur vinum. Dic quod ſic, quia 102
lege Regia 32. tit. 18. lib. 6. recopil.
iubentur ſeruari ſtatuta & ordina-
tiones, ne in vrbem immittatur vi-
num, de quo Couarru.regul. poſſeſ.2.
part. §.4. num. 8. (vbi quod non li-
get Clericos) Grammatic.deciſ.100.
Vald. ad Suar. allegat.14.num.4. nec
comprehenditur minor in ſtatuto diſ-
ponente, quod non ſoluens puniatur
in corpore, l. quicumque, Cod. de
ſeruis fugitiuis. Baeça de inope debito-
re. cap. 8. num. 5. verſic. his ſuffra-
gatur.

Habet etiam minor vtilitatem cir-
ca diſtractionem rerum ſuarum mo-
bilium, ſeu immobilium venditarum
cum debita ſolemnitate, etiam in
publica ſubhaſtatione; quod ſi ven-
ditione facta accedat qui plus licea-
tur, admittitur reſtitutione minori
conceſſa, l. etſi ſine, §. quæſitum, de
minoribus, ſed hoc circumſpectione 103
(inquit textus ille) erit faciendum,
ne arceantur homines ab emptione
rerum pupillorum, ſeu minorum:
quare ea reſtitutio, vt iterum licita-
tio recipiatur, admittenda eſt, quo-
ties adiectio pretij fieret in magnam
pupilli, ſeu minoris vtilitatem, l. 5.
tit.19. part.6. ibi: Gran pro del moço.
Auend. de exequend. mandat. 2. part.
cap.12. quem ſequitur contra Auile-
ſium, cap. 32. prætorum. Paladorius
lib. 2.

Digitized by Google

lib. 2. rerum quotidian. cap. fin. 5. part. §. 13. *num.* 18. Caldas Pereyra *l. ſi curatorem habens*, verb. *vel aduerſarij dolo, num.* 4. *Cod. de in integr. reſtit.* minor enim ad lucrum reſtituitur, *l. ait prætor 7. §. fin. de minoribus.*

104 Quod autem dicit Greg. *dict. l. 5.* verb. *mas por ella*, quod ſi priores licitatores tantum dare vellent, quantum offertur à nobis, ſint præferendi, & Ioan. Gutierr. *lib. 1. practicar. q.* 38. Azeued. *l. 2. num. 15. tit. 1. lib. 2. recop.* & Bobadilla *in ſua politica 2. tom. lib. 3. cap. 4. n. 20. per l. fin. in fin. Cod. de locatione præced. ciuilium lib.* 11. ibi: *Vt ſi ipſe quod alter adiecit obtulerit, maneat penes eum,* pro quo facit, *l. congruit, eo tit.* quam legem optimè explicat Valaſc. *1. p. iur emphit. quæſt. 24. n.* 2. Sarmient. *lib. 3. ſelectar. cap. 7. num.* 3. Gozadinus *conſ. 71. num.* 3. Decius *conſ. 32. num.* 4. Boër. *deciſ. 107. in princip.* Iaſ. *l. 2. num. 23. Cod. de iur. emphyteut.* Ripa *l. 1. num. 11. de priuileg.*
105 *creditorum,* ſed *dict. l. congruit, non procedit in conductionibus rerum priuatarum, l. nec cui 32. C. de locato.* Mon-
106 ter. *deciſ.* 47. nec in Eccleſia admittitur Vincent. de Franch. *deciſ.* 406. quia damnum reputatur: & poſſet eſſe damnum minoris, quod ſi alter offerret meliorem licitationem, priori daretur; quia nullus vellet accedere ad emendum, ſi priori danda eſſet res vendita vel locata.

107 Sed & ſi mora aliena minor negotia geſſerit, non tenetur, niſi in quantum fuerit factus locupletior, *l. ſi pupilli, de neg. geſtis.* Rebuf. *de in integ. reſt. gloſ. 4. num.* 8.

108 Eſt & alia vtilitas minoris, quod licèt contraueniens contractui iurato, cadat à commodo contractus, & actione ſibi competente, *l. ſi quis maior. Cod. de tranſact.* quæ deciſio procedit in omni contractu iurato, Aymon *conſ. 191. n. 5. & conſ.* 199. *num.* 12. Bertazol. *conſ. 548. num. 22. vol.* 2. vbi alios refert Fachin. *lib. 1. controuerſiar. cap. 11. in princip.* ibi, verſic. *ſecunda eſt conorouerſia*, & verſic. *ego vero*, tenet ex veriori ſententia, quod comprehendit mulieres, quia tenentur legibus, *l. ſi quis id quod, de iuriſdict. omn. iud.* ibi: *Vtrumque ſexum prætor complexus*, præterquam in caſibus à iure expreſſis, *l. fin. Cod. de iuris, & fact. ignorant.* Tiraquel. *de pœnis, cauſa 9. in fin. & cauſa 11. num.* 23. ſed & habet locum homagio præſtito. Fachineus, *lib. 1. controuerſ. cap.* 12. verſic. *mihi autem*, & ita generaliter ſeruatur deciſio, *l. ſi quis maior in omni pacto iurato*, vt non ſit locus purgationi moræ, dicit veriorem ſententiam Fachineus *lib. 1. controuerſ. cap.* 13. verſic. *verum illis nihil morantibus.*

Secus tamen erit in minore, in quo diſpoſitio, *l. ſi quis maior*, non habet locum. Bart. & Doctores ibi præcipuè Cagnol. *num.* 23. ſequitur Seraphin. *deciſ. 313. num.* 7. Et pari ratione nec habet locum, in republica, ſeu vniuerſitate, quæ minoribus comparatur, *l. Reſpublica, Cod. ex quibus cauſis maior, l. Rempublicam, Cod. de iure Reipubl. lib.* 10. Aymon *conſ. 204. n.* 24. Et quia cum iura- 109
mentum liget animam, qua caret vniuerſitas, quæ eſt perſona ficta, & repreſentatiua, *l. mortuo reo 23. de fideiuſſorib.* ob quod non excommunicari poteſt, *cap. Romana, de ſententia excommunic. lib.* 6. Roman. *conſ.* 400. *num.* 4. vbi optimè, & quod ea deciſio non habet locum in uniuerſitate,

tate, Menoch. *de arbitr. caſu* 183. *n.*16. vbi quod idem in omnibus ſta-
110 tutis loquentibus per verbum *ſi quis,* quia vniuerſitatem non comprehendunt, de quo *infrà, cap. fin. à n.* 97.

111 Sed nec deciſionem, *l. ſi quis maior* comprehendere collegium, tenet alios referens Alexand. Raudenſis, *conſ.* 9. *num.* 122. *volum.* 1. ſed nec hæredem iurantis comprehendit, quia iuramentum eſt perſonale, & ad hæredem non tranſit; nec poteſt dici, hæredem contemnere iuramenti religionem: tradunt Doctores, *cap. veritatis de iureiurando,* & Couarruuias, *cap. requiſiſti, ſub num.* 8. *de teſtament.* & ſic tenet Fachin. *lib.* 1. *controuerſ. cap.* 13. Et quod non comprehendat hæredem pœna periurij, Honded. *conſ.* 46. *n.* 38. compellitur tamen adimplere, iuramentum à defuncto præſtitum, quia tenetur ſubire alia onera hæreditatis. Fachin. *dict. cap.* 13. Barboſa, *l.* 1. 1. *part. n.*77. *ſoluto matrimonio, & in l. hæres abſens in principio, numero finali, de iudiciis.*

112 Sic licet non redimens captum ab hoſtibus, vel detentum in carcere, priuetur hæreditate; ſecus erit, ſi ſit minor: authentica *ſi captiui. Cod. de Epiſcop. & Cleric.* Rebuf. *de in integr. reſt. gloſſ.* 4. *n.* 9.

113 Habet etiam minor vtilitatem, quod non incurrit pœnam caducitatis. Beroius, *cap. potuit, n.* 164. *de locato*, Butrius *conſ.* 3. Aretin. *conſ.* 19. Aymon *conſ.* 293. *n.* 6. *ad fin.* Quod limita, niſi expreſsè caueatur de poſitione legis vel hominis. Seraphin. *deciſ.* 313. *num.* 6. vel ſi dolo verſatus fuerit, *l. ſi ex cauſa* 10. §. *in commiſſum. de minoribus*, in hæc verba: *Si in commiſſum incidiſſe vectigalis dicantur, ecit in integrum reſtitutio: quod ſic erit accipiendum, ſi non dolus ipſorum interueniat: alioquin ceſſabit reſtitutio, l.* 6. *tit.* 7. *part.* 5. vbi cum dixerit, impuberem non incidere in pœnam commiſſi, addit: *Eſſo miſmo dezimos, que deue ſer guardado, ſi aquel que lo fizieſſe fueſſe mayor de catorze años, y menor de veinte y cinco años, fueras ende ſi le fueſſe prouado que lo biziera a ſabiendas malicioſamente,* & ibi Gregor. verb. *malicioſamente.* Imò dolus curatoris ſufficit, *l. ſi tutoris, Cod. de adminiſtrat. tutorum,* vbi quod ex ſubſtantia & bonis curatoris reſarciendum ex ei damnum. Roland. *conſ.* 10. *n.* 8. & 20. *lib.* 2. ſtante enim dolo minoris, non datur reſtitutio. Aymon *conſ.* 193. vbi 114
optimè maioribus negatur reſtitutio in caſibus quibus ſolet concedi, ſi dolo verſati ſint. Ioannes Garcia, *de nobilitate, gloſſ.* 6. §. 1. *n.*12. & 13. vbi autem dolus abſuerit ſemper, reſtitutio datur minori aduerſus commiſſum, ob non ſolutam penſionem, 115
vel aliam cauſam. Ioann. Gutierrez, 116
lib. 2. *pract. quæſt.* 92. *num.* 12. Farin. *quæſt.* 92. *num.* 158. nam minor reſtituitur, vt impleat ex parte ſua. Aymon *conſ.* 204. *n.*23.

117 Nec minor qui homagium non præſtitit ſeu iuramentum fidelitatis, priuatur feudo, *cap.* 1. §. *ſi minori, &* §. *ſi quis deceſſerit fide feudo defuncti contentio ſit inter dom. & agnation. vaſal.*

118 Sic ſi minor emerit rem, ob quam ei lis moueatur, nec denuntiauerit venditori, & ſuccumbat, agetur de euictione; quia mora re ipſa committitur in eo, *l. in minorum, Cod. in quibus cauſ. in integr. reſtitutio non eſt neceſſaria,* Bald. *l.* 1. *Cod. de periculo,*

culo, & commodo rei venditione, Rebuffus, *de in integr. reſtitutione, gloſſa* 4. *num.* 11.

119 Sed & minor adultus vtilitatem habet, vt pro delicto minori afficiatur pœna, *l. ferè in omnibus de re-*
120 *gul. iur.* ſic dicens: *Fere in omnibus pœnalibus iudiciis ætati, & imprudentiæ ſuccurritur, l. ſi adulterium, §. fratres ad leg. Iul. de adulter.* ibi: *Fratres denique Imperatores Claudiæ crimen inceſti propter ætatem remiſerunt, l. auxilium, de minoribus*, ibi: *Niſi quatenus interdum miſeratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem perduxit*, textus *in cap. fin. de ſententia excommunicationis*; nam propter defectum ætatis, in qua fuit commiſſus exceſſus, rigor temperandus eſt. Et quod iudex teneatur minori pœna afficere minorem quam ſit à lege impoſita, tradit Fachineus, *lib.* 1. *controuerſ. cap.* 71.

121 Nec obſtat, *l. ſi ex cauſa* 10. *§. nunc videndum, de minoribus*, ibi: *Et placet, in delictis minoribus non ſubueniri*, id enim eſt, vt non ſit liber à pœna, & quod in totum excuſetur: ſecus tamen vt mitius puniatur Farinac. *quæſt.* 92. *num.* 172. & ſic mitius eſt puniendus. Sicque intelliges, *l. ſi minor.* 36. *ad legem Iul. de adulter.* ibi: *Si minor annis adulterium commiſerit, lege Iulia tenetur, & l. impunitas, Cod. de pœnis*, ſic dicente: *Impunitas, delicti propter ætatem non datur, l. ſi quis* 6. *Cod. ad legem Cornel. de ſicariis*, ibi: *Innocentia purgari crimen, non adulta ætate defendi conuenit*; & licet Fachin. *lib.* 1. *controuerſ.* diſtinguat, dicens quod in homicidio, & adulterio adulti non puniantur minori pœna, ſed ordinaria, per *l. ſi minor ad legem Iul. de adult. & l. ſi quis Cod. ad leg. Cornel. de ſicariis*, ſecus in aliis: contrarium tenet Farinac. *quæſt.* 99. *n.* 77. vbi *de adulterio, & num.* 181. vbi quod in adulteris homicidio & aliis: quæ circa concupiſcibilia & iraſcibilia, quia ætatis quodam impetu & & imprudentia committuntur, mitiùs ſunt puniendi. Et idem in delicto carnis tenet Menoch. *de arbitr. caſu* 256. *n.* 19. vbi in delicto nefando.

Sed adhuc ſubdiſtinguendum eſt, 122
an adultus ſit in decimoquarto, vel decimoſexto anno, vel in alio proximiori maiori ætati; vt priori caſu non ita ſeuere puniatur, in aliis autem ſecus: in quo iudicis arbitrium multum conferet, vt inſpecta perſonæ ætate, & delicti circunſtantia, minorem vel ordinariam pœnam imponat. Sed regulariter mitiùs adulti, ſi fere impuberes ſint, ſunt puniendi. Tiraquel. *de pœnis temper. cauſ.* 7. *n.* 3. vbi refert illud *Pſalm.* 24. *n.* 7. *Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas ne memineris.* Et Iob. *cap.* 13. *num.* 23. *Et conſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meæ.* Et quod minores 123
mitius ſint puniendi, niſi quando lex diſponit contrarium, tenet Farinac. *dict. q.* 92. *num.* 182. & in no- 124
ſtra Hiſpania, nam *l.* 9. *tit.* 11. *lib.* 8. *recop.* condemnatur quis via ordinaria triremium etiamſi ſit minor, modo ſint ſeptemdecim annorum, & hoc lege noſtri Regni, licèt alias vbi pœna eſt minuenda ob minorem ætatem, loco ordinariè non ſit imponenda pœna corporis afflictiua, ex multis tradit Honded. *conſ.* 98. *n.* 32. & 33. *volum.* 1.

Non tamen excuſabitur minor à 125
cenſura, *cap. ſi quis ſuadente diabolo*, ſi manus violentas in Clericum iniiciat

ciat Ludouic. Roman. *conſ.* 506. *n.* 6. ad quod aduertant Scholaſtici, qui frequenter in ſtudiis manibus offendunt alios ſcholares ordinatos, vt abſoluantur: & facit *cap. cùm illorum, §. ſi verò clauſtrales*, ibi: *Aut is qui fecerit, adultus fuerit & diſcretus, de ſent. excommunicationis*, quia non ex-
126 cuſatur ab irregularitate, vt tradit plures referens Farinacius *quæſt.* 92. *num.* 179. & ibi, *num.* 180. quod in ſpiritualibus delictis, vt hæreſis, blaſphemiæ, & ſimoniæ, non puniuntur mitiùs: ſed ait, quod minor ætas iuuat, ſi minores rectè pœniteant, maximè ſi à parentibus fuerint ſeducti, vt in *cap. dixit Apoſtolus* 29. *in ordin.* 24. *quæſt.* 3.

127 Sed & habet aliam vtilitatem minor; nam ſcimus, quod quando fit confeſſio, ſeu liberatio in fauorem abſentis, extraneo pro eo acceptante, ſine mandato, eſt neceſſaria ratificatio abſentis, vt liberatio teneat. Ioann. Andreas ad Speculator. *tit. de confeſſis, §. nunc videndum*, verſic. *quod ſi confiteor tuam eſſe*. Anton. de Butrio, *cap. ſi cautio, de fid. inſtrum.* Aretin. *conſ.* 64. quos & alios refert & ſequitur Aymon Crauetta, *in conſ.* 261. *num.* 1.

Sed & dominium acquiritur abſenti, tertio pro eo acceptante,
128 etiamſi tertius ſit omnino extraneus, ſecuta ratificatione, *l. ſi ego, & l. penultima, de neg. geſtis*. Modò talis acceptatio fiat expreſſè, nec ſufficiet præſentia tertij, licèt ſit frater ab-
129 ſentis. Paulus Caſtrenſis *conſilio ſeptuageſimo, libro primo*, Aymon *dict. conſ.* 261. *n.* 1.

Sed acceptante curatore, minoris
130 ratificatio neceſſaria non eſt; quia curator cenſetur habere mandatum plenum & liberum. Bart. *l. neque tutores ad fin. Cod. de procurat.* & notatur *l. pactum curatoris, Cod. de pact.* 131
vbi enim adeſt mandatum, non eſt neceſſaria ratificatio: imò mandatum ſuperueniens inducit ratificatio- 132
nem retrogeſtorum, *l. Iulianus*, vbi omnes qui ſatiſdar. cogant. Alexand. *conſil.* 12. *ad fin. lib.* 5. Aymon, vbi *ſuprà num.* 2.

Et ſi detur tacita acceptatio curatoris, vt ſi fiat facto, deſcribendo bo- 133
na in inuentario bonorum minoris, *l. Paulus reſpondit*: non tantum verbis, *ff. rem ratam haberi, cap. dilecti, de appellat.* Aymon *dict. conſ.* 261. *n.* 3. verſ. *ſecundo addo.*

Habet etiam ſpecialitatem minor, quod non iurat de calumnia, *l.* 2. §. 134
quod obſeruari, de iureiurando, propter calumn. dand. vbi gloſſ. verb. *ſcire poſſunt*, ibi: *Sed tu dic, quod nunquam minor de calumnia iurat.* & gloſſa, *exhibere, l.* 2. *Cod. de edendo*, Amanel *de clariſ. ſing.* 26c.

Sed habet etiam minor vtilitatem: nam licet contra affirmantem ali- 135
quem eſſe idoneum, cùm non ſit, non detur actio, niſi ex magna & euidenti calliditate, *l. & eleganter, §. fin. de dolo*, vt ſi cum quem ſcit lapſum facultatibus, ſui lucri cauſa dixiſſet idoneum falſo, *l. quod ſi cum ſciret, de dolo, & l. ſi verò non remunerandi, §. ſi quis mandauerit, in fine, ff. mandati*, vbi ſi dubitanti an daret mutuum ei qui dicebatur filiuſfamilias, quis dixiſſet: periculo meo crede; vel benè credis, tenetur mandati, & ad id Gutierr. *lib.* 1. *practic. q.* 131. *n.* 8. ſed extra caſum doli affirmans non tenetur, etiam quod in iudicio affirmauerit, vt tradit Gamm. *deciſ.* 300. *num.* 2.

Tamen

Tamen affirmantes in iudicio, tutores vel curatores idoneos, vel ſi cùm fuerint nominati fideiuſſores, patiantur nomina ſua in actibus inſcribi, remanent obligati, & te-
136 nentur, *l. cum oſtendimus*, §. *final. de fideiuſſoribus, & nominator. & hæredibus tutor. & curat.* eo enim caſu, & calor iudicij, & minoris fauor, id operatur: atque ita omnes Doctores intelligunt eum textum contra Bartolum, vt dicit Meneſius, *l. ſiue apud acta, num.* 1. *in fine, Cod. de tranſaction.* ex Croto, qui etiam dicit communem intellectum, *l.* 1. *in princip. num.* 7. *de verborum obligat.* Alexandrin. *dict. l. ſiue apud acta, num.* 2. Gamma, *deciſion.* 300. *numero ſecundo*, vbi quod tria requiruntur, nempe calor iudicij, pupilli fauor, & patientia eorum, quorum nomina ſcribuntur, vel affirmatio dicentium eſſe idoneos, *dict. l. cùm oſtendimus*, §. *fin.* vbi æquiparantur affirmatio & patientia.

137 Adde tamen, quod ad excuſandos affirmantes aliquem non eſſe filiumfamilias, vt ei credatur vel mutuetur, ſufficiet probare, quod non vana ſimplicitate fuit deceptus, nec iuris ignorantia, ſed quia publicè paterfamilias reputabatur; quia ſic agebat, ſic contrahebat, ſic muneribus fungebatur, *l.* 3. *ad Macedon.* dum ceſſet dolus.

Sed & ad excuſandos affirmantes in iudicio, vel extra quem eſſe idoneum, ſufficiet probare eum fuiſſe idoneum tempore teſtificationis, *l. qui ſub conditione* 110. *de condition. & demonſtration.* ibi: *Non vtique in diem mortis Domini ſui fuiſſe idoneos; præſtare cogendus eſt, ſed eo tempore, quo his creditum eſt, eius conditionis fuiſſe, vt diligens paterfamilias his crediturus foret.* Nam, vt inquit textus, *in l. is à quo*, §. *final. in fin. ff. vt in poſſeſſionem legatorum, ſeu fideicommiſſor. ſeruandorum cauſa eſſe liceat, non oportet per* 138
ſingula momenta onerari, cum à quo ſatis petitur cum lege ſequenti.

Et hoc niſi venerint in diminutionem facultatum, vel ſuperueniat ſuſpicio, *l. plane* 4. *eodem titulo*, vt in poſſeſſionem lagatorum, *l. ſi arbitrio.* 9. *in fine, qui ſatiſdar. cognat. l. ſi creditores* 15. *de priuileg. credit.* Ioannes Gutierrez, *de iurament. confirm.* 1. *capit.* 16. *num.* 22. Molina, *libro primo, capite decimoquinto, num.* 12. Antonius Gomezius, *l.* 40. *Taur. num.* 78. verſiculo, *ſed aduertendum, & l.* 66. *Tauri, num.* 3. Menochius, *libro ſecundo, de arbitrariis, caſu* 87. Meneſius, *lib.* 2. *num.* 9. *Cod. de tranſaction.* Matienç. *lib.* 3. *titulo decimoſexto. gloſſ.* 1. *in fine, lib.* 5. *recopilation.* vbi limitat, niſi creditor 139
poſt mutatam debitoris conditionem diu tacuit, & Valaſcus, *conſult.* 66. *num. fin.* Menochius *dicto caſu* 87. *num.* 19. verſicul. *recedet tamen.*

Et idem erit, ſi à principio con- 140
tractus creditor ſciret ſuſpicionis cauſam, vt quia erat aduena & receſſurus, is cum quo contraxit. Matienço, vbi *ſupr. num.* 8. *per l. heres abſens*, §. *proinde, de iudic.* ſcias tamen, quod detentus, ob ſuſpicionem, non poteſt opponere incompetentiam iudicis. Brunorus à Sole 141
in compendio reſolutorio, verbo, *detentus.* Riccius, *collect.* 1203. vbi quod poteſt capi à iudice aliàs incompetenti: imò & abſque citatione;

quia ibi eſt periculum in mora, citatio non requiritur. Cotta *in memorialibus*, verb. *debitor non poteſt*, & verb. *citatio partis*. Ant. Gabr. *commun. tit. de citation. concluſ.* 1. *n.* 304. Socin. *reg.* 406. *fallencia* 6. plures refert Carot. *de remed. except.* 20. & ſtante ſuſpicione, poteſt præueniri
142 indicium ante diem ſolutioni præſtitum, *l. ſi longius* 18. §. 1. *de iudic.* & *l. in omnibus eodem titulo*. de quo Seſe *decis.* 154. Marſil. *deciſ.* 59.

143 Priuilegium tamen hypothecæ, quod habet pupillus, ſeu minor in bonis tutoris, ſeu curatoris, tranſit ad hæredes. Gregor. quem refert Ioannes Gutierrez *de tutel.* 2. *part. cap.* 16. *num.* 19. quia eſt reale, *gloſſ. fin. l. ex pluribus*, *de adminiſt. tutor.* non tamen tranſit ad hæredes, etiam ſuos, priuilegium prælationis, vt præferatur in perſonali. Bartol. poſt Iacobum de Arenis, *dict. l. ex pluribus dicens eſſe caſum in l. penult.* §. *ſi puellæ*, *de ritu nuptiarum*. Guter. vbi *ſupr.* ſequitur Nicol. Noalis *de tranſmiſſione, caſu* 23. *num.* 12.

CAPVT XXIX.

Adultus quæ beneficia poſſit obtinere, & an Canonicatus, & Dignitates Eccleſiæ Cathedralis: & creari Epiſcopis, & Patriarcha, vel habere adminiſtrationem Eccleſiæ Diœceſanæ, & decorari Cardinalatus celſitudine, & ſplendore, & qua ætate prædicta aſſequi valeant: & an ſit iure deſignata ætas ad Summum Pontificatum obtinendum.

SVMMARIVM.

1 *Adultus poteſt beneficium obtinere, non pupillus, ſufficiet tamen attingere decimum quartum annum ad beneficium obtinendum.*

2 *Præſentatio & collatio beneficij poteſt fieri impuberi, ſi id ſtatutum ſit in fundatione.*

3 *Præſentatio facta de eo qui non attingit decimum quartum annum, valet, ſi ante inſtitutionem pertingat eam ætatem.*

4 *Laicus proximè clericandus poteſt præſentari ad beneficium, & ſufficiet, quod ante collationem tonſuretur.*

5 *Ætas requiritur tempore impetrationis beneficij.*

6 *Ad penſionem obtinendam eadem ætas requiritur, quæ ad beneficium.*

7 *Si beneficium habet annexum ſacrum ordinem, ea ætas requiritur quæ ad ordinis ſacri aſſumptionem, & ſufficiet intra annum ſumere ordinem, niſi habeat annexum ordinem præambulum, & actu.*

8 *In dubio non præſumitur quod actu requiratur ordo.*

9 *Canonicatus, & Dignitates, & portiones Eccleſiæ Cathedralis habent annexum ſacrum ordinem, ſufficiet tamen quod intra annum*

annum

annum poſſint promoueri: & idem in coadiutoria.

10 *Sacer ordo non requiritur ad dimidias portiones, & ſic ad eas ſufficiunt quatuordecim anni.*

11 *Dignitas quæ non habet vnitam curam animarum principaliter, ſed acceſſoriè poteſt conferri ei, qui non tetigerit vigeſimum quintum annum.*

12 *Concilium comprehendit Canonicatus iuriſpatronatus laicorum ante Concilium fundatos, ſi in fundatione fuit dictum, quod deſcendentes fundatoris in minoribus conſtituti admitterentur.*

13 *In Eccleſiis collegiatis, in quibus Concilium non loquitur, ſi non ſit adiunctus ſacer ordo, ſtatur iuri communi, & ſufficiunt quatuordecim anni: & procedit, licèt Eccleſia collegiata habeat curam animarum.*

14 *Cura animarum annexa Eccleſiæ non pertinet ad ſingulos Canonicos, ſed ad totum capitulum vnicam perſonam repræſentans, & nominat vicarium, qui exerceat curam animarum: & ſic ſufficiunt quatuordecim anni.*

15 *In Eccleſiis Calagureitanæ Diœceſis, vbi non eſt vnus ſolus rector, ſed plures beneficiati, quorum vni Epiſcopus committit curam animarum, non poteſt aliquis eorum compelli exercere curam, niſi alio idoneo non apparente, & poſſunt beneficia dicta Diœceſis minoribus adultis conferri.*

16 *Adultus poteſt habere Archidiaconatum, & alias dignitates non habentes curam animarum, vel iuriſdictionem, modo ſit in ætate requiſita ad Diaconatum, nempe viginti duorum annorum.*

17 *Licet ad Epiſcopatum requirantur triginta anni completi, poteſt adultus, ſeu minor habere Epiſcopatum in adminiſtrationem, ex conceſſione Domini Papæ. Et idem de Archipiſcopatu, & Patriarchali dignitate, in quibus eadem ætas requiritur quod in Epiſcopis, & de Primatibus & de Chore Epiſcopis & Titularibus* (vulgo de Anillo.)

18 *Adultus poteſt decorari Cardinalatus dignitate, non tamen creatur, niſi habeat viginti duos annos, ex conſtitutione Sixti Papæ V.*

19 *Cardinales repræſentant perſonas Apoſtolorum, quia Chriſto Domino ſalutis noſtræ myſterium in terris operanti miniſtrabant, & ſunt coadiutores Papæ.*

20 *Cardinales quare ſint numero ſeptuaginta, & ex eis quatuordecim ſunt Diaconi, quinquaginta Presbyteri, & ſex Epiſcopi.*

21 *Quo tempore inceperit nomen Cardinalium.*

22 *Ad ſummum Pontificatum non eſt certa ætas à iure diffinita, licet aliqui dicant, non debere eligi minorem triginta annorum, quia appellatur Epiſcopus.*

23 *Chriſtus Dominus potiùs eligit Petrum ſeniorem, quam Ioannem iuniorem; ſed ſiue ſenior, ſiue iunior fuerit electus, dubitandum non eſt, inſpiratione Spiritus ſancti electum.*

Adultus poteſt beneficium obtinere, non pupillus. Tridentinum, *ſeſſ.* 23. *cap.* 6. *de reformatione*, ibi: *Nullus prima tonſura initiatus*, 1

 vel

vel in minoribus ordinibus conſtitutus ante decimum quartum annum beneficium poſſit obtinere, ſed non requiritur, quod decimus quartus annus ſit expletus: imò ſufficit, quod ſit cæptus, Ioann. Guterreus Canonicarum, *quæſt. cap.* 26. *num.* 33. Hieronymus Gonçalez *ad regulam* 8. *Cancellariæ, gloſſ.* 5. *in principio, num.* 90. & 92. vbi dicit ita declaratum per ſacram Cardinalium congregationem, idem teſtatur Riccius *collect.* 860. *in fin.* quod procedit, ſiue beneficium obtineatur collatione, præſentatione, vel electione, ſiue alia quacumque prouiſione. Mandoſius, *de minori ætate, cap.* 17.

2 Sed & valet præſentatio eius, qui non attigit decimumquartum annum. & ſufficiet quod ante inſtitutionem pertingat eam ætatem. Ioannes Guterrius *in Canonicis quæſtionibus, c.* 26. *num.* 33. Ceuallos, *quæſt.* 523. *commun. contra commun.* & ita fuiſſe declaratum, dicit Gonzal. *reg.* 8. *Cancellariæ, gloſſ.* 5. *in princ.*

3 Sed ſi in fundatione beneficij fuerit ſtatutum, quod illud adipiſcatur minor quatuordecim annorum, ſtandum eſt fundationi, cui non fuit derogatum per dictum Concilij decretum Campanillus *dict. rubr.* 7. *c.* 6. *n.* 3. idem dicit Riccius *collect.* 860. verſ. *nunc limita.*

4 Sed & laicus proximè clericandus poterit præſentari, ſufficietque, quod ante inſtitutionem tonſuretur: & ita fuiſſe declaratum à ſacra Rota, teſtatur Campanillus *dict. rub.* 7. *cap.* 6.
5 *num.* 4. ſed ea ætas requiritur tempore impetrationis beneficij. Abb. *cap. cùm in cunctis*, §. *inferiora, num.* 1. *de elect.* quem & alios refert, & ſequitur Campanillus, *dict. capit.* 6. *num.* 31. Et ad penſionem obtinendam ea requiritur ætas, quæ ad beneficium. Bernardus Diaz *in praxi*, 6
cap. 62. *num.* 10. ſed ſi beneficium habet annexum ſacrum ordinem, ea ætas deſideratur, quæ requiritur ad ordinis ſacri ſuſceptionem. Geminianus, *cap. ſi eo tempore, num.* 7. *de reſcript. lib.* 6. Ioannes Andreas *cap. cui de non ſacerdotali, num.* 1. *de præbendis*, & ſufficit intra annum ſumere ordinem. Campanillus vbi *ſu-* 7
prà, num. 3. & 32. niſi habeat annexum ordinem præambulum, & actu. Nauarrus plures referens *conſil.* 45. *num.* 1. *de temporibus ordinandor.* Lambertinus, *de iurepatronatus, lib.* 2. *parte* 1. *quæſt.* 7. *princip. poſt numerum ſecundum*, verſiculo *tamen in actu*, ſed in dubio non 8
præſumitur quod in actu requiratur ordo. Campanillus vbi *ſuprà num.* 39. 9
ſed cum Canonicatus, dignitates & portiones Eccleſiæ Cathedralis, habeant annexum ſacrum ordinem, ex deciſione Concilij *ſeſſione* 24. *cap.* 12. *de reformatione*, requiritur ætas quam ſacer ordo deſiderat: & ſufficiet quod intra annum poſſit ad ſubdiaconatum peruenire; vt fuit declaratum, teſte Barboſa *dict. cap.* 12. *Concilij.* 10
Et idem in coadiutoria, Hieronymus Gonzalez *regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 5. §. 9. *num.* 90. non tamen requiritur ſacer ordo ad dimidias portiones, cum Concilium de eis non loquatur, vt declarauit, congregatio, & ſic ſufficient quatuordecim anni. Gonzalez *reg.* 8 *gloſſ.* 5. *in princip. n.* 93. & 96.

Indignitas quæ non habet principaliter curam animarum, licèt habeat eam acceſſorie, per vnionem parochialium, non requiritur quod 11

tetigerit

tetigerit vigeſimumquintum annum, & ita fuit declaratum à congregatione Cardinalium, vt tradit Barboſa *in Remiſſionibus ad Concilium, ſeſſione 24. cap. 12. de reformatione.* Non tamen comprehendit
12 Concilium canonicatus iuriſpatronatus laicorum ante Concilium fundatos, in quarum fundationis limine fuit appoſitum, quod deſcendentes fundatoris, in minoribus ordinibus admitterentur; quia ſi ſint ſimplices Clerici, non conſtituti in ſacris, admittendos eſſe declarauit ſa-
13 cra Congregatio, vt dicit Barboſa, *in remiſſionibus ad Concilium dicti capitis 12. num. 21.* verſic. *Congregatio Cardinalium.* In Eccleſiis autem collegialibus, in quibus Concilium non loquitur, & quibus nullus ſacerdos eſt adiunctus, ſtatur iuri communi, & ſufficient quatuordecim anni, & ita fuiſſe declaratum per ſacram congregationem probat Hieronymus Campanillus, *rub. 7. cap. 6. num. 27.* verſic. *pro illis verò Canonicatibus*, quem vide vſque ad finem numeri, poſt Hieronymum Gonzalez, *regul. 8. in princip. n. 29.*
14 Et procedit, licet Eccleſia collegiata habeat curam animarum, quia talis cura non pertinet ad ſingulos Canonicos, ſed ad totum capitulum vnicam perſonam repreſentans, *l. mortuo reo, de fideiuſſoribus*, Gonzalez, *dict. gloſſ. 5. in princip. numero ſeptuageſimo primo.* Nam tali caſu Eccleſia nominat Vicarium, qui Eccleſiæ ſeruiat in cura animarum, per quem exercetur cura, non per Canonicos, vel ſi ſit aliquis ex is nominatus, qui curam exerceat, & non alius præter illum; quia ſufficient quatuordecim anni ad habendum Canonicatum, Campanillus, *rub. 7. cap. 6. n. 30.*

Tamen in Eccleſiis Calagurritanæ Diœceſis, in quibus non adeſt vnus Rector ſolus, ſed ſunt plures beneficiati in qualibet Eccleſia, & Epiſcopus committit vni eſt eis exercitium curæ animarum, quia ſolus Epiſcopus eſt Rector omnium Eccleſiarum, & Clerici, quibus Epiſcopus demandat, curæ exercitium, non ſunt veri Rectores, ſed potius coadiutores, ad participationem onerum Epiſcopi, vt *in cap. final. de officio Archipresbyteri.* Caputaquenſis, *deciſion. 340. part. 3.* Rota *diuerſor. deciſion. 309. part. 2.* ob quod iſti Clerici beneficiati inuiti adſtringi non poſſunt ad onus curæ ſubeundum, in dicta Diœceſi Calagurritana, vt fuiſſe dictum à Rota teſtatur Gonzalez *regul. 3. gloſſ. 6. in princip. num. 70.* niſi alio idoneo non apparente, vt ibi ait, & *gloſſ. 8. num. 45.* quare poterunt beneficia dictæ Diœceſis minoribus adultis conferri. 15

Sed Archidiaconatum poteſt adultus habere, & alias dignitates, ſi non habeant curam animarum vel iuriſdictionem: modo ſit in ætate requiſita ad Diaconatum, vt viginti duorum annorum Concilium Tridentinum, *ſeſſione vigeſima quarta, capite decimo ſecundo*, & tradit Campanil. *dict. rubr. 7. cap. 6. num. 41.* 16

Et licet ad Epiſcopatum requirantur triginta anni, *cap. quicumque 77. diſt. cap. cum in cunctis, de electione*, & id tempus debeat eſſe expletum, vt tradit Rebuffus *in praxi rubr. requiſita ad collationem bonam, num. 37.* poterit tamen adultus, ſeu 17

minor

minor habere Epiſcopatum in adminiſtrationem, ex conceſſione Domini Papæ in ſpiritualibus, & temporalibus vſque ad legitimam ætatem, *cap. cum nobis olim, in fin. de electione.* Mandoſ. *de ſignatura gratiæ, rub. de diſpenſationibus, ſuper retentione propter promotio. in princ.* Campanil. *rub. 7. gloſſ. 46.* vbi de Cardinali Caraſſe, cui in decimonono ſuæ ætatis anno conceſſa fuit adminiſtratio, Archiepiſcopatus Neapolitanæ Eccleſiæ.

Sed & hodie ſereniſſimo Ferdinando Infanti Hiſpaniæ, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, conceſſa eſt adminiſtratio Sanctæ Eccleſiæ Toletanæ Hiſpaniarum Primatis in adoleſcentia.

18 Ad Patriarchatum requiritur ætas, quæ ad Epiſcopatum; quia Patriarchæ, & Primates idem ſunt, *cap. 1. & 2. 99. diſt. & cap. duo ſimul de officio ordinar.* & inter eos ſolum eſt differentia in ſono vocis, gloſſ. *in cap. coram, de in integrum reſtitutione,* quo textu fundatur Primatia Sanctæ Eccleſiæ Toletanæ, vbi prius nominatur Archiepiſcopatus Eccleſiæ Toletanæ, quam Braccarenſis, quia is qui maioris eſt dignitatis, debet præponi, gloſſ. verb. *& vilioris, cap. Sedes Apoſtolica de reſcriptis,* & primo nominatus in Scriptura eſt principalis, Bald. *conſ. 400. num. 10. volum. 1.* & textus, *in l. 1. de albo ſcribendo*, ibi: *Decuriones in albo, ita ſcriptos eſſe oportet, vt lege municipali præcepit, ſed ſi lex ceſſat, tunc dignitates erunt expectandæ, vt ſcribantur eo ordine, quo quiſque eorum maximo honore in municipio functus eſt.* Ordo enim ſcripturæ deſignat prioritatem, *l. quoties, ff. de vſufructu, l. generaliter, §. proinde*, verſic. *quid ergo, de fideicommiſſ. liber.* Phebo *deciſ. 38.* Sed & ſi teſtator requirat duas qualitates; cenſetur habere maiorem affectionem ad prænominatam. Ioan. Guter. *conſil. 26. num. 11.* Et hæc affectio circa primò nominatos, procedit etiam in rebus non animatis. Felin. *cap. cum dilecta, n. 4. de reſcript.* quidquid dixerit Hieronym Ceuallos *quæſt. 904. n. 82. commun. contra communes, 4. p.* quia etiam datur affectio in rebus inanimatis, vt in *l. leg. quæ tutores, C. de adminiſtr. tutor.* & generale eſt, quod primo nominatus cenſeatur prædilectus, *l. publius 36. de condition. & demonſtr.* Aymon *conſ. 161. n. 5.* Tiraq. *de iure primogenitur. q. 40. n. 31. & 33. & 92.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 11. n. 39.* Licet in *l. cum pater, §. a te peto marite de leg. 2.* vxor fecerit de vrbanitate, non quia plus diligat conſanguineos viri. Caldas *de nominat. 3. p. cap. 11. num. 38.* poſt Ripam.

Et cum Romanus Pontifex *dict. cap. coram*, priùs nominauerit Archiepiſcopum Toletanum, cenſetur agnouiſſe prioritatem, & de eius primatia, eſt gloſſ. *cap. cum longe 63. diſt.* Felin. *in rub. de maiorat. & obedien.* Speculat. *tit. de diſpenſation. §. ſunt quoque nonnulli.* Alberic. *in rub. de ſtatu homin.* Ioan. Francus *tract. de offic. o, & poteſt. capit. ſede vacante, priuileg. 6. num. 13.* Gregor. *gloſſ. 2. l. 9. tit. 5. part. 1.*

Sed & vltra ſupradicta, pro Primatia Eccleſiæ Toletanæ facit, quod Innocent. VIII. Roman. Pontif. anno 1491. conceſſit Cardinali Petro Gonzal. de Mendoza Archiepiſcopo Toletano vſum Primatiæ, non obſtante litiſpendentia cum Archiepiſcopo

Digitized by Google

copo Braccarenſi, de quo ſeruatur Bulla in archiuo Sanctæ Eccleſiæ Toletanæ, vt teſtatur D. Petrus Salazar de Mendoza in Chronica Cardinalis de Mendoza, *lib. 1. cap. 74. in fin.* qui vt nobilis, veridicus eſt, cui videtur credendum, vt alias dicit *gloſſ. 6. Titio fundus, de condit. & demonſt.*

Chorepiſcopus autem ordo non eſt in Eccleſia Dei, & eos reprobat Damaſus Papa, *cap. Chorepiſcopi 68. diſt.* quia (vt ibi inquit textus) ſolum duos ordines inter diſcipulos Domini eſſe cognouimus, ſcilicet duodecim Apoſtolorum, & ſeptuaginta diſcipulorum. Tertius autem ordo, nec ſacris literis, nec Pontificum canonibus reperitur, & ideò meritò eorum Chorepiſcoporum ordo ab Eccleſia damnatus eſt, vt dicit Auguſtinus Barboſa *in Paſtorali, tit. 1. de Epiſcopalium graduum diuiſione, cap. 6. num. 22.*

Titulares autem Epiſcopi, de quibus diximus *ſuprà cap. 4. num. 30.* vtiles ſunt in Eccleſia Dei, maximè ſi curent, an in terris infidelium, quarum ſunt Titulati, ſunt aliqui volentes reduci ad fidem, & quia dantur vt adiutores Epiſcoporum ſenio confectorum, vt dicit Petrus Boll. *in œconomia canonica, claſſe 3. cap. 2. §. 4.* & de quibus Hieronym. Guerrero *in ſpeculo iuris Pontif. cap. 31.* & Auguſtin. Barboſa *in paſtorali, tit. 1. cap. 6. à num. 15.*

Ex quo etiam ſequitur, quod minor adultus poteſt decorari Cardinalitia dignitate, ſed non creatur Cardinalis, niſi habeat viginti duos annos, ex conſtitutione Sixti V. edita anno 1586. quæ eſt 50. inter ab eo editas, qua conſtitutione Sixtus docet, Cardinales repreſentare perſonas Apoſtolorum, dum Chriſto ſalutis noſtræ myſterium in terris operanti miniſtrabant, & ſunt coadiutores Papæ in officij executione, & dirigenda Catholica Eccleſia, *cap. fundamenta*, verſ. *decet namque, de electione, lib. 6. cap. per venerabilem,* qui filij ſint legitimi, vbi id affirmat Roman. Pontifex, Eccleſiæque Cardinales dicuntur, & ſunt numero ſeptuaginta ad exemplum mandati Domini ad Moyſen deſumendis ſibi ſeptuaginta viris, quos noſſet ſenes populi eſſe, & magiſtros, vt ſecum onus populi ſuſtentarent. *Numer. cap. 11. verſ. 16.* ibi: *Congrega mihi ſeptuaginta viros, &c.* ex quibus quatuordecim ſunt Diaconi, Cardinales, quinquaginta Preſbyteri, & ſex Epiſcopi. 19 20

21 Et licèt nonnulli ſcripſerint, nomen Cardinalium ſumpſiſſe originem tempore Gregorij Papæ I. vt tradunt Ludouic. Roman. *in ſermone poſt ſua conſil. num. 12. & 13.* & relato Cherubino, *in compendio Bullarum, conſtitut. 5.* Sixti V. *Scholio 2.* Verius eſt etiam, fuiſſe in Eccleſia Dei Cardinales, ante Gregorium I. nam legitur in Concilio Romano celebrato, ſub Syluestro Papa, *canon. 6.* fuiſſe eo tempore ſeptem Diaconos Cardinales, de quibus fit mentio, *in cap. à Domino 93. diſt. & in cap. præſul. 2. q. 4.* & Iacob. Gualter. *in chronographia ſtatus Eccleſiæ, 1. ſæculo, pag. 70. col. 1. & pag. 72. col. etiam 1.* ſicut ſeptem Diaconos conſtituerunt Apoſt. *Act. 6.* qui numerus, memoriæ reuerentiæque gratia, diu fuit in Eccleſ. Rom. obſeruatus, & Diaconis illis à Fabiano conceſſa fuit quatuordecim regionum præfectura, à quibus, & regionarij fuerunt nuncupati

deinde in Concilio Romano, ſub Sylueſtro Diaconi Cardinales. Ex quibus verbis colliges, & initium numeri quatuordecim Diaconorum Cardinalium ſumptum ex præfectura regionum, & fuiſſe ante Gregorium Papam: nam Syluester fuit electus Pontif. 1. Februarij, anno 314. Gregorius autem decimo Septembr. anni 590. & ſic 276. annis poſt Sylueſtrum, vt tradit Iacobus Gualterius *in chronographia ſtatus Eccleſiæ. 4. ſæculo, pag. 276. colum. 1. & 6. ſæculo, pag. 292. col. 1. ad medium.* qui plures auctores refert.

22 Circa ætatem autem aſſumendi ad ſummum Pontificatum hæſitandum non eſt, cùm nunquam ſit auditum dubitatum fuiſſe de validitate electionis Pontificis Romani ob defectum ætatis, vt dicit Campanil. *rub. 7. cap. 6. n.* 50. veruntamen Seru. *de beneficio 3. part. q. 5. num.* 14. dicit, quod non debet eligi minor triginta annorum, ad quod addit Campanil. vbi *ſupr.* quod Papa Epiſcopus nominatur, & quia eſt œcumenicus, id eſt vniuerſalis Epiſcopus Eccleſiæ totius orbis, quod nomen ſoli Domino Papæ conuenit, Pelagius Papa II. *conſtit.* 1. edita anno 589. qua prohibuit Ioannem Conſtantinopolitanum Epiſcopo ſe vniuerſalem ſcribere, & Synodum generalem conuocare, quia ad Romanum Pontificem duntaxat id ſpectare certum eſt. Neque obſtat textus *in cap. Primæ ſedis 99. diſt.* vbi prohibetur, ne Romanus Pontifex ſe vniuerſalem appellet, quia non eſt Concilij Africani, vel ille textus; ſed Gratiani, & intelligitur de Primatibus. Nec etiam obſtat textus in *cap. ecce, in princ. eadem diſt.* quia ibi Sanctus Gregorius humilitatis cauſa recuſaſſet nomen vniuerſalis, & ad conuincendam contumaciam, Ioannis Epiſcopi Conſtantinopolitani, qui eo nomine nuncupabatur. Ita Auguſtinus Barboſa, *in Paſtorali, 1. part. tit. de Epiſc. grad. tit. 1. cap. 6. n.* 5. Sic & ſanctus Hieronymus contra Iouinianum, 1. *part. epiſtol. lib. 5. cap.* 54. ait, Chriſtum Dominum elegiſſe potius Petrum Seniorem, quàm Ioannem Iuniorem, quem magno proſequebatur amore, vt ſcriptura teſtatur.

Sed omnipotens Deus, vt Scriptura multoties narrat, iuſſit, ad regimen eligi ſeniores, *Numer. 11. verſ. 9. & Deut. 22. num. 15. & c. 27. n.* 1. Et cùm ſit eligendus ex ſacro collegio Cardinalium, quorum variæ ſunt ætates, quem ex eis ſactum collegium elegit, dubitandum non eſt Spiritus ſancti inſpiratione electum: Spiritus enim Domini vbi vult ſpirat, *Ioan. 3. n.* 8. & Cardinalium voluntates in electione Papæ trahit, quo illi fortaſſe nollent, vt ponderat Campan. *rub. 7. cap. 6. n. 5.* ipſi autem Cardinales attentè nimis, vt in re ſummè ardua, debent adeſſe electioni Summi Eccleſiæ Pontificis, qui totum Chriſti Domini gregem, vt eius Vicarius, gubernaturus eſt, ipſi eius coadiutoribus adſtantibus, cùm ſint aſſumpti ad partem ponderis, & regiminis vniuerſalis Eccleſiæ, *cap. fundamenta*, verſ. *decet, de elect. lib. 6.* & diximus *ſupr. cap.* 12. *num.* 41. 23

CAPVT

CAPVT XXX.

De virilitate, & bono viro, & reductione ſententiæ ad eius arbitrium, & an detur ad fœminam iuriſdictionem habentem, & poſsit eſſe arbiter, ſeu arbitrator, & de præſtantia virorum, & quando cenſeatur agnationis ratio conſiderata, vel maſculinitatis, & de agnatione artificiali, & de excluſione fœminarum, & an poſſint excludi ſi fiat maioratus ex poteſtate conceſſa, leg. 27. Tauri, *& an ſint vocandæ Moniales, & Religioſi, & admittantur ad ſucceſsionem maioratuum iuriſdictionem habentium.*

SVMMARIVM.

1 *Vir ſiue iuuenis dicitur, qui adoleſcentis exceſſit ætatem.*

2 *Iuuenis nomen Iureconſultos aliquando vſurpare pro adoleſcente, ait Simon Scardi.*

3 *Licet promiſcuè vtatur nominibus iuuenis, & adoleſcentis, proprie autem iuuenes dicuntur poſt adoleſcentiam.*

4 *Poſt vigeſimum quintum annum, vigorem virilem compleri, dicit Iuriſconſultus.*

5 *Viri nomen ad virtutem vimque animi, & corporis refertur.*

6 *Virilitas qualiter diffiniatur.*

7 *Viris legatis etiam pueros deberi, inquit Iuriſconſultus.*

8 *Plenior interpretatio fit in teſtamentis, & legatis, niſi quando hæres eſt de agnatione, vt bona conſeruentur in familia.*

9 *Pueri, & ſenes, licet propriè ſint viri, non tamen tales dicuntur, quia viri potentiam non exercent, & Galenus diſtinguit puerum ab adoleſcente, & viro.*

10 *Vir appellatur qui ex potentia animi, & corporis res gerit.*

11 *Virilitate ingreſſa poſt vigeſimum quintum annum incapitantur homines in publicis functionibus.*

12 *Ex iam viris factis eligebantur, qui iura conſtituerent, quorum numerus centumvirale appellabatur, & lex dicitur virorum prudentum præceptum.*

13 *Ex viris creabantur prætores, & decuriones, & duumviri ad munera publica, & regimen Reipublicæ.*

14 *Viri experti in officio aduocationis eligebantur ab Imperatoribus ad Senatoriam dignitatem.*

15 *Expenditur caput curiarum à Carolo Quinto Imperatore celebratarum anno 1520. vt ex aduocatis, & iudicibus expertis crearentur Senatores.*

16 *Ad dirimendas lites non inermes, ſed experti ſunt eligendi, & Princeps tenebitur de eo de mala electione, ſed & eius proceres.*

17 *Iudices creantur in virilitate, & appellan*

Digitized by Google

appellantur boni viri, & expenditur Biantis adagium, quod magiſtratus oſtendit virum.

18 *Ad iudicem ſit recurſus quoties datur ad arbitrium boni viri, licet eo caſu pronuntiet vt iudex.*

19 *Iudex præſumitur iudicaſſe, vt bonus vir, licet habuiſſet facultatem iudicandi pro ſuo libero arbitrio.*

20 *Commiſſum arbitrio alicuius, etiam iuramento à compromittentibus præſtito cenſetur habere conditionem, ſi recte arbitratus fuerit.*

21 *Verba quantumuis inducant liberam poteſtatem procedendi non operantur, ſi inique verſetur, nec per ea cenſentur conceſſa, quæ illicita ſunt.*

22 *Abſurdus intellectus fugiendus eſt, & in dubio ſemper præſumitur conceſſum arbitrium regulatum, non liberum.*

23 *Voluntati commiſſum non ſubycitur regulis iuris.*

24 *Facultati faciendi aliquid libero arbitrio, non præſcribitur.*

25 *Voluntas in promiſſis pro diſcretione, & arbitrio ponitur.*

26 *Immoderate geſtum non admittitur in contractibus.*

27 *Mandatum cum libera intelligitur, ita quod res ſit facienda ex fide.*

28 *Honeſtus modus eſt ſeruandus, & non immoderata cuiuſque luxuria.*

29 *Aſtringens ſe ad faciendum opus ad voluntatem alicuius, vel ſi ab eo approbetur quod intelligatur, ſecundum arbitrium bonorum virorum.*

30 *Expenditur textus in* l.ſicut ſimplicius de ſeruitutibus.

31 *Compromiſſum factum in arbitros, vt ſiue æque, ſiue inique arbitrati fuerint eis pareatur: ſi manifeſta iniquitas appareat datur recurſus ad arbitrium boni viri.*

32 *Reductioni ad arbitrium boni viri, non poteſt renunciari, etiam cum iuramento, licet petenda ſit abſolutio, & procedit in arbitro, ſiue arbitratore.*

32 *Reductio ad arbitrum boni viri coram quo iudice ſit petenda.*

34 *Si ex iudicibus arbitris vnus ſit laicus, alter clericus reductio eſt petenda coram iudice Eccleſiæ.*

35 *Reductio ad arbitrium boni viri intra quod tempus ſit petenda tam in arbitris, quàm in arbitratoribus.*

36 *Sententia arbitri, & arbitratorum iubentur exequi lege noſtri Regni & per lapſum decem dierum tranſeunt in rem iudicatam.*

37 *Intelligitur,* l. 1. Cod. de arbitris, & l. 1. ff. de receptis arbitris.

38 *Confeſſio facta coram arbitro, non habet paratam executionem.*

39 *Ponitur differentia arbitri, & arbitratoris.*

40 *Arbitri iuris dicuntur, qui ex neceſſitate eliguntur à partibus, ſi iudex recuſetur, quibus vtitur, in iudiciis Eccleſiaſticis, tam coram ordinariis; quàm delegatis, & in incompetentia inter conſeruatorem, & ordinarium, Epiſcopum, & clericum.*

41 *Arbitri non eliguntur in cauſis expreſſis,* cap. ſi contra vnum, de offic. deleg. *nec ſi cauſa recuſationis ſit notoriè friuola, & ea non obſtante poteſt iudex ad vlteriora procedere.*

42 *A ſententia arbitri, vel arbitratoris*

toris non datur appellatio quoad effectum ſuſpenſiuum, niſi ſit per dolum obte..., & inique lata.

43 *Sententia ex actis diminutis lata eſt nulla, & non exequitur.*

44 *Sententia additionis (vulgo* de remate) *euidenter iniuſta non exequitur.*

45 *Sententia lata ex proceſſu inordinato, non eſt exequenda, nec in foro conſcientiæ.*

46 *A ſententia ſuperioris reuocantis ſententiam arbitrorum datur appellatio, & ſupplicatio, quæ non ſuſpendit executionem, & idem in ſententia de remate.*

47 *Appellans à ſententia addictionis (vulgo* de remate) *non auditur, niſi prius ſoluat, quod limitatur.*

48 *Sententia arbitrorum non reuocatur niſi ex damno conſiderabili, & à ſententia ſenatus confirmatoria, non datur ſupplicatio.*

49 *Statuta loquentia in cauſa appellationis habent locum in ſupplicatione: tamen ſtatutum prohibens appellationem non præcludit viam ſupplicationi.*

50 *Appellatio quæ debet fieri coram iudice, vel ſi ſint plures coram maiori parte, quando ob metum iudicis, vel eius abſentiam eſt interponenda appellatio coram honeſtis, & probis viris, & quare.*

51 *Viri boni qui dicantur, vt coram eis interponatur appellatio relinquitur arbitrio iudicis.*

52 *Excommunicatus non dicetur bonus vir ad faciendam coram eo appellationem, & quare.*

53 *Appellatio quæ interponitur in abſentia iudicis debet fieri coram honeſtis viris, & an aduenıente iudice ſit notificanda.*

54 *Vnus vir, an ſufficiat, vt coram eo interponatur appellatio.*

55 *Metus qui excuſat appellare coram iudice an excuſet à proteſtatione coram honeſtis viris.*

56 *Proteſtatio facta coram honeſtis viris an debeat intimari iudici, & parti, vt ſit locus remedio attentatorum.*

57 *Fœmina poſt vigeſimum quintum annum, eſt in virilitate, & quæ vocetur virago.*

58 *Fœminæ non eliguntur ad munera publica, nec ad tutelam, non tamen arcentur ab officiis, quæ ad eas pertinent.*

59 *Fœminæ ſunt capaces iuriſdictionis etiam habentis dignitatem.*

60 *Fœminæ habentes iuriſdictionem ſi nubant adminiſtrant viri, tamen vxori præſtabitur iuramentum fidelitatis.*

61 *Fœmina non poteſt eſſe arbiter, nec in eam poteſt compromitti, vt in arbitrium, ſecus vt in arbitratorem.*

62 *Fœminæ prohibentur iudicare, & quare.*

63 *Secretum requiritur in iudice, & voluntate hominis nihil incertius, nec obſcurius.*

64 *Gerenti officium regium congruit ſecretum ſeruare, & expenditur ſcripturæ locus.*

65 *Mulieres difficulter ſecretum ſeruant, & refertur Catonis dictum.*

66 *Animus conturbatus, non eſt aptus ad exercendum munus iudicandi.*

67 *Quoties ſunt eligendi aliqui de domo, & familia debent eligi maſculi, & non fœminæ.*

68 *Habens facultatem inſtituendi*

Digitized by Google

maioratum in vno ex filiis, an poſſit facere in filia omiſſo maſculo.

69 *Noſtrum eſſe magis conſeruatur in ſexu virili, ſecundum aliquos.*

70 *Perſona cenſetur magis dilecta, quæ plus conſeruat memoriam teſtatoris.*

71 *Relictum præſumitur ei, cui teſtator magis erat affectus.*

72 *Si concurrant ad ſucceſſionem maſculus ex maſculo, cum maſculo ex fœmina, præfertur maſculus ex maſculo.*

73 *Maſculus ex fœmina, præfertur fœminæ ex maſculo.*

74 *Filius non dicitur vna perſona cum matre, ſecus autem cum patre.*

75 *Immunitas quæ poſteris data eſt ad eos, qui ex fœminis naſcuntur, non pertinet ex ſubiecta materia, & qualitate diſponentis.*

76 *Deſcendentes ex fœmina licet admittantur in diſpoſitione fœminæ, tamen præfertur maſculus.*

77 *Interpretatio in dubio eſt facienda præ maſculo.*

78 *Inſtitutores maioratuum ex facultate Regia, poſſunt excludere fœminas, & ex eis deſcendentes maſculos à ſucceſſione vocando viros.*

79 *Vocatio maſculorum, & excluſio fœminarum poſita abſolute, & per viam regulæ, refertur ad omnes clauſulas, & vocationes, & inducit maioratum agnationis.*

80 *Clauſula quando dicatur ſtare de per ſe.*

81 *Maioratus eſt preciſæ agnationis, ſi fœmina ſemper, & perpetuò excludatur, vt ſuccedatur de viro in virum.*

82 *Si inſtitutor non excludit fœminas, ſed vocauit filios ſuos maſculos, & eorum filios maſculos ſeruata ætatis prærogatiua, non cenſetur maioratus agnationis, ſed maſculis præfatio tributa.*

83 *Inſtitutor maioratus, ſi ad vocationem maſculorum potuit moueri alia ratione, quam agnationis dicenti fuiſſe motum ratione agnationis incumbit probatio.*

84 *Inſtitutor maioratus vltra filios vocauit maſculos in aliis perſonis, & gradibus in eis cenſetur agnationis ratio conſiderata non vltra.*

85 *Abſurdum non eſt, quod in aliquibus perſonis, lineis, & gradibus ſit maioratus agnationis, & in aliis regularis.*

86 *Vt dicatur conſiderata ratio agnationis, debet de ea expreſsè conſtare, vel colligi ex verbis expreſſis, etiam in ſucceſſione tranſuerſalium, ſed maxime in deſcendentibus inſtitutoris.*

87 *Liberi à parentum ſucceſſione certo iudicio remouendi ſunt, non dubitabili.*

88 *Fœmina & eius deſcendens, vt obtineant in ſucceſſione ſufficiet, quia diſpoſitio ſit dubitabilis.*

89 *Expreſſe dicitur conſtare, quod colligitur ex verbis diſponentis.*

90 *Euidenter dicitur conſtare id, de quo conſtat per coniecturas, &* num. ſeq. & n. 93.

91 *Fortior eſt coniectura, quæ ſumitur ex diſpoſitione hominis, quam ex lege.*

92 *Clare dicitur conſtare, & expreſſe, quod continetur in inſtrumento etiam indirectè, & habebit paratam executionem.*

93 *Quando requiritur expreſſa verbalis voluntas, non ſufficiunt coniecturæ, vt in licentia mariti, ad contrahendum cum eius vxore.*

94 *Ratio agnationis quando colligitur ex coniecturis, non extenditur ad admiſſionem aliquorum, & excluſionem aliorum.*

95 *Quando ratio agnationis cenſeatur conſiderata ex coniecturis, quod ſufficiant.*

96 *Agnationis ratio quam cenſeatur conſiderata, & quando maſculinitatis expreſſis, aliquibus caſibus oſtenditur.*

97 *Agnatio deſtruitur per ſucceſſionem fœminarum, maximè, ſi fœmina nubat viro alterius familiæ, in qua minus conſeruatur agnatio.*

98 *Fœmina deſcendens per virilem ſexum eſt agnata, & de familia tamen vbi agitur de conſeruanda agnatione, non admittitur.*

99 *Si fœmina agnata nubat agnato, an eius filius præferatur agnatis proximioribus, qui eum præcedunt gradu, vel ætate reſpectu ſui patris,* & numeris ſequentibus.

100 *Acceptatio primi vocati ad maioratum tribuit ius omnibus in perpetuum vocatis.*

101 *Qualitatem agnationis non auget, quod aliquis agnatus ſit ex duplici latere coniunctus.*

102 *Omne ens optat, & deſiderat ſuam conſeruationem, ſaltim in ſpecie, & homo in filiis, & eorum deſcendentibus.*

103 *Expenditur gloſſ.* l. tale pactum, *vt præferatur deſcendens ex filia agnata, quæ nupſit agnato remotiori.*

104 *Expenditur* l. 3. Cod. de naturalibus liberis, & *textus*, in authent. quibus modis naturales efficiant, *legit in fauorem agnati deſcendentis per filiam.*

105 *Diſpoſitionis finis attenditur, & poteſt impleri in vberiori forma mandatum.*

106 *Quoties forma data vberius impletur cenſetur ſatisfactum.*

107 *Diſpoſitio regulatur à ſua cauſa, & ratio diſponit, vt verba diſpoſitiua, & includit, & excludit.*

108 *Grauiſſimi Doctores tenuere maſculum ex filia agnata, quæ nupſit agnato præferendum alteri agnatu proximiori reſpectu ſui patris.*

109 *Vocati in ſubſtitutione admittuntur, niſi ſubſit perſona, quæ ex veriſimili mente inſtitutoris, eos excluderet.*

110 *Intelligitur dictum Mantica, & aliorum de non attendenda duplici coniunctione in maioratibus, & ponitur caſus in quo debet attendi ad prælationem.*

111 *Ponitur caſus in quo duplex coniunctio ſanguinis erit cauſa prælationis in maioratibus.*

112 *Agnatio quantumuis fuerit deſiderata in maioratibus extinctis omnibus maſculis agnatis admittitur fœmina, nec bona maioratus manent libera, vt aliqui voluerunt.*

113 *Agnationis ratio ſemper ſtat acceſſorie ad principalem diſpoſitionem maioratus.*

114 *Maſculi licet ſæpiſſimè ſint vocati, ſi in aliqua parte diſpoſitionis vocetur fœmina ceſſat ratio conſeruan*

conſeruandæ agnationis niſi vocata ſit extinctis omnibus maſculis vel probetur non extitiſſe alios.

115 *Agnatio artificialis quando dicatur conſiderata, & quæ ſit.*

116 *Agnatio artificialis nunquam cenſetur conſiderata niſi expreſſè eam requirat diſponens.*

117 *Inſtitutor maioratus ſi vocato nepote ex filia, vel alio conſanguineo cognato, in cuius filiis, & deſcendentibus voluit conſeruare agnationem, & extinctis omnibus maſculis ſuccedat fœmina, an reiteretur ratio agnationis in eius deſcendentibus.*

118 *Affectio, & odium, non cadit in ignotos, vel non tanta, & ea eſt attendenda, quæ erat tempore diſpoſitionis, & maior eſt circa vocatos in ſpecie, quam in genere.*

119 *Inſtitutor ſi diſpoſuerit expreſſè quod quotieſcumque ſucceſſio ad cognatam fœminam deuenerit filij & deſcendentes eius maſculi ſuccedant excluſis fœminis cenſebitur, reiterata ea agnatio artificialis, ſecus ſuum caſum non præuenerit.*

120 *Quando admittitur maſculus, & fœmina, nihil intereſt deſcendat per vnam, vel duas, vel plures fœminas, vt præferatur maſculo remotiori deſcendenti ex vna ſola fœmina.*

121 *Maioratus ſi fuerit fundatus ex tertio bonorum, in eo debet ſeruari forma præſcripta*, l. 27. Tauri.

122 *In maioratu inſtituto ex poteſtate legis* 27. Tauri, *non poteſt inſtitutor excludere fœminas, etiam Moniales.*

123 *Moniales, & alij religioſi, an ſuccedant in maioratu habente iuriſdictionem, quia monaſterium eſt capax iuriſdictionis, quidquid aliqui Doctores contrarium teneant.*

124 *Abbatiſſa poteſt habere iuriſdictionem ſpiritualem, & exercere iura Epiſcopalia, & qualiter.*

125 *Omnes conueniunt Monialem poſſe ſuccedere in maioratu, non habente iuriſdictionem.*

126 *Maioratus habens iuriſdictionem, multum diſtat ab habentibus annexam dignitatem Titularem, vt Ducatus, Marchionatus, & Comitatus.*

127 *Pluries pronunciatum eſt in Cancellariis Monialem ſuccedere in maioratu, habente iuriſdictionem, modo non ſint excluſæ perſonæ Religioſæ.*

IVreconſultus Marcellus, *l. non aliter* 67. §. 1. *de leg.* 3. ſic ait: *Cæterum exiſtimari poſſet iuuenis, qui adoleſcentis exceſſit ætatem*, & licet Vlpianus, *l. ſi pecuniam* 26. *ff. ſi certum petatur*, & Gaius, *l. patri pro filio* 28. *de minoribus*, & Sceuol. *l. fin.* §. *fin. de appellat.* adoleſcentes iuuenes appellent, id nomen vſurpare Iureconſultos pro adoleſcentibus, ait Simon Scardij in Lexico, verbo, *Iuuenes*, & ſi promiſcuè eis nominibus vtantur, propriè autem iuuenes dicuntur poſt adoleſcentiam, & vigeſimumquintum annum, poſt quod tempus virilem vigorem compleri, inquit Iureconſultus, *l.* 1. *verſ. apparet, ff. de minoribus*, & nomen viri ad virtutem, vimque animi, & corporis, refert Lactantius Firmian. *lib. de offic. Dei, cap.* 12. & eſt textus *in authent. de triente & ſemiſſe*, §. *prohibemus*, ibi:

Non paterna, nec vt viros, ſed nimis molliter, vbi gloſſa verb. *nec vt viros.* ait viros debere eſſe fortes, & robuſtos, & S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 128.
6 *ad* 6. ſic ait: *virilitas autem eſt habi-*
tus per ſe ſufficiens, in iis quæ ſecundum virtutem ſunt, & 1. 2. *quæſt.* 55. *art.* 1. *in corp.* nominat virtutem po-
7 tentiæ perfectionem. Nec inficior, quod in *l. ſeruis legatis* 79. *de legat.* 3. reſpondeat I. C. viris legatis etiam
8 pueros deberi, quia vltra quod in teſtamentis, & legatis plenior ſit interpretatio, *l. in teſtamentis* 12. *de reg. iur. cap. dilecti de donat.* niſi quando hæres eſt de agnatione, vt bona conſeruentur in familia, vt poſt Ruin. *conſ.* 89. *num.* 11. *lib.* 2. & Roland. *conſ.* 70. *num.* 61. *vol.* 3. Cephalum, *conſ.* 14. *num.* 21. & Rotam Florentinam, *deciſ.* 146. tradit Hondedeus,
9 *conſ.* 63. *num.* 58. *&* 59. nam quamnis in veritate pueri, & ſenes proprie ſint viri, non tamen dicuntur tales, qui viri potentiam non exercent, gloſſ. verb. *oſtendat in authentic. de nuptiis*, §. *diſtrahuntur.*

Atque ita Plinius diſtinguit puerum, & adoleſcentem à viro dum ſic ait: *Quod non modo in puero ſiue adoleſcente, ſed etiam in viro admiratione dignum videretur*, quem refert Simon Scardij in Lexico, verb. *vir.*

Vir itaque appellatur, qui ex potentia animi, & corporis res gerit, vt diligens Paterfamilias, *l. quod niſi* 20. §. *ex prouincia, de operis liberto*, ibi:
10 *Tanquam vir bonus, & diligens Paterfamilias Romæ moretur, l. fundi,* 10. §. 1. *de vſufruct.* & facit quod dicitur *dict. auth. de triente, & ſemiſſe*, §. *prohibemus*, ibi: *Non paterne, & vt viros, ſed nimis molliter.*
11 Et quia virilitatem ingrediuntur homines poſt vigeſimum quintum annum ex eo tempore viri appellantur, & incapitantur in publicis functionibus, & cenſibus, *l. cum antea* 10. *C. de agricol. & cenſi. lib.* 11. 12

Et ex iam factis viris eligebantur qui iura conſtituerent, *l.* 2. §. *nouiſſime de origine iuris*, quorum numerus centumvirale vocabatur, *l. fin. ad principium, Cod. de petitione hæredit.* qui dicebantur Senatores, vt inquit gloſſ. verb. *quaſi centum viri, l. qui repudiantis* 17. *de inofficioſ. teſtament.* & ita lex dicitur eſſe virorum prudentum commune præceptum, *l.* 1. *ff. de legibus.*

Sed & ex eis creabantur prætores, 13
l. 1. *Cod. de dignitatibus, lib.* 11. *Patrem prætorem virum habuiſtis*, & ex decurionibus eligebantur duumuiri ad munera publica, *l. honores* 7. §. *is qui, ff. de decurion. & eorum filiis.* Et ad regimen Reipublicæ per territoria viri eligebantur, *l. duumuirum* 53. *Cod. de decurion. lib.* 10. *l. in honorariis* 34. §. *fin. de action. & obligation.* nam ad ſubeunda patriæ munera digniſſimi eligendi ſunt, *l. ad ſubeunda, Cod. de decurion. lib.* 10. & ſic ex viris ſtrenuis aduocatis ab Imperatoribus creabantur, vt in *authent. de iudicibus*, §. *vetus*, vbi Imperator ſic ait: *Et electi ſunt à nobis iudices Anacholius vir expectabilis iam aduocatione dudum completa: & inter ſpectabiles fiſci aduocatos, deputatus, at-* 14
que Flabianus, qui nunc aduocatus fiſci conſiſtit, & Alexander, & Stephanus Mennas eloquentiſſimi aduocati, & iterum ait, *& duo ſubſequentes alij aduocati fori Victor, & ex Quizic. Theodor. & aduocatis itaque iſti iudices præponantur.* Sed ex aduocato prius fuit creatus Cardin. Neapolit. teſte Vin-

centio de Franchis, *deciſ.* 31. *n.* 2. *ad finem.*

Etiam & in Curiis habitis à Carolo V. Imperatore Hiſpaniæ, Rege cum proceribus regni, anno 1520.
15 diſpoſitum fuit lege iuramento firmata, quod ex iudicibus, & aduocatis verſatis conſiliarij crearentur, vt conſtat ex curiis quas ad literam refert Epiſcopus Prudentius de Sandoual, *lib.* 1. *hiſtor. imper.* Caroli V. *f. mihi* 193. *pag.* 2. *in hac verba. Item que los dichos oficiales del Concejo Real, Audiencias Reales, Alcaldes de Corte è Chancillerias, no ſe puedan proueer, ni proueán a los que nueuamente ſalen de ſus eſtudios, que ſe prouean en perſonas en quien concurran las calidades neceſſarias para el ſeruicio de ſu Mageſtad, que ſean perſonas, que tengan experiencia, y por el vſo, y exercicio, que primeramente ayan tenido de las letras en officios de juzgados abogados, porque de ſe auer hecho lo contrario haſta aqui, ſe han ſeguido en eſtos Reynos grandes inconuenientes, y daños*, & conducunt verba, *l.* 2. *Taur.* quod aduertit Cicer. *lib.* 3. *de oratore*, in hæc
16 verba, *Nunc contra plerique ad honores adipiſcendos, & ad rempublicam gerendam nudi veniunt, atque inermes nulla cognitione rerum, nulla ſcientia ornati.* Sed & experti aduocati in fiſcales Regios debent eligi, *l. binos*, vbi Bald. *Cod. de aduocat. diuerſ.* Pereg. *de iur. fiſc. lib.* 7. *tit.* 34. *num.* 12. cum & ipſi fulminent, & dirigant acta ad meliorem cauſæ expeditionem, ſed maxime in iudicibus non ſolum iuriſperitia, & ſcientia requiritur, ſed etiam experientia, & praxis, *l. vnic.* verſ. *Sed cum ſit neceſſaria. Cod. de Iuſtin. Cod. confir.* ibi: *Tam doctrina legum, quàm experientia rerum ſtudioque reipublica indefeſſo*, *l. certi iuris, Cod. de iudiciis*, ibi: *Quid enim obſtaculi eſt homines, qui alicuius rei peritiam habent de ea iudicare*, & ibi: *Per vſum quotidianum iam eſſe approbatos, vt audiant lites eas, quæ diri*mant, & cum dicat lex duodecim tabularum: *Salus populi ſuprema lex eſto*, & ſalus communis in optimis iudicibus conſiſtat, vt dicit Leand. Galgan. *de iur. publ. lib.* 2. *tit.* 5. *n.* 1. vbi *num.* 3. *&* 6. quod princeps tenebitur Deo de mala electione, ſed & eius proceres, de quorum conſilio cuncta peragit à quibus ſibi proponuntur eligendi qui magnum peccatum committerent, ſi indoctum, & inexercitatum docto experto præferrent in conſulta, & relatione principi facta, quorum peccatum deſcribitur, *cap. væ qui dicitis* 11. *quæſt.* 3. vbi ref[…]untur verba Iſaiæ, *cap.* 5. *num.* 20. *Væ qui dicitis malum bonum*, & addit textus verba eiuſdem Prophetæ, *dict. cap.* 5. *n.* 13. *Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam, & nobiles eius interierunt fame*, quod eis non contigiſſet ſi ſapientes haberent *Eccleſiaſt.* 9. *num.* 15. legitur quod obſeſſa ciuitate, ſi inuenitur in ea pauper ſapiens, liberabit eam ab obſidione; curent ergo præpoſiti ad eligendos miniſtros præferre ſapientiores tanquam reipublicæ vtiliores ad regimen quibus dominatio conuenit, teſte Ariſtotele dicente, ingenio pollentes eſſe veluti dominatores aliorum. Semper enim eſt habenda ratio publicæ vtilitatis, ad quam nos Chriſti charitas arctius adſtringit, vt inquit Sotus, *de iuſt. & iur. quæſt.* 6. *art.* 2. & faciunt quæ dixi *lib.* 2. *de Capellan. cap.* 3. *à n.* 4. *vſque ad n.* 14.

quare

Digitized by Google

quare cum de eligendis iudicibus agitur, experti iuriſperiti ſunt præferendi, tradit Leand. Galganet. *lib.* 1. *de iure publico, tit.* 4. *num.* 4. &
17 quod creandi ſint magiſtratus maiores viri probatæ vitæ,& qui gerendis magiſtratibus ſint idonei dicit, *l. ſancimus, Cod. ad leg. Iul. repet. l.* 1. *in fin. Cod. de offic. magiſtr. officior.* & in Nouell. *cap.* 8. §. *quapropter*, verſic. *Celſitudinis tua*, & Nouell. *cap.* 161. §. *nos autem*, ſic ait: *Sancimus vt illi magiſtratus gerant, qui & bona exiſtimatione noti ſunt, & in exercenda iuſtitia plurimum repoſuerunt ſolicitudinis*, Hi namque experientia rerum magiſtra prudentiores ſunt, & Ariſt. *lib.* 10. *mor. cap.* 9. ait, *quia pœnes tales viros prudentes, eſt reipublica adminiſtratio, & ſic legum condendarum poteſtas.* Galganet. *de iur. publi. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 8. & hinc prouenit Biantis adagium: *Magiſtratus virum oſtendit*, de quo Ariſt. *lib.* 5. *politic. cap.* 1. Amodeus, *de ſindicatu in proœmio*, & cum ex talibus, & in virilitate creentur iudices boni viri appellantur. *l. continuus* 137. §. *cum ita, de verb. oblig. gloſ. fin. l. omnis, de procur. l. thais*, §. *ſorore, de fid. com. libertati*, vbi de principe, quod in iudiciis ſit bonus vir, quapropter ad iudicem fit recurſus quoties datur ad arbitrium boni viri, *l. ſocietatem*, §. *arbitrorum*, pro ſocio in tantum quod dixit Bartol. ibi quod eo caſu iudex
18 pronuntiat, vt bonus vir, ſed verius eſt, quod pronuntiat vt iudex ordinarius, Couar. *lib.* 2. *variar. cap.* 12. *num.* 3. *ver. in contrariam*, ſed ſemper
19 iudex præſumitur iudicaſſe, vt bonus vir licet habuiſſet libertatem iudicandi pro ſuo libero arbitrio, Dinus, *conſil.* 19. alios refert Menochius, *de arbitrariis, quæſt.* 4. *num. final.*

Sed & quotieſcumque alicui committitur aliquid faciendum ſuo arbitrio etiamſi partes in eius arbitrio iureiurando conueniant in tali conſenſu cenſetur ineſſe conditio ſi recte arbitratus fuerit, *l. ſi libertus* 30. *de operis libert.* ibi: *Non aliter ratum eſt arbitrium patroni, quam ſi æquum arbitratus ſit, & fere ea mens eſt perſonam arbitrio ſubſtituentium, quia ſperent eam recte arbitraturam id faciant, non quia immodice obligari velint*, & quod in compromiſſo (etiam iurato) inſit conditio ſi recte arbitratus fuerit; tradit Thobias Nonius, *conſ.* 68. *n.* 15. 20

Sic quantumuis verba inducant liberam poteſtatem procedendi non operantur ſi inique verſetur. Marta, *de clauſulis*, 1. *part. clauſul.* 8. vbi de verbis alte, & valide, quæ tribuant liberum arbitrium, vt dicit Menoch. *lib.* 1. *de arbitriis, quæſt.* 7. *num.* 41. vbi *numeris ſequentibus de clauſulis*, quæ liberum arbitrium tribuunt, vt facias ſecundum cor tuum, vel ſecundum mentem tuam, vel ſenſum tuum, vel appetitum tuum, vel ſecundum carnem tuam, vel ſi dicatur concedimus, vt poſſis facere, quod nos poſſumus, ſeu alia ampla verba; nam per ea non cenſentur conceſſa, quæ illicita ſunt, nec iuri, & rationi contraria, *l.* 1. *de milit. teſtam. & l. dotalem, eod. tit.* cum aliis relatis a Menochio *vbi ſupr. num.* 77. quia vt ipſe inquit *num.* 78. abſurdus intelle- 21
ctus fugiendus eſt, & in dubio ſemper præſumitur conceſſum arbitrium regulatum, non liberum, ibi: *n.* 15. & iudex ſemper debet regulare arbitrium ſuum ſecundum ius, & ſecundum ſubiectam materiam. Cacheranus, 22

nus, *decis.*71. *num.* 53. Benintendi,
decis. 31. Ioſeph. Ludouic. *decis. Lu-
cenſ.* 24. *num.* 8. Ricc. *collect.* 812.
ad finem.
23 Et licet, quod voluntati commit-
titur, non ſubiiciatur iuris regulis, *l.
fideicommiſ.§.quanquam,de leg.* 3. Gra-
tian. *diſcept. cap.*23. *à n.*1. nec præ-
24 ſcribitur facultati faciendi aliquid li-
bero arbitrio. Mier. *de maior.* 1.*part.
q.*17.*n.*4.*in* 2.*edit.*tamen in promiſ-
25 ſis voluntas pro diſcretione, & arbi-
26 trio ponitur, vt tradit Bald. *cap.Quin-
tabalis,n.fin. de iureiur.* & ſic immo-
derate geſtum, non admittitur in
contractibus, *l. ſi mater, Cod.de inoſ-
27 fic. donat.* & in omni mandato quan-
tumuis cum libera conceſſio, intelli-
gitur, quod res ſit facienda ex fide, *l.
creditor.* 60. *§.lutius, ff. mandati,* ho-
neſtis enim modus eſt ſeruandus, &
non immoderata cuiuſque luxuria, *l.
28 ex damni,in princ. de damno infecto,*&
quod integræ frontis homo dixerit
perpendere, *l. quæſitum* 13. *de teſti-
bus,* nec admittere, quod homo inte-
græ frontis, non potuit deſiderare, *l.
ſi plures* 29. *de adminiſtrat. tutor.* ſic
quando quis ſe adſtringit opus facere
29 ad voluntatem alicuius, vel ſi ab eo
approbetur: intelligitur quod vo-
luntas debeat eſſe ſecundum arbi-
trium bonorum virorum habentium
ſcientiam eius rei, *l. ſi in lege* 27. *in
princip. ff. locati*, ibi: *Si in lege loca-
tionis comprehenſum ſit, vt arbitratu
domini opus approbetur, perinde habe-
tur, ac ſi viri boni arbitrio comprehen-
ſum eſſet,* idemque ſeruatur ſi alterius
cuiuſlibet arbitrio comprehenſum
ſit; nam fides bona exigit, vt arbi-
trium tale præſtetur, quale viro bo-
no conuenit, *l.* 17. *tit.* 8. *part.* 5. &
eadem ratione, *l. ſi cui ſimplicius de
ſeruitutibus*, quando ſimpliciter & 30
abſolutè conceſſa fuit via eundi per
quamlibet partem fundi non eſt
vtendum ea iniuſte, ſed ciuili modo,
textus, in *leg. ſi cui ſimplici, de ſerui-
tutibus*: nam vt inquit textus, ibi:
*Quædam in ſermone tacite excipiuntur,
non enim per medias vineas ire ſinendus
eſt cum id æque commode per alteram
partem facere poſſit.*

Et ſic ſemper, & quando commit- 31
titur cauſa arbitris, ita vt ſiue æque,
ſiue inique arbitrati fuerint eis pa-
reatur, ſi arbitrium ita prauum ſit, vt
manifeſta iniquitas eius appareat,
corrigitur per iudicium bonæ fidei,
& datur recurſus ad arbitrium boni
viri, *l. ſocietatem* 77. *§. arbitrorum,
ff. pro ſocio, l.*2. *tit.*4. *partit.*3. in quo
conueniant ius ciuile, & Canoni-
cum. Villalob. *commun.opinion. lit.A.
num.*140. *& liter. R. num.* 12. Ant.
Gabr. *lib.* 2. *concl. tit. de arbitris*,
*concl.*3. *n.*1. alios refert Galganetus,
*lib.*2. *de iur. publ. tit.*61. *n.*22.

Nec reductioni ad arbitrium boni 32
viri poteſt renuntiari etiam cum iu-
ramento. Alex. *conſ.* 131. *n.* 12. *vol.*2.
Rebuff. *tract.de arbitris, art.* 1. *gloſ.*8.
*n.*13. *&* 14. Rota *deciſ.* 1. *aliàs* 211.
nota quamuis, *ſub n.*1. *de arbitris in
antiquis.* Lanfranc. Balbus *deciſ.* 168.
Lanfranc. Oriano, *cap. quoniam con-
tra falſam, num.* 225. *de probat.* vbi
Additionator, & melius Scaccia, *de
appellat. q.*17. *limit.*14. *num.*2. ver-
ſic. *extende ſecundo*, vbi ait, id pro-
cedere tam in arbitrio, quam in ar-
bitratore; eſt tamen petenda abſolu-
tio, vt ibi inquit.

Coram quo autem iudice ſit pe- 33
tenda reductio ad arbitrium boni vi-
ri controuertitur inter Doctores, &
quinque opiniones refert Theſſ.

Foſſanen.

Foſſanen. 14. & ipſe tenet quod adeundus eſt iudex qui adiretur, ſi nullo facto compromiſſo lis ordinariã eſt promoueretur, & licet Scacc. *de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 14. *n.* 5. *in fine,* dicat ſe nullam quinque opinionum eligere pro tunc, tamen Fachin. *lib.* 8. *controuerſ. cap.* 94. referens aliquas opiniones, tandem verſic. *tertia eſt ſententia*, refert Bartol. ſententiam, *l. ſocietatem*, §. *arbitrorum, num.* 1. & 18. tenentis petendam eſſe reductionem apud iudicem rei, apud quem alias actio fuiſſet inſtituta, quam ſequitur Roland. *conſil.* 24. *volum.* 4. & dicit approbatam fuiſſe ſæpius in Camera Imperiali. Andreas Gail. *lib.* 1. *obſeruat. obſeruatione* 149. & Minſinger. *centur.* 2. *obſeruatione* 611. teſtatur ita obſeruatum à pleno Concilio, & Galliæ ordinatione, eam ſententiam ſeruari, affirmat Rebuff. *de arbitris, artic.* 1. *gloſ.* 10. & ſic ſeruari in Senatu Pedemontano, dicit Anton. Theſaurus, *deciſ.* 14.

Sed & ipſe Fachineus, ait non eſſe ab ea ſententia recedendum, pro qua facit, *l. ſi quis rem* 35. *de receptis arbitris* ibi: *Lite apud iudicem ſuo ordine peragenda*, & *l. cum hi*, §. *tranſactionem, ff. de tranſact.* & quia actor debet ſequi forum rei.

Nec vt inquit Fachineus obſtat, quod reus ſit, qui reductionem petat, ex quo cum reus petit reductionem, eſt lata ſententia in fauorem actoris, qui dicit ſententiam arbitratoris iuſtam, & exequendam contra reum: ipſe autem reus iniquam, & reducendam, & ſic ſemper eſt reus quare diffinitio cauſæ ſpectat ad eius iudicem, in hanc ſententiam videtur ſe inclinare. Cancerius, 1. *p. var. cap.* 24. *n.* 16. & *l.* 24. *tit.* 4. *p.* 3. ait, quod petita reductione iudex loci vbi ſententia arbitrorum lata eſt, debet eligere homines, qui iudicent cauſam, ſed cum hoc non ſeruetur in praxi iudex loci id faciet, vt *dict. l.* 24. ait Gregor. verſic. *de aquel lugar*, & ita ſi actor, & reus ſint diuerſi fori, quia alter Clericus, alter laicus ſit, eſt petenda reductio coram iudice rei, ita poſt Bart. quem refert. Videtur tenere Scaccia, *de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 14. *n.* 5.

Sed ſi ex iudicibus arbitris vnus ſit laicus, alter Clericus, reductio petenda eſt coram iudice Eccleſiæ, quia dignior eſt clericus, ita Salicet. *l. præcipimus. in fin. Cod. de appell.* Francus, *rubric. de appellat. num.* 34. Rebuff. *de priuil. Scholaſticorum, priuil.* 106. *n.* 15. verſic. *decimo quinto*, ſequitur Scaccia, *de appellat. quæſt.* 8. *num.* 102. verſic. *infero tertio*, & licet reductio ad arbitrium boni viri poſſit peti intra triginta annos, vt tenent plures, quos refert Fachineus *lib.* 8. *controuerſiarum, cap.* 95. ex quo ius petendi reductionem eſt perſonale, vt dicit Bartol. *l. ſocietatem,* §. *arbitrorum, num.* 22. *ff. pro ſocio tamen, l. penult. Cod. de recept. arbitris*, vult intra decem dies eſſe reclamandum, vt apparet ex eius verbis, ibi: *Sed ſilentio eam roborauerint, & non intra decem dies proximos atteſtatio miſſa fuerit, vel iudici, vel aduerſario ab alterutra parte, per quam manifeſtum fiat definitionem, non eſſe amplectendam, tunc ſilentio partium ſententiam eſſe roboratam.* Idem diſponit, *l.* 28. *titul.* 4. *partit.* 3. verſiculo, *Fueras ende, ſi callaſſen, y no lo contradixeſſen, deſde el dia que fueſſe dada la ſentencia, faſta diez dias*, quæ lex in arbitris,

34

35

arbitris, & arbitratoribus loquitur, cùm in noſtro Regno, *l.* 4. *tit.* 21. *lib.*5*.recopilat.* iubeantur exequi ſen-
36 tentiæ arbitrorum, & arbitratorum, & per conſequens producant actionem,& exceptionem per lapſum decem dierum tranſeunt in rem iudicatam, vt in ſimili ſtatuto, idem tradit Cancerius, 1.*part. variar. cap.* 21. *num.*21. & 2.*part. cap.*12. *num.* 82. idem Fachin. *dict. cap.* 95. *in fin.* de iure autem Communi, ex talibus ſententiis non datur actio, vt *in l.*1. *Cod.de arbitris*,& licet ius dicat quod arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum, *l.* 1. *de arbitris*, id verum
37 quoad iuris ordinem,non quoad alia, vt dicit Nata,*conſ.*2. *vol.*2. & ibi tenet confeſſionem factam coram arbitro,non habere vim iudicialis con-
38 feſſionis, ſed extraiudicialis. Sequitur Cancerius,2.*part. variar.cap.*12. *n.*30. & ita cum ex *l.*5. *tit.*21. *lib.*4. *recopilat.* ſolum ea confeſſio habeat paratam executionem, quæ in iudicio facta eſt, non habebit executionem confeſſio facta coram arbitris, & licet inſtantia iudicij tranſeat in hæredem, *l.*1. *Cod. ſi pendente appellat.* mors interuenerit, ſaltim quoad bona, *l.*28. *tit.*23. *part.*3. Griuellus, *deciſ. 6.* tamen iudicium ceptum virtute compromiſſi extinguitur, nec tranſit ad hæredes, *cap. final. de arbitris.*

39 Differunt autem arbitri ab arbitratoribus in eo, quod arbitri procedunt de iure; arbitratores autem ſunt quibus datur facultas procedendi de iure, & de facto, nec ſubſunt iuris regulis, vt tradunt omnes, *l. ſocietatem*, §. *arbitrorum*, per textum, ibi: *ff. pro ſocio, & dict. l.*23*.tit.*4. *part.*3. Paul. *in l. qui procuratorem* 57. *n.* 7. verſ. *ſed quid ſi ſit, ff. de procuratorib.* ſequitur Scac. *de appellat. q.* 16. *limit.*1.*n.*66.& ſi arbitri pronuntient ſententiam nullam, non poſſunt iterum pronunciare, ſecus eſt in arbitratore, ſi ſententia ſit nulla ipſo iure, Scaccia, *quæſtion.* 19. *remed.* 1. *num.*96. & 98.

Et ſcias quod ſunt alij arbitri iuris 40
appellati,quia ex neceſſitate iuris eliguntur à partibus, ſi iudex recuſetur pro ſuſpecto, vt in *l.fin. Cod. de iudiciis, cap. ab arbitris, de offic.deleg. lib.*6. Cacheran. *deciſ.*61. *num.* 7. ſed his arbitris ſolum vtitur in iudiciis Eccleſiaſticis, ſiue iudices ſint ordinarij, vt in *cap. licet* 10. *in fin. de foro competenti*, &c. *cum ſpeciali* 61. *de appellat.* ſiue ſint delegati, vt *in cap. ſuſpicionis* 39. *de offic. deleg.* &c. *ſecundo requiris* 41. *in fin. de appellat.* Hieronym.Campan. *rub.*11. *cap.*43. *num.* 89. Et etiam eliguntur arbitri quando inter conſeruatorem, & ordinarium eſt controuerſia ſuper competentia iuriſdictionis alicuius cauſæ: Concil. Trident. *ſeſſ.* 14. *cap.* 5. *de reformat.* & à talibus arbitris appellatur ad Sedem Apoſtolicam, *cap. ab arbitris* 11. *de offic. delegat. lib.* 6. & idem ſi arbitri ſint in cauſa inter Epiſcopum, & Clericum. Eſcacia, *de appellat. quæſt.*7. *num.*107. ſed non eliguntur arbitri in cauſis expreſſis,*cap. ſi contra vnum, de offic. delegat. lib.* 6. nec ſi cauſa recuſationis eſſet notorie 41
friuola, quia prætermiſſa nominatione arbitrorum, vt non neceſſaria poterit iudex ad vlteriora procedere Franciſcus Marcus,*deciſ.*705. 2.*part.* Riccius, *collect.* 1020. verſic. *limita quinto.*

Et licet à ſententia arbitri, vel 42
arbitratoris non detur appellatio, vt

tradit

tradit plures referens Scaccia, *de appellat. quæſt.* 17. *limitat.* 25. *à num.* 1. ſaltim quoad defectum ſuſpenſiuum maximè data à parte fideiuſſione, iuxta dictam legem Regni, tamen ſi ſententia manifeſtam contineat iniquitatem quantumuis ſit data libera poteſtas arbitro, non exequitur, quia in ea cenſetur ineſſe dolus, & ſententia per dolum obtenta non præiudicat, *l. ſi prætor* 75. §. *Marcellus, de iudicis.* Ioan. Guter. *de iuramento confirmat.* 3. *part. cap.* 7. *num.* 7. vel ſi fuerit lata ſententia ex actis diminutis, *cap. cum Bertoldus, de re iudicata*, ibi:
43 *Tum etiam quia cauſa non recepit ſufficienter inſtructam*; nam ex actis diminutis, non poteſt ferri ſententia, & minus exequi. Bald. *l. in ciuile*, *num.* 2. & 3. 1. *de legibus*, nec ſenten-
44 tia additionis (vulgo *de remate*) euidenter iniuſta exequitur. Ioann. Gutierreus, *lib.* 1. *practicar. quæſt.* 12. nec in foro conſcientiæ eſt exequenda Carrot. *de remediis, except.* 22. *n.* 21. vel ſi ſententia fuerit lata, non ſeruata forma compromiſſi, quia ſententia eſt nulla, nec debet exequi ſi feratur ex proceſſu inordinato, *cap. qualiter, & quæſt.* 17. *de accuſat.* ibi:
45 *Quoniam ex his, quæ inordinate ſunt acta, non poteſt ordinabiliter agi.* Ioſephus Ludouicus, *deciſ.* 39. *num.* 8. & 10. in Peruſinis Sicardus de Malumbre, *conſ.* 71. *inter conſilia.* Federic. de Senis. Couar. *pract. quæſt.* 23. *num.* 3. & Antonius Nata, *conſ.* 121. *num.* 4. *lib.* 1. Oſaſc. *deciſ.* 25. *n.* 14. Surd. *deciſ.* 16. *num.* 16. & 17. quia ex proceſſu nullo iudicialis aliquis effectus non ſequitur. Giurb. *deciſ.* 29. *num.* 6. & conducit *cap. per venerabilem*, qui filij ſunt legitimi, ibi: *Cuius ſententia, quia caſſata fuit ſolum, propter iudiciarium ordinem non ſeruatum.*

Tamen à ſententia ſuperioris reuocantis ſententiam arbitrorum, admittitur appellatio. Magonius, *deciſ. Lucenſ.* 37. *num.* 4. dicens magis communem opinionem, ſequitur Scaccia. *de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 14. *n.* 3. & *n.* 4. *in fin.* & etiam datur ſupplicatio à ſententia Regij Tribunalis reuocatoria ſententiæ arbitrorum, vt diſponit, *l.* 4. *tit.* 21. *lib.* 4. *recopilat. verſ. Y ſi fuere reuocada por el Preſidente, y Oydores, que de la tal ſentencia reuocatoria ſe pueda ſuplicar para ante ellos miſmos, quedando en ſu fuerça la execucion, baſta que ſe de ſentencia en reuiſta*, ſic & lata ſententia additionis, vulgo *de remate*, non ſuſpenditur executio, licet reuocetur à ſuperiore, donec finiatur cauſa per ſententiam reuiſionis, Parladorius, *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin.* §. 15. *n.* 8. Hieronym. Gonzal. *reg.* 8. *Cancellaria, gloſſ.* 6. *à num.* 232. nec auditur 46
in appellatione, niſi prius ſoluerit, vt 47
ſupra, *cap.* 25. *num.* 6. vbi limitatur, 48
non tamen reuocatur ſententia arbitrorum, niſi ex damno conſiderabili, Couarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 12. *num.* 5. *verſ.* 3. illud ſequitur. Scaccia, *de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 14. *n.* 8. *verſ. Declara tertio*: ſi tamen confirmatur ſententia arbitrorum in Senatu, non admittitur amplius ſupplicatio, per *dict. l.* 4. *tit.* 21. *lib.* 4. *recopil.* Et ſcias 49
quod licet regulariter ſtatuta, quæ diſponunt in cauſa appellationis, habeant locum in ſupplicatione, *l. ſi*, §. *cui conſentaneum*, *Cod. de temporibus appellat.* Tiber. Decian. *conſ.* 47. *num.* 2. *vol.* 1. tamen ſtatutum prohibens appellationem, non percludit viam ſupplicationi. Brunorus Alſole, *in*

Digitized by Google

in compendio reſolutorio, verb. *ſtatutum*, prohibens appellationem, *fol. mihi* 187.

. Sed cum appellatio fieri debeat coram iudice, *cap.vt debitus honor,de*
50 *appellat.* ibi: *Coram eodem iudice eo præſente,& intelligente*, &c. ſi ſint plures iudices coram maiori parte coniunctim, vel diuiſim. *Clem.* 1. *de appellat.* Hieronym.Campanill.*rub.* 11. *cap.* 13.*à num.*304. Et quia iudex dicitur bonus vir, vt in *dict. l. continuus* 137. §. *cum ita, de verb. obligat.* quando ob metum iudicis, vel eius abſentiam, vel quia eius copia deficit eſt interponenda appellatio, fit coram honeſtis, & probis viris, *cap. fin. de appellat.* ibi: *In præſentia virorum bonorum proteſtatione ſuper hoc propoſita cauſa, appellationis duxeris*
51 *exprimendas.* Campanillus, vbi *ſupr. num.*307. & an ſint viri honeſti, & boni, coram quibus ſit appellatio, vel non iudicis arbitrio relinquitur. Menoch. *de arbitrar. lib.*1. *caſu* 69.*n.*9.
52 & ibi, *num.*10. ex Decio, *d.cap.fin. num.* 4. quod non dicetur bonus vir ad faciendam coram eo proteſtationem excommunicatus, & præter rationem à Menochio traditam melior videtur eſſe, quod ex quo coram iudice excommunicato non fiunt acta
53 Iudicialia. Ita nec coram perſona in eius locum ſubrogata, ex natura ſubrogationis argumento, *l. vnic.* §. *ſed vt plenius de rei vxoriæ*, *l. ſi cum iudicio*, §. *qui iniuriarum*, ſi quis cautio, & quia in locum iudicis ſubrogatur adueniente iudice non eſt iterum coram eo facienda appellatio. Gratian. *diſceptat. cap.*10 *n.* 12. quia hoc remedium eſt per legem inductum, licet ibi dicat vtile eſſe interponere appellationem poſt reditum iudicis, ne teneatur appellans probare abſentiam, impedimentum, vel metum. Sed hoc quod Gratianus dicit intelligendum eſt modo iudex redeat intra tempus datum ad appellandum (quo caſu excuſatur approbatione dicta) ſecus autem ſi poſt, quia adhuc tenebitur probare, vt legitime ſit facta proteſtatio coram honeſtis viris, ſed vnus vir ſufficiet, vt prote- 54
ſtatio fiat, ſi adhibeantur teſtes, & Notarius, vt ex Abbate, Lapo, & Lanceloto tradit Gratianus, vbi *ſupr. num.* 17. & conducit *l.* 2. *Cod. de iis quæ per metum iudicis non appellauer.* ibi: *Conſtitutione publicè poſita intra dies videlicet legitimos*, & quamuis *dict. cap. fin. de appellat.* requiratur 55
proteſtatio, quando quis ob metum deſinit appellare, tamen ſi dicens ſe per metum non appellaſſe, probet per metum quoque non licuiſſe ſibi proteſtari, eſſet audiendus, vt tradit Meneſius, *l. interpoſitas*, *num.* 19. *in fin. Cod. de tranſact.* & facit, *l.* 27. *tit.*23.*p.* 3. & tradit Scaccia, *de appell. q.*6. *num.*36.

. Et hoc caſu licet alias, vt ſit locus 56
remedio attentatorum debeat appellatio coram honeſtis viris facta intimari iudici, & parti, vt tradit Lancelot. *de attentatis* 2. *part. cap.* 12. *ampliat.* 15.*n.*22. tamen ſi id non fiat ob metum iudicis, erit locus remedio attentatorum; nam quando per iudicem ſtat quominus ei fiat intimatio, non ceſſant attenta, vt poſt Francum tradit Lancelot. ibi, *n.* 40. Scaccia, *de appellat. q.*6. *n.*36. verſ. *confirmatur hac reſtrictio.*

Et licet fœmina poſt vigeſimum 57
quintum annum ſit in virilitate, nec in hoc ſit differentia cum hominis appellatione fœmina contineatur, *l.*

hominis,

hominis, 15.2. *de verborum ſignificat.* ſicque communiter virilis mulier appellatur, quæ viriliter, & non molliter ſe gerit, & virago, quæ virum non timet, vt dicit Speculat. *tit. de teſt.* §.1. verſ. *Sed quid de vxore*, vbi de ea quæ virum verberat. Et de Ioanna Dare (vulgo Ponzella de Francia) quæ profligauit, & eiecit Anglos à Gallia, vt tradit Guillel. Benedict. *cap. Raynuntius*, verb. *Cui-*
58 *dam Petro tradiderunt*, *num.* 32. *de teſtament.* Sed & Eua virago appellata fuit *Geneſ.* 2. *num.* 13. & quamuis fœmina citius ſagacior efficiatur, gloſſ. verb. *completum*, *l. qua ætate*, *ff. de teſtam. & qui teſtam. fac. poſſ.* tamen ad munera iudicialia non eliguntur, imò ab omnibus officiis ciuilibus remotæ ſunt, *l.* 1. *de regul. iur.* quia mulieres dominari non conuenit: Bartholomeus Socinus, *conſil.* 10. *num.* 6. inter concilia feudalia. Matthæi Bruni, ſed & à tutela regulariter, arcentur, quia virile munus eſt, & vltra ſexum fœmineæ infirmitatis, vt inquit, *l.* 1. *Cod. quando mul. tut. offic. fungi poſſit*, non tamen arcentur ab officiis quæ ad eas pertinent Horoſc. *l.* 1. *num.* 3. *de legibus*, & *ſupr. cap.* 7. *num.* 30. & ſic multis locis habentes iuriſdictionem vocantur Barones, Maſtril. *de magiſtratibus ad indultum*
59 *generale*, *cap.* 2. *num.* 30. Apud Spartianos autem etiam de maximis ſententias proferebant, vt refert Plutarchus *in comparatione Numæ*, & *Licurgi*, idem apud Lacedemonios, teſte Ariſtotele, *lib.* 2. *politic. cap.* 7. & apud Germanos ſecundum Tacitum, *de moribus Germaniæ*, & de aliis refert Tiraquel. *l.* 2. *connubial.* à *num.* 64. Petrus Gregorius Toloſanus, *in ſintagmat.* 3. *part. tit. de act. cap.* 11. Galgan. *de iure publico*, *lib.* 2. *tit.* 2. à *num.* 19. vbi *num.* 22. ait hoc referendum eſſe ad maximas fœminas viragines, & Reginas, de quibus etiam loquitur Maſtrillus, *de Magiſtrat. lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 34. & 35. idem ait de Duciſſis, Marchioniſſis, & Comitiſſis, & aliis fœminis iuriſdictionem habentibus, quæ poſſunt iuriſdictionem exercere, vt ex multis tradit Molina, *de primog. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 14. Mieres, *de maiorat.* 2. *part. quæſt.* 6. *num.* 12. & eſt, *l.* 4. *tit.* 18. *part.* 3. verſic. *Pero ſien-*
do Reyna, o Condeſſa, & ſi tales nu- 60
bant inferiori adminiſtrabunt de conſilio mariti. Gregor. *l.* 3. *titul.* 15. *part.* 6. Gutter. *de tutel.* 1. *part. c.* 13. vxori tamen præſtabitur iuramentum fidelitatis. Neuizan. *conſil.* 40. *num.* 2. ſequitur Maſtril. vbi *ſuprà*, *num.* 32. Quinimò maritus adminiſtrabit, & appellabitur Rex, Dux, vel Marchio. Ioann. Guterr. *de tutelis*, 1. *part. cap.* 8. *num.* 36. & 40. quidquid dicat Mantica, *de contractibus*, *lib.* 21. *tit.* 6. *num.* 19. quia eſt caput vxoris, *cap. hæc imago* 33. *quæſt.* 5. Barboſ. *l. maritum* 13. *n.* 53. *ad finem*, *ſolut. matrim.* durabit tamen pro tempore vitæ mulieris, ſecus ea mortua; quia finitur priuilegium, Bal. *l.* 2. *C. de Epiſc. & Cler.* communiter receptus, vt per Maſtr. vbi *ſupr. n.* 65.

In vidua autem contrarium ſeruatur, quia videtur in eodem matrimonio permanere, *l. filij*, §. *vidua*, *ff. ad municipal.* & retinet nomen dignitatis, quia fœminæ coruſcant radiis virorum ſuorum, *l. fœmina*, *ff de Senator.* & ſic appellatur, Duciſſa, Marchioniſſa, vel Comitiſſa, vide, *l. mulieres* 13. *Cod. de dignitatibus.*

Et quamuis ex arbitris detur recurſus

curſus ad arbitrium boni viri non poteſt adiri fœmina etiam iuriſdictionem habens ob conſilij fragilitatem ob quam mulieres prohibentur iudicare ſecundum Bald. *in l. quoties, num.* 7. verſic. *dic quod mulier, Cod. de ſuis, & legitim. & conducit. cap. forus, de verbor. ſignif.* & quia eſſet contra ſubſtantiam recurſus ad arbitrium boni viri, de quo agitur. Tamen poterit cauſam committere iudici à ſe nominato, vt bono viro; nam mulieres ſunt capaces officiorum, quæ per ſubſtitutum poſſunt exerceri, & ſeruiri. Ioann. Andreas, *cap.* 1. *de feud. guardia*, Frecia, *de feudis, quæſt.* 50. *num.* 4. Capic. *deciſ.* 77. *n.* 13. *& deciſ.* 121. *n.* 5. Galganetus, *lib.* 2. *de iure publico, tit.* 2. *n.* 32.

61 Et licet fœmina arbiter eſſe nequeat, neque in eam compromitti, quia virile munus eſt, ex textu, *in cap. dilecti, de arbitris*, tamen ſi iuriſdictionem habeat valebit compromiſſum, vt *in d. cap. dilecti.*

Sed in fœminam non habentem iuriſdictionem, poteſt compromitti tanquam in arbitratorem, ſeu diuiſorem. Tiberius Decian. *conſ.* 23. *n.* 81. *volum.* 1. nihilominus tamen fœminæ regulariter prohibentur iudicare,
62 quia eorum conſilium fragile, & varium eſt, *dict. cap. forus*, vbi gloſſa, *de verb.* nec obſtat quod ſcriptum ſit, *l. quia poterat* 5. *ff. ad Trebell.* varias eſſe hominum voluntates, quia loquitur de voluntatibus diuerſorum hominum, vt conſtat in illis verbis: *Cùm variæ ſint hominum voluntates quorundam negotia timentium, quorundam vexationem, quorundam æris alieni cumulum, tametſi locuples videatur hæreditas, quorundam offenſas, vel inuidiam, quorundam gratificari volentium.*

Varietas autem repugnat iudicanti, tam ex parte iuſtitiæ adminiſtrandæ, quæ requirit conſtantem, & perpetuam voluntatem ius ſuum cuique tribuendi quam reſpectu perſonæ iudicis, quia iudex non conſtans reprehenditur, *l. obſeruandum, ff. de officio præſid.* ibi: *non eſt conſtantis iudicis.* Sed nec in actibus iudicialibus admittitur variatio, & inconſtantia, *l. quod in hæredem, §. eligere de tributoria actione, l. ſi creditores hæreditarij, de ſeparation.* ibi: *Sed ei quod ſemel poſtulauerint, ſtare debent., l. ſi fundus* 4. *§. eleganter de leg. commiſſor.* & quæ dixi *ſupr. cap.* 20. *n.* 2.

Tum etiam, quia iudex debet eſſe terribilis delinquentibus, *authent. de mandat. Princip. §. deinde, in fine*, quod non conuenit fœmineæ fragilitati.

Sed & ſecretum in iudice requiſitum in homine inuenitur, & difficulter in illo cognoſcitur quid velit facere; nam voluntate hominis nihil incertius, nihil obſcurius, vt tradidit Cicero pro Murena Ioſeph. de Ruſt. *l. cum auus, cap.* 2. *num.* 61. *de conditionib. & demonſtrat.* ita vt arbitrium iudicis detur ob incognitas hominum voluntates, vt inquit Menoch. *lib.* 1. *de arbitrar. q.* 11. *num.* 3. & gerenti officium Regium congruit ſecretum ſeruare, & ſic Tobiæ *cap.* 12. *num.* 7. legitur, *Sacramentum Regis abſcondere bonum eſt.* 63 64

Et mulieres difficile ſecretum ſeruant, ob quod fertur Catonem Cenſorium dixiſſe de tribus pœnitentiam habuiſſe, nempe ſi transfretauit quo poſſet per terram ire, ſi diem incuriam prætermiſit, ſi aliquod arcanum mulieri pandidit, vt tradit Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 61. *n.* 6. 65

Sed

66 Sed & mulieres faciliter turbantur rebus inopinatis contingentibus, & conturbatus animus, non eſt aptus ad exercendum munus ſuum. Cicero, *Tuſcul.5.* & eſt textus, *in l. obſeruare, de officio proconſulis,* ibi: *Plerumque enim incerta, & inopinata turbant prouinciales, & actus impediunt.*

67 Et quia maior dignitas eſt in ſexu virili, vt in *l. 1. ff. de Senator.* quoties ſunt eligendi aliqui de domo, & familia hi debent eſſe maſculi, & non fœminæ. Alexand. *conſil. 213. lib.6.* Ruin. *conſ.24. lib.2.* Simon de Prætis, *de interpr. vlt. voluntat. lib.1. ſolut.4. num. 16. pag. mihi 23.* idem Gregor. *l.3. tit.13. part.6.* verb. *mugeres, q.16.* & vide eundem Gregorium, *l.2. titul.15. part. 2.* verb. *fijo varon*, vbi quod habens facultatem
68 inſtituendi maioratum in vno ex filiis non poterit inſtituere in filia ſtante maſculo quod neruoſe defendit Mier. *de maiorat. q.16. à num. 1. in 1. edition. & 2. edition. à num. 4.* quod ait procedere etiamſi in facultate dicatur, quod faciat maioratũ in filium, vel filiam, quia vt ipſe inquit talia verba debent ſumi, & moderari ſecundum ordinem à iure præſcriptum, *l. cum pater, §. à te peto, de leg.2. l. hæredes mei, §. peto à te vxor, ff. ad Trebell.* licèt in melioratione tertij, & quinti contrarium teneat, in quo ei aſſentior, diſſentior autem in quantum vult non poſſe facere maioratum in filiam ſtante maſculo, & iam vidi contrarium fieri, congruit tamen præferre maſculos, quia maiora onera ſubeunt, *l. Titia 35. §. latius, de leg. 2.* ibi: *Magna onera ſuſtentaturam*, & ſunt aptiores tempore belli & pacis ad Reipublicæ regimen, & quia vt dicit Signorolus de Homodeis, *conſ.173. ante num.4.* noſtrum eſſe magis conſeruatur in ſexu virili. Alex. Raudenſ. *conſil.35.* 69
num.8. vbi *num. 9.* quod ob eam rationem eſt maior dilectio in filio maſculo. Caſſan. *conſ. 47. num. 30.* vbi quod vulgo fertur, natiuitate maſculi tota domus ridet, & lætatur; fœminæ vero, triſtatur.

Et ea perſona cenſetur magis dilecta, quæ plus conſeruat memoriam teſtatoris, gloſſ. *l. iſti quidem, §. fin.* quod metus cauſa. Alex. Raudenſ. *conſ. 35. num.5. vol. 1.* & relictum præſumitur ei, qui teſtatori magis eſt affectus, *l. quod hæredi, ff. de rebus dubiis, & in terminis maſculinitatis.* Peregrin. *de fideicommiſ. art. 25. num. 58.* 70 71

Et ſi concurrit maſculus ex maſculo cum maſculo ex fœmina præfertur maſculus ex maſculo. Peregr. *de fideicommiſ. art.26. num. 2. in fin.* & ſi concurrant fœmina ex maſculo, & maſculus ex fœmina præfertur maſculus, *cap. vnic. de eo qui ſibi, & hæredibus ſuis.* Auend. *l. 40. Tauri, gloſſ.9. num.75.* Ceph. *conſ.251. à num. 42. lib. 2.* vbi de Ducatu de Alburquerque, & fuit obtentum ſucceſſione Regni Portugaliæ, & optime fundauit Alex. Raudenſ. *conſ. 1. vol. 1.* & ſi fœminæ concurrant ad ſucceſſionem fœmina ex maſculo præfertur. Mier. *de maiorat. 2. part. q.6. n.76.* ſequitur D. Ioan. Caſtell. *lib.3. contr. c.19. n.156.* 72 73

Et filius non dicitur vna perſona cum matre, nec pars eius, *leg. ſi aliena, §. fin. ff. de vſucapionibus, l. partum, de verbor. ſignific.* ſecus autem reſpectu patris, cum quo eadem perſona reputatur, *l. fin. Cod. de impub.* 74

& aliis. Ant. Gomez. 1. *tom. variar. cap.* 1. *n.* 4. Azeued. *l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 2. *recopil. à num.* 2.

75 Et immunitas, quæ generi poſteriſque data eſt ad eos, qui ex fœminis nati ſunt non pertinet; *l.* 1. *in fin. de iure immunit. l. vocatio de muneribus, & honoribus,* quod procedit in beneficiis. Roland. *conſil.* 93. *num.* 28. *lib.* 2. Mantic. *de coniect. lib.* 8. *tit.* 18. *num.* 37. Ioann. Garc. *de nobilitate, gloſſ.* 1. §. 1. *à num.* 32. vbi *num.* 40. tenet reſtringi ad maſculos, ex ſubiecta materia. Et ita ex ſubiecta materia maſculi appellatione in contractibus, ſtatutis, immunitatibus, & priuilegiis, etiam quando diſpoſitio fuit facta pro quibuſcumque maſculis non veniunt deſcendentes ex fœminis, tradit Peregr. *de fideicommiſſ. artic.* 26. *num.* 3. & 8. & 9. licet ibi militet *num.* 5. & 6. & 10. *cum ſeqq.* Sic contingit in feudis, *cap.* 1. §. *hoc autem notandum de his qui feudum dare poſſunt,* ibi: *Licet filiæ, vt maſculi patribus ſuccedant legibus, tamen à ſucceſſione remouentur ſimiliter, & earum filij, niſi ſpecialiter dictum ſit, vt ad eas pertineat, & cap.* 1. *de ſucceſſione fratri in vſibus feud.* ibi: *Proles enim fœminini ſexus, vel ex fœmineo ſexu deſcendente ad huiuſmodi ſucceſſionem aſpirare non poteſt, niſi eius conditionis, ſit feudum, vel eo pacto adquiſitum.*

76 Et licet ex qualitate diſponentis in diſpoſitione fœminæ veniant deſcendentes ex fœminis. Bartol. *l.* 1. *num.* 2. *de conſtitution. Princip.* Couarr. *cap. Raynuntius, num. fin. in princip. de teſtament.* Petrus Benintend. *deciſ.* 25. *num.* 1. *in fin.* Menochius, *l. b.* 4. *præſumpt. part.* 185. *n.* 6. Molin. *lib.* 3. *de primog. cap.* 5. *n.* 49. & 75. Burg. de Paz, *conſ.* 25. *n.* 9. Gamm. *deciſ.* 51. *num.* 2. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 26. *num.* 17. Suar. *de legibus, lib.* 8. *cap.* 11. Roland. *conſ.* 76. tamen etiam in diſpoſitione fœminæ ſtantibus maſculis, & fœminis maſculus eſt præferendus per *l. fin. de fide inſtrument.* & ex eis quæ late dixi, *lib.* 1. *de anniuerſ. cap.* 5. *à num.* 80. ſemper vbi concurrunt maſculus, & fœmina præfertur maſculus. Menochius, *lib.* 4. *præſumption.* 85. *n.* 19. & in dubio ſumitur interpretatio pro
maſculo. Tiber. Decian. *conſil.* 74. 77
num. 53. *vol.* 3. Alex. Raud. *conſ.* 3. *num.* 71. *vol.* 1.

Et ex hac præſtantia maſculorum, quæ etiam iure diuino fulcita eſt numeri, *cap.* 17. & *fin.* vt ponderat Va-
lençuela, *conſ.* 40. *n.* 39. licet inſtitu- 78
toribus maioratum facultate Regia excludere filias fœminas, & ex eis deſcendentes vocando viros, & quoties talis vocatio ponitur per viam regulæ, & abſolute dicitur maioratus agnationis, & deffertur per agnatos etiam tranſlineando quærendo virum alterius lineæ, ſi deficiant maſculi lineæ quam intrauerat ſucceſſio. Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 62. dicetur autem abſolute, & per viam
regulæ poſitam quando non adiicitur 79
alicui vocationi, ſeu vocationibus, ſed abſolute in vna clauſula de per ſe, quo caſu excluſio fœminarum refertur ad omnes clauſulas, & vocationes, Greg. *l.* 3. *tit.* 8. *part.* 6. verb. *mugeres, quæſt.* 26. verſ. *ſed quid ſit fœmina,* ſequitur Ludouic. Caſſanate, *conſ.* 38. *num.* 97. vbi ait ita intelligendum Molin. *d. cap.* 5. *n.* 62. & di-
cetur clauſula ſtare de per ſe, quan- 80
do ſtat abſque dictione denotante coniunctionem cum aliqua ſpeciali vocatio

vocatione, vt dicit Alex. Raudenſ. *conſ.36. n.210. vol.1.*

81 Et quod ſit maioratus præciſæ agnationis, ſi fœminæ ſemper & perpetuo ſolidantur, vt ſuccedatur de viro in virum, tradit Peregr. *de fideicommiſ. art. 25. num. 26.* ſequitur Giurb. *deciſ. 32. n. 20.* D. Ioan. Caſtel. *5. tom. controu. c.92. n.3. & n.11.*

82 Si autem iſtitutor non expreſſè excluſit fœminas, ſed vocauit filium ſuum primogenitum, & eius filium maſculum, & alios filios ſecundo, tertio, & quarto genitos, & eorum filios maſculos, non ex hoc cenſetur maioratus agnationis, nec excluſæ fœminæ in perpetuum, ſed ſolum prælatio maſculis tributa. Molina, *lib.3. de primog. cap.5. num.50.* Gregor. Lop. *dict. l. 3. tit.8. part.6.* verb. *mugeres, q. 26.* nec enim agnatio cenſetur conſiderata ex eo quod multoties mentionem faciat maſculorum, D. Valençuel. *conſ.97. n.59.*

83 Neque præſumitur fundatorem maioratus fuiſſe motum in eis vocationibus ex ſola ratione agnationis cum ex aliis potuerit moueri. Molin. *lib.3. cap.5. n. 26.* Aluar. *de coniect. cap.3. §.4. num.8.* plures refert Caſſanat. *conſ. 4. n. 228.* & ibi verſ. *& dicenti*, quod aſſerenti ex vnica agnationis ratione teſtatorem fuiſſe motum probatio incumbit. Molin. *dict. cap.5. num.28.*

84 Et ſi inſtitutor maioratus vltra filios vocauerit maſculos in aliis perſonis, & gradibus expreſſis, licet inter eos cenſeatur agnationis ratio conſiderata, non tamen extenditur vltra perſonas, & gradus expreſſos. Molin. *lib.1. de primog. cap.5. n.37.* D. Valençuel. *conſ.97. num.25.* alios refert Caſſanat. *conſ.38. num. 89. & conſ. 4. num. 217.* & ſic Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 25. num. 33.* tenet quod qualitas maſculinitatis poſita in vna oratione inter certas perſonas non extenditur ad perſonas nominatas in alia oratione, & clauſula.

Nec erit abſurdum, nec mirandum, quod in aliquibus lineis, gradibus, & perſonis, ſit maioratus agnationis, & in aliis regularis, vt per textum, *in l. qua conditio, ff. de conditionibus, & demonſt.* tradit Molin. *lib.3. de primog. cap. 5. num. 20.* Auend, *l. 40. Taur. gloſſ. 9. n. 21.* Caſſanate, *conſ.4. num.218.* D. Ioan. Caſtel. *lib.5. controuerſ. cap. 92. n.5.* & ſic agnationis ratio reſtringatur ad perſonas nominatas, iuxta Old. *conſ. 21.* 85

Vt autem intelligamus rationem agnationis eſſe habitam & conſideratam, vel debet de ea expreſſè conſtare, vel ex verbis expreſſis colligi. Simon de Pretis, *de interpret. vltim. volunt, interpret. 2. dubit. 1. ſolut. 1. num.6. fol. 47.* Caſſanate, *conſil. 4. num. 293.* vbi quod potius procedit in tranſuerſalibus. 86

Sed mihi videtur in deſcendentibus inſtitutoris maiori cum ratione deſiderari expreſſionem qualitatis maſculinitatis cum agatur de remouendis filiabus, & deſcendentibus ex eis à ſucceſſione aſcendentis quo caſu à iure deſideratur expreſſa voluntas, *l. ſub conditione 18. ff. de bonorum poſſeſſionibus contra tabulas*, ibi: *Certo enim iudicio liberi à parentum ſucceſſione remouendi ſunt.* 87

Et tam reſpectu fœminarum deſcendentium, quam tranſuerſalium non cenſetur habita ratio conſeruandæ agnationis niſi de hoc manifeſtè

 apparcat,

appareat, vt poſt Bart. *l. liberorum, num.* 12. *de verbor. ſignif.* Bald. *illam, num.* 3. *Cod. de collation.* Alexand. *l. ſi conſtante, num.* 5. *ſolut. matrim.* & ibi. Ripa, *num.* 65. tradit Goçadinus, *conſ.* 103. *n.* 19. Honded. *conſ.* 1. *num.* 54. Tobias Nonius, *conſil.* 16. *num.* 11. Caſſanate, *conſ.* 38. *num.* 78. Seſe, *deciſ.* 254. *num.* 6. Et minus, ſi maioratus ſit fundatus à fœmina cum viro. Seſe, *deciſ.* 254. *n.* 6. & minus, ſi à ſola fœmina, vt *ſupr. n.* 76.

88 Quare vt fœmina deſcendens obtineat & admittatur ſufficit, quod diſpoſitio ſit dubia. Molin. *lib.* 3. *de primog. cap.* 4. *num.* 32. & 37. Mier. 2. *part. q.* 6. *num.* 33. & ob dubitationem admittitur filia excluſis maſculis *in cap.* 1. §. *inter filiam, de natur. ſucceſſ. feudi*, de quo diximus *ſuprà, cap.* 2. *num.* 52.

Et Molinam ſequitur Aluaradus, *de coniecturis, lib.* 2. *cap.* 3. §. 4. *n.* 7. *in fine*, dum ad excluſionem fœminæ requirit, quod voluntas ſit expreſſa verbis claris, vel coniecturis certis. Mier. *de maioratibus*, 2. *part. quæſt.* 6. *num.* 9. ibi: *In bonis maioratus regulariter fœminæ ſuccedere poſſunt, cum non ſuperſunt maſculi in eodem gradu, niſi per auctores maioratuum expreſſe, aut per euidentiſſimas coniecturas excludantur, quod conſuetudine totius Hiſpaniæ receptiſſimum eſt*, & *num.* 33. & 35. Molin. *de ritu nuptiar. lib.* 3. *quæſt.* 24. *num.* 103. & 113. & 119. Couarr. *pract. c.* 38. *num.* 6. D. Ioannes Caſtellus, 6. *tom. controuerſ. cap.* 143. §. *vnic. num.* 13. *fol.* 247.

89 Et dicitur expreſſe conſtare, ſi colligatur ex verbis diſponentis, *l. Gallus*, §. *quidam recte, de liberis, & poſthumis*, ibi: *Non exprimat de morte filij, ſed ſimpliciter inſtituat, vt eo caſu valeat, qui ex verbis concipi poſſit*, *l. prætor ait*, §. 1. *iuncta gloſſa*, verb. *expreſſum, ff. de noui operis nunciatione.* Tiber. Decianus, *conſ.* 1. *num.* 133. *vol.* 1. & etiam dicitur euidenter conſtare, de voluntate diſponentis, quando conſtat per coniecturas, *l. licet Imperator* 77. *de legatis* 1. ibi: *Si non fuerit euidens diuerſa voluntas, quæ ex multis colligitur.* Et ſi 90
maioratus probatur ex coniecturis modo ſint concludentes, vel legis auctoritate munitæ. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 11. *num.* 43. & 44. & dixi *lib.* 1. *de anniuerſ. cap.* 4. *n.* 44. multo magis probabitur qualitas in maioratu deſiderata, aut agnationis, & fortior eſt coniectura, quæ ſumitur ex diſpoſitione hominis, quam ex *l. Ruin. l. Gallus*, §. *& qui ſi tantum, num.* 48. *alias* 73. *de liberis, & poſthumis.* Mantic. *de coniectur. lib.* 8. *tit.* 17. *num.* 20. & quod dicatur euidenter conſtare id, de quo conſtat 91
per coniecturas, tradit Anton. Gam. *deciſ.* 51. *num.* 9. & *deciſ.* 206. *n.* 30. Molin. *lib.* 3. *de primog. cap.* 4. *n.* 39. & expreſſum, & manifeſtum dicitur Mol. *lib.* 1. *primog. cap.* 17. *num.* 15. *verſ. quidquid autem*, & *n.* 27. vbi in ratione conſeruandæ agnationis loquitur Mier. *de maiorat.* 2. *part. in initio, num.* 25. *in* 2. *edition.* Couarr. *in* 4. 1. *part. cap.* 4. §. 2. *num.* 3. & 4. Suar. *l. poſt rem, in declaratione legis Regni, extenſ.* 2. *num.* 5. vbi quod per inſtrumentum dicitur clare, & expreſſe conſtare quod continetur in eo etiam indirecte, & quod habebit paratam executionem, & quod intentio, quæ colligitur ex coniectu- 92
ris dicitur liquido conſtare, & probant ſicut inſtrumentum, indicia, &

coniectu-

93 coniecturæ, *l. indicia*, *Cod. de rei vendicatione*, licet quando requiritur expreſſa verbalis voluntas non ſufficiant coniecturæ, vt tradit Auend. *l.4. tit. de las excepciones, n. 39.* verſ. *Nec obſtat*, vbi ſic limitat dictam legem licet Imperator, *delegat.* 1. & loquitur in licentia mariti, vt mulier contrahat, iuxta *l.55. Tauri*, ſed regulariter dicitur expreſſum, quod ex mente, & coniecturis neceſſario colligitur & tradit plures referens Tira. poſt leges connubiales, *gloſ.7.n.162.*

94 Et quando ex coniecturis colligitur ratio agnationis, non fit extenſio ad admiſſionem aliquorum, & excluſionem aliorum, vt pluribus relatis tradit Ludouic. Caſanate, *conſ.38. num.* 81. & Molin. *lib. 3. de primog. cap.5. num.50.* verſic. *Quod eſt ſatis ſingulare.* Et dicetur habita, & conſiderata ratio agnationis etiam con-
95 iecturis, vt ſi omnibus lineis & gradibus vocentur maſculi, & ſit repetita ſæpiſſime ea qualitas, & plus quam quadrageſies, vt dicit Ludouic. Caſſanate, *conſ.15.num.38.* vbi idem dicit, ſi fœminas non admiſit, ſed ſemper excluſit cum onere dotandi eas, ſi excluſit fœminas ſtantibus maſculis tranſuerſalibus agnatis, ſi excludantur religioſi ſacerdotes, & alij non potentes ducere vxores, vt milites Hieroſolymitani.

Si vocentur maſculi cum onere deferendi nomen, & arma familiæ, & fœminæ ſolum admiſſæ ſint deficientibus omnibus maſculis.

96 Sed vt breuiter percipias quando ſit, vel non conſiderata agnatio dic cum Molina, D. Ioan. Caſtello, & aliis quod aut inſtitutor maioratus generaliter, & abſolute, & per viam regulæ in clauſula de per ſe vocauit ad ſucceſſionem in perpetuum maſculos excludendo fœminas, & earum filios, quas quoſvè nunquam admiſit, & tunc erit maioratus puræ agnationis. Molin. *lib.3. de primog. cap.5. num.* 50. Mier. *de maiorat. 1. part. queſt.6. num.* 42. D. Ioann. Caſtell. *lib.5. controuerſ. cap.92. num.12.* debet enim fœmina ſemper excludi, & nullo caſu admitti, vt ſit puræ agnationis, D. Valençuela, *conſil. 97. num. 59.*

Aut vocatis maſculis omiſſis filiabus, & cæteris fœminis ab eo deſcendentibus fecit tranſitum ad maſculos tranſuerſales agnatos, & omnibus agnatis extinctis vocauit fœminas deſcendentes, vel eis non ſtantibus alias proximiores, & cenſetur conſiderata ratio agnationis, quatenus ſuperſint maſculi quibus poſſit conſeruari; nam cum inſtitutor poſtpoſuerit amorem naturalem, quem habet ad deſcendentes ex lumbis ſuis euidenter apparet voluiſſe conſeruare agnationem dum ſint agnati, vt tradit Tobias Nonius, *conſil. 32. num.* 18. qui plures refert, Giurba, *deciſ.32. num.19.* Surdus, *deciſ.66. num.fin. & conſ.316. num.13. & conſil.443. num.43. lib.3.* Molin. *de primog. lib. 3. cap. 5. num.2. in fin.* D. Iuan. Valençuela, *conſ.40. num.30.* Seſſe, *deciſ.308. à num.9.* D. Ioann. Caſtell. *dict.cap.92. n.13.* Caſſanat. *conſ.50. n.31.*

Aut vocauit maſculum primogenitum, vel alium, & eius filios maſculos, & omiſſis neptibus ex eo vocauit alios filios, vel deſcendentes maſculos, & in eorum defectum vocauit filias, & alias fœminas deſcendentes, & tunc erit maioratus agnationis quandiu fuerint, & extiterint maſculi

maſculi

maſculi deſcendentes. Molin. *lib.* 1. *de primog. cap.* 5. *num.* 37. Caſſanat. *conſ.*4. *num.*217. D. Ioan. Caſtel. *d. cap.*92. *num.*14.

Aut vocauit filios maſculos, & eorum filios maſculos, & omiſſis filiabus vocauit nepotes ex eis, & non extantibus deſcendentibus maſculis vocauit filios ſuarum ſororum maſculos, & non erit maioratus agnationis, ſed maſculinitas cenſetur deſiderata, & erit maioratus maſculinitatis, vt ſoli maſculi ſuccedant Ludouicus Caſſanate, *conſ.* 23. *num.*4. Mieres, *de maiorat.* 2. *part. quæſt.* 6. *num.*65. verſ. *Secunda dicta, communis in* 1. *edition.* D. Ioann. Caſtell. *dict. cap.* 92. *num.* 15. & maſculorum appellatione veniunt maſculi ex fœminis, vt *in auth. de hæred. ab inteſtat.* veniunt maſculi ex fœminis, vt *in authent. de hæred. ab inteſtat. venient.* §. 1. ibi: *Siue ex maſculorum, ſiue ex fœminarum prole deſcendant.* Mantica, *de coniectur. lib.* 8. *tit.*8. *à num.* 14. D. Ioann. Caſtellus, *lib.*5. *controuerſ. cap.*129. *&* *cap.*130. vbi optime.

Aut vocauit aliquos filios maſculos, & cum ſupereſſent alij maſculi, quos poſſet vocare eis omiſſis vocauit fœminas; tunc non poteſt dici, quod ſit habita ratio agnationis. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 25. *n.* 26. Surd. *conſ.* 475. *num.* 19. D. Ioann. Caſtell. *dict. cap* 92. *num.* 16. & eo caſu, nec maſculinitatis ratio poterit dici conſiderata, & erit maioratus regularis cum fœminæ vocentur exiſtentibus maſculis, & minus agnatioque deſtruitur per fœminas, *l.*
97 *pronuntiatio*, §. *fin. de verbor. ſignif.* Alexand. *conſ.*11. *num.* 2. *lib.* 4. Socin. *conſ.*158. *num.*4. *lib.*2. Menoch. *conſ.*95. *num.*98. *lib.*2. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 25. *num.* 16. & melius *num.* 26. & præcipue ſi fœmina nubat viro alterius familiæ; nam licet adhuc retineat ius agnationis. Molin. *lib.*1. *primog. cap.*1. *num.*39. tamen eo caſu minus in ea conſeruatur agnatio. Aym. *conſ.* 250. *num.*1. & *conſ.*306. *n.* 5. Honded. *conſ.* 79. *num.*16. *vol.*1. Caſſan. *conſ.*4. *n.*210. vbi plures refert Greg. *gloſſ.*3. *tit.*8. *titul.* 13.

Et quod fœmina agnata filia vltimi poſſeſſoris, quæ deſcendit per lineam virilem ſit agnata, tenet gloſſ. 98
fin. in fine, *l. Gallus*, §. *nunc de lege Velleia, de liber. & poſthum.* & eſt textus, qui hoc manifeſtè probat, *in l. voluntas*, *Cod. de fideicommiſſ.* vbi prohibitus alienare extra familiam, inquit textus, *non videri prohibitus donare ſorori*, *l. lege duodecim tabularum*, verſic. *huiuſmodi*, *Cod. de legitimis hæredibus*, & textus *in* §. *cæterum inſtitut. de legitim. agnator. ſucceſſ.* ibi: *Per virilem ſexum deſcendentes ſiue maſculi, ſiue fœminæ ſint*, dicit communem opinionem Sigiſmundus, *conſil.* 39. *num.*14. ſequitur Molin. *lib.*1. *cap.* 6. *num.* 37. *in fine*, Burſat. *conſ.*157. *num.*4. Curtius Iunior, *conſ.*49. Sfortia Oddus, *conſ.*46. *num.*36. alios plures refert, & ſequitur Peregr. *de fideicom. art.*14. *n.*37.

Sed licet fœmina deſcendens per virilem ſexum ſit agnata, ſi agatur de conſeruanda in perpetuum agnatione, non admittitur, quia eo caſu cenſentur maſculi vocati. Molin. *dict. cap.*6. *num.*38. Greg. *l.* 2. *tit.*6. *p.*4. verb. *Linea deparientes.* Mieres, *de maior.* 2. *p. q.*6. *n.* 54. Tob. Nonius, *conſ.*32. *num.*16. & Peregr. *de fideicommiſ. art.*14. *n.*39.

Quid

99 Quid autem dicemus ſi fœmina deſcendens per virilem ſexum, & quæ in veritate eſt agnata, non nupſerit extra familiam, ſed intra eam pone exemplum in filia poſſeſſoris maioratus agnationis, quæ nubit agnato ex quo matrimonio, filius procreatus eſt vere agnatis, tam ex parte patris, quam matris, an talis filius ſuccedet auo materno, & præferatur alteri agnato tranſuerſali fundatoris qui ſit proximior, ſi ſui patris gradum conſideremus, vel maioris ætatis, ſi fuerint in eodem gradu, & qui alias ſucceſſurus erat, hæc quæſtio ſabbatina poteſt appellari; nam ex regulari modo ſuccedendi in maioratu agnationis ille eſt præferendus, qui deſcendens per lineam virorum eſt in proximiori gradu, vel præcedit ætate alteri in eodem gradu exiſtenti, in quo non eſt hæſitandum, nec pro hac parte neceſſe habemus fundare ius iſtius proximioris cognati gradu, vel ætate cum habeat fundatam intentionem maxime, cum ex acceptatione primi vo-
100 cati ad maioratum, & primogenium acquiratur ius omnibus in perpetuum vocatis (ſiue ſpecialiter nominati fuerint, ſiue veniant ex natura rei ex generali vocatione agnatorum deſcendentium, vel tranſuerſalium) *l. ſi in partem, ff. quemadmod. ſeruitut. amittan.* Molina, *lib. 4. de primogen. cap. 1. num. 64.* & eſt generale in omnibus quibus tangit, vt per acceptationem alicuius cæteris acquiratur ius. Valdeſ. *in addition. ad Suarez allegat. 19. n. 4.* & tradit Couarr. *lib. 1. variar. cap. 2.* D. Ioan. Bapt. Valençuela *conſ. 23. à num. 12.* & in fideicommiſſis, & maioratibus ex vocatione vnius cenſentur vocati omnes deſcendentes ordine ſucceſſiuo, *l. cum ita, §. in fideicommiſſo, l. peto, §. fratre, de leg. 2.* Bartol. *l. Gallus, §. quidam recte de liber. & poſthum.* Mantic. *de coniectur. lib. 8. tit. 18. num. 36.* & maxime in maioratibus procedere dicit. Seſſ. *dec. 254. num. 61. in fin. & num. 62.* nec per priores poſteriorum cauſa lædi debet, *l. peto, §. fratre de leg. 2. in terminis,* Campez. *conſ. 1. num. 1. inter conſilia, Feud.* Matthæi Brun. Præterea licet fateamur hunc natum ex filia vltimi poſſeſſoris ex patre agnato eſſe duplici vinculo copulatum, quod prodeſt ad prælationem in ſucceſſione bonorum liberorum, vt *in auth. de conſanguineis, & vter. fratribus, & authent. ceſſante, & authent. poſt fratres, Cod. de legit. hæred.* tamen vbi in maioratibus agnatio deſideratur, non auget qualitatem agnationis, quod aliquis agnatus ſit ex duplici latere coniunctus, tradit
Mantica *de coniectur. lib. 8. titul. 13.* 101
num. 4. in fine, vt in ſucceſſione maioratuum, tradit Gregor. *l. 5. tit. 13. part. 6. gloſſ. fin. in fin.* Parlador. *3. part. rerum quotidianarum, differentia 24. §. 1. num. 8.* quia ſolum attenditur, & conſideratur coniunctio ſanguinis per lineam qua defertur ſucceſſio, vt dixi *libro ſecundo de anniuerſ. capite tertio, numero trigeſimo ſexto, & trigeſimo ſeptimo.*

Sed in contrarium facit, quod 102
ſecundum Philoſophum omne ens optat, & deſiderat ſuam propriam conſeruationem, quam quia non poteſt conſequi in indiuiduo deſiderat conſequi in ſpecie, & ita dicit iureconſultus, *l. liberorum, de verb. borum ſignificat.* ait: *Ideo filios, filiaſue, concipimus, atque edimus, vt ex*

eorum, earumve prole diuturnitatis nobis memoriam relinquamus, & eſt votum commune parentum, quod ſui filij eis ſuccedant, *l. ſcripto. §. non ſic parentibus, ff. vnde liberi*, & ratio naturalis quaſi lex quædam tacita liberos ad parentum hæreditatem allicit, *l. cum ratio naturalis, ff. de bonis damnat.* & textus, *in l. cum in adoptiuis, §. omnia igitur, ff. de adopt. auth. de hæredib. & falcid. §. ſed quoniam*, verſ. *Tanquam hoc ſecundum ipſam naturam eis debeatur quale eſt filiis, & nepotibus, &c.*

103 Et facit pro hac parte dictum gloſſæ finalis, *l. tale pactum, ff. de pactis*, quod idem cenſendum eſt diſpoſitum fuiſſe, licet diſpoſitum non ſit, de quo ſi diſponens interrogatus eſſet reſpondiſſet quam gloſ. ad ſucceſſionem maioratus expendit Molin. *lib. 1. de primog. cap. 4. n. 19. & 24. & cap. 10. num. 12.* Mier. *de maiorat. 1. part. in princ. num. 12. & 2. part. quæſt. 3. num. 19.* & in propriis terminis noſtræ quæſtionis eam gloſſam expendit Gregor. *l. 3. tit. 13. partit. 6.* verſ. *mugeres, quæſt. 11.* & tunc quod ſit præferendus agnatus ex filia alteri agnato, licet alter proximior ſit ex parte patris facit, *l. 3. in*
104 *fin. Cod. de natural. liber.* ibi: *Quid enim intereſt vtrum per filios, an per generos commoditatibus conſulatur, & vtrum nouos lex faciat curiales, an foueat quos inuenit*, vbi Bald. *n. 2. & 3.* ait, quod filia naturalis efficitur capax ſi traditur in vxorem filio curiali, & eſt textus, *in auth. quibus mod. natural. efficiantur leg.* ibi: *Hæc ſimiliter ſancimus in maſculis oblatis curiæ, & in filiabus nubentibus curialibus, nulla exiſtente differentia, ſiue per generos, curiam in filiabus augere voluerit, & per illorum filios nouos adijcere curialibus filios eorum*, vbi gloſſa verbo *eorum*, ait: *Quid enim intereſt quo iſtorum modorum curia prouideatur*, & ex eadem ratione infertur, quod ſi excluſio fœminarum deſcendentium vocando tranſuerſales agnatos facta fuit ſolum ob conſeruationem agnationis: nam cùm ob nullam aliam rationem poſſet inſtitutor maioratus moueri ad excluſionem filiarum deſcendentium, credendum eſt ob eam fuiſſe motum, gloſſ. *l. quamuis, Cod. de fideicommiſſ.*

Ergo ſi damus agnatum deſcendentem ex lumbis inſtitutoris in quo eius voluntas, & deſiderata agnatio conſeruatur cenſendum eſt ex eius mente, & voluntate fuiſſe talem agnatum deſcendentem admittere, & eum tranſuerſali agnato præferre, quid enim aliud agebat inſtitutor maioratus, vt vtar verbis iuriſconſulti, *l. 1. §. inde quæritur, de nouis operibus nuntiat.* niſi velle primitus conſeruare ſuam agnationem in ſuis deſcendentibus, quos prætulit tranſuerſalibus, & ſi id conſequi non poſ- 105
ſet in deſcendentibus ex corpore ſuo conſeruare agnationem in tranſuerſalibus, & cum conſequatur finis ſuæ diſpoſitionis in meliori, & vberiori forma nihil eſt vlterius quærendum, *l. fin. §. fin. ff. mandati.* Honded. *conſil. 58. num. 70. vol. 1.* quod quoties forma data vberius impletur cenſetur ſatisfactum Surd. *conſ. 198. n. 3.* in eo enim inuenitur qualitas agnationis, & proximitas vltimi poſſeſſoris. & cum maiore qualitate ſanguinis eius, & fundatoris, & cui conueniunt verba diſpoſitionis conuenit, & diſpoſitio ex vulgata, *l. 4. §. toties de damno infect.* & facit quod diſpoſitio

diſpoſitio regulatur à ſua cauſa, *l. cancellauerat, ff. de his quæ in teſt. delent.* gloſſ. verb. *interuenit, l. legata in vtiliter delegat. præſtan.* & ratio ſic diſponit prout ſolent diſponere verba diſpoſitiua, *l. emptor. §. fin. de rei vendicat.* & ſi verba diſpoſitiua non decidant certum caſum, ſi ratio diſpoſitionis illum decidit, dicitur proprie eſſe in diſpoſitione. Molin. *lib. 1. de primog. cap. 5. num. 7.* Peregr. *de fideicommiſſ. art. 11. n. 54.* Tiraq. *de ceſſante cauſa, num. 137.* & ratio conſiderata ad diſpoſitionem includit, vel excludit, *l. nomen debitoris, §. fin. de leg. 3. l. cum mulier ſolut. matrimon.* Tiraq. *de ceſſante cauſ. 1. part. n. 149.* & diſpoſitio reſtringitur, & ampliatur ex ratione, *l. cum pater, §. dulciſſimis de leg. 2. l. pater filium, §. fundum de leg. 3.* Atque ita in terminis, quod ſi filia vltimi poſſeſſoris nubat agnato remotiori eius filius præferatur alteri agnato, qui reſpectu ſui patris

106 (beside "liter delegat. præſtan.")

107 ſit proximior, tenet doctiſſimus Bartholomeus Socinus, *conſ. 10. num. 6.* inter conſilia feudalia. Matthæi Bruni, Aymon, *conſ. 861. num. 6.* Peregrin. *conſ. 50. num. 4.* idem Gregorius noſter Hiſpanus, *dict. l. 3. tit. 13. p. 6.* verb. *mugeres, quaeſt. 11.* & Alnarad. *de coniectur. mente defunct. lib. 2. c. 1. num. 31.* Albericus Brunus, *tract. de*

108 *ſtatutis excludentibus famin. artic. 6. princip. 3. membr.* quem ſequitur Pariſ. *conſ. 47. n. 74. vol. 3.*

Et pro hac ſententia facit, quod ratione adiuncti conſequitur quis,

109 quod per ſe non conſequeretur, vt in *l. ſi communem, ff. quem ad ſeruit. amittant. & l. ſi inter duo, ff. de liberat. legat.* & late Iaſ. *l. ſi emancipati, Cod. de collat.*

Neque obſtat, quod per accepta-

Perez de Lara de vita Hom.

tionem primi vocati acquiſitum fuit ius omnibus agnatis tranſuerſalibus, qui ex vocatione generali admittendi erant, quia id procedit, & habet locum, niſi ſubſit perſona quæ ex veriſſimili mente inſtitutoris eum excluderet, *l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* quem textum ita ſumat Bartol. ibi: & facit, *§. pero à te vxor chariſſima, eiuſdem legis,* ibi: *Ex cateris autem cognatis ſi neptes ſupereſſent non recte mulierem electuram,* & textus, *in l. ſi is qui ducenta. §. fin. in fin. de rebus dubiis,* ibi: *Sed procliuius eſt ſententiam teſtatoris ſic eſſe intelligendam, vt ſiue ſi ius, ſiue filia nata ei fuerint extraneus non admittatur.*

Et ad dictum Manticæ relatum *ſuprà num. 101.* poteſt reſponderi, quod non conſideratur quod aliquis agnatus ſit ex duplici latere coniunctus, quando altera coniunctio non prouenit per lineam ſucceſſionis, ſed alia, quod non eſt conſiderabile ad ſucceſſionem; at in noſtro caſu duplex vinculum eſt per viam agnationis deſideratæ, & eſt dabilis caſus in quo detur duplex coniunctio ex parte qua prouenit maioratus, vt ſi ſit fundatus à viro, & vxore ſimul, & concurrat alter qui ſit in pari gradu cum viro, & vxore fundatoribus; nam præferetur alteri qui ſolum fuerit in eodem gradu reſpectu vnius ex fundatoribus ob duplicem coniunctionem per iura *ſuprà* allegata, & quod dixi *lib. 2. de anniuerſ. cap. 3. à num. 32.* 110

Sed video, quod prædictorum Doctorum opinio, non recipitur in Tribunalibus. Et pro praxi tribunalium facit, quod matrimonium contractum ad fraudandum aliquem ſucceſſione, non præiudicat vocato, qui alias 111

alias ſucceſſurus erat, vt de matrimonio contracto in mortis articulo ad fraudandum ſubſtitutum, tradit Molina *in annotationibus poſt librum primogeniorum, num.* 8. dicens communem opinionem, & ab ea non eſſe recedendum quidquid tenuerit Menchaca *lib.* 3. *controverſ. illuſtr. cap.* 4. *num.* 5. pro qua opinione facit, quod diuortium, quod iure permittente fieri poterat, non præiudicat ei, cui in caſu mortis dos reſtituenda erat, *l. filia mea emancipata, & agre, ff. ſolut. matrim.* & etiam renuntiatio beneficij, quæ alias fieri poterat non præindicat habenti expectatiuam, vt *in cap.* 2. *de renuntiat. lib.* 6. & conducunt plura iura, vt *l. cum ratio*, §. *fraudis autem, de iure fiſci, l. ſi cum mulier, ff. rerum amotarum, l. qui pœna*, §. 1. *de manumiſſion.* & quod non eſt aperienda via fraudibus, *cap. Paſtoralis de cauſ. poſſ. & prop. l. in fundo, de rei vendicat. l.* 15. *tit.* 7. *p.* 1. verſ. *de contraſtar la malicia*, erit tamen optimum conſilium, quod inſtitutores maioratuum prouideant ſuis deſcendentibus, vt non eis præferantur tranſuerſales contra commune votum parentum.

112 Quantumuis autem ſit agnatio deſiderata deficientibus maſculis agnatis admittuntur fœminæ, ne bona libera remaneant, Gregor. *l.* 3. *tit.* 13. *p.* 6. *verb. mugeres, q.* 4. verſic. *quid autem.* Ruin. *conſ.* 144. *num.* 3. *vol.* 2. D. Ioan. Caſtel. *lib.* 5. *comren. cap.* 92. *num.* 12. vbi alios refert.

Pro quo facit quod agnationis ratio ſemper ſtat acceſſorie ad princi-
113 palem diſpoſitionem maioratus. Decius, *conſ.* 291. *num.* 5. quem & alios refert, & ſequitur Caſanat. *conſ.* 4. *num.* 226. & vt permaneat maioratus deficientibus omnibus maſculis admittitur fœmina ne bona efficiantur vacantia. Mier. *de maior.* 2. *part. quæſt.* 2. *num.* 27. *in prima editione.* Flor. de Mena, *lib.* 1. *variar. q.* 16. *num.* 8.

Et licet ſæpiſſime ſint vocati maſculi, ſi in aliqua parte diſpoſitionis vocetur fœmina, ceſſat ratio conſer- 114
uandæ agnationis. Molin. plures referens *lib.* 3. *de primog. cap.* 5. *n.* 50. Roland. *conſil.* 79. *num.* 11. & 15. *volum.* 3. Natta, *conſ.* 187. *in fin.* ſequitur Seſſe, *deciſ.* 254. *num.* 1. verſic. *illud tamen*, ad finem quod intellige niſi vocata fuerit poſt extinctos omnes maſculos agnatos, quia tunc non ceſſat ratio conſeruandæ agnationis cum ſit vocata fœmina ex neceſſitate (*à mas no poder*, vt ita dicam) & idem erit ſi probatum fuerit nullos alios extitiſſe maſculos vltra illos certos nominatos, ſecus ſi ſuperſint maſculi agnati cum vocata fuerit fœmina, vel non fuerit probatum nullos extitiſſe, ita Hieronymus Gabriel, Ripa, Decius, Curt. & alij relati à Pereg. *de fideicommiſſ. art.* 25. *num.* 26. & 27. ſequitur Seſſe, *deciſ.* 254. *n.* 123.

Sed quid ſi cum inſtitutor maioratus non vocauit fœminam in defectum maſculorum agnatorum; ſed eius filium maſculum, & eius deſcendentes maſculos quo caſu volunt aliqui Doctores induci nouam, & 115
artificialem agnationem in maſculis deſcendentibus ex ea fœmina. Paul. Caſtr. *conſ.* 40. *num.* 5. & *conſ.* 91. *n.* 4. *lib.* 2. Aym. Crauet. *conſ.* 985. *n.* 51. & 55. *volum.* 6. Cephal. *conſ.* 196. *num.* 20. *lib.* 2. Menoch. *conſil.* 172. *num.* 36. *lib.* 2. & Caſſanat. *conſ.* 20. *num.* 29. vbi diſtinguit agnationem

iii

in naturalem, & artificialem, & plures ad id refert D. Ioannes Caſtellus *lib. 5. controuerſ. cap.* 133. *n.* 14. ad quod ſolet allegari textus *in auth.* quibus modis naturales efficiantur ſui, §. *filium*, ibi: *Facimus eum ex quadam machinatione cognatum, & conducit l. ſi ſeruus legatus* 27. §. 1. *in fin.* ibi: *Nouus enim homo videatur eſſe.*

Et ſic videtur quod ſit inducenda noua agnatio in deſcendentibus ex maſculo ex fœmina vocato quaſi ſupplendo, & reparando defectum naturæ, tradit Marin. Frec. *de ſubfeudis q.* 1. *num.* 27. *in additione*, vbi ait in ea artificiali agnatione fœminam mutare ſexum beneficio legis, vel ex prouidentia domini, & ſic cenſeri extinctam eſſe muliebrem conditionem, quia non eſt conſiderandus ſexus; ſed id quod per ſexum repreſentatur.

116 Sed cum vt vera agnatio, & naturalis debeat conſeruari requiratur expreſſa voluntas inſtitutoris, vel quod alio modo euidenter appareat voluiſſe conſeruare ſuam agnationem vt diximus *ſuprà num.* 86. multo magis ad inducendam hanc agnationem in familia extraneorum quaſi per alchimiam ortam, vt alias de legitimatione, dixit Bald. *in cap.* 1. *num.* 23. *de conſtitutionibus*, niſi expreſſe inſtitutor hoc diſpoſuerit, & dixerit ſe velle agnationem maſculi vocati conſeruare, & maſculos ex maſculis vocauerit, aut expreſſe excluſerit maſculos ex fœminis non inducetur agnationis ratio, nec etiam ſi fœminas excluſerit cum in maioratibus ſimplicis, & nudæ maſculinitatis excludantur, ita D. Ioann. Caſtill. *lib.* 5. *controuerſ. c.* 133. *n.* 14. & nemo præſumitur velle conſeruare agnationem alterius familiæ nec etiam vxor ſui mariti niſi probetur Caſſanate, *conſ.* 38. *num.* 74. quod dicit verius, & receptius.

Sed poſito quod inſtitutor maioratus voluerit conſeruare agnationem nepotis ex filia vel alterius cognati ſibi noti, vel ſi vxor voluerit in filio ſuo conſeruare agnationem ſui viri, vt dicit Hieron. Gabriel, *conſ.* 116. *vol.* 2. an ſi poſt multos annos in deſcendentibus ob defectum maſculorum, & extinctis omnibus ſuccedat fœmina, vt diximus debere ſuccedere *ſuprà à num.* 111. an reiteretur noua agnatio in maſculo ex ea fœmina deſcendente, vt deinceps ſeruanda ſit ratio agnationis in primo vocato deſiderata, & videtur quod non cum in deſcendentibus ab ea fœmina non poſſit conſiderari affectio inſtitutoris quam habebat ad familiam primi vocati ſibi notam, non autem præſumitur inſtitutorem habuiſſe affectionem ad naſcituros ex alia familia ſibi ignota, vel non tantam, *l. qui filiabus*, vbi Doctores *de legat.* 1. Aymon Craueta *conſ.* 98. *num.* 2. Caſſanate, *conſil.* 45. *n.* 128. Alexand. *conſil.* 19. verſicul. *qui reſpondeo*, *libro tertio*, quia affectio, & odium non poteſt cadere inter ignotos. Simon de Pretis, *de interpretatione vltimarum voluntatum*, *libro primo*, *interpret.* 2. *dubitation.* 2. *ſolut.* 5. *num.* 8. verſic. *nam primum*, *fol.* 103. & ea affectio eſt attendenda quæ erat tempore teſtamenti, vt ex Socin. *l. quæ conditio*, §. *fin. col. fin. verſ.* 4. tradit Sim. de Pret. vbi *ſupr. n.* 29. & ibi, *n.* 19. quod maior affectio eſt ad vocatos, & nominatos in ſpecie quam ad vocatos in genere, &

117 118

licet vocauerit ſemper deſcendentes maſculos,ad ſucceſſionem,non ob id cenſendum eſt repetitam rationem agnationis in deſcendentibus à ſecunda, vel tertia fœmina, in quarum filiis deriuata eſt ſucceſſio cum iam fuerit extincta agnatio deſiderata, & cognita, niſi inſtitutor eum
119 caſum præuenerit, & expreſſerit, vt in ea reiteretur ea artificioſa agnatio ſemper, & toties, quoties ad cognatos ſucceſſio deuenerit,ſolóſque maſculos ex maſculis admitti iuſſerit excluſis maſculis ex fœminis, D. Ioan. Caſtellus, *lib.* 5. *controuerſ. cap.* 133. *num.* 21. vbi id tenet in fortioribus terminis, nempe quando inſtitutor vocauit ſuos agnatos, & extinctis omnibus deuenerit ſucceſſio ad cognatos, quo caſu ait maſculum ex fœminis proximiorem in linea, & gradu præferendum, cui adde nihil intereſſe quod talis maſculus deſcendat per vnam duas, vel plures fœminas ſi proximior ſit, vt præferatur remotiori ex vna fœmina quidquid voluerint Menoch. *conſ.* 172. *num.* 20. *volum.* 2. & alij Doctores, quos refert D. Ioann. Baptiſt. Valençuela, *conſ.* 97. *num.* 118. cum æqualiter ſint cognati.

120 Nec obſtabit maſculo proximiori, quod deſcendat ex duabus fœminis, ſiue alicuius maſculi interuentione, vt ſaluando tradita à Menochio, & aliis dixit D. Valençuela, *dict. n.* 18. nam ex quo iam ceſſabit ratio agnationis non eſt curandum, niſi de ſola maſculinitate requiſita, & ſic videtur ſentire Molin. *lib.* 3. *de primogen. cap.* 5. *num.* 48. ibi: *ſub appellatione maſculorum maſculi ex fœminis deſcendentes comprehenſi eſſe cenſentur*, dicens ex fœminis numero plurali, quia cum ex proprietate, & ſignificatione verbi deſcendentium maſculorũ veniant maſculi ex fœminis, vbi non conſideratur agnatio,in quo omnes conuenire, ait Socin. Sen. *in l. Gallus*, §. *nunc de lege*, *n.* 5. verſic. *quam tamen*, & *num.* 8. *de liber. & poſthum.* Hier. Gabr. *conſil.* 116. *à num.* 1. *vol.* 2. Ruin. *conſ.* 120. *n.* 89. *vol.* 1. Tiraq. *de primogenit. quæſt.* 13. *num.* 11. nam vt dicit Alciat. *conſ.* 15. *num.* 2. *lib.* 8. cùm ſint deſcendentes maſculi, non eſt temere recedendum à proprietate, & ſignificatione verbi per phantaſias, & chimeras aliquorum Doctorum, Seſſe, *deciſ.* 254. *num.* 1. vbi verſ. *Illud tamen*, ait non obſtare ſcripta per Menoch. *dict. conſil.* 172. & alios qui in eadem cauſa conſilij Menochi ſcripſerunt ex quo in ea erat contemplata agnatio, vt fatetur ipſe Menoch. *conſ.* 30. *n.* 16. neque deſcendens per vnam fœminam aliquid habet agnationis, cuius ratione præferatur deſcendenti ex duabus; ambo enim ſunt cognati deſcendentes maſculi, & proximior eſt præferendus, nam cum non conſideretur agnatio, ſed maſculinitas etiam cum onere deferendi nomen, & arma,maſculus deſcendens ex fœminis proximior præfertur etiam agnato, vt deciſum fuit à Rota, *deciſ.* 6. *lib.* 1. *diuerſorum*, neque ſi vocetur deſcendens per lineam rectam excluditur maſculus ex fœmina, nec ipſa fœmina, *l.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. vbi dum loquitur de linea recta admittit fœminam in defectum maſculorum. Molin. *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 33.

Sed ſi maioratus fundetur ex tertio bonorum iuxta diſpoſitionem, *l.* 27. *Tauri*, cum debeat ſeruari for- 121
ma, *in dict. l. præſcripta*, & grauamina,

na, & conditiones reſtringantur ad eam, vt voluit, *l. ibi: Con tanto que los haga*, & dixi *ſupr. cap. 2. num.* 47. & ſentit Gom. Arias, *l. 27. Taur. num.* 59. Tellins Fernand. *ibi n. 16.* quos refert, & ſequitur Molin. *lib. 2. de primog. cap. 2. a num.* 53. D. Ioan. Caſtell. *lib. 5. controuerſ. cap. 99. n.* 4. & prius *lib. 2. cap. 7. n.* 14. vbi quod vocationes aliter factæ ſunt reducendæ ad formam legis ne vitientur diſpoſita, & eo caſu non poterit inſtitutor maioratus excludere fœminas deſcendentes vocando tranſuerſales cum tertium ſit legitima filiorum, in qua non poſſunt grauari, quam ſententiam, & mens, & ver-
122 ba legis adiuuant, vt alias dicit, *l. miles, §. quidam ad leg. Iul. de adulteriis*, & tenebitur vocare fœminas deſcendentes etiam moniales. Tell. Fernan. *l. 27. Tauri, num.* 55. Molin. *lib. 2. de primog. cap. 12. num.* 55. *& in annotat. poſt lib. primog. num.* 10. Thom. Sanch. *in præceptis Decalog. 2. tom. lib. 7. cap. 15. n. 6.* & hoc quia filius Monachus ſuccedit patri, & retinet. Iura ſanguinis, & ſuitatis, vt dixi *lib. 1. de anniuerſ. cap. 5. num. 96.* & in tertio bonorum tradit Molin. *lib. 1. cap. 13. num.* 78. & omnes religioſi exceptis S. Franciſci de obſeruantia, Conc. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 3. de reformat.* & adueniente caſu delationis ſucceſſionis (in quo capacitas deſideratur, *l. 1. §. proximus*, vnde cognati, *l. fin. §. interdum, ff. de ſuis, & legitimis hæred.* Gamm. *deciſ.* 354. *num.* 8.) admittetur fœmina monialis reiectis conditionibus contrariis, & quilibet alius religioſus, vel clericus, ſeu miles S. Ioannis Hieroſol. & ſimiles tradit D. Ioann. Caſtell. *dict. lib. 5. quæſt. 99. & quæſt.* 100. *num.* 13. vbi quod ſi quintum ſit vnitum tertio in vinculo illud percipiet monialis, à ſeu religioſus, vel alius qui admittitur ad ſucceſſionem tertij ex vi vnionis, & in quolibet alio, qui debuit vocari, iuxta formam. *l. 27. Tauri*, tenet Mier. *3. part. de maior. quæſt.* 8. *num.* 17. vbi optimè fundat, & conducunt tradita à Molin. *de primog. lib. 1. cap. 9. à num. 18. & lib. 2. cap. 1. num.* 32.

Sed licet regulariter vera ſit dicta opinio, quidquid dixerit Andreas Angul. *de meliorationib. l. 11. gloſ. 4. num.* 14. tamen non procedet vbicumque vrgeret maior ratio in contrariumque prudentem iudicem mouere poſſet ad credendum diſponentem potius voluiſſe fauere vocato, quam vnitati maioratus, vt ſi eſſet talis quem alere tenebatur, vel fecerit in remunerationem magiſtri, quem etiam tenetur quis alere ſecundum Laram, *l. ſi quis à liberis, §. & ſi impubes, num.* 11. *de liber. agnoſ.* vel vocaſſet in remunerationem ſeruitiorum, quia eſt pluſquam donatio remuneratoria. Burg. de Paz, *conſ.* 82. *num.* 28. quia donans ob remunerationem tenetur de euictione Brunorus Aſſol. *in compendio reſolutorio*, verbo *donator.* Riccius, *collect.* 1030. & quia ſola ratio remunerationis præponderat vnioni quinti ad maioratum, ſiquidem ob remunerationem poſſunt bona maioratus alienari. Mieres *de maiorat. 4. part. quæſt. 1. limitat.* 3. vbi idem dicit de bonis Regiæ Coronæ.

Et ſuccedit monialis in eo maio- 123
ratu, etiamſi habeat iuriſdictionem, quia monaſterium eſt capax iuriſdictionis textus *in cap. Abbate ſane, de re iudicat. lib. 6.* ibi: *Preponens locum de*

de Roſelis eſſe prædicti monaſterij, cap. dilectus de officio ordinarij, cap. auditis de præſcript. cap. 1. *qui feudum dare poſſ. & l.* 27. *ti.* 7. *part.* 1. *& l.* 4. *tit.* 3. *& l.* 7. *tit.* 6. *lib.* 1. *recopil.* tradit Auend. *l.* 40. *Taur. gloſ.* 1. *à n.* 9. Manuel. Rodrig. *in quæſt. regular. quæſt.* 78. *artic.* 12. Cardoſ. *in praxi*, verb. *maioratus, num.* 17. Didac. Gomez. *dict. l.* 40. *Taur. num.* 66. Marcus Anton. Genuenſ. *in praxi Eccleſiaſt. cap.* 13. *num....* & non ſolum
124 monaſterium, & Abbatiſſa poteſt habere iurisdictionem temporalem; ſed etiam ſpiritualem, & exercere iura Epiſcopalia, & conferre beneficia, & Clericos inſtituere, & deſtituere, & nominare vicarios, & prouiſores ad excommunicandum, & exercendam iuriſdictionem ſpiritualem, tradunt Abb. Felin. & Doctores *in cap. delecta de maiorit. & obedien.* Pariſ. *conſ.* 13. *lib.* 4. Lambertin. *de iurepatronat.* 1. *p. lib.* 2. *quæſt.* 5. *princip. art.* 5. *num.* 4. ſequitur Flores de Mena *lib.* 1. *variar. quæſt.* 10. *n.* 4. vbi quod erit etiam capax curæ parrochialis in habitu quia (vt ipſe inquit) hæc cura eſt iuriſdictionis, & à iuriſdictione dependet ſaltem quoad habitum licet in actu exercendi quoad adminiſtranda Sacramenta dependeat à poteſtate clauium. Et ſic vniuntur vicariæ monaſteriis Monialium Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 11. ibi: *In monaſteriis virorum, & mulierum quibus imminet animarum cura præter illas, quæ ſunt de illorum monaſteriorum, ſeu locorum familia.*

125 Et cum Doctores communiter conueniant monialem poſſe ſuccedere in maioratu non habente iuriſdictionem annexam, dicit communem. Salicet. *authent. ingreſſi, n.* 11. *Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* Afflict. *deciſ.* 320. Alex. qui dicit omnes tenere *conſ.* 10. *num.* 8. *vol.* 5. *& conſ.* 98. *vol.* 6. Capic. *deciſ.* 10. qui dicit non habere contradictionem. Molin. *lib.* 1. *c.* 13. *à num.* 77. Mier. *de maiorat.* 2. *part. quæſt.* 13. *à num.* 11. Ant. Gom. *l.* 40. *Taur. num.* 66. *ad fin.* & Caued. alios referens *deciſ.* 133. *num.* 7. & vt ſupra eſt dictum poteſt monaſterium habere iuriſdictionem cur non & maioratum iuriſdictionem habentem modo non habeat annexam dignitatem alicuius tituli Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, quod negat gloſſa iuncto textu, *in cap. ſcripſit* 27. *quæſt.* 2. & Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 94. & Pater Molin. *de iuſt. & iure, diſput.* 623. 126
num. 3. Flores de Mena, *in addition. ad Gammam dec.* 6. hi enim maioratus multum diſtant ab habentibus dignitatem titularem; nam in eis adeſt miniſterium perſonale ratione dignitatis, ob quam ſunt etiam conſiliarij Regis, *l.* 4. *tit.* 4. *lib.* 2. *recopil.* ibi: *Por Duques, Condes, &c.* quæ monaſteria non poſſunt exerceri per monaſterium, quia eſt perſona facta, & repreſentata, *l. mortuo reo* 23. *de fideiuſ.* & dixit Ioan. *c.* 31. *num....*

Iuriſdictionem autem exercent plura monaſteria tam Monachorum, quam Monialium, & habent vaſſallos, vt notum eſt: quare negari non poteſt quod ſi maioratus fundatus ex tertio bonorum ex poteſtate, *l.* 27. *Taur.* eſſet iuriſdictionis, ſuccederet monialis; & quilibet religioſus non obſtante iuriſdictione, & licet Molina *lib.* 1. *de primog. cap.* 13. *num.* 81. *&* 94. dicat eſſe vniuerſalem Hiſpaniæ conſuetudinem, ne monaſteria ſuccedant pro vita Monachi in maioratu.

ratu habente iuriſdictionem, & ita fuiſſe iudicatum, & Ludouiſius Caſſanate *conſ.26. num.* 8. & eam tenet Mier. *de maiorat. 2. part. quaſt. 3. à num.* 8. Aluar. Valaſc. *conſult.* 101. Aluarad. *de coniectur. lib. 2. cap.* 13. *à num.* 4. Anton. Gomez. *l.* 4. *Tauri*, *num.* 66. Matienço, *l.* 1. *tit.* 7. *gloſ.* 1. *n.* 8. *lib.* 5. *recop.* & Caued. *deciſ.* 133. *num.* 7. D. Ioann. Caſtill. *lib.* 3. *controu. q.* 12. *à n.* 57. tamen in maioratu facto ex poteſtate, *l.* 27. *Taur.* vidi iudicari contrarium, & tandem in Granatenſi Senatu per vndecim iudices Regios auditores ad fauorem dominæ Vſende de Ouando, y Ceſpedes monialis profeſſæ ſanctæ Mariæ de Ieſus, Ordinis Diui Hierony-
127 mi villæ de Caceres obtinuit filius meus chariſſimus D. Ioannes Perez de Lara illius Senatus celeberrimus Aduocatus, ac cauſarum à ſecretis ſancti officij Inquiſitionis eius ciuitatis.

Vbi autem maioratus non fuerit factus iuxta *l.* 27. *Taur.* vel à non habente filios, & deſcendentes, vel facultate Regia ſi fuerit habita ratio conſeruandæ agnationis, non ſuccedet Monialis, nec alter religioſus, cum per eos nequeat conſequi continuatio ſucceſſionis, & agnationis. Decius, *conſ.* 259. *num.* 2. Couarrun. *lib.* 1. *variar. cap.* 19. *n.* 2. Meneſ. *l. cum acutiſſimi, n.* 44. *Cod. de fideicommiſ.* Mier. *de maiorat.* 2. *p. q.* 3. Flores de Mena, *q.* 16. *n.* 2. Çaſſanate, *conſ.* 70. *n.* 37. qui alios refert.

Et quoties habetur ratio conſeruandæ agnationis, eſt potentiſſima, & principaliſſima ratio, vt poſiti in conditione cenſeantur vocati Anton. Theſaur. *deciſ.* 96. *n.* 20. & idem adiecta qualitate maſculinitatis. Petr. Surd. *conſ.* 344. *n.* 3. quod limitat Ludou. Caſſan. *conſ.* 4. *n.* 29. *in fin.* vt procedat in agnatis ſecus in cognatis, ſed id quando agitur de conſeruanda agnatione; nam in maioratibus Hiſpaniæ filij poſiti in conditione cenſentur vocati, late Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 6. *à num.* 2. & admittentur ordine ſucceſſiuo, vt ibi, *num.* 5.

Perez de Lara de vita Hom.

CAPVT XXXI.

De Sene, & eius prærogatiuis, & ſpeciali iure circa eius perſonam in contractibus, & iudiciis ciuilibus, & criminalibus, & in forò animæ. Et de perſona ficta, & repreſentata.

SVMMARIVM.

1 *Senectus eſt veneranda, & antiquitati habenda reuerentia, & decet ſenes principari, & iuuenes ſubiici, & ſenes poſſunt corrigere iuuenes etiam non propinquos.*

2 *Scientia experimentalis acquiritur tempore.*

3 *Senes pollent experientia, quæ eſt rerum magiſtra.*

4 *Themiſtocles dolebat cum eſſet centum, & ſeptem annorum, eo quod egrederetur è vita cum ſapere cœpiſſet, & quod legatum relictum diſcendentibus debeatur ſenibus ſtudentibus in ſcholis.*

 5 *Senectus*,

5 Senectus, quæ eſt commendanda, & veneranda, & ſenatores dicuntur à ſenibus, & ob id ſenatores ſunt honorandi à Principe.

6 Senes debent iuuenes honorare, vt eis verecundiam ſeruent, nec prouocare filios ad iram; & filij debent parentibus ſeruire, & quando percipiant ſalarium; & an poſſit pater annullare conuentionem filij cum officiali facta.

7 Senes ſunt præferendi in honoribus, & officiis etiam ſpiritualibus.

8 Senex præfertur iuueni Doctori, quia prudentior, & ſapientior præſumitur.

9 Per ſeniores Regi congruum eſt, & quare.

10 Senes ſunt quærendi pro conſiliis, & congregandi, vt veritas facilius inueniatur.

11 Senes habent conſtantiam in ſententia, & aliquando tenacitatem, tamen ad filiorum perſuaſionem mutant diſpoſita, & nimium perſuadent, vt quis reuocet diſpoſitionem tenetur de dolo, vel in factum.

12 Senex imperitus puer dicitur, & iuuenis ſenioribus eſt præferendus ſi præcedat ſenes in ſcientia, & virtute.

13 Presbyter appellatur propter prudentiam, non propter ætatem.

14 Quæ ſit differentia inter ſcientiam, & ſapientiam, licet promiſcue vtatur his vocabulis.

15 Pro ſenibus ſemper præſumitur, quod ſint bene morigerati.

16 Ad probandum quod iunior ſuperet ſeniorem quindecim teſtes requiruntur iure ciuili.

17 Præſumitur quod ſenes virtutibus, & bonis moribus vincant iuniores.

18 Deus elegit ſeptuaginta viros de ſenibus Iſrael in adiutores Moyſis ad regimen populi.

19 Conſilium ſenum etiam ruſticorum eſt ſequendum, exemplo iuriſconſulti.

20 Maior veritas præſumitur in ſenibus, & rerum cognitio.

21 Senis teſtimonio plus creditur.

22 Licet, ob paucitatem teſtium reus ſit abſoluendus, fallit ſi teſtes actoris ſint ſeniores, niſi ſit teſtimonium viſus, quia tunc iuuenis dictum præfertur.

23 Senes præferuntur in teſtimonio eius, quod viderunt in floreſcenti ætate, iuuenes autem ſi deponant de facto recenti.

24 Scripturæ communes ſunt deponendæ apud eum qui habet maiorem partem, & data paritate, apud ſeniorem.

25 Claues arcium, & oppidorum debent ſeruari apud ſeniorem.

26 Exiſtentibus duobus tabellionibus eiuſdem cauſæ acta debent ſeruari penes ſeniorem.

27 Seniores prius debent offerre, & pacem recipere in Eccleſia, & habere primum locum in proceſſionibus & prius debent ſedere, & loqui.

28 Limita in vocando in conſiliis, & quare.

29 Deficiente ſuperiore communitatis ſenior in eius locum ſubrogatur, & ſenior vocat collegas ad congregationem.

30 Senes ſi ob iniectionem manuum in clericum incurrant in canonem (ſi quis ſuadente) non tenentur accedere ad ſedem Apoſtolicam pro abſolutione.

31 Senes

31 *Senes non tenentur accedere ad iudicem, pro ferendo teſtimonio, & remittitur eis onus teſtificandi, & poſſunt ſuis domibus confiteri peccata, ſi ob graueſcentem ætatem commode ad Eccleſiam accedere nequeunt.*

32 *Senes excuſantur à muneribus perſonalibus.*

33 *Senes quando excuſentur à reſidentia in Eccleſiis Cathedralibus, & in Eccleſia Compoſtellana excuſantur ſi reſederint per quadraginta annos, & in omnibus ſenes lucrantur diſtributiones ſine reſidentia, ſi conſueuerint antea horis intereſſe, & idem incarcerati, non tamen ob propriam culpam.*

34 *Senes æquiparantur infirmis, & magis excuſatur de reſidentia horarum octuagenarius quam infirmus.*

35 *Quomodo intelligatur illud Pſalmi* 89. num. 10. *in potentatibus octuoginta annorum.*

36 *Senes cuiuſque ætatis poſſunt contrahere matrimonium etiam quod ſint decrepiti.*

37 *Senes ſi ita ſint exhauſti, & impotentes, vt nec arte Medicorum, iuuari poſſint ad copulam ſunt incapaces contrahendi matrimonium, ſiue à natura, ſiue ex accidenti proueniat impotentia.*

38 *Eunuchi vtroque teſticulo carentes nequeunt contrahere matrimonium, ſed ſi fiat eunuchus poſt matrimonium contractum, vel ſenex impotens non ſeparabitur matrimonium.*

39 *Mulier quantumuis vetula, & frigida ſit ad ſeminandum poteſt contrahere matrimonium, idem in fœmina iuuene frigida.*

40 *Licet ad ſeparandum matrimonium ob frigiditatem viri, expectetur triennium in ſenibus autem breuius tempus expectatur arbitrio iudicis.*

41 *Coniugi non conceditur religionem profiteri, altero manente in ſeculo, niſi ſuperſtes in ſeculo ſit ſenex, nec ſuſpectus de incontinentia.*

42 *Iuueni non permittitur in ſeculo manere cum voto continentiæ, etiam quod nullus ſit timor incontinentiæ.*

43 *Profeſſo altero coniuge ſi ſenex ſuperſtes in ſeculo non ſeruauerit votum continentiæ compellitur ingredi religionem.*

44 *Quis ſenex dicatur, vt altero coniuge profitente poſſit in ſeculo manere cum voto continentiæ relinquitur arbitrio iudicis; cuius aſpectu probatur ſenis ætas.*

45 *Votum ſimplex continentiæ factum à ſuperſtite in ſeculo, non efficitur ſolemne, altero coniuge profitente.*

46 *Vetula etiam cum voto continentiæ licet non ſit ſuſpecta de incontinentia non permittitur in ſeculo manere ſi ſit ſuſpecta de aliis prauis moribus.*

47 *Quilibet tenetur ieiunare diebus quadrageſimalibus, & aliis quibus ab Eccleſia indicitur ieiunium, à vigeſimo primo ætatis anno quouſque creſcere dicitur.*

48 *Pueri ex ſeptennio tenentur abſtinere à carnibus, & lacticiniis, in quadrageſima; & aliis diebus prohibitur eſus carnium.*

49 *Ante vigeſimum primum annum non tenetur quis ieiunare niſi profiteatur religionem cuius regula*

requiratur, vel ſi voluerint potiri Iubileis conceſſis cum ieiunis.

50 *Senes ſexagenarij excuſantur à ieiunio, & eſt communis opinio.*

51 *In Bulla ſanctæ cruciatæ conceditur omnibus edere lacticinia, exceptis Prælatis, Epiſcopis, & Primatibus, & Religioſis, & Presbyteris ſecularibus, niſi ſint ſexagenarij.*

52 *In ſexagenario non præſumitur incontinentia, & ante eam ætatem dicitur quis iuuenis.*

53 *Senex dicitur ſexagenarius, & eſt receptior opinio, ſed quia non omnes in ea ætate ſunt debiles relinquitur arbitrio iudicis.*

54 *Senibus non permittitur reſignatio, quæ conceditur infirmis, niſi ſint ſenio confecti, ita vt nequeant miniſtrare.*

55 *Ad recipiendum coadiutorem ſufficiunt ſeptuaginta anni ſine infirmitate, & ſexaginta cum ea.*

56 *Difficilius admittuntur ad reſignandum ſenes quàm infirmi, quia ſenes minus viuere præſumuntur quàm ægri.*

57 *Senectus repleta eſt doloribus, & incommodis.*

58 *Senex ſi ducat vxorem iuuenem poteſt ei donationem facere, & quare.*

59 *Donatio remuneratoria non eſt prohibita inter virum, & vxorem, & in donatione factâ à ſene vxori iuueni, non requiritur inſinuatio.*

61 *Si ſenex ducens vxorem diſparis ætatis fateatur dotem recepiſſe ea confeſſio probat, & præiudicat etiam abſque iuramento facta, nec obſtat exceptio non numeratæ pecuniæ, licet non ſit renunciata.*

62 *Senex ducens vxorem iuuenem poteſt eam notare, etiam vltra decimam partem bonorum.*

63 *Datio dotis facta à ſene iuueni non ſubiacet diſpoſitioni* l. fœminæ, Cod. de ſecund. nupt.

64 *Dos data à ſene vxori iuueni, an habeat dotis priuilegium, & in quo conſiſtat tale priuilegium dotis circa hypothecam, & donatio propter nuptias, quando habeat priuilegium, & quod mulier habet hypothecam pro alimentis in bonis viri.*

65 *Senibus decrepitæ ætatis conceditur reſtitutio in integrum.*

66 *Senes ſeptuagenarij, non petentibus tutorem filiis, non priuantur eorum ſucceſſione.*

67 *Senes ſeptuagenarij, non poſſunt torqueri, & confeſſio ab eis extorta in tortura, non valet.*

68 *Senes poſſunt pro debito carcerari, niſi ſint decrepiti, qui nequeunt carcerari, vt nec pueri, & procedit, etiamſi ſit obligatus ante ſenectutem.*

69 *Infirmi non carcerantur, & ſic nec ſeptuagenarij, quia præſumptiuè dicuntur infirmi.*

70 *Statutum loquens de infirmis habet locum in ſenibus, modo ſint ſenio confecti, & de ſtatuto Salmanticenſi excuſante infirmos legentes à multa, an habeat locum in ſenibus.*

71 *Epiſcopo ſenio confecto datur coadiutor vt ægrotanti.*

72 *Senes ob mortis periculum poſſunt examinari ad perpetuam.*

73 *Senes dicuntur morti proximi, & quando donant dicuntur donare cauſa mortis, & eorum ætas appellatur infirma, & ſic minus valet*

valet annuum legatum relictum ſeni quam iuueni.

74 Senes in delictis puniuntur minori pœna, ſi imponēda eſt minor morte.

75 Si ex pœna imponenda ſeni pro delicto vita eius periclitaretur, ita eſt minuenda, vt ceſſet mortis periculum, vel non eſt imponenda.

76 Quando eſt imponenda pœna mortis pro delicto minor reputatur in ſene, quam in iuuene, & quare.

77 Pœna pecuniaria non eſt maior in ſene quam in iuuene ex ſola circunſtantia ſenectutis.

78 Vbi pœna exilij eſt imponenda pro delicto minor eſt imponenda ſeni quam iuueni tam reſpectu temporis, quam diſtantia.

79 Vt pueris nulla imponitur pœna, ita & valde ſenibus, qui eis comparantur.

80 Naue ſubmerſa vel ruina domus ſi plures ſimul decedant, nullus præſumitur prius mori.

81 Pupillo & ſubſtituto ſimul decedentibus ceſſat ſubſtitutio.

82 Donationes cauſa mortis à duobus ſibi inuicem factis valent ſi ſimul decedant.

83 Si pater & filius ſimul deceſſerint, præſumitur patrem prius deceſſiſſe, niſi filius ſit pupillus.

84 Legato vſufructu ſeni, & eo caſu, quia ſenex citius præſumitur mori, ſit computatio ad falcidiam reſpectu vitæ adoleſcentis.

85 Multoties contingit ſenes eſſe robuſtos, & validos, & viuere vltra centum annos, & eo ſcilicet regulariter immemorialis data initio vltra centum annos non corruat: fallit ſi adſit memoria homini contraria.

86 Longiſſima hominum vita eſt 100. annorum, & natus abbinc retro 100. annis præſumitur mortuus.

87 Nullus præſumitur viuere vſque ad centum annos vt aliqui voluere, & qui ſe fundat in vita probare debet.

88 Legato vſufructu perſonæ ficta & repræſentatiua vt ciuitati, municipio, vel vniuerſitati durat per tempus longiſſimæ vitæ hominis, & ſic vſque ad centum annos.

89 Annuum relictum ciuitati, vel vniuerſitati durat perpetuo, nec finitur centum annis, & quare.

90 Vſusfructus qui non poteſt conſtitui ſine perſona poteſt relinqui vniuerſitati, quia repræſentat perſonas viuentium.

91 Vſusfructus non quæritur hæreditati iacenti per ſeruum hæreditarium, & quare, & ibi de acquiſitione iurium incorporalium qualiter fiat, & an vſusfructus cedi poſſit vel locari.

92 Intelligitur l. mortuo reo, de fideiuſſoribus, quæ æquiparat hæreditatem, & vniuerſitatem.

93 Dictio, ſicut, non inducit omnimodam ſimilitudinem.

94 Hæreditas non agit perſonam, vbi factum deſideratur.

95 Municipes poſſidere non poſſunt, & quare.

96 Si omnes de vniuerſitate moriantur, ita vt diſſoluatur, res vniuerſitatis pertinent ad Regem, & quid ſi diſſoluatur collegium.

97 Vniuerſitas quamuis repræſentet perſonas viuentium; ipſa tamen caret ſpiritu, & anima, & idem de Monaſterio.

98 Monaſterio non competit ius retractus, quia in eo non conſideratur ius ſanguinis.

99 *Vniuerſitas non poteſt excommunicari, & quare, poteſt tamen interdicto puniri etiam quoad innocentes.*

100 *Contra vniuerſitatem non datur actio de dolo, nec poteſt delinquere, &* num. ſeq.

101 *Vniuerſitas eſt nomen iuris, & corpus imaginarium, & perſona repreſentata.*

102 *Licet tota vniuerſitas non poſſit puniri, nec delinquere, puniuntur tamen Rectores vniuerſitatis, &* num. 104.

103 *Factum Commiſſariorum cenſetur factum committentium, & capituli: & ſubſtitutus vicarij capituli non expirat eius morte, nec ſubſtitutus vniuerſitatis.*

104 *Communitas licet delinquat quoad eos qui eam repreſentant, non tamen quoad omnes, & ſingulas ſui partes.*

105 *Solo mandatario vniuerſitatis imputatur malum, quod commiſit, niſi quod fecit, ei ſpecialiter fuit mandatum, & idem de ſyndico.*

106 *Vniuerſitas ex quibus conſiſtat, & quando tota delinquat, & peccet quoad omnes ſui partes.*

107 *Vniuerſitas ſi committat homicidium rapinam, vel quid ſimile qualiter puniatur.*

108 *Vniuerſitas ſi non habeat vnde ſoluat, compellitur indicere collectam.*

109 *Quando dicatur delictum commiſſum à tota vniuerſitate.*

110 *Vniuerſitas ſi conſequatur commodum ex delicto ciuium dicitur delinquere.*

111 *Vniuerſitas committit delictum in omittendo, ſi cum videant ciues dominum offendere, vel eius iudicem, ſeu officialem non defendant cum poſſint.*

112 *Ciuitati deneganti obedientiam Domino poteſt indici bellum.*

113 *Vniuerſitas, & ciuitas, an veniant perſonæ appellatione reſoluitur negatiue.*

114 *Vniuerſitas eſt res inanimata, quæ conſtat ex multis collectis, perſona autem eſt animata, & rationabilis, & indiuidua ſubſtantia.*

115 *Statutum loquens de perſona, non comprehendit vniuerſitatem, nec capitulum.*

116 *Statutum de canonico iniuriante aliquem de capitulo non comprehendit iniuriantem capitulum.*

117 *Regula Cancellariæ de idiomate, quæ loquitur de perſonis habet locum in collegiis, & vniuerſitatibus.*

118 *Dictio,* ſi quis, *intelligitur de perſonis, non de vniuerſitatibus.*

119 *Et quid ſi ſtatutum loquatur per verba vniuerſalia quarumcumque perſonarum, vel quibuſcumque perſonis reſoluitur negatiue.*

120 *Mandatum contra omnem perſonam non comprehendit vniuerſitatem.*

121 *Forma mandati procurationis, vt comprehendat vniuerſitates, quæ non comprehenduntur nomine perſonarum niſi exprimatur.*

122 *Concilium Tridentinum* ſeſſ. 24. cap. 10. de reformat. *vt comprehenderentur vniuerſitates expreſſit.*

123 *Abſque expreſſione comprehenditur vniuerſitas appellatione perſonæ*

ſona ex ſubiecta materia : etſi verba legis ſint in rem ſcripta.

124 *Si ſtatutum loquatur ; imperſonaliter comprehenditur vniuerſitas.*

125 *In cauſa fauorabili perſona appellatione comprehenditur vniuerſitas.*

126 *Dictio* perſona, *ſumitur diuerſimode, vt pro Eccleſia, Prælato, facie ficta, & vniuerſitate.*

127 *Vniuerſitatis appellatione non venit perſona particularis, nec tenetur pro debito vniuerſitatis, nec poſſunt capi eius bona, licet conſuetudine poſſit induci.*

128 *Poſſeſſione particularium non acquiritur poſſeſſio vniuerſitati, nec ex facto particularium amittitur priuilegium vniuerſitati competens.*

129 *Ciuis particularis ſi prohibeatur vti rebus pertinentibus ad vniuerſitatem cenſetur turbata tota ciuitas, & vniuerſitas.*

1 S*Emper in vrbe noſtra ſenectus ipſa venerabilis fuit: namque maiores noſtri penè eundem honorem ſenibus, ac magiſtratibus tribuebant*, ſic ait Caliſtratus Iureconſ. *l. ſemper. 5. ff. de iure immunit.* & Imperator, *l. 2. Cod. de veter. iur. enucl.* inquit: *Tanta nobis antiquitati eſt habita reuerentia, vt nomina prudentum taciturnitati nullo modo tradere patiamur*, & Philoſophus 3 *Polyticor. 7. Natura quidem humano generi dedit hos ſeniores, hos iuniores, quorum quidem primos principari, ſecundo ſubiici decet, nec indignari debet iunior ſubiectus futurus: honeſtum enim eſt iuuenibus miniſtrari, & obedire ſenioribus*, ſic Iuuenal. ſat. 12.

Credebam hoc grande nefas, & morte piandum,
Si iuuenis vetulo non aſſurrexerat, etſi
Barbato cuicumque puer licet ipſe videret,
Plura domi farra, & maiores glandis aceruos,
Tam venerabile erat præcedere quatuor annis.

Quare ſenes poſſunt corrigere, & caſtigare iuuenes malè agentes, & ludentes etiam non propinquos, Menoch. *de arbitr. caſu 364. n. 1. & 7.*

Senioribus enim debetur reuerentia ob eorum ætatem, & præſumptam prudentiam; nam tempore acquiritur ſcientia experimentalis, *Proficiebat ſapientia, & ætate*, dicitur de Chriſto Domino *Luc. 2. num. 52.* & ad Hebræos 5. *num.* 8. *Et quidem cum eſſet filius didicit eis, quæ paſſus eſt*, quod enim natura ſciebat ab æterno temporali didicit experimento, vt dicit Sanctus Bernardus, de gradibus humilitatis, *cap. 1. incipienti, inquirimus*, & Homerus, qui ſcientiam acquiſiuit ſtudendo, vt cæteri omnes id agnoſcens Oddiſſeæ *lib.* 2. ait: 2

Eram adhuc puer; at vbi iam ſum glandior,
Et reddit me aliorum oratio doctum,
Ipſeque grandeſcit, mi animus.

Et Lucretius, *de rerum natura, libro tertio, folio octuageſimo ſeptimo*, inquit:

Mox

Mox vbi iam validas adolenit
viribus ætas,
Conſiliumque maius, & auctior
eſt animi vis.

Et Apoſtolns Paulus 1. *Corinth.* 13.
num. 11. ſcribit: *Cum eſſem paruulus,*
loquebar vt paruulus, ſapiebam vt par-
5 *uulus, cogitabam vt paruulus: quando*
autem factus ſum vir, euacuaui quæ
erant paruuli. Et Eccleſiaſt. 34. *n.* 9.
& 10. *Vir in multis expertus cogitauit*
multa, & qui multa didicit enarrabit
intellectum, qui autem non eſt expertus,
pauca recognoſcit: ſenes namque pol-
lent experientia, quæ eſt rerum ma-
giſtra Clementina diſpendioſam, *de*
iudic. & S. Hieron. ad Nepotian. de
vita Clerici, ait Themiſtoclem cum
ſe cerneret mori expletis centum &
ſeptem annis, dixiſſe: *Dolere quod*
egrederetur de vita quando ſapere ce-
4 *piſſet*, & ibi ait Hieronymus, quod
omnes pene virtutes corporis mu-
tantur in ſenibus, & creſcente ſola
ſapientia decreſcunt cæteræ virtutes
corporis ſcilicet.

Et per hoc videtur quod legatum relictum diſcentibus debeatur ſenibus ſtudentibus; nam cum in qualibet ætate poſſint homines diſcere, vt inquit *l. legatis ſeruis* 63. §. *ornatricibus de legat.* 3. ibi: *Et omnes adhuc diſcere poſſint, l. apud Iulianum, de fideicomm. libert.* ibi: *Nam ego diſcendi cupiditate, quam ſolam viuendi rationem optimam in octauum, & ſeptuageſimum annum ætatis duxi memor eius ſententiæ qui dixiſſe fertur, et ſi alterum pedem in tumulo haberem non pigeret aliquid addiſcere.* Et de pluribus qui ſenes ceperunt ſtudere, refert Maſcardus *de probat. concl.* 873. *num.* 29. Tiber. Decian. *conſ.* 43. *num.* 20. *volum.* 1. vbi de Bald. Sed circa Baldum fallitur, quia in decimoſeptimo ſuæ ætatis anno repetiuit, *l. centum Capuæ, ff. de eo quod certo loco*, vt tradit Caſſan. *in cathalogo gloriæ mundi*, 10. *part. conſiderat.* 30. verſ. *Nonne Baldus*, (& plus de eius ſcientia miror quam de hoc; nam ego decimo ſexto anno ætatis meæ publice defendi, *l. Gallus, de liber. & poſthum.* cum ſuis §§. eliciens viginti quatuor concluſiones ex eius ſerie quas arguentibus, obtuli problematice defendendas) & ſic falſo fertur dictum ſero venis Balde, & reſpondiſſe cito me expediam, vt dicit Tiraquel. *de iure primogenituræ in præfation. n.* 102. Et quamuis Gregor. *l.* 4. *tit.* 7. *p.* 2. verb. *começaſſen*, teneat relictum ſtudentibus non deberi excedentibus vigeſimum quintum ætatis annum quando perſona non fuit nominata, cui relinquebatur, ſed generaliter pro diſcentibus, quod fundat in *l.* 1. *Cod. qui ætate ſe excuſant*, ibi: *Vt ſinguli vſque ad vigeſimum quintum annum ætatis ſua ſtudiis non arceantur*, & quia vt ipſe inquit Artes liberales in adoleſcentia addiſcuntur, *l.* 1. *Cod. de ſtudiis liberal. vrbis Romæ*, vbi gloſſ. verb. *glorioſum*, ſed hoc non obſtat, quin maior viginti quinque annorum poſſit ſi ſtuduerit gaudere commodo legati pro ſtudentibus maxime ſi ob paupertatem antea non ſtuduerit, dummodo abſit fraus, qua id faciat, non vt diſcat, ſed vt gaudeat relicto, argumento optimi textus *in cap. tua* 12. *de Clericis non reſidentibus*, cum non proficientes, in ſtudio non gaudeant beneficiis & priuilegiis conceſſis ſtudentibus.

Ea tamen ſenectus commendanda eſt, de qua legitur Sapientiæ 4. *n.8. Senectus venerabilis eſt, non diuturna, nec annorum numero computata; cani autem ſunt ſenſus hominis, ætas ſenectutis, vita immaculata,* & quia ſapientes, & prudentes debent eſſe Regij Conſiliarij vocantur Senatores à ſenibus, & vt tales debent à Principe
6 honorari: Carolus de Graſſalis Regalium Franciæ, *lib.* 1. *iuriſ.* 12. verſic. *eſt tamen*, vbi ponderat textum, *in cap. ſto ſubiectus* 95. *diſtinct.* ibi: *Scitum eſt illud Oratoris Domitij, cur ergo te* inquit *habeam vt principem, cum tu me non habeas, vt Senatorem*, de quo optime Tiraq. *leg.* 13. *connub. gloſſ.* 1. *part.* 13. *num.* 42. vbi *num.* 42. *ad fin.* quod Plato hortabatur ſenes, vt iuuenes honorarentur, vt illi erga ipſos verecundiam conſeruarent, & Paulus ad Epheſios 6. *n.* 4. cùm dixerit: *Filij obedite parentibus*, num. 4. *addit & vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros*, ſemper tamen præſumitur pro parentibus erga filios bonum ſumere conſilium, Maſcard. *de probation. concl.* 1149. & dixi *ſuprà cap.* 1. *à num.* 36. & cum filius teneatur parentibus ſeruire, *l.* 3. *tit.* 20. *part.* 2. ibi: *Que aſſi como es razon, è natura, è derecho, que los fijos ſepan obedecer a los padres, è ſeruir los. Otroſi es, que los padres ſepan ſeruirſe, è ayudarſe dellos*, & *l. fin. tit.* 7. *p.* 2. ibi: *E otroſi deuen ſeruirſe dellos en tiempo de paz, è en tiempo de guerra.* Baeça *de decima, cap.* 2. *n.* 14. Morquechus *de diuiſione bonorum, lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 18. optime tradit Anton. Diez *tract. de mercede liber. in famil. herciſcund. iud. conſtituen. vel neganda, quæſt.* 1 *num.* 27. *& quæſt.* 2. *à num.* 17. neque obſtat, *l. penultim. de obſequiis à liberis, & libertis parentibus, & patro. præſt.* ibi: *Nam pietatem liberi parentibus non operas debent*, quia loquitur in emancipato, qui non tenetur operas præſtare. *l. patri qui filium* 4. *ff. ſi à parente quis manu miſſus ſit*, ſecus in filiofamilias. Antonius Gomez. 2. *tom. cap.* 15. *num.* 12. verſic. *nouum tamen*, vbi quod præfertur creditoribus pater in ſeruitiis, nec filius poteſt petere ſalarium operarum. Gregor. *l.* 3. *titul.* 7. *part.* 2. verb. *Que ſon ſuyos.* Baeça, *de decima tutor. cap.* 2. *num.* 14. vbi *num.* 15. quod nec poteſt petere à fratribus patre mortuo, niſi magnæ ſint, & lucroſæ operæ, ex quibus auctæ fuerint patris facultates, Avora *de partitionibus*, 3. *part. quæſt.* 3. vbi conciliat opiniones Falgoſij, & Iaſ. *l. illud, Cod. de collation.* ſed ſi filius ſe conueniat cum officiali architecto cerdone ſartore, vel alio fabro ad diſcendum artem, vel officium non poterit pater annullare contractum. Alueri. *l. veluti, num.* 26. *de iuſt. & iur.* & ibi Iaſon, *num.* 16. Caſius, *num.* 3. Claudius *n.* 8. ſequitur Meneſius, *l. fratris, num.* 11. *Cod. de tranſaction.* Ioannes Guterreus *de iuramentis confir. cap.* 1. *num.* 5. Quan- 7
do autem tales ſunt ſenes, vt eorum mores ætati conueniant, ſunt præferendi in honoribus, officiis, & magiſtratibus, *l. originem*, §. *Præſes* ibi: *Secundum ætates, & dignitates, ff. de muner. & honor. l.* 2. *Cod. de primic. lib.* 12. ibi: *Quæ longis prolixis, quæ ſtipendiis deſeſſa iam ſibi pollicetur ſenectus*, *l. prouidendum. Cod. de poſtulando in princip.* ibi: *Aut meritum nobiliſſimos fecerit aut vetuſtas*, *l. ſancimus, l.* 2. *Cod. de præfect. prætor. lib.* 12.

lib. 12. *l.* 1. *ff. de alu. ſcribend.* ibi: *Antiquiſſimus quiſque prior*, & *cap. vlt.* 75. *diſt. l.* 8. *in fin. tit.* 20. *part.* 3. & plura tradit Leandr. Galganet. *de iure public. lib.* 1. *cap.* 4. *à num.* 10. & non ſolum ſenes præferuntur iuuenibus in officiis ſecularibus, ſed etiam in ſpiritualibus. Tiraq. *de iure pri-*
8 *mog. in præfat. n.* 165. & 182. Alciat. *de præſ. reg.* 1. *præſumpt.* 45. vbi quod ſenex præfertur iuueni Doctori, quia prudentior, & ſapientior præſumitur. Menochius, *lib.* 6. *præſumpt.* 47. *n.* 1. & quod præferatur ſenex, tradit Barbat. *conſ.* 23. *vol.* 1. Greg. verb. *el mas anciano, l.* 7. *tit.* 15. *part.* 6. nec quia ſexagenarius ſum hæc ſcribo cum multis retro annis dixerim, *lib.* 1. *de anniuerſ. cap.* 6. *n.* 4. congruit enim per ſeniores Regi,
9 quia in antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia Iob 12. *num.* 12. & 32. *n.* 7. *Annorum multitudo docet ſapientiam*, & Sapientiæ 6. *num.* 1. *Melior eſt ſapientia quam vires, & vir prudens, quam fortis*, & ſenes ſunt quærendi pro Conſiliis,
10 *cap. domino Sancto diſtinct.* 50. & *cap. hoc ipſum* 33. *q.* 2. quia antiquitati defertur, *cap. de quibus* 20. *diſtinct.* ibi: *quod ſi omnibus his inſpectis huius quæſtioris qualitas non lucidè, inueſtigatur ſeniores prouinciæ congrega, & eos interroga*, facilius namque inuenitur quod à pluribus ſenioribus quæritur, & habent ſenes conſtan-
11 tiam in ſententia imò & tenacitatem vnde dicitur, *quod mortuo mederi, & ſenem admonere paria ſunt*. Gratian. *cap.* 328. *num.* 19. vbi refert prouerbium, *ſenis mutare linguam de intempeſtiuè laborantibus*. Tamen ob filij perſuaſionem nimiam reuocant ab eis diſpoſita, maxime ſi ſint valde ſenes. Mieres *de maioratibus*, 1. *part. quæſt.* 25. *n.* 50. vbi quod habetur loco actionis, *l.* 1. §. *perſuadere de ſeruo corrupto*, *l. eum qui, Cod. de Apoſtatis.* Aymon, *conſ.* 92. *num.* 12. & maxime ſi perſuaſio fiat cum mendacio ..... 13. & quod qui nimia perſuaſione induxit aliquem ad mutandum teſtamentum, vel maioratum, vel aliam diſpoſitionem in fauorem alterius teneatur dolo, *l. Lutius. Titius*, §. *Sempronia de leg.* 2. & tradit Mier. *dict. quæſt.* 25. *num.* 5. & quod perſuaſio nimia filij ſi pater ſit valde ſenex habeat vim compulſionis, tenet D. Ioann. Caſtell. *lib.* 3. *controuerſ. cap.* 1. *num.* 112. & *numeris ſequentibus*, quod eſt cauſa reciſionis, & anullationis actus, vel contractus.

Et licet aliquando contingat in- 12
ueniri ſenes imprudentes, vt in *cap. Tanta nequitia de ſenectute tua ad aures noſtras peruenit*, & *cap.* 38. *diſtinct.* vnde Iſaiæ 65. *n.* 20. dicitur: *Puer centum annorum maledictus erit.* Cum ſenes dicantur non ſolum qui ætate laborant, & abundant, ſed prudentia, *cap. Porro* 86. *diſtinct.* vnde iunior virtute, & ſcientia ſuperans ſeniorem eſt præferendus *authent. de Monachis*, §. *ordinationem Epiſcoporum* 74. *diſt.* Caſſan. *in Cathalog. glor. mund.* 10. *part. conſideration.* 30. vbi eleganter, & copioſe per plura exempla. Et facit illud Pſalm. *Super ſenes intellexi, quia mandata tua quæſiui*, & Eccleſiaſtes *cap.* 4. *num.* 13. *Melior eſt puer pauper, & ſapiens Rege ſene, & ſtulto.*

Sic Preſbyteri propter prudentiam 13
non propter ætatem appellantur *dict. cap. porro*, & textus *in cap. fin.* 8. *diſt.* vbi ponderat, quod cum communiter

ter homines ab Adam vixerint non-
gentos annos vſque ad Abraham,
qui multo pauciores vixit, nullus an-
te eum appellatus eſt preſbyter, id
eſt ſenior, quia non propter decre-
pitam ſenectutem, ſed propter ſa-
pientiam preſbyteri, & ſenes nomi-
nantur, vt eſt filius meus Ioannes
Perez de Lara, qui iuuenili ætate
ſcientia ſeniores excellit. Sed ſcias
fili mi, quod ſapientia ſumitur circa
14 diuina (in qua te exerceas vt melius
poſſis cauſas fidei agere, quas vt Ad-
uocatus à ſecretis ſancti Officij In-
quiſitionis pertractas) ſcientia autem
eſt circa humana, vt dicit Archid.
cap. vbi periculum de electione, lib. 6.
Guillelm. Robil. *tract. de iuſt. & in-
iuſt. cap. 15. n. 3. tom. 1. tract. f. 279.*
vbi refert Auguſtinum eam differen-
tiam tangentem *lib. 4. de Ciuitate
Dei*, & de hac ſapientia intelligitur,
quod legitur *Prouerb. 3. n. 13. Bea-
tus homo qui inuenit ſapientiam, &
qui affluit prudentia, melior eſt, acqui-
ſitio eius negotiatione auri, & argenti
primi puriſſimi, fructus eius fructuoſior
eſt cunctis opibus, & omnia quæ deſi-
derantur huic non valebunt comparari*:
Licet ſæpè promiſcuè vtatur his vo-
cabulis, vt *in cap. legimus, §. hinc
etiam 37. diſtinct.* vbi dicitur, quod
illa eſt vera ſcientia per quam Chri-
ſtus inuenitur, & noſcitur, & *cap. ſi
quis grammaticæ ead. diſt.* habetur
quod eſt ſcire nouum vetuſque Te-
ſtamentum, ſed & ſapientia ſumitur
pro ſcientia, *l. 2. §. deinde ſextus de
orig. iur.* vbi dicitur, quod optimi
profeſſores Iuris ciuilis vocentur ſa-
pientes, & Iulianus vocatur ſapien-
tiſſimus *authent. quibus modis natura-
les efficiantur legitimi in principio.*
15 Tamen pro ſenibus ſemper præ-

Perez de Lara de vita Hom.

ſumitur quod ſint bene morigerati,
cap. niſi cum pridem de renuntiat. ibi:
Moralis vero maturitas in ſenibus eſſe 16
ſolet, & tanta eſt præſumptio pro ſe-
nioribus, vt ad probandum quod iu-
nior ſuperet ſeniorem quindecim te-
ſtes requirantur, *l. vnicuique, Cod. de
prob. ſacr. ſcrinior, lib. 10.* quem tex-
tum ad id expendit Roman. *l. ſi ve-
ro, §. de viro fallent. 53. ſolut. matrim.*
Iaſ. *l. cum quid, num. 12. ſi certum pe-
tatur.* Caſſan. *in Cathalog. part.* 10. 17
conſiderat. 30. quia præſumitur, quod
ſenes virtutibus, & bonis moribus
vincant iuniores, *l. ſi vt certo. §. cu-
ſtodiam*, vbi gloſſ. verb. *commoda-
tus, ff. commodati.* Tiraq. *de iure pri-
mog. n. 153. auth. de Monachis, §. co-
gitandum.*

Et eſt notabile, quod cum domi- 18
nus dare voluit Moyſi adiutores ad
regimen populi dixit *n. 11. verſ. 16.*
congrega mihi ſeptuaginta viros de
ſenibus Iſrael quos tu noſti. Iterum
dixit, quod populi ſint, & magiſtri,
& ita præſumitur pro ſenibus. Vt eo- 19
rum conſilium ſit ſequendum etiam
ruſticorum, *l. ſi chorus, §. 1. ff. de
leg. 3.* vbi Iureconſ. ſententiam ruſti-
corum ſequitur in illis verbis: Se au-
diuiſſe ruſticos, ſenes dicentes pecu-
niam ſine peculio fragilem eſſe, &
in d. *l. ſatis probatur,* quod prouer-
bia: quæ ſunt ſenum dicta, poſſunt
allegari ad deciſionem cauſarum, *l.
ſoles de offic. proconſ.* tradit Niger. *l. 1.
n. 57. ſi cert. petat.*

Et in ſenibus præſumi maiorem 20
veritatem, & rei cognitionem, di-
cit Alciat. *de præſumpt. reg. 1. præ-
ſumpt. vlt. ad fin.* & eſt textus *in cap.
conſanguineus 35. quæſtion. 6. cap. ſic
viue 16. quæſt. 1.* Lucas de Pena, *ver-
ſic. 179.* præſumitur, *Cod. de Apoch.*

Digitized by Google

public. lib. 10. & ſic in teſtimoniis plus creditur ſenibus, *cap.cum. in tua de teſtibus*, ibi : *antiquiores tempore, cap. licet ex quadam,eod.tit.* ibi : *Antiquioribus quidem ſuis*, vbi gloſſa, verb. *perſonæ*, & gloſſ. *l. cum quid, ff. ſi cert. petat. authent. de quæſtion.* §. *ſi vero aliquid*, *dict. cap. domino Sancto* 50.*diſtinct.*& ſic licet data paritate teſtium reus ſit abſoluendus,
22 *l. ob carmen*, §. *ſi teſtes*, *ff. de teſtibus*, *cap. ex literis de probat.* tamen ſi ex altera parte teſtes præualeant ſenectute eorum teſtimonium eſt præferendum, quia magis credendum eſt ſenioribus, gloſſa, verb. *nonum, in l. cum quid, ff. ſi cert. petat.* prout facit illud Danielis 13. *n.* 41. *credidit eis multitudo quaſi ſenibus*, & *iudicibus.*

Quod limita, vt non procedat in teſtimonio viſus, in quo magis eſt credendum iuueni, quam ſeni. Speculator *tit. de teſte*, §. *nunc tractandum eſt*, verſ. *hoc quoque notandum*, pro quo facit illud. Ariſtot. *lib.* 1. *de anima*, quod ſenectus habet oculos hebetes, & Geneſ. 27. *in princip.*ibi: *Senuit autem Iſaac*, & *caligauerunt oculi eius*, & *videre non poterat.* Et 1. *Reg.* 4. *num.* 15. *Heli autem erat nonaginta octo annorum*, & *oculi eius caligauerant*, & *videre non poterat, quia caligauerant oculi præ ſene-*
23 *ctute.*

Sed hoc procedet, ſi ſenes deponant de eo quod nunc viderunt in ſenectute, ſecus ſi de eo quod viderant tempore floreſcentis ætatis, & iuuentutis. Tiraq. *de iur. primog. in præfat. num.* 145. *in fin.* vbi *n.*50. quod iuuenes præferuntur in teſtimonio de actu recenti, quia habent ſenſus acutiores ad capiendum, Gloſſ. *in l. gallus in princ. de liber.* & *poſthum.* ait quod quanto iuniores, tanto perſpicaciores.

Sic licet Scripturæ communes 24
plurium hæredum ſint deponendæ apud eum qui habet maiorem partem hæreditatis, *l. ſi quæ ſunt cautiones, famil. herciſc.* ibi : *Vt apud eum maneat, qui maiore ex parte hæres ſit cæteris*, etſi data paritate portionum habeant partes æquales arbitrio iudicis relinquitur apud quem deponantur, *l. cæter.* verſic. fin. *eod. tit.* hoc ceſſat, quando inter cohæredes, eſt gradus antiquitatis, & iuuentutis, quia antiquiori eſt committenda cuſtodia ſcripturarum, *l. fin. de fide inſtrument.* ibi ; *Semper ſeniorem iuniori, l.*7. *tit.*5. *part.*6.

Sic claues arcium, & oppidorum 25
debent eſſe penes ſeniorem, *l. cum pater*, §. *pluribus*, *de leg.* 2. Anton. Gom. *l.*40. *Taur. n.*59. verſic.*tertio*, vbi alios refert Flor. de Men.*variar. quæſt.* 17. *n.*22.

Sic exiſtentibus duobus tabellio- 26
nibus eiuſdem cauſæ acta debent ſeruari penes ſeniorem Bald. *cap. quoniam contra falſum*, *num.* 50. *de pro-* 27
bat. & ſeniores prius debent ſedere Gamm. *deciſ.*1. *n.* 5. Sic etiam ſenes prius debent offerre, & pacem recipere in Eccleſia Caſſan. *in Cathalogo gloriæ mundi*, 1. *part. conſiderat.* 18. vbi quod in Eccleſiis,& proceſſionibus primum locum debent obtinere.

Sic etiam ſeniores prius debent loqui *Iob.*32. *n.*7. *ſperabam* (inquit) *quod ætas prolixior loqueretur*, & eſt textus *in cap.*1. *de controuerſ. feud. inter patr.* Rom. *ſing.*81. Rol. *conſ.*47. *n.*70. *vol.*1. & Marc. Ant. Genuenſ. *deciſ.*612.*in prax.*Archiep. *n.*1.& 2. textus *in l.*1. §.*in ſenis ff.de alu.ſcrib.*

&

& conducit illud Eccleſiaſt. 32. *Loquere maior natu.* Et Iob. 32. *num.* 6. *Iunior ſum tempore, vos autem antiquiores, idcirco demiſſo capite veritus ſum indicare meam ſententiam.*

28 Sed in votando in conſiliis iuniores prius debent votum emittere, vt tradit Nicolaus de Lira, *Exod.* 23. gloſſ. verb. *nec iudicio*, vbi ait: quod debet incipi ab illis qui ſunt minoris auctoritatis, & poſtea ſequi maiores, ne minores formidine non declinarent à ſententia maiorum, & ſic ſeruatur communiter in omnibus Hiſpaniæ Regi s Tribunalibus, & de Neapolitano ſenatu teſtatur Marc. Anton. Genuenſ. *deciſ.* 612. *n.* 2. Afflict. *deciſ.* 11. *n.* 6. & 7. Oſaſcus *in proœmio deciſ. Pedemont. n.* 11. Theſaur. *deciſ.* 1. *n.* 1. Ant. Gam. *deciſ.* 1. *n.* 11. vbi de conſuetudine teſtatur.

29 Sed & deficiente ſuperiore communitatis ſenior in eius locum ſubrogatur, *cap. Epiſcoporum* 74. *diſt.* & *c. Epiſcopi diſt.* 24. & ſenior vocat collegas ad congregationem. Gamm. *deciſ.* 1. *n.* 45. defertur etiam ſenectuti in eo quod ſi incurrant excommunicationem, *cap. ſi quis ſua-*
30 *dente diabolo* 17. *quæſt.* 4. propter iniectionem manuum in Clericum non tenentur ad Sedem Apoſtolicam accedere pro abſolutione, ſed ab Epiſcopo abſoluantur, *cap. quamuis* 58. ibi: *Puerili, vel ſenili ætate, de ſent. excommun.*

31 Sed & ſeni defertur in eo quod remittitur ei onus accedendi ad iudicem pro ferendo teſtimonio, *cap. ſi quis teſtium, de teſtib.* Balb. *dec.* 300. *l.* 2. *titul.* 16. *p.* 3. ibi: *fueſſen viejos.* Ioann. Garc. *de nobil. gloſſ.* 48. §. 1. *n.* 6. & idem ſi ſint valetudinarij. Rota, *deciſ.* 271. *n.* 7. *lib.* 3. *p.* 3. imo & eis remittitur onus perſonaliter comparendi, *cap. placuit* 18. *diſt.* Ioann. Garc. *de nobil. gloſſ.* 48. §. 1. *num.* 6. & licet nequeant ſacerdotes audire confeſſiones in priuatis domibus niſi inſtante neceſſitate, veluti infirmorum tamen ſenes, qui ob graueſcentem ætatem Eccleſiam commodè adire non poſſunt, etiam domi poſſunt confiteri ex declaratione Cardinalium, tradit Barb. *in addit. ad Concil. ſeſſ.* 23. *c.* 15. *declar.* 3. *p. mihi* 403.

Sed & ſenes à 55. anno excuſantur 32
à muneribus perſonalibus, ne inuiti compellantur, *l. vlt. Cod. qui ætate ſe excuſant.* Menoch. *lib.* 2. *de arbitrar. caſu* 59. *n.* 5.

Sed & ſenibus benemeritis à Gre- 33
gor. XIII. indultum fuit, vt perciperent diſtributiones in abſentia poſtquam ſeruierint per quadraginta annos in Eccleſia Compoſtellana, tradit Barboſ. *in remiſſionibus Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 12. §. *valere ſtatutum, in princ. pag. michi* 572. & eſſe pronuntiatum à Sanctiſſimo, tolerandum ſtatutum Compoſtellanum, quo cauetur Canonicos, qui per quadraginta annos inſeruierint non teneri amplius intereſſe horis, & diſtributiones percipere, eſſeque iubilati, quod & poteſt induci conſuetudine, Monet. *de diſtrib.* 2. *p. quæſt.* 7. *n.* 20. & *q.* 13. *num.* 41. de quo etiam teſtatur Gratian. *cap.* 298. *n. fin.* & Cened. 3. *p. collect.* 15. *in fin.*

Sed & generaliter in omnibus Eccleſiis quando ſenex ſeptuagenarij ſunt adeò grauati, vt non poſſint ad Eccleſiam accedere percipiunt diſtributiones quotidianas in abſentia, ſi antea conſueuerint horis intereſſe, vt habetur in declaratione Concil. Trident. quam refert Barb.

in additionib. ad Conc. Trid. ſeſſ. 24. *cap.* 12. *n.* 37. verſ. *ſenio confectis, de reform.* (vbi quod etiam diſtributiones quotidianæ debentur detentis in
34 carceribus modo non detineantur ob propriam culpam) & quod ſenes percipiant diſtributiones, ſi antea conſueuerant horis intereſſe, tradit ipſe Barb. vbi *ſupr. pagin. mihi* 570. verſ. *tertius caſus*. Monet. *dict. q.* 7. *num.* 15. & hoc quia ſenes æquiparantur infirmis poſt Probum ad Monach. *cap. vni. num.* 14. *de Cler. non reſid. lib.* 6. & Açor. *inſt. mor. lib.* 7. *cap.* 7. *quæſt.* 12. tradit Monet. *de diſtrib.* 2. *p. q.* 7. *n.* 5. *&* 6. vbi conciliat opiniones contrarias, Grac. *diſcept. cap.* 805. *n.* 4. & ita fuiſſe declaratum à Sacr. Card. Congr. teſtatur Monet. *d. n.* 15. & addit Grat. vbi *ſupr. n.* 41. quod magis excuſabitur à reſidentia horarum ſenex octuagenarius qua ætate labor, & dolor ineſt, vt
35 *Pſ.* 89. *n.* 10. ibi: *Impotentatibus* 80. *annorum*, intelligens non loquatur de principibus, vel magnatibus, de quibus habetur Eccleſiaſtic. 10. *n.* 11. *Omnis potentatus breuis vita*, ſed de hominibus bene complexionatis habentibus potentem complexionem, ſic intelligit Bellarm. *dict. Pſal.* 89. dicens eſſe communem traditionem.

36 Et ſic poſſunt ſenes cuiuſque ætatis contrahere matrimonium, non obſtante lege Papia, quam abrogauit Iuſtinian. *l. penult. Cod. de nupt.* & ante eum Claudius Cæſar, vt tradit Alex. ab Alex. *lib.* 4. *dierum Genial. cap.* 22. & contrahunt etiam quod ſint decrepiti, quod plures referens tradit Barboſ. *l.* 1. 1. *part. num.* 94, *ſolut. matrim.* vbi quod procedit etiam quod ſemen habent imperfectum, & non prolificum, nam vt inquit Sanct. Thom. *in* 4. *diſt.* 34. *quæſt.* 2. *art.* 2. *addit.* 3. licet valde ſenes non habeant calliditatem ſufficientem ad generandum habent tamen ad coëundum, & ſic eis conceditur matrimonium contrahere: ſecundum quod eſt inuentum in remedium concupiſcentiæ, non ſecundum quod eſt ad officium naturæ, & prolem procreandam, quem ſequitur Barboſ. vbi *ſupr. num.* 93. eam opinionem tenet Couarr. *in* 4. 2. *p. cap.* 8. §. 2. *num.* 10. verſic. *nono*. Matienç. *l.* 10. *tit.* 8. *gloſſ.* 3. *num.* 4. *lib.* 5. *recopil.* & plures ex Theologis, & Iuriſperitis, refert Thomas Sanch. *lib.* 7. *de matrim. diſput.* 92. *num.* 20. & eſt ratio, quia ſenex decrepitus poterit, vel arte medicamentis ſumptis copulæ deſeruire, vt tradunt Barb. & Sanch. *loc. relat.*

Si tamen ſenes ſint exhauſti, & impotentes, vt nec arte Medicorum iuuari poſſint ad copulam, & ſeminandum ſunt incapaces contrahendi, tradit Sylu. verb. *matrimonium* 8. *num.* 16. verſic. *tertium*, Sotus *in* 4. *diſtinct.* 34. *quæſt. vnic. art.* 2. *colum. penultim. ad fin.* Ioann. Guterr. *canonic. quæſt.* 116. *num.* 14. alios refert Barboſ. *l.* 1. 1. *part. num.* 94. Sanch. *lib.* 7. *diſput.* 92. *n.* 24. vbi quod ſiue à natura, ſiue ex accidenti conſurgat impotentia perpetua, ac nulla arte reſtaurabilis cum nequeat ſe obligare ad copulam, vt ſibi impoſſibilem, non poteſt contrahere ad quod refert plures Doctores quemadmodum eunuchi vtroque teſticulo carentes, 37
38 qui nequeunt ſeminare impediuntur contrahere iure, & etiam ex motu proprio Sixti V. edito anno 1587. cum decreto irritante, & tenet Sanchez *dict. quæſt.* 92. *n.* 17. vbi ponit verba

verba motus proprij, non tamen ſeparabitur matrimonium, ſi quis fiat eunuchus vtroque teſte poſt matrimonium contractum, nec ſi ſenex ob ſenectutem deſinat poſſe ſeminare. Tolet. *in ſumma, lib.* 7. *cap.* 12. *n.* 4. Thom. Sanch. *lib.* 7. *de matrim. diſput.* 102. *num.* 7. & aliqua de eunuchis videas *ſupr. cap.* 11. *num. fin.*

39 *in fin.* Mulier autem quantumuis vetula ſit, & frigida ad ſeminandum cum paſſiue ſe habeat, & ſit apta ad recipiendum: tamen poteſt contrahere. Syluest. verb. *matrimonium*, 8. *q.* 16. *dict.* 4. *in fin.* Barboſ. *dict. l.* 1. 1. *p. num.* 97. *ſolut. matrim.* Sanch. *dict. diſput.* 92. *num.* 22. & maximè ſi fœmina etiam iuuenis frigida ſit ad ſeminandum in copula, modo ſit apta ad recipiendum virile ſemen poteſt contrahere, nec impedietur generatio ob defectum fœminei ſeminis, vt dixi *lib.* 1. *de anniuerſ. cap.* 5. *num.* 93.

40 & tenet Sanch. vbi *ſupr. n.* 9. & licet quoties agitur de diſſoluendo matrimonio ob viri frigiditatem ſpectetur per triennium, *cap. laudabilem de frigid. & malefic.* ac experiendum, an longo vſu naturæ, vel diſcurſu temporis potens appareat, tamen in ſenibus non expectatur, ſed breuius tempus arbitrio iudicis.

41 Et licet non concedatur alteri ex coniugibus religionem profiteri altero manente in ſæculo, *cap.* 1. *de conuerſione coniugatorum*, ibi: *Niſi vterque ad religionem migrauerit.* Tamen hoc limitatur niſi ſuperſtes in ſæculo ſit ſenex, nec ſit ſuſpectus de incontinentia, *cap. cum iis, cap. ad Apoſtolicam, cap. ſignificauit eodem titulo*, nam eo caſu conceditur ſeni manere in ſæculo, cum ſolo voto continentiæ. Thom. Sanch. *lib.* 7. *de matrimonio, diſput.* 32. *num.* 9. inueni autem nequaquam permittitur in ſæculo remanere etiam cum voto: 42
Abbas, *dict. cap. ad Apoſtolicam, n.* 1. *de conuerſione coniug.* Couarruu. *in* 4. 2. *part. cap.* 6. §. 3. *num.* 3. Anton. Cuch. *lib.* 1. *inſtit. moral. tit.* 12. *n.* 223. ſequitur Sanch. *dict. num.* 9. *in fin.* etiamſi honeſtæ vitæ ſit, & etiam quod nullus ſit timor, nec ſuſpicio incontinentiæ ibi, *n.* 10.

Si autem profeſſo altero coniuge 43 ſenex ſæculo manens, non ſeruauerit votum continentiæ, compelletur ingredi religionem, *dict. cap. ſignificauit.*

Sed quis reputabitur ſenex vt poſ- 44 ſit in ſæculo manere dubium, videtur: Sotus namque *in* 4. *diſt.* 27. *q.* 1. *art.* 4. *col.* 12. §. *praeterea contra eandem*, tenet ſufficere fœminam eſſe ſexagenariam, & in viro, & fœmina tenent Cordoua *in ſumma, quaſt.* 178. verſic. *empero ſi el matrimonio*, Azor. *lib.* 12. *inſtit. moral. cap.* 1. *quaſt.* 6. §. *ſi quaras*, Vican. Angles, Ledeſm. *loc. relat.* à Thom. Sanch. *d. diſp.* 32. *num.* 15. tamen ipſe ibi, *num.* 16. ait loqui in caſibus, quibus à Romanis Pontificibus certa ætas præſcripta eſt, at in noſtro caſu, quo nulla eſt præſcripta relinquendum iudicis arbitrio, vt ad iudicandum, quem eſſe ſenem reſoluit multis relatis Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. cent.* 1. *caſu* 59. *num.* 3. Et quod ſenilis ætas probetur iudicis aſpectu, Bartol. *l.* 1. *num.* 6. *Cod. de mendicant. vali. lib.* 10. Simon de Prætis, *de interpretand. vlt. volunt. lib.* 5. *deciſ.* 4. *num.* 124. *pag. mihi* 538. & ſi inſpecta qualitate perſonæ videatur, ita ſenex, vt de eo nihil incontinentiæ poſſit ſuſpicari, relinquat eum in ſæculo cum ſolo voto continentiæ.

Sed

Digitized by Google

45 Sed obiter ſcias, quòd licèt aliqui tenuerint illud ſimplex continentiæ votum factum à remanente in ſæculo effici ſolemne per profeſſionem alterius coniugis contrarium eſt verius, quia ex facto alterius ſine ſua intentione, & confeſſione tacita, vel expreſſa non poteſt quis adſtringi voto ſolemni à ſe non emiſſo, atque ita tenet Sanch. *d. lib. 7. diſp. 32. num. 6. & 7.*

46 Sed nec ſeni etiam cum voto continentiæ permittetur eſſe in ſæculo, ſi etſi non ſit ſuſpicio incontinentiæ, ſit tamen de aliis prauis moribus ſuſpecta, vt ſi futura eſſet incantatrix, venefica, vel quid ſimile, à quo vir eam cohiberet non eſt ſinendus profiteri, tamen eo caſu tenebit facta profeſſio, Ioann. Andr. *cap. ad Apoſtolicam, num. 3.* vbi Abb. *n. 2. de conuerſ. coniug.* Sanch. vbi *ſupra, num. 11.*

47 Et cum quilibet à vigeſimo primò anno ætatis ſuæ completo teneatur ieiunare diebus quadrageſimalibus, & aliis quibus ab Eccleſia indicitur ieiunium, vt tradit Sanct. Thom. *2. 2. quæſt. 147. art. 2. ad 2.* Nauarr. *in manual. cap. 21. à num. 16.* & eſt communis opinio, teſte Menóchio, *de arbitr. caſu. 159. num. 1.* quia vſque ad id tempus indulgetur facultas non ieiunandi ad augmentum naturæ, cum vſque ad eam ætatem hominem creſcere, dicant naturales,
48 Plinius, *lib. 11. cap. 37. ad fin.* Licet ex ſeptennio teneatur, quis abſtinere à carnibus, & lacticiniis in quadrageſima, & vigiliis, & diebus prohibitis, Cordoua, *quæſt. 60. §. 4.* vbi ait eſſe interpretatum vniuerſali conſuetudine, Henriquez, *in ſumma Theolog. moral. lib. 4. cap. 31. §. 2. in gloſſ. litter. M.* nam ex eo tempore prohibitum eſt à iure comedere oua, & lacticinia his diebus, *cap. denique 4. diſt.*

Sed ea ante vigeſimum primum annum tenentur adulti ieiunare, ſi profeſſi fuerint religionem; nam tenentur ieiunia obſeruare impoſita à regula, vel ſi voluerint potiri Iubileis à Romano Pontifice conceſſis cum ieiuniis, tradit Campanil. *in diuerſ. iur. rub. 7. cap. 6. num. 149. & num. 150.* 49

Tamen ſenes ſexagenarios deobligatos eſſe ieiunare, inquit Richard. *in 4. ſent. diſt. 15.* quia virtus & calor in ſenibus frigeſcit, & ob id ſæpius alendos eſſe ait; & quod ſenes ſexagenarij excuſentur à ieiunio dicit communem opinionem: Nauarr. *in man. cap. cit. num. ....* Armill. verb. *ieiunium, num. 3.* Medin. *in inſtruct. Confeſſ. lib. 11. cap. 14. §. 10.* vbi dicit probabilem opinionem Azor. *lib. 7. Inſtit. moral. cap. 28.* verſ. *quartò quæritur.* Campanil. *rubr. 7. cap. 6. num. 15.* idem dicit Gratian. *diſcept. cap. 805. Cod. 221.* & licet in Bulla ſanctæ Cruciatæ, concedatur omnibus edere lacticinia, exceptis Prælatis, Epiſcopis, Archiepiſcopis, Primatibus, Religioſis, & Clericis, Preſbyteris ſecularibus, ex eis excipiuntur ſenes ſexagenarij, vt retuli in compendio ſanctæ Cruciatæ, *tit. de los priuilegios, y gracias que ſe conceden por la Bula de la ſanta Cruzada, num. 6.* quod & notauit Sanch. *lib. 7. de matrim. diſput. 32. num. 15. in fin.* vbi refert ita diſpoſitum eſſe à Pio V. & aliis Pontificibus. 50 51

Sic in ſexagenario non præſumitur incontinentia, & ante eam ætatem dicitur iuuenis, vt cum eo diſpenſetur. 52

penſetur in conſanguineis ratione periculi incontinentiæ. Cordou. *lib.* 1. *quæſt.* 12. ait, 1. *colum.* 5. §. *ſecundum dubium.* Ioann. Guterr. *lib.* 1. *canon. cap.* 23. *n.* 130.

53 Et licet ſit vnitas inter Doctores in eo, ſcilicet quis dicatur ſenex receptior opinio videtur ſenes dici ſexagenarios per *l. ſi paterfamilias*, §. *in arrogatoriis*, *ff. de adoption.* gloſſ. verb. *magiſtratibus*, *l. ſemper*, *de iure immunit.* ſed quia non omnes in ea ætate ſunt debiles, imò robuſti, & ſani verior eſt opinio quod relinquatur arbitrio iudicis, vt poſt Ioan. Andream, & Socin. Balbatiam, & alios, tradit Menochius *de arbitrar. lib.* 2. *cap.* 59. *n.* 3.

54 Et licet ſenibus non permittatur reſignatio, quæ conceditur infirmis, vt ex Gomezio *regul. de infirmis reſignan.* tradit Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 60. *num.* 9. id procedit in ſene valido ſecus erit, ſi ſit ſenio confectus, ita vt nequeat miniſtrare oneribus beneficij, ſic Gratian. *deciſ.* 189. *num.* 3. Tunc enim reſignatio permittitur, & idem ſentit Menoch. vbi *ſupr. num.* 10. & erit ſufficiens cauſa ſi ſenex beneficiatus teneatur deſeruire in duabus Eccleſiis principali, & annexa, & forſan bis in die celebrare itinerando de vna ad aliam, quod difficile ſit ſeni debilitato.

55 Sed & ad recipiendum coadintorem ſufficiunt ſeptuaginta anni, ſine infirmitate. Hieron. Gonzal. *regul.* 8. *gloſ.* 5. §. 9. *num.* 86. vbi alios refert Flamin. Pariſ. *de reſignat. lib.* 5. *q.* 3. *num.* 55. Caputaq. *deciſ.* 129. & 131. *p.* 1. ſequitur Gratian. *cap.* 805. *n.* 30. vbi quod ſexaginta anni ſufficiunt cum infirmitate.

56 Sed Guillelm. Rouill. *tractat. de iuſtitia, & iniuſtitia, cap.* 14. *à n.* 1. ait quod difficilius ſenes admittuntur ad reſignationem, quam infirmi, quia ſenes minus viuere præſumuntur, quàm ægri. Et ſenes decrepiti gaudent priuilegio miſerabilium perſonarum, vt dixi *ſupr. cap.* 21. *num.* 98. & adde quod decrepiti, & alij habentes priuilegium trahendi ad curiam in cauſis excedentibus decem millia marapetinorum, non poterunt trahere ad ea Regia tribunalia, vbi in prouiſione regali citationis excipitur ſumma infra triginta mille marapetinos, vbi enim viget talis ſtilus non gaudebunt priuilegio intra eam ſummam, ſed in hac Pinciana Cancellariæ ſolum excipitur cauſa infra decem mille marapetinos, & vltra cognoſcitur. Et ſi aliquis occidat, ſeu vulneret filium ſenis tenebitur ad damna ei obedientia ob defectũ operum filiorum. Greg. *l.* 6. *tit.* 15. *p.* 7.

Et quia ſenectus repleta eſt doloribus, & incommodis, vt dicit Abb. *c. magnæ de voto.* Guil. Rouill. *de iuſt. & iniuſt. cap.* 15. *n.* 5. admittitur quod 57
ſi ſenex ducat iuuenem vxorem poſſit ei donationem facere, quia puella 58
nubendo ſeni videtur ei minus facere Franc. Bet. *conſ.* 79. *num.* 6. *ad fin.* verſ. *Quia mulier nubendo ignobili, vel ſeni*, & ob id admittitur donatio in recompenſationem iacturæ ſenectutis, quam patitur puella, vt fiat compenſatio. Tiraq. *l.* 6. *connub. gloſ.* 1. *n.* 27. & quia donatio remuneratoria, 59
non eſt prohibita inter virũ, & vxorem, *l. quod autem*, §. *ſi vir de don. inter* Ant. Gom. *l.* 50. *Taur. n.* 66. verſ. *quartus*, vbi de donatione facta à ſene vxori iuueni. Neque in tali donatione facta à ſene vxori iuueni requiritur in- 60
ſinuatio. Gam. *deciſ.* 348. *n.* 5.

Perez de Lara de vita Hom. Iii Sed

61 Sed etſi ſenex ducens vxorem diſparis ætatis fateatur dotem recepiſſe ſola ea confeſſio probat, & præiudicat, quia præſumitur in recompenſam, gloſſa, & Doctores, *l. ſi voluntate, Cod. de dotis promiſ.* vbi Bartol. *num.* 2. quod valet confeſſio abſque iuramento, Iaſ. *l. diuortio, num.9. de verbor.oblig.* & *in l. ex hoc iure, n.95. de iuſt.& iur.* Nouel.*de dote,priuil.* 10. *n.*7. Curtius Iun. *conſ.6. n.* 20. optime Franc. Beccius, *conſ.*79. *num.* 6. vbi dicit communem opinionem, & ibi quod non obſtat exceptio non numeratæ pecuniæ, licet non ſit renuntiatum exceptioni, Couarr. *in* 4. *de ſponſal.* 2.*part. cap.*2. §.3. *num.*2.

62 Pett. Dueñ. *reg.*221. *n.* 11. Ioſeph. Ludouic. *deciſ.*66. *num.*12. Ayor. *de part,* 1.*p. cap.*7. *n.*3. vbi addit, quod valet datio dotis, licet ſit vltra decimam partem, intra quam alias ſolum poteſt dari idem,tenet Azeued. *l.* 2. *num.*11. *tit.* 2. *lib.* 5. *recop.* Ioannes Garc. *de donatione remuner. num.* 21. Molin.*de iuſtit. & iur.* 2. *tom. tract.*2. *diſput.* 289. Thom. Sanch. *de matrimonio, lib.6. diſp.6. à num.* 11. *& diſput.* 7. *n.*2. vbi quod valet etiamſi fiat conſtante matrimonio, ſequitur D. Ioann. Caſtell. *lib.* 3. *controuer.. cap.*4. *num.*40. vbi *n.*41.poſt Thom. Sanch. *de matrim. lib.6. diſputat.*38. *num.* 16.quod etiam natis liberis non deducitur donatio de quinto, ſed de cumulo omnium bonorum, vt æs alienum, nec reuocatur natiuitate filiorum, & ibi *num.*43. Tiraquel. *l. ſi vnquam*, verbo, *donatione largitus*, *num.* 12.

63 Sed & datio dotis facta à ſene iuueni non ſubiacet diſpoſitioni, *l. fœmina, Cod.de ſecund.nupt.*nec *leg.*15. *Taur. de reſeruat.* Franch. *deciſ.*428. *num.*4.Lup.*in repetit. cap. per veſtras*, §.50. verſ. *pro complemento.*

Ea enim datio dotis cenſetur facta in præmium iuuentutis, vt dicit Couarr. *in* 4. *de ſponſ.* 2. *p. cap.* 3. §. 3. *num.* 2. vbi *num.*3. dicit idem eſſe, ſi datio fiat conſtante matrimonio,poſt Ioannem Lupum, *in rubr. de donatio-*
nibus, §.32. *n.* 7. Non tamen huiuſ- 64
modi dos habebit dotis priuilegium, Couarr. *in* 4. 2.*part. cap.*2.§.3. *n.*5. Ludouic. Lop. 2.*part. inſtructorij, de matrim. cap.*41. nam licèt communiter dos appelletur non eſt proprie, dos, ſed illa quæ datur ad onera matrimonij ſupportanda,Thom. Sanch. *de matrim. lib.6. diſp.*2. *n.*5.

Si autem, quod vir ſenex vxori ducendæ donare voluerit ei tradiderit, & poſteà ab ea in dotem acceperit habebit dotis priuilegium, *l.*1. *C. de donation. ante nuptias*, Fachineus, *lib.*8. *controuerſ. cap.* 83. verſic. *quod vero attinet*, & *in fin.* verſic. *erit igitur*, quare cauti ſint puellæ nubentes ſenibus, & ſibi conſulant. Dos autem putatiua habet dotis priuilegium, *l.*2. §. *fin. de priuileg. creditor. l.* 3. *C. ſolut. matrimon.* & hoc ſi agatur de exactione dotis, ſecus aliàs Barboſ. *l. ſi cum dotem* 28. §. *fin. n.* 4. *&* 8. *ſolut. matrim.* Et priuilegium hypothecæ tacitæ dotis in eo conſiſtit, quod præfertur omnibus tacitis hypothecis anterioribus non priuilegiatis, Barboſ. *l.* 1. 6. *part. num.* 2. *ſolut. matrim.* Guter. *lib.* 3. *practicar. quæſt.* 99. *num.* 4. D. Ioann. Caſtell. *lib.*3. *controuerſ. cap.*4. *num.* 10. vbi *num.* 11. quod idem ſeruari debet ſtante, *l.* 33. *tit.* 13. *part.* 5. & ſic non præfertur hypothecæ tacitæ fiſci anteriori, *l.*2.*Cod. de priuileg. fiſci*, iuncta *l.* 2. *Cod. in quibus cauſis pi-*

gnus,

Digitized by Google

gnus, vel hypoth. Barboſ. *l.* 1. 1. *part. n.* 12. *&* 27. *ſolut. matr.*

Et licèt donatio propter nuptias ſolùm habeat hypothecam, & non dotis priuilegium, Couarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 7. *num.* 1. verſ. *eodem pacto*, & tenet pluribus relatis Barboſ. *l.* 1. 6. *part. num.* 16. *ſolut. matrim.* Secus tamen erit, ſi donatio propter nuptias detur in augmentum dotis; nam habebit dotis priuilegium, Gregor. *l.* 29. *tit.* 13. *part.* 5. verb. *ò de arras*, declarando verba ipſius legis, ibi: *Fueras ende, en deudo que fueſſe de dote, ò de arras de muger*, Flor. de Men. *lib.* 1. *variar. quæſt.* 6. §. 3. *num.* 10. ſequitur D. Ioann. Caſtell. *lib.* 3. *controuerſ. cap.* 4. *num.* 33. *&* 38. Et ſcias, quòd mulier habet hypothecam in bonis viri ſui pro alimentis ſibi dandis, Afflict. *deciſ.* 10. *num.* 13. Cancer. plures referens, 1. *part. variar. cap.* 16. *num.* 3.

65 Et ſenibus decrepitæ ætatis conceditur in integrum reſtitutio, Sphortia Odus *de reſtitut.* 1. *part. quæſt.* 3. *artic.* 3.

66 Et ſenes ſeptuagenarij non petentes tutorem filiis non priuantur eorum ſucceſſione, quia deficiunt in memoria, tradit Grat. *diſcept. c.* 805. *num.* 23.

67 Nec torqueri poteſt ſexagenarius, Gratian. *cap.* 328. *num.* 9. nec ferula cædi, & confeſſio à ſene taliter extorta non valet, Marſil. *l. edictum, num.* 17. *de quæſtionib.* alios refert & ſequitur Gratian. *cap.* 805. *num.* 37. *&* 38.

68 Tamen poteſt ſenex carcerari pro debito, niſi ſit ſepthagenarius, & decrepitus, quia tunc non poterit, vt nec pueri, quibus æquiparatur, *cap. quamuis* 58. *de ſententia excommunicationis*, & pueri non carcerantur pro debito, Bald. *l.* 1. *num.* 10. *Cod. qui bon. ced. poſſ.* Gratian. *dict. cap.* 328. *num.* 17. & ita teneo, etiamſi eſſet obligatus ante ſenectutem, quia ad hoc attenditur præſens ſtatus, & vt infirmi non carcerantur, Medicis 69 *de caſibus fortuitis*, 1. *part. quæſt.* 6. *num.* 14. ita nec ſenes ſeptuagenarij, quia præſumptiuè dicuntur infirmi, Menoch. *lib.* 6. *præſumption.* 46. *n.* 8. & Gratian. 5. *part. diſcept. cap.* 805. *num.* 13. quem poſt hæc ſcripta vidi. & addit, quod conſtituti in tali ætate habent præſumptionem iuris, quod ſint infirmi, & quod de his loquitur, *l. ciuitatibus, in princip. de legat.* 1. *l.* 2. §. *quem ita ſenio, de vacat. muner. &* *l.* 5. *ff. de donationib.* & infirmis æquiparantur in his quæ exercitium corporale requirunt, Menoch. vbi *ſupr. n.* 22. & vide *ſupr. ex n.* 33.

Et ſic ſtatutum loquens de infir- 70 mis habet locum in ſenibus, Abbas, *cap. magnæ, de voto*, Neuizan. *in ſylua nuptial. lib.* 2. *n.* 4. & vt habentes infirmitatem temporalem, ſeu perpetuam, liberantur à lectione in Vniuerſitate Salmanticenſi, *ex conſt.* 11. ita ſi ſit ſenio confectus, vt tradit Didacus Perez, *l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 3. *ordinament. pag.* 771. verſ. *item etiam ſenio confecto*, vbi teſtatur de praxi Iacob. Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. caſu* 60. *num.* 10. imò ſola ætas ſeptuaginta annorum ſufficit, Gratian. *d. cap.* 85. *num.* 11. Et ob eam rationem Epiſco- 71 po ſenio confecto datur coadiutor, vt ægrotanti, textus *in cap.* 1. §. *ſin autem Epiſcopus, de clerico ægrotante, lib.* 6. Ancharran. *conſ.* 297. *in fine.* Hieronymus Gonçal. *l. reg.* 8. *Cancellariæ, gloſſ.* 5. §. 9. *à num.* 84. *cum ſeqq.* Pariſ. *conſil.* 29. *lib.* 2. Menoch.

72 *lib,6. præſumpt.46.num.3.* & ibi *n.5.* tenet, quod ob mortis periculum imminens, quod eſt in ſenibus poſſunt examinari ad perpetuam rei memoriam, vt morbo laborantes, *cap. quoniam frequenter*, §. 1. *vt lite non conteſtata*, Alciat. *de præſumpt. reg.* 1.
73 *præſumpt. vltim.* Quia ſenes dicuntur morti proximiores, & vicini, *l. hæreditatum, ff. ad eg. Falcid.* ſic cum ſenex donat, dicitur donare cauſa mortis, *l. 3. & 5. de donation. cauſ. mort.* Menoch. *lib.6. præſumpt. 46. num.* 24. & ætas ſenium appellatur infirma à Iureconſulto, *l. ciuitatibus* 125. *de leg.* 1. ibi: *Quod in alimenta ætatis infirmæ puta ſenioribus & pueris, pulliſque relictum fuerit*, & ob id annuum relictum ſeniori minus valet, quam relictum iuueni, vt in *l. hæreditatum ad legem Falcid.* & dixi *ſupr. cap.16. n.* 107.

74 Et ſenes in delictis à ſe commiſſis minori pœna ſunt puniendi, quam iuuenes, Tiraq. *de pœnis temp. cauſ.8. num.* 7. Sed hoc intellige ſi pœna, quæ venit imponenda pro delicto à ſene commiſſo, eſt minor morte, vt
75 infra dicetur, & ſi ex impoſitione pœnæ vita ſenis periclitaretur, vel ea non eſt imponenda, ſed alia, vel ita minuenda, vt ceſſet mortis periculum alias pro delicto eo non merente pœna mortis imponeretur, & ſic deficeretur peccando contra eum in ſeueritate, & hanc ſententiam tenet Pater Mol. *tom.4. tract.3. diſp.* 37. *num.* 2.

76 Si verò eſſet imponenda pœna mortis pro delicto ſeni non minuitur, quia in eo potius minor eſt pœna mortis, cùm minus tempus ei auferetur vitæ quam iuueni cùm plus iuuenes communiter viuant, & ſic præſumatur, *l. hæreditatum, ff. ad leg. Falcid.* & eidem ſi ſit imponenda pœna pecuniaria, quæ non eſt grauior in ſene, quam in iuuene ex 77
ſola circunſtantia ſenectutis, *l. 1. de iure immu.* ibi: *Maximè, ſi non tam corporis habeat vexationem, quàm pecuniæ erogationem*, & iuxta hanc diſtinctionem dicit Molin. vbi *ſupr. intelligi*, & concordari tradita ab Anton. Gomez. *3. tom. variarum, cap.3. num.* 68. Greg. Lop. *verb. al viejo, l. 8. titul. 31. part.* 7. & Iul. Clar. *lib. 5. ſententiarum*, §. *vlt. quæſt.60. num.* 6.

Vbi autem pœna exilij eſt impo- 78
nenda ſeni minor eſt imponenda ſeni quàm iuueni, tam reſpectu temporis, quàm diſtantiæ, alias plus grauaretur ob vitæ breuitatem, & debilitatem, *l.2. de term. moto*, ibi: *Poſſunt in tempus, vt cuiuſque patietur ætas relegari, id eſt, ſi iunior, ſi ſenior reſciſus*, & *conducit. l. aut facta*, §. *perſona*, ibi: *In eius rei conſideratione ætatis quoque ratio habetur, & d. l. 8. tit.31. part.7.* vbi Gregor. 79
verb. *al viejo*; nam quemadmodum pueris, vel nulla, vel minor pœna eſt imponenda, vt *in d. l.* 31. ſic & valde ſenibus, qui pueris comparantur; nam in pueris ſanguis nondum eſt calidus, & in ſenibus iam eſt frigidus, & ita Archidiacon. *in cap. tanta 86. diſt.* ait Phyſicos dicere: Puerorum, & ſenum ætates conuenire, & Plaut. in mercatore, ait:

Senes aiunt ſolere repueraſcere.

Vnde fit pueris ſenes delectari mire, quia ſibi ſimiles: Tiraquel. *de pœnis temper. cauſ.* 8. *num.* 4. & facit illud Antiphonis, *ſenem nutrire perinde eſt, quaſi nutrias puerum*, & Ariſtotel. polyticorum, ait: ſenibus vigores

vigores euaneſcere, & mentis,atque animi ſenectutem eſſe.

80 Et licet, ſi naue ſubmerſa,vel ruina domus, plures ſimul deceſſerint, nullus, ex his priùs mori præſumatur, textus *in l. quod de pariter* 17. *de rebus dub.* vbi in matre ſtipulante dotem filiæ, ſibi reddi mortua ſimul cum filia non committitur ſtipulatio, *& l.idem eodem tit.* vbi de prælegato, & *l. ſed ſi in illo* 19. *eod. tit.* vbi *de*
81 *pupillo, & ſubſtituto* ſimul decedentibus, quòd ceſſet ſubſtitutio, ob quod *in l. ſi inuicem, de donat. cauſ.*
82 *mort.* donationes à duobus, ſibi inuicem factis valent, quia non conſtat quis ſuperuixerit, quia requiritur, vt reuocetur donatio cauſa mortis, quod donans ſuperuiuat, ita in-
83 telligit eam *l. Couar. lib.*2. *variar. cap.*7. *num.*8. *verſ.* 5. Tamen, ſi pater, & filius ſimul deceſſerint præſumitur patrem, priùs deceſſiſſe, *l. qui duos*, §. *cum in bello*, *l. cum impubere*, ibi: *Humanius eſt credere filium diutius vixiſſe, ff. de rebus dub. l. ex facto*,§. *ſi quis rogatus* 2. *ad Trebellian.* id enim præſumitur, ratione ordinis moriendi, Couarr. vbi *ſupr.* verſ. *his obſtare*, vbi limitat, vt non procedat, quando filius eſt pupillus, quia propter imbecillitatem ætatis præſumitur priùs mori, quàm pater, *l. ſi mulier* 24. *de reb. dub.* & idem in matre cum filio impubere ſimul decedenti Franch. *deciſ.*454.

84 Et ſi legatus ſit vſusfructus ſeni, & etiam adoleſcenti, ex quo præſumitur ſenes citius mori ſit computatio ad deducendam Falcid. ſecundùm ætatem adoleſcentis, *l.* 1. §. *interdum de vſufruct. ac. reſcend.* Lucas de Pena, *l. quicunque, Cod. de Apoch. publ. lib.* 10. quem ſequitur Menoch. *libr.* 6. *præſumpt.* 46. *n.* 31.

Et quamuis multoties ſoleant ſenes eſſe robuſti, & validi, vt de 85 pluribus, quos refert,tradit Menoch. *lib.* 6. *præſumption.* 46. *à n.* 8. *& in auth. de Monachis*, §. *ſancimus* dicatur, quod Zozimus vir Deo amabilis prope centum, & viginti ſuæ ætatis annos pollebat corporis operationibus, & conuerſatione, & erat virtutibus clarus, alios refert Ioannes Garc. *de nobilit. gloſ.* 12. *n.* 77. vbi de D. Ioanne Caruaial Epiſcopo Lucenſi, qui Toleti obiit, in centeſimo quinto ſuæ ætatis anno, quem ego cognoui, qui tranſactis centum ſuæ ætatis annis ſani intellectus, & miræ conuerſationis erat. Ambulabatque equitando non incurru, nec litera, ſed in equa per ciuitatem, & rura, nec celibem vitam ſemper habuit cum priùs matrimonio copulatus, ex quo Domini de Peñaluer deſcendunt.

Sed quamuis aliquando homines 86 vltra centum viuere annos non tamen intelligitur vltra viuere, imò ſi natus ab hinc centum retro annis, iam viuere non præſumitur, ex quo longiſſima hominum vita eſt centum annorum, *l. cum preponebatur, de indic.* ibi: *Qui ab hinc centum annis fuiſſet, cum ex illis nemo nunc viueret, l.fin. Cod. de ſacroſanct. Eccleſiis*, ibi: *Longiſſimum vitæ tempus eligimus*; Hieronym. Mago. *deciſion.* 44. *num.* 12. Molin. *lib.* 2. *de primogen. cap.* 6. *num.* 62. Maſtrillo, *deciſ.* 56. *num.* 25. Ludouic. *deciſion. Peruſina* 12. 1. *part.* Ioannes Garcia *de nobilitat. gloſſ.* 12. *num.*71. Et ſic memoria hominum per centum annos durare præſumitur Ioannes Garc. *de nobilit. gloſſ.* 12. *n.* 70.

inferens

inferens ex hoc ad ſententiam dicentium non corruere immemorialem legitimè probatam, cum requiſitis poſitis per Ricc. *collect.* 234. & 638. & *l.* 41. *Taur.* ſi detur initium vltra centum annos, vt voluerunt Aym. *de antiquit.* 4.*part.* §. *materia iſta*, *num.*40. Alex. *conſil.*16. *num.* 16. *vol.*5. quem vide *conſil.* 75. *num.* 138. *volum.* 4. Couarruu. *reg. poſſeſſ.* 2.*part.*§.3. *num.* 7. verſ. *hinc falſum apparet*, Molin. *lib.*2. *de primog. cap.*6. *num.*62. verſ. *ſi verò*, & maximè ſi conſtaret per Scripturas, quia non eſſet initium memoriæ hominum, ſed inſtrumentorum, per quæ de antiquiſſimis, & vltra mille annos conſtare poteſt, quod non faciliter immemoriali, obeſt, Ioann. Garc. *de nob. gloſſ.* 12. *num.*78. Tum quia ſi talia inſtrumenta inſinuent, bona eſſe libera alicuius, poſteà potuerunt exire ab eius dominio, vel ab eorum ſucceſſoribus, & per alterum dominum maioratui ſupponi, vt tradit Molin. *dict. lib.*2. *cap.*6. *n.*64. verſ. *ſi vero actu*,& ſi Scripturæ narranti bona eſſe maioratus, potuit eſſe, quòd bona non pertinerent ad fundatorem maioratus, quia per inſtrumenta non probatur dominium, *l. cum res*, *Cod. de probation. deciſ. Genuenſ.* 14. *num.* 1. vbi quod nec poſſeſſio, Ricc. *collect.* 1188. poſſeſſio enim inſtrumentalis, de qua conſtat per relationem inſtrumenti non probat, *l. prædia* 48. *ff. de acquir. poſſeſſ.* niſi inter ipſas partes contrahentes, Caualcan. *deciſ.*23.*part.*2. vel ſi fiat in præſentia rei, Anton. Gomez. *l.*45. *Taur.num.*85. *in fin.* & auctoritate iudicis, Honded. *conſil.* 28. & 29. *volum.* 1. nec ex poſſeſſione inſtrumentali capta per mediam perſonam, quæ non fuit expulſa agitur ſpolio, Ricc. *collect.*624. ex Verallo, *deciſ.*60.*part.*3. & qualiter poſſeſſio probetur, vide Ricc. *collect.* 767. & qui producit inſtrumentum enunciantis bona ſuppoſita eſſe maioratui, debet oſtendere inſtitutorem eſſe dominum, *l. ante omnia*, *ff. de probat.* Iaſ. §. *omnium*, *n.* 72. *Inſt. de action.* & hoc niſi contra inſtrumentum nihil opponatur; nam eo caſu probabit dominium, Honded. *conſ.* 23. *num.* 33. & 37. vel ſi ſit inſtrumentum diuiſionis, Ricc. *collect.* 1188. vel ſi ſit inſtrumentum dotis, modò non ſit contra tertios poſſeſſores, Maſcard. *de probat. concluſ.*568. *num.*6. niſi haberent cauſam à contrahentibus, vel eorum hæredibus, Rubin. *deciſ.*19. Riccius *collect.* 1188. *in fin.* Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 44. *n.* 26. vbi tenent agentem ad bona fideicommiſſi ex teſtamento, quo relicta fuerint debere probare bona eſſe de dominio teſtatoris, ex quo eſt non ſufficere inſtrumentum enunțians vltra centum annos bona eſſe vinculata, vt excludatur immemorialis. Tum etiam, quia quamuis tempore, quo narrat inſtrumentum bona eſſent illius maioratus potuit eſſe, quòd poſtea facultate Regia alienarentur, vt ſæpius contingit, de quo latè Molin. *lib.* 4. *de primog. cap.* 3. 4. & 5. vel quod alienarentur, ex aliis cauſis, quibus abſque facultate Principis poſſunt bona maioratus alienari, quos ponit Molin. *lib.*4. *cap.*6. tunc autem excludetur immemorialis, quando ex poſſeſſione immemoriali,& etiam mille annorum, non potuit per rerum naturam dari eius poſſeſſionis titulus, vt ex multis tradit Ioannes Garc. *de nobilit. gloſſ.* 12. *num.* 83. vt

in

in Eccleſia quæ tempore non potuit fieri prophana, in qua exemplificat Ioann. Garc. ibi *n.* 87.

Benè tamen verum eſt, quòd ſi ſint homines maiores centum annorum qui deponerent vltra centum annos eliderctur immemorialis, vt dicit Ioannes Garc. vbi *ſuprà n.* 71. nam cum non ſit præfinitum tempus centum annorum pro immemoriali, vt ait Molin. *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 64. ſed requiratur memoriam hominum non extare, licet communiter ea non excedat tempus centum annorum, & iam hodie Rota declarauit tempus immemoriale dici ſpatium centum annorum, teſte Farin. *deciſ.* 584. *in nouiſſimis*, quod dicit tenendum Riccius, *collect.* 638.

Poteſt tamen contingere, quòd etiam vltra id tempus detur memoria hominum viuentium vltra eos annos, quare Molin. *dict. num.* 64. inquit, quòd ſi actus contrarius probetur per vnum, vel duos annos, vltra centum ſufficeret ad elidendam immemorialem, tamen quod non eſſet tam efficax probatio, quam ea quæ fit de actibus intra centum annos, quod iudicis arbitrio relinquit, & etiam corrueret immemorialis, ſi daretur vltra centum annos verum, & indubitatum initium præſcriptionis, maxime, ſi talis titulus initium præbens eſſet vitioſus, & illegitimus à iure reprobatus, qui in mala fide conſtituiſſet poſſidentes; vt tradit Molina ibi, *num.* 68. verſic. *Cæterum quamuis quæſtio, & num.* 69. & Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Eccleſiaſtica, quæſt.* 107. *num.* 2. ſi tamen titulus indubitatus initij præſcriptionis non eſſet à iure reprobatus, ſed peccaret in ſolemnitatibus nihil officit, quia lex creat alium nouum ex tanta temporis antiquitate, vt poſt Hieron. Gabriel *conſ.* 88. *n.* 20. & 21. *lib.* 1. tradit Alex. Raudenſ. *conſ.* 17. *p.* 2. *num.* 7. & 8. *vol.* 1.

Sed nec vſque ad centum annos præſumitur quem viuere, nec poteſt quis ſe fundare in ea præſumptione, vt aliqui; & male tenuerunt, imò qui ſe fundat in vita alterius eam probare debet. Gregor. *l.* 14. verb. *Abonda que pruene*, *titul.* 14. *part.* 3. 87

Ex quo prouenit, quod ſi vſuſfructus relinquatur perſonæ fictæ, quæ dicitur ciuitas municipium, ſeu vniuerſitas, *l. mortuo reo* 23. *de fid. iuſſor.* & illud Eſdræ 2. *cap.* 7. *n.* 66. ibi: *Omnis multitudo quaſi vir vnus*, legatum durat per tempus longiſſimæ vitæ hominis, ſcilicet centum annorum, *l. an vſuſfructus de vſufruct.* Anton. Gom. 2. *tom. cap.* 15. *n.* 18. verſic. *tertio infertur*, & ad id tempus ſolum reducitur legatum ne proprietas reddatur inutilis, *l. ſi vſuſfructus municipibus*, *ff. de vſufruct. legat.* *l. penult. tit.* 31. *part.* 3. Sed obſtat, *l. ſi vſuſfructus* 21. *ff. quibus modis vſuſfructus amittatur*, dicens: *Si vſuſfructus ciuitati legatur, & aratrum in ea inducatur, ciuitas eſſe deſinet, vt paſſa eſt Carthago, ideoque quaſi morte deſinit habere vſumfructum*: & Iudic. *c.* 9. *num.* 45. legitur de vrbe Sichem destructa, ita vt in eius terra ſal diſpergeretur, & *Pſal.* 100. *num.* 6. dicitur: *ciuitates eorum deſtruxiſti*, & nihil eſt ſub ſole perpetuum, gloſſ. *æternus in l. eum debere columnam de ſeruit. vrban.* vbi quod æternum dicitur ſine principio & fine, vt Deus, ſempiternum quod habuit principium, & non finem, vt Angelus, & anima, 88

perpetuum

perpetuum quod habuit principium, & habebit finem, vt mundus, Cepola *de ſeruit. vrban. cap.37. n.2.* quare dic, quod exempla, *l. ſi vſusfructus*, & alia ſunt de raro contingentibus ad quæ iura non adaptantur, *l. nam ad ea de legib.* & ſic vſusfructus ciuitatis ſumitur pro tempore vitæ hominis priuilegium autem ciuitati conceſſum tranſit perpetuo in ſucceſſores, *l.4. §.quanquam de cenſib.* Leand. Galgan. *de iure public.lib.4.tit.9.n.9.* & ciuitas hodie habetur loco prouinciæ, *gloſſ. fin.* verb. *id eſt*, *Cod. de præſcription. long. Temp.* Molin. *lib. 1. de primog. cap.13. num. 55.* & ſub ea ſunt communiter plura loca, & ſuburbia. Secus tamen eſt in alio relicto annuo ciuitati, ſeu municipio, vel vniuerſitati, quia durat perpetuo, gloſſ. *in l.penult. de annuis legat.* quia in eo relicto ceſſat ratio, quæ reſtringit legatum vſusfructus cum nulla proprietas hoc in caſu reddatur inutilis, vt dicit Anton. Gomez. vbi *ſupr.* & Fachin. *lib. 4. controuerſiar. cap.100. verſ.2. eſt in eo poſitum quod legatum annuum.* Alex. Raud. *conſ.22. à n.486. volum.1.*

90 Et relinqui poteſt vſusfructus ciuitati, quia repreſentat perſonas viuentium non mortuorum, vt inquit Iaſ. *l. 1. §. municipes num. 9. de acquirend. poſſeſſ.* alias non poſſet vniuerſitati vſusfructus relinqui, quoniam ſine perſona non conſtituitur, *l. hæreditas 61. §. vſusfructus de ac-*
91 *quirend. rerum dominio*, vbi quod non quæritur vſusfructus hæreditati iacenti per ſeruum hæreditarium, quia hæreditas repræſentat perſonam defuncti, *l. nouatio 24. de nouation. l. vſusfructus in princip. de ſtipulat. ſeruorum.*

Et quemadmodum ad acquiſitionem dominij rerum corporalium requiritur perſona cui fiat traditio, *l. traditionibus, ff. de pactis, l. quod vendidi de actionib. empti*, §. *vendita inſtitut. de rerum diuiſione*, & talis, quæ intellectu etiam potiatur, de quo dixi *cap.14. ex num.13. in acquiſitione infantis in interpretatione l. donatarum, Cod. de acquir. poſſeſſ.* ita etiam ad acquirenda iura incorporalia, vt vſusfructus ſeruitutis iuriſdictionis patronatus, & ſimilium requiritur perſona cui fiat ceſſio, vel cautio, ſeu præſtetur patientia, nam his tribus modis transferuntur iura incorporalia quæ tangi non poſſunt, ſed intellectu percipi, vt infrà dicetur: ſic nequeunt traditione acquiri: & vt res corporales pacto, ſeu venditione, vel ſtipulatione non ſecuta traditione non transferuntur, & apprehendens poſſeſſionem ante traditionem dicitur prædo, *l. ſi ex ſtipulatione, 5. ff. de acquirend. poſſeſſ.* & idem ſi res fuerit adiudicata per ſententiam. Cancer. *variar. 2. part. cap. 10. n. 4.* quia per ſententiam non transfertur dominium, *l. ſicuti, §. ſed ſi quæratur, ff. ſi ſeruitus vendicetur niſi facta executione, & ſecuta traditione* Giurb. *deciſ. 64. num. 8. & 9.* ſint excepta iudicia diuiſoria communi diuidundo, familiæ herciſcundæ, finium regundorum iuſta, §. *fin. inſtitut. de offic. iudicis*, ibi: *Quod autem in iſtis iudiciis alicui adiudicatum fuerit id ſtatim eius fit cui adiudicatum eſt*, Donell. *lib. 5. comment. iur. cap.3.* verſ. *à iudice, quoque*, & idem vbi ſententia, & actio in eum finem tendunt vt dominium transferatur Fachin. *lib.1. controuerſ.cap.62.* de quo etiam Barboſ. *l. in tribus à num. 13. de iudiciis*).

ciis) ita etiam nec facta venditione rerum , vel iurium incorporalium transfertur dominium ſine ceſſione Ioannes Garcia *de nobilit. gloſſ.* 8. §. 1. *num.* 4. quia traditio corporalium rerum, & ceſſio incorporalium æquiparantur, gloſſa recepta in *l. fin. Cod. quando fiſcus vel priuatus.* Iaſon *l.* 1. §. *ſi vir vxori num.* 3. *de acquir. poſſeſſ.* Felin. *cap. venerabilis num.* 32. *de exception.* Tiraquel. *de retract. titul.* 1. §. 1. *gloſſ.* 7. *num.* 2. Ioannes Garc. vbi *ſupr.* & vt transferuntur incorporalia ceſſione , ita & cautione , & patientia de cautione eſt textus *in l. harum , ff. ſi ſeruitus vendicetur*, ibi : *Nec ſe , nec ſucceſſores ſuos prohibituros altius tollere, ſublatumque habere* , *l. ſi de via* 7. *de aqua quotidiana* , ibi : *Huiuſmodi cautio præſtanda eſt , ſe non impediturum agentem , & equum ducentem , & iter facientem* , textus *in l. egi , ff. ſi ſeruitus vend.* ibi : *De futuris non immittendis cauendum eſt* , & quod dicimus de ceſſione intellige in vſufructu in eius conſtitutione ; nam ſemel conſtitutus vſus fructus cedi non poteſt eius ius, niſi in dominum proprietatis , *l. ſi vſus fructus , ff. de iure dotium* , verſic. *quoniam dicimus* , permittitur tamen vſufructuario locare commoditatem fructuum retento iure , *l.* 24. *tit.* 31. *partit.* 3. ibi : *Otroſi dezimos , que ſi aquel à quien fuere otorgado el vſu fructo , o el vſo en la coſa , otorgaſe deſpues a otro alguno el derecho que auia en ella , que ſe deſata porende el vſufructo , o el vſo, & tornaſſe porende a el ſeñor de la propriedad , è de alli adelante non lo deue auer , nin el otro aquien lo el ouo otorgado , ca como quiera , que eſte a tal , que à el vſufructo en la coſa , lo podria* *arrendar à otro ſi quiſieſſe, con todo eſſo el derecho que en ello auia , non lo puede enagenar* , per quam legem licet vſufructuarius locet ad longum tempus non dicetur alienare, tenet Ioannes Garc. *de expenſ. cap.* 10. *n.* 31.

Et quod ait, *l. mortuo reo , de fideiuſſoribus* , quod hæreditas perſo- 92
næ vice fungitur ſicuti municipium, & curia, vbi æquiparat hæreditatem, & vniuerſitatem intellige quod ibi dictio *ſicuti* , non inducat omnimo- 93
dam ſimilitudinem , vt dicit gloſſa *in l. Iulianus, de hæred. inſt.* ſed quod ibi ſimilitudo ſit in eo , quod ſicut hæreditas repræſentat perſonam , ita & vniuerſitas , vel curia, licet vniuerſitas perſonas viuentium , hæreditas autem mortuam repræſentet, ita Iaſ. *dict. l.* 1. §. *municipes , num.* 9. *de acquirend. poſſeſſ.* & ſic vbicunque factum deſideratur hæreditas non agit perſonam, *l. an vſusfructus , de* 94
vſufruct. & ita municipes poſſidere non poſſunt, quia nequeunt conſentire , *l.* 1. §. *fin. de acquir. poſſeſſ. l.* 1. 95
ff. de libertis vniuerſ. ibi : *Monet enim quod conſentire non poſſunt, l.* 2. §. *deinde , el* 2. *de orig. iur.* in vniuerſitate autem , curia, vel collegio ſunt plures viuentes qui repræſentantur, & ſi omnes moriantur , ita vt diſſoluatur res collegij, vel vniuerſitatis, pertine- 96
bunt ad regem ſi ſeculare ſit collegiũ ſi Eccleſiaſticum ad Pap. *gl. fin. l. ſicut, §. fin.* vbi Bart. *quod cuiuſque vni nom.*

Et licet vniuerſitas repræſentet 97
perſonas viuentium: tamen ipſa caret ſpiritu , & anima. Archid. *cap. deliberatione verb. collegiata , de offic. deleg. lib.* 6. *gl. conuentuum c.* 2. *de teſt. lib.* 6. Ioſ. *de iur. vni.* 4. *p. c.* 1. *n.* 52. (nec vt putat *n.* 52. in animam iuratur, ſed in animas ſingulorum, *d. c.* 2.)

Felin. *cap. eam te, n.* 14. verſic. *Secunda declaratio de reſcript.* Anton. Gom. *l.* 70. *Taur. num.* 9. *in fin.* vbi de monaſterio, cui ait, non competere ius retrahendi, quia in eo non conſideratur ius ſanguinis, nec familiæ conſeruatio, in quibus fundatur
99 conceſſio retractus, & cum vniuerſitas careat anima ad eam non adaptatur excommunicatio, *cap.* 1. *de ſent. excomm. lib.*6. & ob id non poteſt excommunicari vniuerſitas, *cap. Romana,* §. *in vniuerſitatem de ſentent. excomm. lib.* 6. Couarr. *lib.* 2. *variar. cap.*8.*n.*9. Menoch.*cent.*6.*caſu* 598. *num.* 17. & conducit, *l. ſi quis in ſuo,* §. *fin. in fin. Cod. de inoffic. teſtam.* Mainar. *deciſ.* 60. *lib.* 4. licet poſſit interdicto puniri etiam, quoad innocentes Pater Molin. *tom.* 4. *lib.* 3. *diſp.*35. *num.* 10. nec poteſt vniuerſitas infamia notari: Farinac. *quæſt.* 24. *num.* 116.

100 Sic contra vniuerſitatem non datur actio de dolo, *l. ſed ſi ex dolo,* §. 1. *ff. de dolo, Quid enim municipes dolo facere poſſunt*, inquit textus, & cum communitas careat dolo, ſequitur quod nequeat delinquere, nec puniri, cum delictum ſine dolo non committatur, *l. in lege Cornel. ad l. Cornel. de ſicar. l.* 1. *de furtis, cap. cum voluntate de ſent. excomm.*

101 Eſt enim vniuerſitas nomen iuris, & non habet animam, ſed eſt corpus imaginarium, & perſona repreſentata per rectores vniuerſitatis, *l.* 1. §. *quibus*, quod cuiuſque vniuerſitatis nomine, quod enim conſtat ex pluribus, vel continet ſub ſe plures res diuerſas, dicitur corpus imaginarium, Barboſ. *in rub.* 3. *part. num.*4. *ſolut. matrim.* Hier. Gonçal, *regul.* 8. *gloſ.* 37. *num.* 5. & ſic quod non delinquat tota vniuerſitas, tradit Anton. Gom. 3. *tom. variar. cap.* 1. *n.*52. Iul. Clar. *in praxi*, §. *fin. quæſt.* 15. *à num.* 7. Boſius, *tit. puniri qui poſſunt*, tamen Rectores vniuerſitatis, 102
quibus ab vniuerſitate committitur regimen, ſi male egerunt punientur, Gomez. vbi *ſuprà.*

Et quamuis factum commiſſariorum 103
cenſeatur factum committentium, & capituli, *cap. vt famæ, de ſent. excomm. gloſſ. fin. l. apertiſſimi, Cod. de iudic.* Abb. *cap. fin. num.* 6. *de inſtitut.* Alex. Raudenſ. *conſ.* 17. *à num.* 12. *vol.* 1. Riccius *deciſ.* 479. vbi ob eam rationem ait per mortem vicarij capituli non ceſſare dationem ſubſtituti ab eo, quia cenſetur nominatus à capitulo, & ita nec ſubſtitutus procuratoris vniuerſitatis, quia ab ea habet poteſtatem. Et licet eo 104
caſu etiam communitas delinquat quoad eos, qui eam repreſentant, non tamen quoad omnes, & ſingulas ſui partes quibus conſtat cum in communitate ſint plures ratione carentes, vt paruuli & infantes amentes, & ſimiles, & mulieres, & alij quos difficile eſſet conuocare, vt dicit *l.* 2. §. *deinde quia difficile de orig. iur. ff. ob quod committitur aliquibus, qui gerant nomine vniuerſitatis*, & ſi tales delinquant in committendo ipſi ſoli puniri debent, non autem innocentes qui ſunt in communitate. Anton. Gom. 3. *tom. cap.* 1. *num.* 52. Iulius Clar. *dict. quæſt.* 16. *num.*8. & conducit *l. ſemper,* §. *in ſepulchro, quod* 105
vi aut clam, dicit communem Pater Molin. *tom.*4.*tract.*3. *diſp.*33.*num.*3. vbi *num.* 4. de mandatario quem ciuitas conſtituit, cui ſoli imputatur malum, quod commiſit niſi quod fecit ei ſpecialiter ſit mandatum, &

idem

Digitized by Google

idem de ſyndico, aut œconomo, *l.* 1. *§. quibus autem quod cuiuſque vniuerſitatis nomine*; nam vniuerſitas creſcit, & minuitur, & conſiſtit in vtroque ſexu pueris, & adoleſcentibus
106 viris, & ſenibus tam ſanæ mentis, quam ſenſu, & intellectu carentibus, vt diffinit Menoch. *cent.* 6. *caſu* 598. *n.* 1. & ibi quod dicitur multorum congregatio. Oldr. *conſ.* 315. *num.* 1. & in omnes citra punitionem innocentium non cadit pœna. Bene tamen verum eſt quod priuilegium vniuerſitatis, & reſtitutionis in integrum habet locum in vniuerſitate ſcholarium, & aliorum qui reguntur per ſyndicos, vt mercatorum, licet in ea vniuerſitate non ſint infantes, nec mulieres. Philip. Corn. *conſ.* 148. *num.* 4. *vol.* 1. & *conſ.* 189. *num.* 3. *vol.* 3. Tamen ſi communitas tota conſtat ex partibus intellectu, & arbitrio præditis, vt collegium Doctoris, & ſimilium tunc ſi tota communitas congregata decernat aliquid illicitum fiendum, vel faciat, delinquit & peccat, quoad omnes ſui partes; ita tenet Menoch. *dict. caſu.* 598. *num.* 9. referens Doctores ita tenentes, idem tenet Pater Molin. *tom.* 4. *tit.* 3. *diſput.* 33. *n.* 2. eſt enim collegium vniuerſitas conſiſtens ex hominibus perfectæ ætatis, & ſanæ mentis, & ita omnes delinquunt. Menoch. vbi *ſupr. num.* 3. ſed & in alia qualibet vniuerſitate quod conſiliarij, & anciani faciunt tota vniuerſitas feciſſe videtur gloſſ. verſic. *vniuerſitatis*, §. *vaſſalli*, *de pace conſtantiæ*.

Sed & in communitate numeroſa ſi ab ea fiat delictum tale ob quod
107 poſſint, & debeant puniri parentes in filiis in bonis, & fama: tunc licebit punire communitatem quoad innocentes, qui partes vniuerſitatis ſunt; eo enim caſu vnus tenetur pro delicto alterius, & poteſt ciuitas deſolari. Farin. *q.* 24. *num.* 120. Si tamen non ſit tale delictum pro quo innocens puniatur tunc ſi communitas, vt talis delinquit committendo homicidium, vel ſimile delictum, vt incendium, vel rapinam, nec appareat de perſona particulari, quæ exequi delictum mandauit puniur communitas pœna arbitraria, & 108
extraordinaria pecuniæ. Menochius, *dict. cent.* 6. *caſu* 598. *num.* 35. & ſi non habeat compellitur indicere collectam. Anton. Gom. 3. *tom. cap.* 1. *num.* 53. Molin. vbi *ſupr. num.* 9. ſequitur Menoch. vbi *ſupr. n.* 37. Farinac. *quæſt.* 24. *num.* 18. vbi quod non collectantur abſentes, nec innocentes etiam in crimine læſæ Maieſtatis, 109
quando conuocato conſilio id fecit Mohedan. *deciſ.* 1. *de pœnis*. Riccius, *collect.* 1812. dicitur autem delictum commiſſum ab vniuerſitate, vel quando ipſa congregata fuit ad ſonum tubæ, vel campanæ, vel modo conſueto, & in loco ad id conſueto deliberatum, & concluſum fuit committere delictum. Farin. *q.* 24. *num.* 129. maxime ſi vexillo leuato exierunt, ita Menoch. *dict. caſu* 598. *num.* 4. & 5. vbi *n.* 6. quod idem, ſi conuocata non fuerit communitas, ſi 110
ex delicto ſequutum fuit ei commodum ſiue delictum fuit ſucceſſiuum, ſiue momentaneum. Farin. *dict. q.* 24. *num.* 142. & idem ſi delictum ſit in omittendo, vt ſi cum videant ciues dominum, vel eius officialem, vel iudicem offendi illum non defendant, 111
cum poſſint defendere, & conducit, quod tradit Farin. *d. q.* 24. *num.* 147.

& ſi negant obedientiam Principi
112 poteſt eis indici bellum. Menochius, *cent.6. caſu* 598. *n.*33.

113 Sed an ciuitas, vel vniuerſitas veniat perſonæ appellatione, & videtur quod ſic, quod probatur ex eo quod dum *l.*1. *ad Senat. conſult. Macedonianum*, loquitur de hominibus qui filiofamilias crediderint, poſtea Iure conſultus Marciadus, *l. nihil* 17. *eod. tit.* ſic ait: *Nihil intereſt quis filiofamilias crediderit, vtrum priuatus, an ciuitas; nam in ciuitate Senatusconſultum locum habet;* de cuius intellectu *infra num.* 23.

Sed contrarium colligitur ex conſtitutione, item nulla communitas, vel perſona, *Cod. de Epiſcopis, & Clericis*, *& ex l. metum* 5. §. *animaduertendum, ff. quod metus cauſa*, ibi: *Ideo ſiue ſingularis ſit perſona, quæ motum intulit, vel populus, vel curia, vel collegium, vel corpus huius edicto locus erit*, in quibus iuribus inter perſonam & vniuerſitatem ponit dictio, vel ex qua patet quod vnum ſub reliquo non comprehenditur, Roman. *conſil.*400. *num.* 6. ſic etiam loquitur conſtitutio: *Item quæcumque communitas, vel perſona*, poſt *l.* 13. *Cod. de Epiſcopis, & Clericis*, Hieron. Gonzal. *regul.* 6. *gloſſ.* 37. *num.*2. & ſic licet, vt corpus imaginatium communitas dicatur, quaſi
114 quædam perſona; tamen perſonæ appellatione non continetur, quia perſona eſt res animata, & rationabilis, & indiuidua ſubſtantia, vniuerſitas autem eſt inanimata, quæ ex multis adinuicem collectis conſicitur Alberic. *l. mortuo reo*, *n.* 2. *de fideiuſſoribus.*

115 Quare ſtatutum loquens de perſonis non comprehendit vniuerſitatem Bald. *in rubric. Cod. ad Trebell.* Iaſ. *l. ſi quis maior*, *num.* 10. *Cod. de tranſactionibus*, Rota diuerſ. *dec.*791. *num.* 17. & *deciſ.*794. *part.* 3. Bacça, *de inope debitore, cap.* 13. *num.*9. verſic. *præterea.* Hieronym. Gonçal. *regul.*8. *gloſſ.* 37. *num.*6. nec comprehendit capitulum Achil. *deciſ.* 15. *de procurator.* Ludouiſius, *deciſ.* 576. *num.* 6.

Sic ſtatuto ſtante, quod de Canonico iniuriante aliquem de capitulo cognoſcant duo ex capitularibus, 116
non comprehendit iniuriantem capitulum, Puteus *deciſ.* 88. *lib.* 1. Hieronym. Gonçal. *regul.* 8. *gloſſ.* 37. *num.* 12. quod facit ad intellectum ſtatuti Eccleſiæ Aurienſis in Regno Galitiæ. Sic regula Cancellariæ de 117
idiomate, quæ loquitur de perſonis non habet locum in collegiis, vel capitulis Raudenſ. *deciſ.*200. Gomezius *in ea regula, quæſt.*2. Hieronym. Gonzal. *reg.*8. *gloſſ.* 37. *num.* 18. & 118
ibi *num.* 15. quod dictio *ſi quis*, intelligitur de perſonis, non de vniuerſitatibus.

Sed an ſtatutum, vel reſcriptum 119
loquatur per verba vniuerſalia nempe quarumcunque perſonarum, vel quibuſcumque perſonis comprehendat vniuerſitatem, vel collegium, & partem affirmatiuam tenet Alexand. *conſ.* 17. *num.* 6. *lib.* 6. Ludouiſius, *deciſ.* 576. *num.* 8. & Aluarus Valaſcus *de partit. cap.* 13. *num.* 29. contrarium tamen tenet Baldus *authent. quicumque*, *Cod. de Epiſcopis & Clericis*, Auileſius, *cap.* 1. *Prætor.* verb. *ninguna perſona*, *num.* 6. Puteus, *deciſ.* 47. vbi quod in generali derogatione priuilegiorum quibuſcumque perſonis conceſſorum non cenſetur derogatum priuilegium conceſſum

ceſſum collegio auditorum. Rot. Tiberius Decian. *conſil.* 15. *num.* 24. *volum.* 1. Caputaquenſ. *deciſion.* 42. 3. *part.*.

120 Sic & mandatum contra omnem perſonam non comprehendit vniuerſitatem Achileſ. de Graſſ. *dec.* 15. *de procurat.* Hieron. Gonzal. *regul.* 8. *gloſſ.* 37. *num.* 14.

121 Et ob eam rationem notarij dicunt in inſtrumentis procurationum contra quancumque perſonam, collegium, vniuerſitatem, quia alias non venirent, ita tradit Riccius *collect.* 1067. verſicul. *ideoque.* Auileſius, *cap.* 1. *prætor.* verb. *de ninguna perſona*, *num.* 5.

Et ita quando ius vult comprehendere vniuerſitatem id explicat, ſicque in Macedoniano cum *l.* 1. dixiſſet de hominibus credentibus filiofamilias poſtea, *l. nihil* 17. *eodem titulo*, loquitur de vniuerſitatibus.

122 Sic & Concilium Tridentinum, *ſeſſ.* 24. *cap.* 19. *de reformatione*, in prohibitione dandi mandata de prouidendo, vel expectatiuas, volens comprehendere collegia, & vniuerſitates, illud expreſſit, & vbi expreſſum fuerit nulla eſt dubitatio, *l. aecillæ. de furtis.*

123 Sed & abſque expreſſione comprehenditur ex ſubiecta materia, vt ſi fuerit ſolutionis decimarum. Gonçalez *dict. gloſſ.* 37. *num.* 46. Ludouiſius, *deciſ.* 576. *num.* 9. *& in reg. de annal.* quod ex ſubiecta materia comprehendat vniuerſitatem, & collegia, tenet Gomez. *in ea regul. de annal. quæſt.* 12. *num.* 3. Sed etſi verba legis ſint generaliter in rem ſcripta comprehendunt tam ſingularem perſonam, quam corpus vniuerſitatis, *l. in fraudem*, §. *fin. de l. ſequenti de teſtam. militis*, *l. deprecatio*, *de publican. l. metum* 9. §. *animaduertendum*, quod metus cauſa, & ita procedit, *l.* 1. *ad Senatumconſultum Macedonianum*, quæ loquitur de mutuo facto filiofamilias. Auileſius, *cap.* 1. *pretorum*, verb. *ninguna perſona*, *num.* 4.

Idem ſi ſtatutum loquatur non adiecta perſona, vt in præſcriptione actionis, quando diſponitur quod tranſacto certo tempore, non poſſit res peti in iudicio; nam comprehenditur vniuerſitas, ciuitas, vel collegium. Bald. *l. omnes populi*, *num.* 23. *ad fin. de iuſtitia & iure*, ſequitur Gonçal, vbi *ſupr. n.* 49. 124

Sed & in omni cauſa fauorabili comprehenditur vniuerſitas perſonæ appellatione. Iaſ. *l. ſi quis maior*, *à num.* 7. *Cod. de tranſact.* Gonçal. *dict. reg.* 8. *gloſſ.* 37. *n.* 36. 125

Et dictio, perſona, diuerſimodè ſumitur, aliquando pro Eccleſia, *cap. dudum de conuerſione coniugat.* ibi: *In perſonam Eccleſiæ*, & aliquando pro Prælato, Bald. *l.* 2. *in fin. Cod. de impub.* & aliquando pro facie conficta, *l. fundi* 18. ibi: *& perſonas è quarum roſtris aqua ſalire ſolet*, *ff. de action. empti.* Et aliquando pro vniuerſitate pro modo, *ſuprà* relato, & tradit Iaſon, *l. ſi quis maior*, *num.* 8. *Cod. de tranſaction.* Tiber. *conſil.* 10. *num.* 45. 126

Appellatione autem vniuerſitatis, non comprehenditur perſona particularis, quia vniuerſitas eſt totum integrale, quod ex multis conficitur, vt diximus *ſuprà*, *numero* 101. & diſtinguitur à ſuis partibus, *l. qui vniuerſi*, 30. *de acquirenda poſſeſſione*, *l.* 127

eum qui ædes de vſucapion. vnde eſt quod illud quod vniuerſitas debet, ſinguli vniuerſitatis non debent, nec è contra, *l. ſicut 7. §. ſi quid vniuerſitati, ff. quod cuiuſque vniuerſi nomine.* Maſcard. *de probat. concl.* 1195. Couarr. *rub. lib.* 1. *variarum, cap.* 13. *n.* 2. Nicol. Feſtat. *de collect.* 3. *part. cap.* 1. & ciuitates loco priuatorum habentur, *l. ciuitates, de verborum ſignif.* niſi in caſibus poſitis à gloſſa, *l. eum qui vectigal. de verborum ſignificat.* Oliuan. *de action.* 3. *part. ad §. Rurſus n.* 8. nec adminiſtratores vniuerſitatum poſſunt incarcerari pro eius debito ſi ipſi non habeant pecunias vniuerſitatis facto computo. Felician. *de cenſib. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 8. Parlador. *lib.* 2. *rerum quotidian. cap. fin.* 4. *part.* §. 3. *n.* 6. Auend. *de cenſib. cap.* 68. *n.* 17. Bobadill. *in polisic. lib.* 2. *cap.* 8. & ſic pro debitis vniuerſitatis non poſſunt capi bona particularium. Matien. *l.* 7. *tit.* 17. *lib.* 5. *recopil. gloſſ.* 1. valebit tamen conſuetudo quod pro debito vniuerſitatis capiantur iumenta ſingulorum, vt per *l. miſſi opinatores, Cod. de exact. tribut. lib.* 10. tenet Bald. *l. etiam, Cod. de execution. rei iudicat.* ſequitur Greg. verb. *El Cabildo, l.* 13. *tit.* 2. *part.* 3. ſed dicit ibi: *iniuſtè id ſeruari in aliquibus locis*, pro quo eſt textus *in l. vnic. Cod. vt nullus ex vicaneis, lib.* 11. *Graue eſt* (inquit textus) *non ſolum legibus, verum etiam naturali æquitati contrarium pro alienis debitis alios moleſtari*, quam expendit Bartol. *l. legatorum* 34. *de legat.* 2.

128 Sed nec ex poſſeſſione particularium acquiritur poſſeſſio vniuerſitati. Aym. *conſ.* 307. *num.* 4. Capic. *deciſ.* 209. *num.* 27. nec ex facto particularium amittitur priuilegium vniuerſitati competens. Aym. *conſil.* 20. 129 *num.* 8. Rolan. *conſil.* 66. *num.* 32. *lib.* 2.

Bene tamen verum eſt, quod ſi ciuis particularis prohibeatur vti rebus pertinentibus ad vicinos ciuitatis, cenſetur tota ciuitas, vel vniuerſitas turbata. Bald. *l. ſi plures, n.* 13. *Cod. de condition. inſertis*, Oldral. *conſ.* 26. *in fin.* ſequitur Matien. *l.* 7. *tit.* 17. *lib.* 5. *recopil. gloſſ.* 4. *num.* 2. vbi *num.* 2. quod ciuitas tenetur defendere pignoratum.

CAPVT XXXII.

De moriente in extremis conſtituto, & an poſſit contrahere, teſtamentum condere, & teſtificari, & quid operetur eius aſſertio in fauorem, vel præiudicium tertij, & de teſtamento internecino, & de pœnitente in mortis articulo.

SVMMARIVM.

1 *Moriens quis dicatur, & quod mortalis dicitur quando non adeſt ſpes vitæ, in quo ſtatur aſſertioni medicorum.*

2 *Moriens non præſumitur immemor ſalutis æternæ.*

3 *Titulusne liceat potentioribus limitatur in morientibus, & in locatione, &* num. ſeq.

4 *Alienari poteſt in perſonas Eccleſiaſticas, licet dicantur potentiores.*

5 *Executor in diſtributione eleemoſynæ, poteſt eligere odioſum teſtatori, & n.6.*

6 *Remiſſio facta in conſcientia, quoad Deum, non liberat à pœna in foro exteriori.*

7 *Moriens ſi contrahat matrimonium ad fraudandum ſubſtitutum, an filij legitimati per tale matrimonium admittantur.*

8 *Præſumptio quæ eſt pro moriente, non operatur in præiudicium tertij, nec ſi culpauerit aliquem ei nocet.*

9 *In fauorem alicuius, non creditur iudici dicenti in articulo mortis ſe tuliſſe falſam ſententiam, nec ſi ſint duo iudices, & idem de teſte dicente, ſe depoſuiſſe falſum.*

10 *Dictum vulnerati culpantis aliquem, non præbet indicium ad torturam, ſufficit tamen ad inquirendum.*

11 *Moriens ſi exculpauerit aliquem ei, prodeſt ne torqueatur ex aliis indiciis, & idem in ſocio criminis, qui in patibulo exculpauit alterum.*

12 *Moriens poteſt contractum facere.*

13 *Epiſcopus infirmitate grauatus poteſt bona quæſita intuitu Eccleſiæ donare, de quibus nequit teſtari, & poteſt de illis maioratum inſtituere: licet peccet ſi in vſus prophanos faciat.*

14 *Moriens lucratur relictum ſub conditione, quæ poſſit impleri in vltimo vitæ ſpiritu, & hæreditatem adire, & aliud acquirere per ſe, vel per alium.*

15 *Conſtitutus in mortis articulo, poteſt religionem profiteri, & monaſterium eius bona capiet, niſi profiteretur circumuentus à ſuperiore monaſterij.*

16 *Moriens poteſt teſtari licet inarticulatè loquatur, & hæredem inſtituere, etiam ad interrogationem.*

17 *Moriens ſi amiſerit in totum loquelam, nec ſciat ſcribere non poteſt teſtari.*

18 *Signis, & nutu, non poteſt fieri teſtamentum, niſi ad pias cauſas, & inter liberos.*

19 *Freneticus ſeu mente alienatus, non poteſt teſtari.*

20 *Teſtamentum internecinum, quod dicatur.*

21 *Hæres occidens teſtatorem priuatur eius hæreditate, & ſucceſſor maioratus occidens poſſeſſorem, niſi faciat ad ſui defenſionem.*

22 *Moriens poteſt teſtificari, niſi iam ſit immemor: ſed minus creditur teſtificanti in mortis articulo.*

23 *Moriens inimicus non examinatur vt teſtis, & eius dictum non probat.*

24 *Moriendi conditio habet implicitum caſum non natiuitatis.*

25 *Morientis cõfeſſio ſine cauſa valet.*

26 *Pœnitens in articulo mortis, ſi verè pœniteat ſaluatur, & quare dubitet Auguſtinus.*

27 *Conſtitutis in extremis adminiſtratur Vnctionis Sacramentum: non tamen infantibus, nec damnatis ad mortem.*

MOriens dicitur, qui in extremis laborat, tamen non eſt mortuus, 1

tuus, gloſſ. verb. *morientibus*, §.*fin. inſtit. de lege fuſia carnina tollend.* &
dicitur, quis in articulo mortis con-
ſtitutus, quando ceſſat ſpes vitæ, Lu-
douic. Caſan. *conſ.* 21. *num.* 3. nec di-
citur mortalis, niſi atteſtentur Medi-
ci, Alueric. *l. filia mea, num.* 3. verſ.
ex hoc quæro, ſolut. matrim. & ſi ex
iudicio Medicorum ſperabatur con-
ualeſcentia tempore contractus non
dicitur mortalem fuiſſe infirmum,
quamuis ex ea infirmitate deceſſerit,
Alueric. vbi *ſupr.* Burſat. *conſil.* 40.
n. 64. Polidor. Rip. *de geſtis in arti-
culo mortis, cap.* 1. *num.* 15. Caſanat.
conſ. 22. *num.* 4. Et ſi nullus præſu-
matur immemor ſalutis æternæ, *cap.
ſancimus* 1. *quæſt.* 7. *cap. literas de præ-
ſumpt. cap. ſignificauit, de homicid. l.
ſancimus*, verſ. *& licet, Cod. ad legem
Iul. repet.* tamen magis hoc præſu-
mitur pro moriente, vt dicit Meno-
chius, *lib.* 5. *præſumption.* 5. & eſt
optima, *l. fin. tit.* 7. *part.* 3. quæ ſic
2 ait: *Soſpechar non deue ome, que aquel
que es a cerca de ſu finamiento, que de-
xaſſe torciceramente en ſu demanda, co-
ſa eſcrita que fueſſe à dano de otro, è à
pel gro de ſu anima.* In qua lege per-
mittitur morienti alienare in poten-
tiorem, quia non præſumitur feciſſe
animo præiudicandi. Et ſic limitatur
titulus *Cod. ne liceat potentior*, & po-
terit alienare in Rempublicam, *l. hæ-
reditatis*, vbi Bald. *Cod. de hæred. in-
ſtituend.* & in perſonas Eccleſiaſticas:
nam licet dicantur potentiores, non
tamen, vt obſtet, ne in eos aliene-
3 tur, Alexan. Raud. *conſ.* 17. 1. *part.
n.* 81. *in fin. vol.* 1. & ibidem poni-
tur in pactis, ne alienent in Eccle-
ſias, vel Eccleſiaſticas perſonas, quia
aliàs poteſt fieri alienatio in eas, li-
cet potentiores ſint, mouentur au-
tem ad prohibendam alienationem
in eas, quia vt inquit Raudenſ. vbi
ſupr. num. 80. tales ſublocant, & nun-
quam alienant, & ſic fraudantur di-
recti domini laudemiis, quæ non
debentur ex locatione, nec in loca-
tione habet locum titulus, *Cod. ne li-
ceat potent.* Carrot. *de locato, tit. de
attent. fol. mihi* 266.

Et ex prædicta præſumptione, quæ 4
eſt pro moriente, quod non ſit im-
memor ſalutis æternæ, inquit Bald.
*l. id quod pauperibus, Cod. de Epiſco-
pis, & Cleric.* quod executor poteſt
eligere pauperem odioſum teſtatori,
qui deceſſit contritus, & confeſſus,
quia cenſetur remiſiſſe odium, ſe-
quitur Gregor. *l.* 23. *titul.* 9. *part.* 6.
verb. *contra derecho, colum.* 6. verſic.
*Et poterit dici, quod virtute talis fa-
cultatis ad finem*, & dictum Bald. ſe-
quitur etiam Peralta, *l. cum quidam,
num.* 7. *ff. delegat.* 2. *& l. vnum ex fa-
milia, §. ſi de falcidia, num.* 4. *eo-
dem titulo.*

Et licet quantumuis moriens ſit 5
contritus, & confeſſus, non cenſea-
tur admittere, ingratum ad legatum,
vel reuocare exhæredationem, vt
dicit Molin. *lib.* 2. *de primogen. cap.* 5.
à num. 8. *cum ſequentibus.* Quia vt ip-
ſe ait contritus cenſetur ſolum re-
mittere rancorem, quem poteſt quis
remittere ad exonerationem con-
ſcientiæ; & velle quod qui eum of-
fendit puniatur pœna legis, quia re-
miſſio facta in conſcientia quoad
Deum non liberat à pœna imponen- 6
da in foro exteriori, *gloſſ. fin. cap. de
his, 6. de accuſat.* Barboſ. *l.* 1. 4. *p.
num.* 46. *ſoluto matrimonio*; ſed nec
abſolutio ſacramentalis in foro ani-
mæ, qua peccator Deo reconcilia-
tur liberat à pœna temporali. Couar.

lib. 2.

lib.2. variar. cap.10.num.3. quod in-
tellige, niſi fuerit abſolutus virtute
Bullæ, quia tunc non ſolum culpa,
ſed & pœna remittitur, vt latè ſcripſi
in compendio ſanctæ Cruciatæ. Ta-
men in erogatione eleemoſynarum
ceſſat dictum Molinæ; nam vt ibi
inquit, in his inimicis perfectius
charitatis opus exercetur, & ex ea-
dem præſumptione, quæ eſt pro mo-
7 riente inquit Felin. *cap. in præſentia,*
num. 36. de probat. quod contrahens
matrimonium in articulo mortis non
præſumitur facere, vt legitimaret fi-
lios in fraudem ſubſtituti; ſed vt ſa-
lute animæ ſuæ cogitaſſet, & quia
in actibus iure approbatis dolus præ-
ſumi nequit, niſi perſpicua doli in-
dicia procedant; vt in terminis con-
trahentis in mortis articulo, tradit
Thom. Sanch. *lib.7. de impedim. ma-
trim. diſput. 105. num. 8.* vbi *n. 10.*
neruoſe defendit, etiam contracto
matrimonio animo declarato frau-
dandi ſubſtitutum filios admitti, quia
mala patris contrahentis intentio
non debet filiis nocere, qui nihil à
patre percipiunt, ſed beneficio re-
linquentis hæreditatem, ſeu maio-
ratum, qui noluit ſucceſſionem legi-
timam hæreditate vel maioratu pri-
uare. Quod ante eum defendit Men-
chaca, *lib. 3. controuerſ. vſufrequent.*
cap. 4. num. 5. & Ioannes Garc. *de
nobilit. gloſſ. 21. num. 59.* Sarmiento,
lib. 1. ſelect. cap. 6. num. 3. & poſtea
Pater Molin. *de iuſt. & iur. tom. tr-
ctat. 2. diſp. 172. in fine*, idem tenet.
Ludouic. Caſanat. *conſ. 21. num. 6.*
dicens veriorem opinionem in pun-
cto iuris excludi ſubſtitutum, etiam
probata fraude.

Et licet ſint plures, & grauiſſimi
Doctores contrarium tenentes, quos
refert ipſe Thom. Sanch. vbi *ſupr.
num. 9.* & Molin. *in annotationib. poſt
libium primogen. à num. 8.* & quos
ponderaui *ſupr. cap. 30. num. 111.*
ad fundandam praxim non admitten-
di agnatum deſcendentem per filiam
vltimi poſſeſſoris maioratus, quæ
contraxerat matrimonium cum agna-
to remotiore. Tamen regulariter non
eſt auferendum ius filiis legitimatis
per matrimonium contractum legiti-
mè, quamuis in mortis articulo; &
ita teneo etiam in ſucceſſione maio-
ratus, maximè vbi tranſuerſales fun-
datoris eſſent admittendi excluſis deſ-
cendentibus legitimatis.

Sed hæc præſumptio, quæ eſt pro 8
moriente quod ſit memor ſalutis
æternæ non operatur in præiudicium
tertij, Alciat. *de præſumpt. regul. 3.
præſumpt. 4. num. 2.* per textum *in l.
ſi quis in graui, §. ſi quis moriens ad
Syllan.* ibi: *Si quis moriens dixiſſet à
ſeruo vim mortis ſibi illatam dicendum
eſt, non eſſe credendum domino*, & li-
cet nullus præſumatur mori cum
mendacio Menoch. *lib. 1. præſumpt. 5.
num. 8.* tamen vbi agitur de præiu-
dicio tertij, dicit Bald. *titul. de pace
conſtantia*, verb. *vaſſalli*, quod non
omnis moriens præſumitur ſanctus
Ioannes Baptiſta, vt credatur in præ-
iudicium tertij, Menoch. *lib. 2. de
arbitr. caſu 89. num. 30. & lib. 5. præ-
ſumpt. 5. num. 19.* Farin. *de indiciis,
quæſt. 46. num. 16.* hæredi autem præ-
iudicabit iuramentum defuncti. Au-
thent. *de iureiurando à moriente præ-
ſtito*, verſ. *Sed ſi quadam.*

Et ſic non creditur iudici dicenti 9
in articulo mortis ſe tuliſſe falſam
ſententiam in præiudicium eorum in
quorum fauorem fuit lata, nec teſti
dicenti ſe dixiſſe falſum. Bart. *dict. l.*

ſi quis in graui, §. *ſi quis moriens*. Menoch. *lib.* 5. *præſumpt.* 5. *num.* 18. Farinac. *de indiciis*, *quæſt.* 46. *num.* 56. vbi *n.* 89. quod non creditur etiamſi ſint duo Iudices talia dicentes, etiam cum iuramento, & deficiente alia probatione ibi, *n.* 41. & 45.

10 Et ſic dictum vulnerati culpantis aliquem non præbet indicium ad torturam, Bart. *dict.* §. *ſi quis moriens communiter receptus*, teſte Iaſ. *l. fin. ad fin. Cod. communia de legatis*, & hanc dicit veriorem opinionem, Farinacius *de indiciis*, & *tortura*, *quæſtione* 46. *num.* 16. verſic. *vides igitur*, & *num.* 41. & 45. bene tamen verum eſt, quod ea aſſertio vulnerati faciet indicium ad inquirendum Ioſephus Ludouicus *deciſ.* 62. *num.* 1. & 4. quia facit aliqualem præſumptionem Franciſcus Beccius *conſ.* 85.

11 *num.* 8. Si tamen moriens exculpauerit aliquem ei prodeſt ne torqueatur ex aliis indiciis Baldus, *l.* 1. *num.* 32. *Cod. commun. deleg.* & idem ſi teſtis qui teſtificatus fuerit in cauſa criminali poſtea in extremis conſtitutus dixerit ſe depoſuiſſe falſum Farinac. *quæſt.* 46. *num.* 68. vbi de exiſtente in patibulo exculpante aliquem, cui creditur modo aliunde non conſtet de veritate, quia moriens exculpans etiamſi ſit offenſus, non poteſt tollere vindictam publicam, *l. licitatio*, §. *quod illicite*, *ff. de publican.* Et moriens conſtitutus in extremis, poteſt

12 contractus facere, *l. Seia*, §. *fin. ff. ff. de donation. cauſ. mortis.* Sed &

13 Epiſcopus poterit donare bona, de quibus nequit teſtari, & ex eis maioratum conſtituere in mortis articulo (ſi faciat ſine fraude) vt ſi conualeſcat ſibi reddantur bona, & valida erit donatio, & maioratus inſtitutio. Molin. *de iuſtit. & iur. tract.* 2. *tom.* 1. *diſput.* 148. *num.* 8. vbi quod Epiſcopus, qui in prophanos vſus talia facit, lethaliter peccat.

Sed & in mortis articulo poteſt 14
quis religionem profiteri, & eius bona capiet monaſterium, niſi profiteretur circumuentus à Prælato monaſterij. Mol. *dict. tract.* 2. *diſp.* 172. *in fine*, vbi reſpondet ad *cap. vlt.* 20. *quæſt.* 3.

Et moriens lucratur ſibi relictum 15
ſub conditione dandi, cum poſſit eam per ſe, ſeu alium adimplere, *l. fin. ff. de cond. inſt.* & *poteſt quis in articulo mortis hæreditatem adire*, & aliud per ſe, vel per alium acquirere, *l. fin. ff. quando dies legati cedat.* gloſſ. *in l. ſi filius*, *ff. de condition. inſtitut.* Caſſan. *conſ.* 21. *n.* 9.

Poteſt etiam teſtari, *cap. Raynuntius*, ibi: *in extremis poſitus condidit teſtamentum*, *de teſtamentis*, *l. Pamphilo*, §. *propoſitum*, ibi, *in diſcrimine vitæ conſtitutum*, *de legat.* 3. & textus *in l. quoniam indignum*, *Cod. de teſtament.* ibi: *Nec neceſſaria ſunt momenta verborum*, *quæ forte ſeminecis*, & *baalbutiens lingua profudit.* Anton. Gomez. *l.* 3. *Tauri*, *num.* 110. Theſaur. *diſput. forenſ. lib.* 2. *cap.* 99. *num.* 8. etiamſi fiat ad interrogationem, gloſſ. verb. *quemadmodum*, *in l. iubemus*, *Cod. de teſtament.* quam dicit communiter receptam. Aymon, *conſ.* 117. *num.* 1. Fachineus, *lib.* 5. *controuerſ. cap.* 69. & ibi, quod tollet primum teſtamentum, Gaſpar. Theſaur. *forenſ. diſcept. cap.* 99. *n.* 10. ponit contrarias opiniones, Flores de Mena, *lib.* 1. *variarum*, *quæſt.* 1. *num.* 47. *in fin.* & *num.* 48. qui loquitur in oppreſſo infirmitate, & valet inſtitutio hæredis ad interrogationem.

nem. Meneſius, *l. eam quam, n.* 83. *Cod. de fideicommiſ.* Azeued. *l.* 1. *titul.* 4. *num.* 163. *lib.* 5. *recopilation.* & Matiençus *ea leg. gloſſ.* 16. *num.* 6. & quod in conflictu mortis factum teſtamentum teneat, tradit Gamma, *deciſ.* 502. *num.* 3. licet teſtator ita ſit in extremis, vt ſtatim decedat, Anton. Gom. *dict. l.* 3. *Tauri, num.* 113. nec eſt prohibitum iudicium poſtremum vxoris maritali ſermone prouocare, *l. fin. Cod. ſi quis aliquem teſtari prohib.* Phœb. *deciſ.* 25. vbi *n.* 8. *& 9. de importunis precibus*, Guterreus *in quaſt. canonic. cap.* 37. *n.* 20.

17 de quo *ſupr. cap.* 31. *num.* 11. Sed ſupradicta intellige, modo non amiſerit omnino loquelam, licet inarticulatè loquatur; ita tamen, vt intelligi poſſit per *dict. l. quoniam indignum*, vbi communiter Doctores Anton. Gom. *l.* 3. *Taur. num.* 110. verſicul. *ſi vero penitus non amiſerit loquelam.*

18 Si autem in totum amiſerit, nec ſcribere ſciat, vel non poſſit, nequit teſtari, *l. iubemus, Cod. de teſtam.* ibi: *Si enim talis eſt teſtator, qui nec ſcribere, nec articulate loqui poteſt mortuo ſimilis eſt, & falſitas in elogiis committitur*, *l. diſcretis.*, verſic. *fin. Cod. qui teſtamenta facere poſſunt.* Gregor. *l.* 6. *tit.* 3. *part.* 3. verbo, *nombrandole.* Couarru. *cap. cum tibi, num.* 4. *de teſtam.* Matienç. *l.* 1. *tit.* 4. *gloſſ.* 16. *n.* 2. *lib.* 5. *Recopilat.* & ibi Azeued. *num.* 162. qui tenent ſignis, & nutu non poſſe fieri teſtamentum. Quod limita niſi fuerit ad pias cauſas, Gregor. *dict. l.* 6. verſ. *nombrandole, ad fin.* Anton. Gomez. *l.* 3. *Taur. num.* 111. *in fin.* Meneſ. *l. & in epiſtolis, num.* 9. *Cod. de fideicommiſſis*, quod extendit Matienç. *ad teſtamentum inter liberos, dict. l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 5. *Recopilat. gloſſ.* 16. *n.* 3. Azeued. vbi *ſupr.* & idem in legatis, & fideicommiſſis, tenet Anton. Gomez. *dict. l.* 3. *Taur. num.* 114. non obſtante diſpoſitione ipſius legis tertiæ, quamuis qui nutu reliquit fideicommiſſum loqui impediatur morbo, nam valet relictum, *l. nutu* 21. *de legat.* 3. Couarr. *dict. cap. cum tibi, num.* 3. *de teſtament.* de quo Fuſarius *de ſubſtitutionibus, quaſt.* 288. & optimè Bald. *l. mutus, ff. de procuratoribus*, quod intellige, niſi ſit phreneticus, vel mente alienatus, vt *in cap. final. de ſucceſſ. abinteſt.* ibi: *In extremis laborans tanquam phreneticus alienatus erat mente*, vnde non voluit quod expreſſit.

Eſt & aliud teſtamentum morte 19 inuolutum, quod dicitur teſtamentum internecinum, de quo Cuiacius *lib.* 1. *obſeruation. cap.* 2. & Iſidorus, *lib.* 5. *etymolog. cap.* 26. & eſt quando facto teſtamento falſo hæres inſtitutus occidit teſtatorem, vt lucretur hæreditatem, Simon Scardi *in Lexico*, verb. *internecinum teſtamentum*, & idem eſſet ſi facto teſtamento vero, & legitimo hæres ſcriptus cupiditate bonorum, vel timens ne teſtator reuocaret teſtamentum illum occideret, vt in *l. fin. §. fin. in fine, ff. de bonis damnator.* nam dicitur teſtamentum internecinum, propter quod cauſa acquirendi eius hæreditatem, quis necatus eſt: Oſuald. Hilligerus *in ſcholiis ad Donellum, lib.* 6. *cap.* 6. *litera B.* quare vtilis eſt facultas condendi teſtamentum in ſcriptis, vt ignoretur, quis ſit hæres, vel aliter locupletatus legatis teſtamenti, vt dicit textus *in §. ſi autem quis ita formidoloſus ſit, inſtitut. de pupillari* ſubſtitu

ſubſtitutione, *& in l. Cicero*, *ff. de pœnis*, legitur Milleſiam recepta pecunia à ſubſtitutis abegiſſe partum: & eo caſu, ſubſtituti priuantur ſucceſſione, argumento *l. ſi ab hoſtibus*, *§. finali*, *ſolut. matrim.* Hippolytus, & Marſil. *l. nihil intereſt*, *num. 2. de ſiccariis*, & in fideicommiſſario, & ſucceſſore maioratus occidente poſſeſſorem, tradit Molin. *lib. 3. de primogeniis*, *cap. 2. num. 32.* Mieres, *de maioratibus*, *2. part. quæſt. 4. illatione 1. num. 17. in prima editione*, Pater Molin. *diſputat. 178. à num. 1.* barboſ. *l. ſi ab hoſtibus*, *§. fin. n. 21. ſoluto matrimonio*, vbi idem in ſucceſſore feudi, & dixi *libro 1. de anniuerſ. cap. 5. à num. 29.* vbi *n. 32.* limitaui niſi occiderit ad ſui defenſionem, Portoles ad Molin. verb. *defenſio*, *num. 5.*

Et non ſolum homicida priuatur ſucceſſione occiſi, ſed & eius hæredis in bonis habitis ab occiſo, Anton. Gomez. *3. tom. cap. 3. num. 52.* Phœbo, *deciſ. 36.* Paſcal. *de viribus patriæ poteſtatis*, *1. part. cap. 8. & 4. part. cap. 8.* quidquid teneat Amicis, *conſil. 10.* & ſic fuit pronuntiatum in Granatenſi Senatu contra patrem ad fauorem aui materni in ſucceſſione filij vxoris interfectæ.

20 Sed & teſtificari poteſt exiſtens in mortis articulo breuiter, & ſine interrogatoriis, vt dicit Baldus *de pace conſtantiæ*, *§. vaſſalli*, niſi iam laboret in extremis, quia tunc tanquam immemor nequit examinari, Bald *l. hac conſultiſſima*, *§. at cum humana fragilitas colum. penultim.* verſ. *item eſt argumentum*, *Cod. de teſtam.* & ibi Alexander, & notarius ſolus ſine iudice poterit examinare illum ſi ſibi videatur teſtem habere capacitatem, Bald. vbi *ſuprà*, ſequitur Ioannes Bertachin. *in repertorio*, verbo, *teſtis in articulo mortis.* Minus autem creditur teſtificanti in mortis articulo. Roland. *conſ. 37. num. 21. volumine 3.*

21 Inimicus autem exiſtens in extremis, etiam ſuſcepto ſanctæ Euchariſtiæ Sacramento nequit examinari in teſtem, & ſi teſtificetur non probat ex Bald. tradit Bertachin. vbi *ſuprà*, verb. *teſtis inimicus.*

22 Et licet alias confeſſio ſine cauſa, non valeat tamen in articulo mortis valet: Menoch. *lib. 5. præſumpt. 5. num. 15.*

23 De ſalute autem eius, quem pœnitet in mortis articulo fertur Auguſtinum dubitaſſe per eius verba relata *in cap. ſi quis poſitus de pœnitentia*, *diſtinct. 7.* quæ talia ſunt. *Si quis poſitus in vltima neceſſitate ſuæ ægritudinis voluerit accipere pœnitentiam, & accipit, & mox reconciliatur, & hinc vadit fateor vobis non illi negamus, quod petit, ſed non præſumimus quod bene hinc exiit. Si ſecurus hinc exierit ego neſcio, pœnitentiam dare poſſumus ſecuritatem dare non poſſumus: nunquid dico condemnabitur, ſed non dico liberabitur*, in quo Iacob. Menochius, *lib. 6. præſumpt. 94.* ait, quod Sanct. Auguſt. loquitur in eo, de cuius pœnitentia dubitatur, & cum pœnitentia ſit in dubio non præſumitur, quod talis ſaluetur, & dubitatio veræ pœnitentiæ in eo conſiſtit, quod corporis infirmitas in eo qui eſt in extremis conſtitutus, adeo omnes animi ſenſus occupat, vt vix aliquid de Deo cogitare permittat, vt inquit ibi Menoch. & conducit, *l. hac conſultiſſima*, *in illis verbis*: *At cum humana fragilitas mortis præci-*

pue

pue cogitatione perturbata res plures memeria conſequi non poſſit, *Cod. de teſtament.* textus *in cap. nullus expectet*, *de pœnitent. diſtinct.* 7. *Nullus expectet* (inquit) *quando iam non poſſit peccare : arbitrij enim quærat libertatem, vt dolere poſſit commiſſa, non neceſſitatem, qui prius itaque à peccatis relinquitur, quam ipſa relinquat ea non libere, ſed quaſi ex neceſſitate condemnat.* Et poſtea ſubdit textus, *quæ conuerſio ſi contigerit, alicui etiam in fine deſperandum non eſt de eius remiſſione, ſed quia vix, vel raro, eſt iam iuſta conuerſio timendum de pœnitente ſero* : Et poſtea dicit textus. *Sed quoniam multa ſunt, quæ impediunt, & languentem retrahunt : periculoſiſſimum eſt, & interitui vicinum ad mortem protrahere pœnitentiæ remedium.*

Si autem verè pœniteat dubitandum non eſt de eius ſalute, *Ezechielis* 18. legitur : *Si autem impius egerit pœnitentiam omnium iniquitatum eius, quas operatus eſt non recordabor.* Quæ verba ponderat textus *in cap. ponderet* 50. *diſtinct. & Pſalmo* 77. *n.* 34. dicitur : *Cum occideret eos quærebant eum, & reuertebantur.* De quo dixi *lib.* 1. *de anniuerſ. cap.* 11. *à n.* 13.

Morientibus autem adminiſtratur 24
Sacramentum Vnctionis, non tamen infantibus, nec damnatis ad mortem, & quare eis non detur diximus *ſuprà cap.* 16. *à num.* 127. & cum homini in fine vitæ tale Sacramentum adminiſtretur, finem imponamus tractatui de vita hominis ad laudem Dei, & Deiparæ Virginis Mariæ.

INDEX
RERVM NOTABILIVM, QVÆ IN HOC TRACTATV REPERIVNTVR.

Prior numerus indicat Caput, ſecundus Numerum, tertius Paginam.

A

ABBATISSA an poſſit exercere iura Epiſcopalia, & habere iuriſdictionem ſpiritualem, cap.30. n.124. pag.416
Aborſum cauſans fœtus inanimati, non incurrit irregularitatem: idem ſi ante formationem venena ſterilitatis dederit, 9. 19. & ſeq. 94
Aborſum cauſans ante animationem fœtus ſpem animantis dicitur interimere, 9. 18. ibid.
Aborſum cauſans poſt quadrageſimum diem acrius punitur quam antea, 9. 22. & irregularitas cauſatur in dubio, ſeq. num. ibid.
Aborſum procurare ob matris ſanitatem eſt contra naturam, & minus poterit vti remedio abortiuo fœtus animati, 9. 30. 96
Aborſum cauſans non dicitur hominem occidere, ſed ſpem animantis extinguere, 9. 5. & 18. 92. 94
Abſenti currit tempus non pupillo, 21. 31. 258
Aborſum cauſans punitur, vt homicida intellige, vt n. ſeq. 9. 1. 92
Abſolutio Sacramentalis an recipiat conditionem, 16. 54. 176
Acceſſorium non debet influere in principali, 5. 31. 53
Acceſſorium ſine principali ſtare non poteſt, 5. 32. ibid.
Acceptatio primi vocati ad maioratum tribuit ius omnibus vocatis, 30. 100. 409
Acceptare partem in connexis, quis non poteſt, 23. 2. 284
Acceptatio tacita curatoris inducitur ſi deſcribat bona in inuentario, 28. 133. 378.
Acta cum falſo tutore, vel curatore, non præiudicat pupillo, 20. 27. 240
Actus legitimi, qui largo modo ita appellantur admittunt conditiones etiam de futuro, 16. 56. 177
Actiuum, & paſſiuum, poſſunt concurrere

currere in vna, & eadem perſona quoad diuerſos effectus, 11. 30. 112
Actibus geſtis eadem hora attenditur durior cauſa, 12.18.121
Actus legitimus ex ſola legis poteſtate ſine vllo hominis miniſterio habet executionem finalem, & non poteſt eſſe in ſuſpenſo, 16. 28.174
Actus nocte celebrati, habet præſumptionem contra ſe, 8.37.84
Actus legitimus non eſt in ſuſpenſo, 16.26.174
Actus ſeu contractus nocte celebratus ante mediam noctem, attribuitur diei præcedenti, 8.34.96
Actus humani inſtantanèe fieri non dicuntur, 12.22.122
Actiones populares ſolum dantur ad tuendum populi ius, 8.50.86
Actio non datur contra affirmantem aliquem eſſe idoneum cum non ſit, 28.135.378
Actio ſuppoſiti partus non perimitur tempore, 8.53.86
Actio popularis ſolum proponitur intra annum, nec tranſit ad hæredes, niſi lis ſit conteſtata, 8.52. ibidem.
Actio quæſita in officio eo finito, non perit, 20.40.241
Actiones licet in hærede confunduntur confuſio ceſſat reſtituta hæreditate, & non reſtituta reſurgunt actiones, 11.38.113
Actio & obligatio iudicatur mobilis, ſecundum naturam rei, 22.59. 279
Actio realis, & rei vendicatio non confunduntur additione hæreditatis, 11.41.113
Additio neceſſaria non inducit actionum confuſionem, 11.54.114
Additio patris, vt teneat fundamentum eſt infantia, & debet probare eius principium, 14.44.155
Adoleſcentia poſt pubertatem incipit, 22.1.270
Adultus, ſeu minor poteſt curatori ſoluere, 22.10.271
Adulti minores poſſunt reſtituere hæreditatem ſuo curatori, 22. 8. 271
Adultus ſeu minor poteſt in teſtamento maioratum inſtituere, 22. 12.272
Adultus, ſeu minor poteſt alios contractus facere, qui ſapiant vltimam voluntatem, 22.14.ibid.
Adultus ſi fuerit dolo inductus ad teſtandum datur venientibus abinteſtato actio de dolo, 22. 13. ibidem.
Adultus poteſt creari Cardinalis, 29. 18. 384
Adultus poteſt habere dignitates, 29.16.383
Adultus curatore carens obligatur ex contractu ciuiliter, & naturaliter, 22.55.278
Acquiſitio legis miniſterio non mutat naturam rei, 20.72.245
Aduocatus dicitur egregia perſona, etiam depoſito officio, 7.14.68
Affectio & odium non cadit circa ignotos, 30.18.395
Affectio maior eſt erga natos, quam erga naſcituros, 1.41.12
Affectionem maiorem dicitur quis habere erga nepotes quam filios, 1.43. 13
Agnationis ratio ſemper ſtat acceſſorie ad principalem diſpoſitionem maioratus, 30.113.412
Agnationis ratio quando cenſeatur conſiderata coniecturis, & quæ ſufficiant, 30.95.407

Agnatio

Agnationis ratio debet expreſſe apparere, vt dicatur conſiderata, 30. 86.405
Agnatio quantumuis fuerit conſiderata in maioratibus extinctis omnibus maſculis agnatis admittitur fœmina, 30.112.412
Agnationis qualitatem non auget, quod aliquis agnatus ſit ex duplici latere coniunctus, 30.102.409
Agnatio artificialis nunquam cenſetur conſiderata, niſi expreſſe eam requirat diſponens, 30116.413
Agnatio artificialis quando dicatur conſiderata, & quæ ſit, 30.115. 412
Agnatio deſtruitur per ſucceſſionem fœminarum, 30.97.408
Agnationis ratio quando cenſeatur conſiderata, ibid.
Alimenta ſi relinquantur infanti, qualiter fiet computatio ad falcidiæ rationem habendam, 16. 95. 181
Alimenta data viduæ, ſiue pariat, ſiue aborſum faciat, non debet reſtituere, 7.2.67
Alienari poteſt in perſonas Eccleſiaſticas, licet dicantur potentiores, 32.4.448
Alienare qui non poteſt, nec rem in iudicium deducere, 28.32.364
Alienatio, ſeu venditio rei feudalis ſub conditione, ſi dominus conſentiat valet, 4.16.40
Amicitia præfertur conſanguinitati, 5.24.52
Amor plus deſcendit, quam aſcendit, 1.37.12
Animal mortuum intra triduum à tempore venditionis præſumitur mortuum ex ægritudine generata penes venditorem, 10.28.103
Animus obligandi vbi defecit remota eſt omnis obligatio, 23. 16. 285
Animi perſeuerantia præſumitur, 16. 133.186
Animus faciendi abortiuum ex percuſſione, & inſtrumento quo vſus fuit arbitrabitur, 9.21.94
Animus conturbatus, non eſt aptus ad iudicandum, 30.66.403
Anni Domini enumerantur Romæ ab eius Incarnatione in noſtra Hiſpania à natiuitate in aliis Prouinciis à Circumciſione, & aliis à Reſurrectione, 17.70.194
Annuo relicto qualiter fiat computatio ad Falcidiam, 16.96.181
Annuum relictum ſeniori, minus valet quam iuueni, 16. 107.183
Antiquitati eſt habenda reuerentia, 31.1.
Appellatio datur à conceſſione, vel de negatione reſtitutionis, 25.34. 324
Appellatiuum nomen eſt naturale, vt filius pater, mater, & auus, 13. 54.143
Appellari poteſt ab vno capite ſententiæ, & procedit in executione, 25.64.229
Appellatio quæ interponitur in abſentia iudicis debet fieri coram honeſtis viris, 30.53.400
Appellans à ſententia addictionis, non auditur niſi prius ſoluat, 30. 47.399
Appellatio datur, & ſupplicatio à ſententia ſuperioris reuocantis ſententiam arbitrorum, 30.46.ibid.
Appellatio non datur à ſententia arbitri, vel arbitratoris, 30. 42. ibidem.
Appellatio quæ debet fieri coram iudice, vel ſi ſint plures coram maiori parte, quando ob metum iudicis,

dicis, vel in eius abſentia eſt interponenda appellatio coram honeſtis viris, 30.50.400

Arguere licet ab experientia, 25.11.322

Argumentum ſumitur ab etymologia vocabuli, & homicidium dicitur ab hominis cæde, 9.3.92

Argumentum de executione rei iudicatæ valet ad executionem inſtrumenti guarentigij, 20.23.240

Arrogatio fit vocatis conſanguineis, 16.64.177

Artes diuerſas habens quarum cauſa ſortitur forum ſubiicitur iudicibus illius artis, cui magis adhæret, 11.9.109

Artes duas exercens licet in altera habeat maiorem partem facultatum, tamen in rebus tangentibus vnamquamque ſubiicitur iudicibus vniuſcuiuſque artis, 11.11.Intellige vt n.13.ibid.

Arbitri, & arbitratoris differentia, 30.39.398

Arbitri non eliguntur in cauſis expreſſis, in cap. ſi contra vnum, de offic. deleg. 30.41.ibid.

Arbitri iuris dicuntur, qui ex neceſſitate eliguntur à partibus, 30.40.ibid.

Aſſenſus Regis ſemel præſtitus in conceſſione feudi pro dote non requiritur in obligatione, & ſolutione ſolutæ matrim. 23.26.287

Aſtringens ſe ad faciendum opus ad voluntatem alicuius, vel ſi ab eo approbetur quod intelligatur ſecundum arbitrium bonorum virorum, 30.29.396

Authentica ex cauſa, Cod. de lib. præter. non procedit vbi pater ignorabat habere filium, 2.25.26

Auus inſtituendo nepotem ex filio ſpurio, poteſt relinquere vſumfructum bonorum filio ad alimenta pro quantitate neceſſaria, 5.13.50

B

Baptizandi niſi corpus tangatur aqua cum prolatione verbi, non fiet ſacramentum, 7.58.74

Beneficium poteſt conferri per Papam laico in tempore quo tonſuretur, 4.20.41

Beneficium ſi habet annexum ſacrum ordinem ea ætas requiritur quæ ad ſacri ordinis aſſumptionem, 29.7.382

Bona capta ab hoſtibus poſſunt donari in tempus quo recuperentur, & poſſunt infeudari etiamſi ſint regiæ coronæ, 4.21.41

Bonum communius præfertur bono minus communi, 21.16.257

Bona Henriquenna ſemper ſeruant ſuam naturam, licet tranſeant in tertium titulo oneroſo, niſi Rex alienationi conſentiat, 8.45.85

Bona matris & auiæ, licet ſint hypothecata tacitè pro adminiſtratione tutelæ ius requirit expreſſam hypothecam, 19.69.229

Bonorum poſſeſſio agnita per tutorem infantis eo mortuo, antequam loquatur transfertur ad eius hæredes, 15.7.158

Bonorum poſſeſſio agnita per curatorem furioſi, ſi in furore moriatur, non tranſmittitur ad eius hæredes. 15.8.ibid.

Bonorum poſſeſſores in omnibus loco hæredum habentur, 14.27.153

Bona ſi ſunt in diuerſis territoriis coram diuerſis iudicibus poteſt trahi ad curiam, 21.45.260

Digitized by Google

Index Rerum Notabilium.

C

CAlamitas matris non nocet ei, qui in ventre eſt, 1.5.4

Canonicatus & dignitas, & portiones Eccleſiæ Cathedralis habent annexum ſacrum ordinem, 29.9. 382

Capta bona ſi recuperentur ab alio, quam à Rege non tenetur reſtituere, niſi ſolutis expenſis, & bona poſſunt retineri, 4.24.41

Capta in conflictu belli ſunt capientium, 4.22.ibid.

Capta præda bona amicorum ab hoſtibus ſi recuperentur per milites inſequentes debent reſtitui dominis, 4.26.ibid.

Caput curiarum ab Imperatore Carolo V. celebratarum expenditur, 30.15.394

Carboniani beneficium an detur legatario, 20.43.242

Carbonianum habet locum in maioratu, 20.42.ibid.

Cardinalium nomen quo tempore inceperit, 29.21.385

Cardinales quare ſint numero ſeptuaginta, 29.20.ibid.

Cardinales repreſentant perſonas Apoſtolorum, 29.19.ibid.

Caſus aduentitij non imputantur iudici, 19.62.228

Caſus in quo duplex coniunctio ſanguinis erit cauſa prælationis in maioribus ponitur, 30.111.411

Caſus repentini non imputantur, 2.23.26

Cauſa in curia retinetur ſi maior pars hæreditatis, quæ petitur per fideicommiſſum ſit in ea, 21.57. 161

Cauſæ miniſtrorum Cancellariæ habentium officium in proprietate tractantur in Cancellaria, 21.42. 259

Cauſa nullitatis contractus ſi ad petitionem debitoris fuerit commiſſa; & iudex inhibeat ordinarium, ne procedat, nihilominus poterit fieri executio ad inſtantiam creditoris, 77.54.ibid.

Cauſæ auditorum, & iudicum criminalium audientiæ, & vxorum eorum, ac filiorum non iuuantur priuilegio trahendi ad curiam, 21. 43.259

Cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati, & attenditur proximior cauſa, 5.12. 50

Cauſa plus influit in ſeipſa, quam in cauſato, 12.35.126

Cauſa pupilli, dicitur propria tutoris cura, & ſolicitudine, 20.44. 242

Cauſa quæ ſemel introiuit palatium Principis, non debet exire indiſcuſſa, 21.52.260

Cauſæ ſi duæ lucratiuæ habentes originem a perſonis diuerſorum deueniant ad vnum poterit ex vtràque cauſa conſequi ſolidum, 11. 29.112

Cauſa tenutæ agitatur in ſupremo conſilio, 21.41.259

Cauſa vtilis imponendi cenſum à minore eſt, vt æs alienum ſoluat, 22.43.276

Cenſus requirit ſcripturam, ſecundum veriorem ſententiam, quidquid teneat gloſſa *in cap.* 1. *de cenſibus, lib.*6. *cap.*8.*n.*22. 82.

Certum dicitur quod appellatur per verba idem importantia licet non ſint ſpecifica, 13.55.143

Certus per ſeipſum non efficitur incertus propter litem, 2.13.24

Chriſto

Chriſto Domino impoſitum fuit nomen octaua die à natiuitate in Circumciſione, de quo & de nomine Ieſu, & intelliguntur alia loca Scripturæ, 13.19.137
Chriſtus Dominus elegit Petrum ſeniorem, quam Ioannem, ſed ſiue Senior, ſiue Iunior, non eſt dubitandum inſpiratione Spiritus ſancti electum in Romanum Pontificem, 29.23.386
Citantur ſolum, qui habent ius de præſenti, & immediatè, 8.7.80
Citari ſolent hi quos ſecundario cauſa contingit, vt eis præiudicet, & eſt optima cautela, 8.8.ibid.
Ciuitati obedientiam neganti, domino poteſt induci bellum, 31.112.444
Citati qui non fuerunt in iudicio ſi poſtea contingat, ſuccedere poſſunt appellare ſi ille cum quo cauſa fuit agitata, non appellauit ad ſuprema tribunalia, 8.9.80
Ciuis particularis ſi prohibeatur vti rebus pertinentibus ad vniuerſitatem cenſetur turbata tota ciuitas, 31.128.448
Clandeſtinitas inducit præſumptionem contra facientem etiam ruſticum, qui alias in multis iuuatur, & excuſatur, 8.38.84
Clare dicitur conſtare, & expreſſe, quod continetur in inſtrumento etiam indirectè, 30.92.406
Clauſulas prohibitionis alienationis in maioratibus cenſetur tabellio regatus apponere, 19.31.221
Clauſula quando dicatur ſtare de per ſe, 30.80.404
Clauſulis conſuetis non ſtantibus, qui cœpit agere via ordinaria, non poteſt redire ad executiuam, 27.24.349
Clauſulas variandi ſolitas eſſe apponi in inſtrumento dicunt aliqui Doctores, 27.22.348
Clauſulæ variandi licet non ſint poſitæ in inſtrumento; tamen ſi de ſtilo, & conſuetudine fit, poteſt reuerti ad viam executiuam, 27.25.349
Clericus, & Monachus licet ſint liberati à poteſtate, tamen quoad eorum commoda, non tollitur exiſtentia, 14.37.154
Clericus & perſonæ Eccleſiaſticæ tenentur ad illud, quod venit ex natura contractus, 21.63.262
Clericus licet teneatur defendere emptorem in foro ipſius, tamen ſi emptor fuerit condemnatus, non poterit conuenire clericum, 21.64.ibid.
Clericus venditor poterit citari, vt ſi velit defendere emptorem compareat, 21.66.ibid.
Commendæ ſunt inſtitutæ cauſa militiæ, 26.4.339
Commodius eſt aliquando, quem pronunciare nomine appellatiuo, 13.58.144
Commodum magnum conſequitur, qui aliter recedit, 25.50.327
Commiſſum arbitrio, alicuius etiam iuramento à compromittentibus præſtito cenſetur habere conditionem ſi recte arbitratus fuerit, 30.20.395
Communitas, ſeu ciuitas, quæ cenſum impoſuit facultate regia, ſi non habet vnde ſoluat, poteſt imponere collectam, abſque noua licentia, 23.28.287
Compromiſſum factum in arbitros, vt ſiue æquè, ſiue iniquè arbitrati fuerint eis pareatur, ſi ſit iniquitas corrigitur, 30.31.396

Digitized by Google

Computatio, l. hæreditatum, ff. ad leg falcid. an habeat locum in relictis ad vitam præter caſum eiuſdem legis, cap. 16. num. 102. & 107. 181.183
Computatio l. hæreditatum, non præiudicat veritati, ſi plus, minuſve vixerit alimentandus ſecundum Suarez, ſed contrarium eſt verius, 16.103.182
Condemnatio facta in ſententia lata contra pupillum non exequitur contra tutorem, 20.22.240
Concilium ſeſſ. 24. c. 12. non comprehendit canonicatus iuris patronatus laicorum ante Concilium fundatos, 29.12.383
Concubinam ſi quis ducat, & contracto matrimonio pariat breuiori tempore, quam à iure præfixo præſumendum eſt conceptum fuiſſe partum ante matrimonium, 10. 21.101
Concubitum ad vnum mulier concipit, vt legitur de Thamar, 10.34. 104
Conditio cum fari potuerit verificatur in quacumque lingua loquatur infans, 24.11.300
Conditio cum fari potuerit, ſignificat tempus, quo fari poſſit, vt intelligatur non tempus quo rationabiliter fari poſſit qualibet lingua, 15.5.158
Conditio cum fari potuerit licet non requirat vt intelligat, quod loquatur: ſecus tamen erit ſi materia ſubiecta aliud poſtulet, vt ſi ſit ad ſtipulandum, 15.19.159
Conditiones de præſenti, & de præterito, an ſuſpendant actum legitimum reſoluitur, c. 16. num. 51. & 55.176
Conditio dono ſi liberos non habuero ponitur per eum modum, qui tacitè ineſt, & non facit actum conditionalem, 16.42.175
Conditio inducit formam, & idem de verbis modalibus, & dictione itaque, 19.26.221
Conditio natiuitatis impletur in extracto fecto ventre matris, quamuis debeat adimpleri in ſpecifica forma, 10.8.100
Conditionis natura repugnat actui legitimo, & appoſita vitiat actum, 16.36.175
Conditio nominis, & armorum ſtatim adimplenda eſt, alias priuabitur relictis grauatus, 13.28.139
Conditio propriè eſt, quæ in futurum confertur, 16.53.176
Conditiones quas quilibet voluerit introductione rei ſuæ poteſt apponere, 23.13.285
Conditio ſi ſatisdederit non inducit conditionem, ſed executionem officij, 16.39.175
Conditio ſi ſatis dederit licet ſuſpendat exercitium actus iam conſumati, non tamen ipſam dationem tutelæ, 16.40.ibid.
Conditio ſi ſatis dederit, non reſpicit ſubſtantiam actus, ſed executionem, quæ non ſuſpendit actum, cap. 16. 41. ibid.
Confeſſio facta coram arbitro, non habet paratam executionem, c. 30. 38.398
Confeſſio matris dicentis ſuppoſuiſſe partum non præiudicat filio exiſtenti in poſſeſſione filiationis, niſi alia concurrant, 8.56.86
Confeſſio morientis ſine cauſa, valet, 32.22.452
Confeſſio Prælati præiudicat Eccleſiæ, 20.21.240
Confirmationis Sacramentum fuit à

Christo

Digitized by Google

Chriſto inſtitutum, 16.125.185
Coniecturæ non ſufficiunt, quando requiritur voluntas expreſſa, 30. 93.407
Coniectura ſuppoſiti partus etiam erit ſi prægnans non vocauerit obſtetrices, & ſe contulerit in locum ſolitarium, 8.59.87
Coniecturæ ſuppoſiti partus, plus operantur, ſi vltimus poſſeſſor non habeat ſucceſſionem, 8.46.85
Coniunctus agit ſine mandato, vbi non ſit expreſſa contraria voluntas, 26.76.343
Coniunctus non poteſt ſtipulari ad fauorem coniuncti, amicus tamen poteſt ad fauorem amici, 5.28.53
Cóſanguineus habet ſpem ſuccedendi conſanguineo ſuo, 20.87.247
Conſiderandæ ſunt eæ qualitates ad æſtimationem rei faciendam, 23. 51.292
Conſilium minoris eſt fragile, & multis captionibus ſuppoſitum, 25.14.322
Conceptionis tempus eſt expectandũ, & legitimenatus dicitur, qui eſt legitime cóceptus, l.1.c.1.n.12.5
Conceptionis tempore, ſi lumbi parentum non erant infecti, macula in filios non tranſit malignitas, & deuiatio à bono ſuperueniens, 1. 34.11
Confirmatio intelligitur ſine præiudicio confirmantis, 13.23.138
Conſanguinei ſi relictum ſpatio non petant intra duos menſes capiet fiſcus, 5.17.51
Conſtitutis in extremis adminiſtratur Sacramentum Vnctionis non infantibus, nec morti damnatis, 32. 27.453
Conſtitutus in mortis articulo, poteſt religionem profiteri, 32.15.450
Contentioque fuit in impoſitione nominis Ioann. Baptiſtæ, & plura notatu digna de excellentia ſancti, 13.9.134
Contrahere qui poteſt, poteſt iudicio adeſſe; quia in iudicio contrahitur, 15.37.162
Contrahens clandeſtinè præſumitur, habere ſcientiam impedimenti, 3. 10.34
Contrahens cum minore non debet eſſe ignarus conditionis eius, 23. 14.285
Contrahens ex neceſſitate precedentis obligationis non dicitur properè contrahere, 23.21.286
Contractus venditionis poteſt fieri in tempus limitatum, 23.29.288
Contractus ſi nocte celebratus requirat ſcripturam lumen quoque eſt neceſſarium pro eius lectione, 8. 19.82
Cótractus ſunt accipiendi, ſecundum iuris diſpoſitionem, 23.17.285
Contractus poſſunt celebrari nocte, tamen requiritur, quod teſtes habeant notas voces contrahentium, 8.18.82
Contractus qui requirant ſcripturam, 8.20.ibid.
Citans aliquem ad iudicium cenſetur eum habilitare, & legitimare: limita, vt ibi, 25.66.329
Contractus à pupillo proximo pubertati facti an firmentur iuramento controuerſum eſt inter Doctores, 20.n.1.236
Contractus collatus in tempus mortis cum clauſula ex tunc, prout eſt nunc, valet, c.4.n.19.41
Contractus dolo initus, nunquam conualidatur, 22.50.277
Contractus cẽſus redimibilis non vitiatur, propter clauſulas cõuenien-

tes contractibus emphyteuticis, 23.18.180
Contractus prior, ſed & conditio agentis innouatur, nec fit deteript ex iudicati actione, licet in iudicio contrahatur, 15.38.162
Contrahentem non adhibita ſolemnitate à lege, vel à ſtatuto, requiſita non obligare ciuiliter, nec naturaliter generale eſt, 22.25. quod limitatur numero ſequenti, 274
Contractus poteſt fieri cum homine diuerſæ linguæ, modo alter alterius linguam intelligat per ſe, vel per verum interpretem, 15.29. 165
Contractus non ratificatur exiſtenti decennali, vel quadrigenali tempore ſi metus, vel dolus interuenerit, 22.49.277
Concurſus in eodem puncto, ſeu momento ſucceſſiuè, vel non ſucceſſiuè, quomodo accipiantur, 12. 24.123
Coniectura ſuppoſiti partus eſt ſi mulier fuerit maior quinquaginta annorum, licet ſoleant concipere, non tamen erit euidens, ſed adminiculum à communiter accedentibus, 8.58.87
Coniecturæ aliquæ afferuntur à medicis ad cognoſcendum an mulier grauida geſtet in vtero maſculum, vel fœminam, licet ſæpe fallantur, 6.13.58
Contra legum præcepta nihil ex matrimonio conſequi poteſt, 3.18. 34
Conſiliarij, ſeu Senatores Principis, quorum Conſilio princeps gubernat, ſufficiunt pro tutoribus, 16.10.172
Correlatiuorum ea eſt natura, vt duo extrema ſemper requirent, 11.36. 113
Corporis ex compoſitione reſultat diſpoſitio mentis & propenſiones, & affectus proueniunt, 1.52.16
Creditor obligationis cameralis, poteſt dimittere viam electam, 21. 85.265
Creditor defuncti hæres ſi vendiderit hæreditatem, non fit confuſio actionum quaſi actum ſit, vt emptor ab initio ſit hæres, 11.47. 114
Creditor non poteſt diſcedere à pignore, & aliud capere, 27.39. 351
Creditor non poteſt tranſire ad alia bona, quando executio fuit perfecta, 27.40.ibid.
Creditor non poterit diuidere debitum, & pro parte petere coram diuerſis iudicibus, 27.41.351
Creditor ſi ex inſtrumento guarentigio egit via ordinaria contra debitorem qui in eo iudicio contumax ſit, durante contumacia poteſt creditor redire ad viam executiuam, 27.42.ibid.
Creditor ſi egit via ordinaria ad reciſionem inſtrumenti, ea lite pendente poterit petere executionem contractus, 27.46.ibid.
Contumax non poteſt allegare litis pendentiam, 27.43.ibid.
Contradictio vbicumque poteſt eſſe ibi datur inſtantia, 27.33.350
Culpa non ordinata ad caſum non eſt conſiderabilis, 9.12.93
Culpoſus eſt non vtens remidiis opportunis, 20.49.243
Culpa ſi præcedit, & ſequitur caſus culpoſus tenetur de caſu, licet non ſit ordinata ad caſum, debet tamen probare, quod ſi culpa non præceſ

præceſſiſſet caſus non eueniſſet, 9.14.93

Cura animarum annexa Eccleſiæ non pertinet ad ſingulos canonicos, ſed ad totum capitulum vnicam perſonam repræſentans, & nominat vicarium, qui exerceat curam animarum, 29.14.383

Cura non finitur per matrimonium, 20.95.249

Curator ad litem poterit obligare pupillum perſonaliter, 21. 88. 265

Curatorem habere, vel non habere, idem eſt in his ad quæ curatoris authoritas non extenditur, c. 21. 32.258

Curator non poteſt donare fructus, 22.31.274

Curatoris datio an probet, quam eſſe minorem, 26.13.340

Curia quando cognoſcit de euictione, 21.61.261

D

DAmnum reputatur, quod ſciatur patrimonium pupilli, & cuiuſlibet alterius, 19.48.225

Damna plura, & nocumenta ventrem conceptum comitantur, ſed maximum eſt contractio originalis culpæ, quæ omnes comitatur, 7.56.74

Damno duplici, quis non eſt affiiciendus, imò qui in vno grauatur in alio debet releuari, lib. 1. cap. 1. n. 19.7

Deciſio leg. 2. tit. 33. part. 7. difficulter poteſt ſuſtinere in ſucceſſione Regni, & quod interſit Regnum per vnum Regi, 12.32.124

Deciſio leg. 47. Taur. procedit quoad commodum filij, non autem quoad incommoda, quia non tollitur exiſtentia, 14.36.154

Deciſio textus, §. inter filiam, cap. 1. ſi de feud. def. fuerit contr. inter dom. & agnat. procedit non ſolum inſtituta hærede, ſed etiam ab inteſtato, 2.53.30

Deciſio legis hæreditatum reſtringitur ad caſum in quo loquitur, 16. 105.182

Decretum ſuppletur & cauſa requiſita ad alienationem ex quinquennali, vel decennali ſilentio in contractibus, 22.48.& 49. 277

Defectus leuis, ſolemnitatis non vitiat, 3. 13.34

Defectus patris tantummodo nocet filio in his: quæ ex perſona patris perueniunt, ſecus in his, quæ aliunde, 5.6.49

Delatio nominis, & armorum ſi iniungitur per modum ſi efficiet adimplere poſtea tempore congruo, niſi aliter à diſponente iubeatur, 13.27.133.134

Declaratio nominis, & armorum debet eſſe continuata, 13.25.139

Delegari, & mandari poteſt alteri, vt mittat mulierem in poſſeſſionem ventris nomine, 2.40.28

Delictum reputatur, quod quis prodiderit inſtrumentum alicuius, 19. 50.226

Denominatio ſumitur à fortiori, & potentiori, 11.1.109

Denuntiatio facienda eſt his, quos proxima ſpes faciendi contingit, & coram his, qui primum locum tenent, non quos ſecundario cauſa tangit, 3.6.33

Deſcendens per vnam fœminam an præferatur deſcendenti per duas in maioratibus, 30.120.414

Deſcendentes ex fœmina, licet admittatur

mittatur in diſpoſitione fœminæ, tamen præfertur maſculus, 30.76.404
Dextera eſt locus præſtantior, & honoratior, 13.40.142
Deus fuit homo factus in inſtanti Incarnationis, in quo fuit infuſa anima carni, & verbum aſſumpſit humanam naturam non terminatam, ſed terminando illam in propria perſona, 6.36.62
Dicenti in mortis articulo ſe depoſuiſſe falſum, vel iudicaſſe per ſordes, non creditur in præiudicium tertij, 30.49.398
Dictio *alius, alia, aliud*, implicat ſimiles cauſas, & qualitates, 10.41.105
Dictio, & cæterap,oſita inſtrumenta telæ, vel alio contractu,quid operetur,& quid ſi abbreuiatè ſit concepta, 19.35.222
Dictio nec, includit copulam, c.14.17.152
Dictum vulnerati culpantis aliquem non præbet iudicium ad torturam, 32.10.ibid.
Dictum manticæ, & aliorum de non attendenda duplici coniunctione in maioratibus intelligitur, 30.110.411
Dignitas quæ non habet annexam curam animarum principaliter,ſed acceſſoriè poteſt conferri ei, qui non tetigerit vigeſimumquintum annum, 29.11.382
Dignitas, vel honor quæſitus liberis propter caſum patris auferri non debet, 1.6.4
Differentia arbitri, vel arbitratoris, 30.39.398
Differentia hæreditatis, & bonorum poſſeſſionis ponitur, 14.26.153
Difficultates naſcuntur ex admiſſione vtriuſque gemelli ad ſucceſſionem, 12.39.127
Dilectus ab aliquo Principe communiter præfertur in gratiis conſequendis conſanguineis, 5.29.53
Diſpoſitio regulatur à ſua cauſa, & ratio diſpoſitionis vt verba diſpoſitiua, includit, & excludit, 30.106.411.
Diuertiſſe non videtur, qui cito redit, 10.33.104
Diuiſa non requirit continuationem, ſed ea vtitur, vt ſolet, 13.26.139
Diuiſio cum ſit inter cohæredes, vel ſocios eſt aſſignanda pars, cuique prope fundum quem habet 23.49.292
Diuiſio regni bono Reipublicæ aduerſatur, & ad id expenditur l.15.tit.2.p.2.cap.12.num.33.125
Doctores multi tenuere deciſionem authent.Sacramenta puberum, habere locum in pubertati proximo iurante,ſed contrarium verius eſt, 20.3.236
Doctores effectualiter non dicuntur ſine practica, 25.10.322
Dos & donatio propter nuptias æquiparantur, 22.36.275
Dolus præſumitur in minore adulto, ſecus impubere, 22.7.271
Dolus ſuus nemini debet patrocinari, 3.12.34
Dominium quando transfertur in pacto de retrouendendo, 23.39.289
Dominium quando transfertur reuocabiliter non confunditur actio, 12.39.127
Donatio infanti facta eſt, irreuocabilis notario pro eo acceptante, 16.94.180

Donatio

Donatio minoris, etiam cum curatore & iudicis decreto, eſt nulla, 22.29.274
Donatio an vitietur, ſi curatoris auctoritas interueniat, 22. 23. 275
Duo beneficia poſſunt vniri æque principaliter in eadem perſona,& duæ dignitates ſæculares, & duo regna, 13.38.139
Dubia contractus interpretantur contra eum, qui legem apertiorem potuit dicere, 15.43.163
Dubia iudicij interpretantur in fauorem actoris, 15.44.ibid.

E

Eccleſiæ fauor præfertur fauori dotis, ſi agatur directè de Eccleſiæ vtilitate, 21.17.257
Edictum de coniungendo, cum emancipato liberis, habet locum in conceptis ante emancipationem, 2.29.27
Educatio contra prohibitionem patris poteſt committi auiæ, ſed & vitrico, & ſi mater ſit honeſta fœmina, non obſtante ſuſpicione, poteſt pupillus apud eam educari, 19.15.219
Effectus contractus ſolent claudicare, licet contractus ſic intelligi debeat, vt effectus ſequatur vniformis, non difformis intellige, ſi par ſit conditio perſonarum, 3.16.34
Egregia perſona dicitur Epiſcopus, vel Prælatus, vel miles præſidij, 7.13.68
Egregiæ perſonæ non poſſunt renunciare huiuſmodi priuilegio, 7. 11.68
Electio eſt actus legitimus, nec recipit conditionem, 10.30.103
Electione fori facta per pupillum, ſeu aliam perſonam miſerabilem efficitur incompetens iudex coram quo litigatur, 21.n.6.256
Emancipatio eſt actus legitimus, & qualiter requiratur ratificatio diſcutitur, & declaratur, 16. 25. 174
Emptores ſtultos inuenire ſæpe contingit, 23.46.292
Emptores ſtultos ſi inueniantur, qui magnam quantitatem offerant pro re immobili minoris permittitur alienatio, 23.44.ibid.
Emens cum pacto de retrouendendo, non poteſt rem alienare, 22. 37.275
Emancipationis ad legitimationem valet argumentum, 16.59.181
Emancipatio ſi fiat in abſentia reſcripto Principis, adhuc requiritur eius ratificatio, 16.24.174
Ens omne ſuam conſeruationem optat, ſaltim in ſpecie, 30. 102 409
Epiſcopi Titulares Diœceſium, quas Mauri occuparunt, ſeu hæretici, ſi prouinciæ recuperentur à Chriſtianis gaudebunt illis, 4.30.42
Epiſcopi negligenter omittentes confirmare grauiter peccant, 16. 124.185
Epiſcopus infirmitate grauatus, poteſt donare bona quæſita intuitu Eccleſiæ, 32.13.ibid.
Epiſcopus idem poteſt eſſe, & canonicus licet ſit Epiſcopus, 11.25. 111
Æra per quam fit computatio temporis, etiam ab initio mundi, vnde dicatur, an tempus durationis mundi poſſit cognoſci, 10.43.105
Eſſe noſtrum magis conſeruatur in ſexu virili, 30.69.403

Eſſe noſtrum per maſculos, & fœminas, fit immortale per ſubrogationem, 1.22.8
Eſau vocatur prophanus, quia vendidit primogenituram, cui erat annexum ſacerdotium, 12.19.122
Eſdræ libro legitur, quod prægnantes immaturos parient infantes trium, & quatuor menſium, & viuent, 10.18.101
Exceptio quæ reſultat ex inſtrumentis aduerſæ partis, nunquam eſt reiicienda, 25.41.326
Exceſſus modicus, non eſt in conſideratione, 25.55.327
Excommunicatus non dicetur bonus vir ad faciendam coram eo appellationem, cap.30.52.400
Executio Cameralis obligationis non impeditur per exceptionem, c.25. num.83.332
Executio in bonis dotalibus fit pro tutela, 22.23.273
Executio ob debitum filiifamilias, non fit in vſufructu competenti patri in bonis aduentitiis filij, 22.20. ibid.
Executio in bonis dotalibus, non poteſt fieri pro debito perſonali vxoris, contracto, 22.22.ibid.
Executor eleemoſynæ, poteſt eligere odioſum teſtatori, 32.5.ibid.
Exiſtens in vtero ſaluatur ſi martyrio matris occiſa ſit proles, 7.61.75
Exiſtens in vtero non habet Angelum cuſtodem, ſecundum Diuum Thomam, & alios, 7.67.76
Exiſtens in vtero non poteſt baptizari, ſed ſi aliquod membrum fuerit extra vterum, vt poſſit aqua tangi, licet non ſit caput poterit baptizari, 7.59.75
Exiſtens in vtero, naſci non ſufficit, niſi viuus naſcatur, 4.67.46
Exiſtens in vtero dicitur eſſe in rerum natura, & infans dicitur, 6.30.61
Exiſtens in vtero, hominis appellatione continetur, 6.34.62
Exiſtens in vtero non habetur pro nato, 6.40.63
Exiſtens in vtero, quoties de commodo ipſius agitur habetur, ac ſi in rebus humanis eſſet, 1.3.4
Exiſtens in vtero ad commodum tertij non habetur pro nato, ſecus ad ſui commodum, 2.17.25
Exiſtenti in vtero non confertur, 2.18.ibid.
Exempla non arctant regulam, 16.32.174
Exiſtentia ſui hæredis ſufficit ad confuſionem actionum ſecundum aliquos, ſed contrarium eſt verius, 11.43.114
Exodi locus expenditur, cap.2. num.44.28
Exiſtimatio rei fit vt res valet vnita, non diuiſa, 23.48.292
Expectandum non eſt, quid Romæ factum, ſed quid fieri debuit, 1.59.18
Expenſæ ſoluendæ ſunt ab eo, à quo recipitur iuramentum calumniæ, cap.7.n.22.69
Expenſæ ſunt ſoluendæ ei, qui vtiliter negotium geſſit, 4.25.41
Expenſas generaliter debet, qui aliquid faciendum petit à iudice, cap.7.n.11.68
Expenſas debet ſoluere qui petit, quod cauſa remittatur Aſſeſſori, c.7.n.18.ibid.
Expenſas debet ſoluere petens, vt carceratus cuſtodiatur, 7.17.ibidem.

Expoſitus

Expoſitus præſumitur legitimus, & non ſpurius, & ita poteſt ad ordines promoueri, 2.50.29
Expreſſum quod eſt lege, non eſt vlterius hæſitandum, 21.30.112
Expreſſio eius quod tacitè ineſt plus operatur in ſubſtitutionibus, c.6. num.5.57
Expreſsè dicitur conſtare, quod colligitur ex verbis diſponentis, c.30. num.89.406
Ætas certa non eſt diffinita ad ſummum Pontificatum, 29.21.385
Ætas non præbet impunitatem, 20. 57.243
Ætas pupillorum infirma appellatur à Iureconſulto, 19.1.216
Ætas triginta annorum completa, licet requiratur ad Epiſcopatum, poteſt adultus, ſeu minor habere Epiſcopatum in adminiſtratione, 9.17.94
Extraneus petit reſtitutionem pro minore ſi dubitatur de mandato, 25.77.331
Euentus litis dubius eſt, c.25. n.52. 327
Euidenter dicitur conſtare, de quo conſtat per coniecturas, cap. 30. n.9.393

F

FActum non dicitur dum aliquid ſupereſt agendum, 9.7.92
Facta in occulto ſuſpicione non carent, & teſtamentum nocte factum ſine ſufficiente luce ad cognoſcendum teſtatorem, & teſtes, præſumitur dolo factum, 8.39.84
Facultas adeundi hæreditatem, non facit quem locupletiorem, 8. 2. 79
Facultate obtenta ad faciendum maioratum in vno ex filiis, poteſt fieri in exiſtente in vtero, 4.7.39
Facultatem habens inſtituendi maioratum, poteſt vti ea in fauorem filij ſpurij ſub conditione, ſi capax fuerit, & legitimetur, 4.32.43
Factum nocte proprie, dicitur factum in die, 8.35.83
Facultas faciendi aliquid libero arbitrio, non præſcribitur, 30. 24. 396
Facultatem habens inſtituendi maioratum in vno ex filiis, an poſſit facere in filia omiſſo maſculo, 3 68.35
Facultas apprehendi conceſſa per teſtatorem operatur, ſi teſtator rem legatam poſci debeat tempore mortis, vel teſtamenti, 5.38.54
Facultate capiendi propria authoritate conceſſa ab inſtituente maioratum, antequam apprehendat vocatus, poteſt inſtituens reuocare maioratum, & clauſula tradidit, dedit, ceſſit, operatur, licentiam capiendi propria authoritate, & quid ſimul ſit clauſula conſtituti, cap.5. n.36. ibid.
Facultas duobus conceſſa, non cenſetur vni data, 2.34.27
Falſitas vt puniatur requiruntur duo, & dolus, & damnum tertij, & quid in re modica, 8.42.84
Familia regulariter extenditur vſque ad quartam generationem, & non vltra niſi hominis diſpoſitio aliud ſuadeat, 1.46.13
Familiaris, & coniunctus præſumitur, ſcire facta coniuncti, 19. 9. 217
Faſcinationis cauſa, quæ ſit, 1.28.10
Fauor Eccleſiæ præfertur fauori dotis ſi agatur directe de Eccleſiæ vtilitate, 21.17.257

Fœtus ſi ſit animatus, nec ſuperſit aliud remedium ad ſanitatem poteſt vti remediis curatiuis morbi, & experiri anceps remedium curatiuum pro ſpe ſalutis c.9. n.28. limita vt num.ſeq.95.

Fœtu vno cum duo naſcuntur, & ignoratur, quis eorum prior natus fuerit, vt ſuccedat in regno, vel maioratu, quid ſit agendum diſcutitur, cap.12.num.13.& 29. 121.&123

Fœmina deſcendens per virilem ſexum eſt agnata, 30.98.408

Fœmina dicitur clariſſima, quandiu Senatori nupta eſt, vel ab eo ſeparata alij inferioris conditionis non nupſerit, 1.14.5

Fœmina deſcendens, vt obtineat in ſucceſſione, ſufficit quod diſpoſitio ſit dubitabilis, 30.88.406

Fœminæ habentes iuriſdictionem ſi nubant adminiſtrant viri, cap.30. num.60.401

Fœminæ prohibentur iudicare, c.30. n.62.402

Fœminæ ſunt capaces iuriſdictionis, etiam habentis dignitatem, c.30. n.59.401

Fœmina non poteſt eſſe arbiter, cap. 30.n.61.402

Fœminæ non eliguntur ad munera publica, 30.58.401

Fœmina agnata ſi nubat agnato an eius filius præferatur agnatis proximioribus, 30.49.409

Fœmina etiam poſt 25. annum eſt in virilitate, & quæ vocatur virago, 30.57.400

Feſtiuitas Incarnationis Domini, eſt maxima, ex qua neceſſario ſequenda erant omnia redemptionis myſteria, c.1.n.9.5

Fictiones duæ concurrere non poſſunt circa idem, vt nec duæ ſpecialitates, c.2.n.16.25

Fideicommiſſum poteſt relinqui ſub conditione aſſumendi nomen honeſtum, 13.23.138

Fideiuſſor tutoris non poteſt petere, quod tutor eum eximat à fideiuſſione, 19.64.229

Filius non dicitur vna perſona cum matre, ſecus autem cum patre, 30.74.403

Filio Regis homagium præſtatur, viuo patre, 12.40.127

Filius ſuus reſpectu eorum quæ ſibi vtilia ſunt hodie iudicatur eo iure, quo tempore duodecim tabularum, 11.46.114

Filius præſumitur illius, in cuius poſſeſſione filiationis reperitur, 22.2.170

Filius eo tempore natus, quo poſſit eſſe ſecundi viri eſt adiudicandus vni vel alteri ex ſignis naturalibus, ſecundum Philoſophorum, & peritorum iudicium, & ſi apparere non poſſit ſecundo viro eſt adiudicandus, & num. ſequent. 12.5.118

Filiatione probanda non eſt ſtandum aſſertioni matris, licet non modicam præſumptionem faciat: Patri tamen non creditur, niſi præſumptione matrimonij in preiudicium filij, vel alterius, 12.11.120

Filio nato ex coitu cum dæmone ex ſemine per eum transfoſſo, & immiſſo in mulieris matrice, quid de eo dicat Diuus Auguſtinus, 12. 12.121

Filij licet ſtatutum ſit, quod ſequantur ventrem, ſequuntur honorem patris, & ciuilitatem, 1.13.5

Filius emancipatus exhæredatus cum non poſſit adire, quia ei non eſt delata

delata hæreditas ei ſuccurritur, 14.30.153

Filij emancipati, & deſcendentes à matre hodie reputantur, vt ſui nulla introducta differentia, ſiue ex maſculis, ſiue ex fœminis deſcendant, 14.32.ibid.

Filij aſſimilantur parentibus, & de triplici ſimilitudine ſpeciei ſexus, & faciei,& de earũ cauſa, 1.22.8

Filij ob delictum paternum legibus ſæculi notantur infamia, 1.49.14

Filij non priuantur beneficiis obtentis ante parentum delictum, 1.60.19

Filij poſt delictum nati an afficiantur damno 1.56.17

Filij, & ſi concepti ſint poſt delictum paternum, non ex eo ſequitur, quod imitatores patris exiſtent, 1.54. ibid.

Filij poſiti in conditione cenſentur, vocati vbi habetur ratio conſeruandæ agnationis, 35.127.417

Filij puniuntur ob delictum paternum ad arcendos parentes à delictis, c.1.n.55.17

Filij officialium,& miniſtrorum Regis ſunt aliis præferendi in officio patris ſi idonei ſint, 16.5.171

Filij non poſſunt accuſare matrem ſuppoſiti partus, poterunt tamen ciuiliter agere de intereſſe, vt poſſeſſionem recipiant, 8.54.86

Filij ex Matrimonio putatiuo, quoad omnia iuris miniſteria, legitimi reputantur, 3.7.33

Filij ex matrimonio putatiuo, patre ignorante, ſuccedunt ſecundum Accurſium, 3.4.ibid.

Filij ex matrimonio putatiuo, excludunt alios filios legitimos veri matrimonij, 3.8.ibid.

Filij non poſſunt eſſe pro parte legitimi,& pro parte illegitimi, 3.5. ibidem.

Filia ex matrimonio putatiuo, ſuccedit in maioratu, 3.6.ibid.

Filius potius præſumitur naturalis, quam ſpurius 7.49.73

Filius ſuus hodie iudicatur eodem iure quo cenſebatur tempore duodecim tabularum, quoad ſui commodum, 2.31.27

Filiusfamilias hodie obligatur ex omni contractu, præter mutuum in bonis, in quibus pater non habet vſumfructum, 22.18.273

Filij ob delictum paternum cauſatiuè fuerunt puniti,& referuntur plura loca Sacræ Scripturæ, 1.61.19

Filij & nepotes non concepti aliquando comprehenduntur in diſpoſitione fauorabili, 1.61.ibid.

Filius cuius mater eſt grauida interim, ſolum admittitur ad quartam hæreditatis, 6.16.59

Filiusfamilias quando nequit obligari ſine conſenſu patris, nec eius fideiuſſio tenet, 22.24.273

Filiusfamilias non poteſt donare cauſa mortis, 22.17.ibid.

Filiusfamilias pro debito incarceratus, ſi ob ceſſionem bonorum ſit tradendus creditoribus, eſt tradendus patri, vt ei ſeruiat, 22.19. ibidem.

Filij nati, vel concepti ante dignitatem patris, ſicut non gaudent eius priuilegiis, ita nec pœna ſubſecuti delicti tenentur, 1.20.7

Filij ſequuntur ventrem quoad ſtatum, quia mater ſemper certa eſt, 1.15.5

Filius poteſt retinere maioratum, licet mater in vita, vel morte dicat non eſſe filium mariti, 8.57.87

Filiorum appellatione continentur poſthumi; exceptis certis caſibus, 6.24.60

Filio extracto ſecto ventre à ventre matris iura tribuunt poſſeſſionem bonorum, & in eam transeunt iura, quæ competunt aliis filiis ordine naturæ natis, 10.6.99

Finis diſpoſitionis attenditur, 30.105.410

Fiſcus licet aduerſarium trahat ad ſuum iudicem curia cognoſcit, ſecus eſt in Clericis, 21.62.261

Forma à lege præſcripta in cuſtodiendo partu, & denunciando inter eſſe putantibus, ſi non ſeruetur, poſſunt reclamare ex defectu formæ, cap.8.n.10.81

Fortior eſt coniectura, quæ ſumitur ex diſpoſitione hominis, quam ex lege, 30.91.406

Fortior eſt præſumptio ex nomine familiæ, quam ex nomine proprio, 13.8.134

Fraus & colluſio probatur, eo ipſo, quod victus non curauit iura deducere fauorabilia, 20.55.243

Fructus rei legatæ medij temporis ad legatarium pertinent, nec hæres prætextu bonæ fidei à reſtitutione defenditur, c.18.n.46.205

Fundos confines habere noſtra intereſt, 28.47.367

Freneticus non poteſt teſtari, 32.19. ibid.

Furioſus nullum negotium gerere poteſt, licet fari poſſit, infantes tamen cum tutore poſſunt, 14.10.150

G

Gallus Aquilius nihil noui induxit, ſed ſolum declarauit, quomodo ſecundum ius fieret inſtitutio, nec tamen fuit inutile conſilium, 14.12.ibid.

Geſta quæ contra fas ſunt fructum calliditatis obtinere non poſſunt, cap.3.n.14.34

Gloria & dignitas filiorum chara eſt parentibus, 1.40.12

Gloſſa, l. tale pactum expenditur, vt præferatur deſcendens ex filia agnata, quæ nupſit agnato remotiori, c.30.n.103.410

Grauamen in unctum aliquibus nomine proprio, non extenditur ad liberos, 13.56.144

Grauatus portare arma, poterit ea deferre mixta cum aliis, 13.35.140

Grauida mulier, quæ mittitur in poſſeſſionem, ventris nomine erit in ea, quouſque pariat, aut aborſum faciat, etſi poſthumus fuerit melioratus, venter mittitur in poſſeſſionem, & ei competit remedium, l. fin. de edicto Diui Adriani, 2.65.31

Grauidam eſſe ſi mulier neget, quia velit diſſimulare ſe prægnantem debet inſpici petentibus conſanguineis, 7.6.67

H

Hæreditas deſcendentis non adita per aſcendentem, non transmittitur ad eius hæredes, & quando tranſmittatur, 2.5.23

Hæreditas non addita, quæ tranſmittitur ad hæredes potentia ſuitatis tranſit ad exiſtentem in vtero, 2.5. ibid.

Hæreditas reſtituitur infanti, qui fari non poteſt tutore authore, 15.27.161

Hæres

Hæres tenetur ſatiſdare ſubſtituto, vt & fideicommiſſario, 20.99.249
Hæres inſtitutus ſi adierit credens, non eſſe prægnantem viduam, & poſtea aborſum fecerit mulier, additio præcedens nullius eſt momenti, 2.14.24
Hæreditatis aditio cum conſiſtat in animo, non permittitur infanti, ſed patri in cuius eſt poteſtate, 14.27.152
Hæres impeditur mitti in poſſeſſionem, ex diſpoſitione l. fin. Cod. de edicto Diui Adriani ſi fideicommiſſarius ſit paratus docere incontinenti de iure ſuo, cap. 2. num. 55.30
Hæres minoris reſtituitur intra quadriennium à die aditæ hæreditatis aduerſus ea, in quibus minor fuit læſus, 79
Hæres poteſt cogere cohæredem ad redimendam ſuam partem, 23. 31.288
Hæres ſi adiuit cum beneficio inuentarij, acquirit dominium renocabile, 11.42.113
Hæres ſuus vbi eſt, nunquam iacet hæreditas, 12.26.123
Hæres ſi grauatus ſit reſtituere fideicommiſſario vniuerſali non confunduntur actiones, 11.37.113
Hæres vnus vendentis cum pacto de retrouendendo, poteſt vti pacto, & redimere, 23.30.228
Hermaphroditus ſi contrahat in ſexu à ſe electo iureiurando adſtringitur, ne alio vtatur, 11.48. 114
Hermaphroditus non poteſt religionem ingredi Monachorum, nec Monialium, 11.51.ibid.
Hermaphroditus ſi vt maſculus contraxerit mortua vxore, non poterit in alio ſexu contrahere, licet Thomas Sanchez contrarium teneat, 11.49.ibid
Hermaphroditus non admittitur ad ordines, 11.52.ibid.
Hermaphroditus ſi frigeſcat in ſexu quo prius contraxerat, & finito matrimonio alter ſexus coaluerit, & continere nequeat conſulendus eſt Pontifex, qui poterit ei licentiam indulgere contrahendi in alio, 11.50.ibid.
Hermaphroditus admittitur ad ſucceſſionem, quia teſtamenti factionem actiuam, & paſſiuam habet, nec comprehenditur in ſtatu prohibente fœminam contrahere ſine conſenſu propinquorum, c. 11. num. 1.109
Hermaphroditus iudicatur maſculus, vel fœmina iuxta ſexum, in quo præualet, 11.3.ibid.
Hermaphroditus electo ſexu, non poteſt eo abuti vtendo alio, 11. 20.110
Hermaphroditus præualens in maſculino ſexu, poteſt eſſe teſtis in teſtamento, 11.12.109
Hermaphroditus in ſexu quo præualet poteſt contrahere matrimonium, c. 1. n. 4. 4
Hermaphroditi conſcientiæ, & dicto ſtatur quando iudicio medicorum, non poteſt diſcerni quo ſexu præualeat, 11.19.110
Hiſtoria in ipſa ſuccingi, & ante hiſtoriam effluere reprehenditur, cap. 1. n. 2.4
Hiſtriones, & mimi etiam pupilli lucrantur ſuis operibus, 20.97.249
Hodie in noſtra Hiſpania iuſſus dare aliquid annuum pro vita alicuius poterit dare cenſum vitalitium, c. 16. n. 109.183

Homo

Homo dicitur ex quo anima carni infunditur, & quo tempore id contingat, c.6.n.30.61

Hominis diffinitio vera traditur, 1.1.3

Homo dicitur quis ab exiſtentia in vtero matris, 1.1.ibid.

Homo conſeruatur per ſucceſſionem liberorum in ſpecie, & per eam fieri immortalem dicitur, 1.22.8

Hominis partus quare inter ſe diſſimiles ſint, vt apparet in hominum faciebus, 1.26.10

Hyppotheca competit pro donatione propter nuptias, 22.37.275

I

IDentitas perſonæ probatur ex nomine & cognomine, 13.59.144

Incorporalium iurium ceſſio idem operatur, quod traditio rerum corporalium, 31.91.440

Infante nato curandum eſt, quam cito eum liberare à labe originali, per ſacrum baptiſma, & ob periculum lamiarum, 13.6.133

Infans vſque ad ſeptem annos, nec rationabiliter, nec cum iudicio fatur, 14.n.7.149

Infans appellatur anniculus, 14.5.ibid.

Infans dicitur, non fans, ſeu loquens, vel impos fandi, 14.1.ibid.

Infans dicitur exiſtens in vtero, 14.2.ibid.

Infans dicitur naſcendo, 14.3.ibid.

Infans olim hodie non præſumitur, quia tractu temporis mutatur infantia, 14.45.155

Infantes dicūtur ſenſu carere, & non habere intellectum, & non multum à furioſis diſtare, 14.8.150

Infantes in iure furioſis æquiparantur, 14.9.ibid.

Infanti acquiritur poſſeſſio ſi ei ſit tradita, ſi infans ſit alicuius intellectus, 14.20.152

Infans etiam ſine tutore habet acquiſitionem rerum modicarum ſuę notitiæ, & affectui congruentem, 14.11.150

Infantis, & ſi nullum iudicium ſit, mente tamen integer eſt infans, 14.12.ibid.

Infantes quod acquirere poſſint tutore authore non cadit in dubitationem, 14.15.151

Infanti facilius conceditur poſſeſſionis acquiſitio, in qua ſolus affectus ſufficit, quam ſtipulandi poteſtas, 14.22.152

Infans amittere non poteſt poſſeſſionem in eum tranſlatam miniſterio legis, 14.24.ibid.

Infans non poteſt citari, 16.76.178

Infans ſi ſolus citatus fuerit, licet compareat tutor, & cauſam defendat, non validatur proceſſus, nec infanti currit tempus, 16.82.179

Infantis opera, non eſt in conſideratione, 16.90.180

Infans ſi aliquid perdiderit, non punitur, 16.89.ibid.

Infans pro delicto non punitur, 16.87.179

Infans ſi ſit doli capax poteſt puniri in aliquo caſu, 16.88.180

Infantibus, & amentibus, non adminiſtratur Sacramentum vnctionis, 16.128.185

Infantis dictum, quam probationem faciat, 16.85.179

Infanti non quæritur per ſententiam, 16.86.ibid.

Infans

Digitized by Google

Infans non poteſt teſtificari, nec factus maior poteſt ferre teſtimonium de illis, quæ vidit in infantili ætate, 16.83. ibid.
Infans rebaptizatus, non fit irregularis, quia irregularitas non incurritur pro culpa, 16.112.183
Infantes non poſſunt excommunicare, nec excommunicari, 16.113. ibidem.
Infans expoſitus alitur ab Eccleſia, vel à communitate, 16.91.180
Infanti Sacramentum Ordinis non adminiſtratur, 16.126.185
Infans non incurrit irregularitatem, 16.111.183
Infantibus non permittitur Euchariſtiam ſumere, ſed ſi de facto eis detur Communio, recipiunt gratiam, 16.118.184
Infantibus aliquando acceleratur malitia, 16.117.ibid.
Infantes tempore interdicti non ſepeliuntur in Eccleſia, 16.116. ibidem.
Infans in Baptiſmo patrinus eſſe non poteſt, 16.120.ibid.
Infantes licitè admittuntur ad clauſtra monialium, 16.115.183
Infans patrinus poterit poſtea matrimonium contrahere cum baptizata, ſecus erit ſi tempore quo eam leuauit à fonte erat doli capax, 16.121.184
Infantes poſſunt emancipari, ſed reſcripto Principis, debet fieri præſente, vel abſente infante, 16.23.174
Infans poteſt eſſe decurio,& de conſilio,& caput collegij, non tamen officium exercere, 16.22.173
Infans poteſt de feudo inueſtiri, ſine diſtinctioné infantilis ætatis, 16.n.1.170
Infans poteſt fieri miles, & habere militis ſtipendia, 16.3.ibid.
Infantes ſi contrahant ſponſalia, & adueniente ſeptennio per conſenſum continuum perſeuerauerint, ratificantur modo ſciant defectum ſponſaliorum, 15.15.159
Infantes poſſunt ſponſalia contrahere, ſi malitia ſuppleat ætatem, & vſus rationis acceleretur, 15.50. 164
Infans non poteſt in iudicio adeſſe cum curatore,& quare, ſed contra num.ſeq. 15.48.ibid.
Infanti datur actor, & quis dicatur, ſed veriùs eſt, quod ei datur curator iure canonico, 15.49.ibid.
Infans licet loquatur interpretatione iuris habetur, ac ſi non loqueretur, 15.21.160
Infans non poteſt ſtipulari, licet fari poſſit, 15.20.ibid.
Infantes per quamlibet ſtipulationem non obligantur, ſed eis queritur obligatio, 15.23.ibid.
Infans quod articulate fari poſſit ſufficit, vt conditio impleatur, 15.6.158.
Infans poteſt nobilitari à Principe, 16.67.177
Infans à nullis inſtructus, vel lactatus, & alitus à nutrice muta, ſecundum aliquos loquetur lingua Hebraica, 15.12.159
Infantes cum primum loquuntur cibum, & potum vocant, dicendò, Papas, ac Babas,& matrē, Mamas, ac patrem, Tatas, quæ nomina ſunt Hebraicæ linguæ, 15.13.ibid.
Infantes hæredes poſſunt petere in integrum reſtitutionem ex clauſula generali, ſi qua mihi, & ad adeundam hæreditatem fratris ſororis, vel aliorum, 15.10.ibid.

Digitized by Google

Infantibus editis nuper in lucem, nullum penitus contrahitur ſomnium, ſed plurimis anno circiter quarto, & quinto, 15.2.158
Infantem fari, & aliquem intellectum habere poſſe in quarto, & quinto anno, ſentiunt aliqui, 15.1.ibid.
Infans poteſt adoptari, 16.61.177
Infans non poteſt arrogari, 16.62. ibidem.
Infanti de iure beneficium, conferri non poteſt, quia nec ordinari, 16.68.ibid.
Infans poteſt ordinari ex diſpenſatione Romani Pontificis, & ei conferri beneficium, & qualiter expediantur literæ, 16.69.178
Infans in ſpiritualibus nequit in iudicio comparere, ſed ei eſt dandus curator ad litem ab Epiſcopo, 16.74.ibid.
Infans vt poteſt emancipari, ita & legitimari, 16.58.177
Infantes aliqui triennio verba perceptibilia proferunt, 15.4.158
Infantiam excedens ſine dubio acquirere poſſunt, 15.25.160
Infantia durat vſque ad ſeptem annos completos, 14.6.149
Infantia dicitur à natiuitate propriè, 14.4.ibid.
Infantili ætate communiter adminiſtratur Confirmationis Sacramentum, 16. 122.185
Infirmis amentiam patientibus, an detur Euchariſtia ſi exiſtant in articulo mortis, 16.119.184
Ignorans ſe filium habere, ſi alium hæredem inſtituat, non valet inſtitutio, etiamſi ſit miles, 2.24.26
Ignorans actus defectum non poteſt illum ratificare, 22.52.277
Illatio non fit ex diuerſis, 71.21.164
Illicitum faciens, ex quo veriſimiliter poteſt ſequi illicitum tenetur, 9.16.94
Imaginatio quamuis multum operetur, non tamen poterit naturæ leges abrumpere, 1.33.11
Imaginatio ſicut corpus, & faciem cogitantis immutat ſic in conceptum ſemen vim ſuam confert ſecundum aliquos, 1.23.9
Imaginationem ſic extolli poſſe aliqui exiſtimarunt, vt non ſolum in proprium corpus, ſed etiam in alienum agere queat 1.27.10
Immobiles res minorum ſi tractu temporis deteriores fiant, adito Præſide ſunt vendendæ, 23.43.292
Immoderate geſtum non admittitur in contractibus, 30.26.396
Immunitas quæ poſteris data eſt ad eos, qui ex fœminis naſcuntur non pertinet ex ſubiecta materia, c.30.n.75.404
Immunitas conceſſa alicui ex quo exercet aliquam artem illa non gaudet, niſi maiorem partem ſuæ ſubſtantiæ in ea habeat, 11.10.109
Imperium Romanorum fuiſſe auctum propter optimas leges, 23.10.284
Imprudentibus etiam maioribus in delictis parcitur, 20.64.244
Impuberes nequeunt pro ſuſpectis accuſare tutores, 22.6.271
Impuberes ſolent generare, & procreare filios, 20.92.248
Impuberis opera conſiderantur in fructibus reſtituendis, 20.96.249
Impubes tabellio eſſe prohibetur, 20.106.250

Impube

Impuberes ſi contraxerint matrimonium, & filios procreauerint, euaneſcit pupillare teſtamentum, 20.93.249

Impuberes doli capaces, licet reſtituantur poſſunt diſponere in vita de bonis, & ſic in morte per teſtamentum ſi princeps tollat impedimentum iuris, 20.84.247

Impuberes poſſunt per ſtatutum habilitari ad teſtandum, & de licentia Principis, 20.78.246

Impuberes non doli capaces, & amentes arcentur à teſtificando ſine culpa ſua, 20.16.239

Impuberes facillimè decipiuntur in contractibus, & ita in iuramentis eos confirmantibus, 20.5.237

Impenſæ alimentorum infantis expoſiti non repetuntur ab Eccleſia, nec à conſanguineo, ſeu diuite nobili, 16.92.180

Incertum dicitur, quod nec à natura, nec ab homine habet certos fines, & quod probari non poteſt, vel quod non apparet, 12.14.221

In computatione annorum non attenditur tempus quo quis eſt in vtero, quia ætas à natiuitate numeratur, 7.69.76

Indicia ſumpta ex actis infantis ſunt in magna conſideratione, 16.70.178

Indicium ſumitur ad torturam ex mutatione coloris, & aliis circunſtantiis, & argumentis deductis ex vultu, dolore, vel alacritate cordis, 1.24.9

Inæqualitas toleratur in contractibus propter diuerſam rationem, 3.17.34

Initium maximè eſſe ſpectandum quoad ea, quæ ex initio neceſſario ſequuntur, 1.8.4

In impugnatione teſtamenti hodie eſt differentia ſui, & emancipati, & in acquiſitione vſusfructus, 14.33.153

Interdicto populo non comprehenduntur infantes vſu rationis carentes, 16.14.173

Interpretes (vulgo lengua) nominatus à Principe, vel à Republica pro interpretandis exterorum linguis iurat ab initio officij, & ſufficit ad omnes actus, 15.32.161

Inſpectio oculorum, quæ fit ex officio fit expenſis vtriuſque partis, 7.23.69

Inſtitutio facta ab auo, quando dicetur facta in nepote contemplatione filij, vt vitietur, 5.15.51

Inſtitutus, vt non poſſit adire ſufficit, quod credat prægnantem eſſe vxorem, 2.12.24

Inſtitutio facta de naſcituro tempore, quo iam natus ruri erat ignorante teſtatore ſuſtinebitur, 8.60.88

Inſtitutor non poteſt excludere fœminas, etiam moniales in maioratu inſtituto ex poteſtate, l. 27. Taur. c. 30. n. 122.415

Inſtitutor ſi diſpoſuerit expreſſe, quod quotieſcumque ſucceſſio ad cognatam fœminam deuenerit filij, & deſcendentes eius maſculi ſuccedant excluſis fœminis cenſebitur reiterata ea agnatiò artificialis, 30.119.414

Inſtitutor maioratus ſi vocato nepote ex filia, vel alio conſanguineo cognato, in cuius filiis voluit conſeruare agnationem, an reiteretur ratio agnationis in eius deſcendentibus, 30.117.413

Digitized by Google

Inſtitutor maioratus ſi vltra filios vocauit maſculos in aliis perſonis, & gradibus in eis cenſebitur agnationis ratio conſiderata non vltra, 30.84.405
Inſtitutor maioratus ſi ad vocationem maſculorum potuit moueri alia ratione, quam agnationis non inducitur, 30.83.ibid.
Inſtitutor ſi non excludat fœminas, ſed vocauit filios ſuos maſculos non cenſetur maioratus agnationis, ſed maſculis prælatio tributa, 30.82.ibid.
Inſtitutores maioratuum ex facultate regia poſſunt excludere fœminas, 30.78.404
Inſtrumentum quo quis ſe ſubmiſerit auditoribus Cancellariæ exequitur ab eis, 21.59.261
Interpretatio plenior fit in teſtamentis,& legatis, 30.8.393
Interpretatio in dubio eſt facienda pro maſculo, 30.77.404
Iudicamus idem de principio principiante, quod de iis quæ ex principio ſequuntur, 1.7.4
Iudex ſi in ſententia deficiat in declaratione pœnæ poteſtas legis in reum exercebitur, 23.6.284
Iudicio citans alterum cenſetur eum habilitare,& legitimare, limita vt ibi, 21.66.262
Iudicis arbitrio eſt locus in his, quæ non ſunt à iure diſpoſita, 23.8.284
Iudices tenentur ſi non acceperint idoneam cautionem, 19.60.228
Iudices creantur in virilitate, & appellantur boni viri, 30.17.395
Iudex præſumitur iudicaſſe, vt bonus vir, licet habuiſſet facultatem iudicandi pro ſuo libero arbitrio, 30.19.ibid.
Iudex non debet eſſe clementior lege, 23.5283
Iudices excuſantur ſi probant, quod tempore datæ tutelæ, erant fideiuſſores, 19.61.228
Iudex debet curare tempore inuentarij, ne ſecreta pandantur, 19.49.226
Iudex debet curare, & prouidere vt pupillus tuto loco moretur,& ſine ſuſpicione alatur, & vitandi ſunt, qui pudicitiæ animæ bonis moribus, vel matrimonio pupillæ poſſunt inſidiari, 19.6.217
Iudices ſæpe contra ius ſententias proferunt, 2.11.24
Iudex ſi motu proprio aſſumat conſilium aſſeſſoris, expenſæ ſunt communes partium, 7.19.68
Iudex vbi res eſt difficilis probationis, non debet euidentiam facti expectare, ſed humanam certitudinem, 12.7.119
Iudex ſi poteſt iudicare, vt arbiter, & arbitrator præſumitur, vt arbiter, 11.16.110
Iudicium cum infante agitatum, nullum eſt, 16.78.178
Iudex ſi ponat cuſtodes carcerato in caſu neceſſario, ſoluendæ ſunt expenſæ de bonis condemnati, 7.24.69
Iudex motu proprio non poteſt concedere reſtitutionem, 25.36.325
Iudex habitationis pupilli poteſt interponere decretum ad alienanda bona alibi ſita, 19.11.217
Iudices debent vtriuſque partis commoditati conſulere, 21.53.260
Iudicio contrahitur ad effectum, vt partes in eo cogantur perſeuerare, 15.42.162
Iudicium cum filiofamilias ſine conſenſu

ſenſu patris in fauorem valet, 20. 37.241

Iudicium agitatum cum pupillo abſque tutore, vel non legitimè conſtituto, eſt nullum, 20.28.240

Iudicium poſtremum vxoris maritali ſermone prouocare non eſt prohibitum, & quid ſi faciat importunis precibus, 32.16.ibid.

Iudiciis aſtrorum tantum licet vti ad cognoſcendum corporales effectus, vt tempeſtatem, ſerenitatem aeris, ſanitatem, infirmitatem corporis, vbertatem, & ſterilitatem frugum, vel ad nauigandum, ſeu ad ſeminandum, 13.70.146

Iudicari quando aliquid poteſt ſecundum minus, & magis, potens attenditur quod magis eſt potens, ſi vtilius eſt ventri, 2.63.31

Iuramento minoris, firmantur contractus aliàs nulli, 22.28.274

Iuramento apponi ſolito, quid à notariis, & de hypotheca omnium bonorum apponi ſolita, & de clauſula peto iuſtitiam, 19.33.221

Iuramentum in litem quod defertur pupillo, quia non iurat defertur tutori, 30.19.395

Iuramentum non eſt de ſubſtantia feudi, quia magis habet naturam beneficij, quam contractus, 16.2.176

Ius ciuile curam illuſtrium, & clariſſimarum perſonarum ad Senatum Principis volunt pertinere, qui Principem repreſẽtat, 16.17.173

Ius diœceſanum probatur ex eo, quod oleum oliuarum ab Epiſcopo conſecratum, quæ eſt materia Sacramenti Vnctionis miniſtratur, & diſtribuitur in parochos, 16.135.186

Ius ſuperioris cenſetur exceptum in omni diſpoſitione, 20.90.248

Ius recuperandi poſſeſſionem propria authoritate non poteſt cedi, 13.34.288

Iura qui conſtituerent ex iam viris factis eligebantur, 30.12.393

Iuris peritus licet ſit expertus in iuris practica non ob id eſt in mercimoniis, & valore rerum, 25.13.322

Iura vbi non compatiuntur, non poſſunt ab eadem perſona exerceri, 11.31.112

Iuratur in litem contra tutorem, qui non fecit inuentarium, 19.57.227

Iura plura vbi conſolidantur in perſona vnius, poteſt ſolus facere quod plures, 11.28.112

Iura ſuitatis reſeruantur in tempus naſcendi, & natus poſt mortem patris eſt ſuus, licet non fuerit in eius poteſtate, 4.60.46

Iure Romanorum officium tutoris erat gratuitum, licet egente tutore, daretur ei ſalarium, 16.21.173

Ius reale an oriatur ex pacto de retrouendendo, 23.38.288

Ius ſi fuerit reſeruatum parti in curia per ſententiam, quando debeat audiri in ea, ſuper iure reſeruato, 21.51.260

Iuuenes proprie dicuntur, poſt adoleſcentiam, 30.3.392

Iuuenis nomen Iureconſultos aliquando pro adoleſcente ſumi, ait Scardi, 30.2.ibid.

L

LAtrunculi non acquirunt dominium, & bona ab eis capta ſunt reſtitu

reſtituenda vero domino ſine pretio, 4.29.42
Legato reipublicæ relicto qualiter fiet computatio ad falcidiam, & trientes vſuræ, quæ ſint, 16.99.181
Legata præſcribuntur etiam cum mala fide, ſi adſit ſcientia legatarij, 16.48.176
Legatum non quæritur irreuocabiliter, ita vt non poſſit legatarius nolle legatum, 16.49.ibid.
Legatum vſusfructus tranſit in legatarium à morte teſtatoris directè, 16.50.ibid.
Legatum relictum ſub conditione, ſi velit legatarius requirit declarationem voluntatis legatarij, 16.51. ibid.
Legatum non acquiritur legatario effectualiter, niſi præuia animi declaratione, 16.47.ibid.
Legatum ante acceptationem tacitè quæritur legatario, licet poſſit illud repudiare, & ei quæritur legati emolumentum, 16.44.175
Legatarius ſi repudiauerit legatum retro hæredis fuiſſe intelligitur, 16.45.176
Legata quorum dies ceſſit viuo legatario, quæ tranſeunt ad hæredes, tranſeunt ad exiſtentes in vtero, 4.9.39.
Legatum relictum nepoti, qui viuat, tempore mortis teſtatoris debetur exiſtenti in vtero, 4.8.ibid.
Legatum filiis relictum debetur ei, qui tempore teſtamenti erat in vtero, ſiue naſcatur viuo teſtatore, ſiue eo mortuo, 4.6.ibid.
Legatum pro dote, eſt pium, maxime, ſi relinquatur pauperi, 4.5.ibid.
Legatorum validitas hodie non pendet ab inſtitutione, & ſine ea ſuſtinetur teſtamentum, 5.33.54
Legata ſunt ſumenda de manu hæredis, 5.34.ibid.
Legatum alicui relictum, quandocumque liberos habuerit ſi decedat, vxore prægnante cenſetur impleta conditio, 4.52.45
Legatum relictum ſi mulier pepererit, & ea mortua filius extractus ſit non debetur legatum, 10.9.100
Legatum ſi relinquatur alicui propinquo cenſetur ratione ſanguinis, 5.13.50
Legitimatus Principis reſcripto excludit à ſucceſſione conſanguineos præter filios legitimos, 20.88.247
Legitimatio fit à Principe, & ab alio de eius commiſſione expreſſa, 16.60.177
Lex quamuis iuſte ſit lata, ſi in aliquo particulari caſu appareat iniuſta, non eſt ſeruanda, 20.81.246
Legis verba in odioſis, & pœnalibus ſunt ſtrictè intelligenda, 9.4.92.
Legis prouiſio vltra ius commune non extenditur vltra illud, quod lex exprimit, 23.4.283
Lex quod non dixit, non eſt nobis inuentionibus inducendum, 3.25.35
L. fin. C. ſi maior fact. alien. ratam habuer. procedit licet contractus ab initio ſit nullus, 22.47.276
L. inuiti, ff. de teſtib. intelligitur, vt loquatur de infantiæ proximis, ſecus de proximis pubertati, 20.10.238
L. ſi ita expreſſum 69. de condit. & demonſtr. intelligitur, & l. ſi ita legatum 65. §. ille ſi volet, de leg. 1. 16.43.5.& 13
L. hæreditatum ad l. falcid. procedit in

In caſu quo loquitur, 16. 105. 182
L. cum Titio 55. ad l. falcid. procedit in legato particulari, 16.98.181
L. iubemus, in fin. C. de emancip. liber. quæ requirit conſenſum abſentis emancipati declaratur, 16. 27.174
L. vnic. C. de filiis officialium intelligitur, 16.6.171
L. ſeruum, ff. rem pup. ſaluam fore intelligitur, 15.20.159
L. fin. §. pupillus, de verb. oblig. intelligitur, 15.24.160
L. ſeruum, ff. rem pup. ſatuam fore, loquitur de eo, qui exceſſit annum ſeptimum, & ſic infantiam, ſecundum Montan. 15.26. ibid.
L. 1. §. fin. de rebus eorum expenditur, 23.9.284
L. quod ab initio, ff. de reg. iur. expenditur, & intelligitur, 22.47.276
L. codicillis, §. fin. de leg. 2. expenditur, 19.56.226
L. curabit, Cod. de actión. empti, intelligitur, 23.11.284
L. 2. C. de pignorib. non habet locum in obligatione camerali, 21. 84. 265
L. 4. C. de iniuſt. rupt. & l. miles 11. §. mulier, ad Iul. de adult. expenduntur, 3.28.35
L. qui filiabus, 17. §. 1. ff. de leg. 1. declaratur, 4.3.38
L. in tempus, ff. de hæred. inſt. diſcutitur, 4.13.40
L. ſi cui ſimplicius, ff. de ſeruitutib. expenditur, 30.30.396
L. cum ratio, ff. de bon. damnat. intelligitur, 2.27.26
L. cum allegas, 4. C. de caſtr. pecul. lib. 12. expenditur, 15.26.160
L. fin. §. idem ſcripſerunt, ff. de bonis damnat. expenditur, 1.38.12
L. donatarum, C. de acquir. poſſeſ. loquitur in ſolo infante ſine tutore, 14.16.151
L. donatarum 3. de acquir. poſſ. expenditur, 14.14. ibid.
L. ſi quis filia, Cod. de inoffic. teſt. intelligitur, 14.41.154
L. non eo minus, C. de procur. non habet locum quando minor litigat contra minorem, 21.13.257
L. 1. C. de recept. arbitr. & l. 1. ff. eodem intelliguntur, 30.37.398
L. 3. C. de natur. lib. expenditur, 30. 104.410
L. 12. tit. 33. p. 7. expenditur, 12.31. 124
L. 2. tit. 21. p. 2. expenditur, 1.46.13
L. 27. Taur. intelligitur, 2.47.28
L. 45. Taur. intelligenda eſt in fauorabilibus, ſecus in præiudicialibus, 14.38.154
L. 47. Tauri, procedit quoad commoda filij, non quoad incommoda, & ſic non tollitur ſuitas, 14.36. ibid.
L. 47. Taur. expenditur qua filij velati pro emancipatis habentur, 14.35. ibid.
Lege regia ex donatione facta abſenti obligatur, quis abſque acceptatione, 4.49.45
Lex non fingit ſuper aliquo impoſſibili, 12.3.117
Lex non fingit vbi nulla ſubeſt cauſa neceſſaria, 1.19.7
Lex loquens de homicidio intelligenda eſt de homine in eſſe perfecto, 9.6.92
Lex 12. tit. 33. p. 7. difficulter ſuſtinebitur in ſucceſſione regni, 12. 32. 24
Lex reſeruat ventri iura ei competentia conditionaliter, 4. 66. 46
Lex ſi introducit aliquid faciendum certis

certis modis cenſetur dara forma, 8.12.81
Lex præſumptiua ceſſat conſtito, de veritate in contrarium, 20.80.246
Lex prohibens minoribus alienationem, & obligationem de liberatione etiam intelligitur, 22.61.279
Læſio ſi cauſata eſt curſu minoris temporis quadriennio ſolum datur tempus læſionis, 25.86.332
Læſum ſe dicere minorem non ſufficit, 25.27.323
Liberi à parentum ſucceſſione certo iudicio remouendi ſunt, 30.82.405
Liberorum cauſam fauorabilem, ſolum appellat Iureconſultus, & quare fauorabilior cauſa partus, 10.3.99
Libertatem potens dare ſeruo, ſi nominat eum filium liberum facit, 13.51.143
Licentia data ad obliganda bona minoris extenditur ad ea vendenda, ob debiti ſolutionem, 23.24.287
Licentiatus dicitur egregia perſona, 7.15.68
Licentia requiſita in contractu promiſsionis, non requiritur in actu ſolutionis, 23.25.287
Licet vt dirimantur non inermes, ſed experti ſunt eligendi, 30.16.394
Litium cauſa multi ad egeſtatem deducti ſunt, 25.47.327
Lite iam introducta precluditur via beneficij, 21.93.20
Litependente minor ſi omiſerit ponere exceptiones peremptorias reſtituitur ſine aliâ probatione, 25.29.324
Lites ſunt cauſa multorum malorum, 25.46.327
Litigantes ſuper beneficio, poſſunt paciſci conſtituendo penſionem ſub conditione ſi Papa diſpenſauerit, 4.17.41
Litigans petens à iudice, quod iuret aduerſarius abſens debet ſoluere expenſas, & pro examinandis teſtibus.vel egregiis, 7.12.68
Lingua in primordio mundi fuit labij vnius, 15.26.160
Lingua Hebræa fuit primorum parentum ſecundum Auguſtinum, 15.15.159
Linguæ ſeptuaginta duæ proceſſerunt & totidem gentes ex tribus filiis Noe, ſecundum Auguſtin. 15.18.ibid.
Locans reditus confiſcationum non intelligitur locare confiſcationem, quæ veniret facienda ob delictum commiſſum in perſona locatoris, 13.12.137
Lucrum impium delictum afferre leges non permittunt, 3.13.34
Lumina non ſunt neceſſaria in actibus nocte celebratis regulariter loquendo, 8.16.81.

M

MAgnatibus vt prouideatur de curatore ad litem, an ſit conſulendus Princeps, 16.18.137
Magnates Regni debent accipere curatores, & ſunt eis prouidendi conſulto Rege, 16.16.ibid.
Magnates non coguntur accipere curatores, ſicut nec alij, tamen coguntur ſuſcipere viros doctos ad ſtatus regimen, 16.19.ibid.
Maior poteſtas eſt in tutore infantis, quam in curatore furioſi, quia tutor perſonæ datur curatoribus, 15.9.158.

Maior

Maior infante cum authoritate Epiſcopi, ſeu Vicarij, vel curatoris, poteſt conſtituere procuratorem, 16.75.178

Maioratus poſſeſſor licet proſequatur litem, ſi non appellauit à ſententia contra eum lata poterit ſucceſſor appellare, 20.56.243

Maioratus poteſt relinqui ſub conditione contrahendi cum ſanguinea, ſi Papa diſpenſauerit, 4.33.44

Maioratus poteſt ventri relinqui, 4.42. ibid.

Maioratus in quo ſint excluſæ fœminæ licet dubium ſit, an mulier pariet maſculum, ſumitur quod vtilius eſt ventri, & interim mittitur in poſſeſſionem, c.2.n.62.31

Maioratus ſi ſinguli habeant præceptum deferendi nomen & arma principaliter, non poſſunt in eodem poſſeſſore conſiſtere, 13.87.141

Maioratus poſſeſſor tenetur ſatiſdare ſucceſſori licet teſtator remiſerit cautionem ſi ſit inſtitutus in vltima voluntate, ſecus ſi in contractu, 20.100.250

Maioratum agnationis abſurdum, non eſt eſſe in aliquibus perſonis lineis, & gradibus, & in aliis non, 30.80.404

Maioratus habens iuriſdictionẽ multum diſtat ab habentibus annexam dignitatem, 30.126.416

Maioratus ſi fuerit fundatus ex tertio bonorum in eo debet ſeruari forma præſcripta, l. 22. Taur. 30.131.417

Maioratus ſi fundetur iuſta diſpoſitione legis 27. Taur. ex tertio non poſſunt excludi religioſi, 30.127. ibid.

Maioratus eſt præciſæ agnationis, ſi fœmina ſemper, & perpetuo excludatur, 30.81.405

Malitia præſumitur in impubere eo ipſo, quod ſit potens ad copulam, 20.94.249

Malitia nihil prodeſt ad actionem, nec ad retentionem, 3.20.35

Malitia ſua nulli debet peodeſſe, nec aliis ſimplicitas eſſe damnoſa, 3.15.34

Malitia vt quis extrahatur à ſuo foro non eſt admittendum, 21.46.260

Manci, & claudi etiam integros homines generant, 1.31.11

Mandatum Principis contra publicam vtilitatem, valet, 12.36.127

Mandatum cum libera intelligitur ita quod res ſit facienda ex fide, 30.27.396

Maria Deipara Virgo, fuit præſeruata, quod defenditur, & oſtenditur, 7.57.74

Marito non eſt prohibitum prouocare vxoris poſtremum iudicium maritali ſermone, & quid ſi faciat importunis precibus, 32.16.450

Maritus agit pro vxore, tanquam coniunctus, quia eſt principium affinitatis, 1.7.4

Maſculus remotioris gradus, licet velit excludere filiam allegando maioriam eſſe maſculinitatis, filia mittitur in poſſeſſionem, niſi maſculus offerat in promptu probationem maſculinitatis, cap. 2. num. 54. 30

Maſculum ex filia agnata, quæ nupſit agnato præferendum alteri agnato proximiori reſpectu ſui patris, cap. 30.107.411

Maſculus ex maſculo, ſi concurrat ad ſucceſſionem cum maſculo ex fœmina

mina præfertur maſculus ex maſculo, 30.72.403
Maſculus ex fœmina præfertur fœminæ ex maſculo, 30.73.ibid.
Maſculi, & non fœminæ, ſunt eligendi quoties de domo, & familia ſunt aliqui eligendi, 30.67.ibid.
Maſculus quando admittitur, & fœmina non attenditur, an deſcendat per vnam vel duas fœminas, vt præferatur maſculo remotiori deſcendenti ex vna filia fœmina, 30.120.414
Maſculi licet ſæpiſſime fuerint vocati, ceſſat ratio conſeruandæ agnationis, ſi in aliqua parte diſpoſitionis vocatur fœmina, 30.114.412
Mater an poſſit pro adminiſtratione tutelæ incarcerari reſoluitur diſtinguendo, 19.42.224
Matre de inope, quod dicimus intelligitur etiam de inope lactis, quia eius vbera ſuccu careant, & eo caſu patris impenſa alitur, 13.65.145
Mater etiam ſpuria præfertur in tutela auo, & auiæ, & conſanguineis, & etiam patri naturali, & fratri pupilli datur: tamen exceptio, 19.14.218
Mater & auia, licet teneantur dare fideiuſſores pro tutela ſufficiet dare eos quales poſſint, 19.70.229
Mater & auia filij ſi parant bona, & alimenta ab eis data prræſumuntur præſtita affectu paterno, niſi ſint magna, & facile præſumitur donatio, 19.71.230
Mater, & auia tenentur omnia requiſita adimplere, quæ cæteri tutores, 19.76.231
Mater ſecundo nubens, niſi fecerit alium dari tutorem filiis, & rationem reddiderit, & reliqua ſoluerit ſucceſſione eorundem priuatur, 19.41.224
Mater tutrix ſtatim adminiſtrat, nec debet expectare, quod ei diſcernatur tutela in quo differt à teſtamentoriis, 19.52.226
Mater pro exhibitione inuentarij, & librorum ratione, & ſi occultauit bona, vt reuelet perſonas in quas abſcondidit, poteſt incarcerari, vt & nobilis pro contumacia in non exhibendo, 19.94.225
Mater ſi non exhibeat inuentarium iuratur in litem contra eam, & contra quemlibet tutorem, 19.44.ibid.
Mater ſi procurauerit intempeſtiuas nuptias filiæ, poteſt tutor eripere illam è manibus matris, & deponere apud matronam honeſtam, vel in aliquo monaſterio, 19.24.220
Mater per tranſitum ad ſecundas nuptias amittit ius ſubſtituendi exemplariter, & quid in patre, 19.40.223
Mater per tranſitum ad ſecundas nuptias, non amittat officium executoris, nec commiſſionem ad teſtandum, 19.40.ibid.
Matris infirmitates ventri obſunt, & occaſionem aborſus præbent, 7.64.75
Mater excluſa per pupillarem, ſi inops ſit eſt alenda ſubſtituto, 6.10.58
Mater potius tenetur ſibi pronidere, quam filiis, 13.63.145
Mater ſi ſit inops, vt pro ſuo victu oporteat manibus operari, lactare filium non tenetur, & onus erit patris, 13.62.ibid.
Mater ſi ſit nobilis, cui indecens ſit lactare ſecundum regionis conſuetudi

ſuetudinem non tenetur alere intra triennium, & tranſit onus in patrem, & idem de naturali, & ſpurio, 7.61.75

Mater tenetur petere tutorem ventri vt iam nato, & ſi non petierit intra ſex menſes, priuatur ſucceſſione, 6.27.61

Mater tenetur petere tutorem ventri etiam quod ei ſit datus ſubſtitutus, 6.38.63

Mater ſemper eſt certa, 1.15.5

Matrem habere liberam, ſufficit vno tempore conceptionis, vel partu, vel medio tempore, 1. 16. ibidem.

Mater ſi inſtituat filium hæredem, vltra legitimam: nam poteſt ei tutorem dare, & eſt confirmandus à iudice, 19.19.220

Mater non petens tutorem filiis, ſi ſit minor excuſatur à pœna, 19. 41.224

Mater tenetur ſecundis nuptiis renuntiare, etiamſi relicta ſit tutoris in teſtamento, 19.27.221

Materia litigandi eſt tollenda, 25. 53.327

Matrimonium ſi tempore conceptionis parentes non poterant contrahere, & poterant tempore natiuitatis attenditur tempus vt ſit naturalis, 7.46.72

Menſes communiter conſtituuntur ex triginta diebus, 10.4.99

Menſes quod ſint triginta dierum,& annus duodecim menſium oſtenditur iuribus, & locis ſacræ Scripturæ, 10.42.105

Menſes qui ad partum numerantur, lunares ſunt viginti nouem dierum, & duodecim horarum, & dicuntur ſolares, ſi partus ſint nouem menſium, & referuntur loci Scripturæ de tempore naſcendi, 10.39.105

Menſe octauo redit Saturnus, qui ſui frigiditate, & ſiccitate partum mortificat,quia ſpiritus non poteſt habitare in ſicco, 10.37.104

Metus qui excuſat appellare coram iudice an excuſet à proteſtatione coram honeſtis viris, 30.55.400

Minor poteſt facere donationem remuneratoriam, 22.39.276

Minor poteſt congruenter donare propter nuptias mobilia,ſecus immobilia, 22.35.275

Minor poteſt compromittere ſuper rebus immobilibus, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, 22.56.278

Minor meliorem conditionem ſuam facere poteſt abſque decreto, & curatoris authoritate, 23.45.292

Minor reuocat alienationem à ſe factam, 22. 53. etiamſi per quinquennium tacuerit in foro Eccleſiaſtico, & ſeculari, 22.54.278

Minor ſi petat reſtitui aduerſus ſententiam in meritis ipſius cauſæ, debet probare læſionem, 25. 33. 324

Minor reſtituitur aduerſus omiſſam declinatoriam, 25.28.324

Minor ſi non appellauerit reſtituitur abſque vlla læſionis probatione, 25.27.323

Minor dicitur læſus, ſi faciat actum, ex quo nulla ſequatur ei vtilitas,ſi ei ſequi damnum poſſit, 25. 26. 323

Minorem ſi poſſe lædi poſſibile eſt reſtituitur, 25.24.ibid.

Minor renuntians appellationi ante latam ſententiam reſtituitur, 25. 23.ibid.

Minor ſi compromiſerit reſtituitur, 25.22.ibid.

Minor ſi compromiſerit reſtituitur, 25.21.ibid.

Minor ſi compromittit in arbitratorem non reſtituitur, 25.22.ibid.

Minor non reſtituitur aduerſus fideiuſſionem ſi pro patre fideiuſſerit, 25.19.ibid.

Minor ſi fideiuſſerit non tenetur, 25.18.323

Minor vt reſtituatur requiritur læſio, 25.56.327

Minor licet non reſtituatur in caſu legis, 2. C. ſi aduerſus vendit. pig. prætextu minoris ætatis reſtituitur tamen ex clauſula generali, ſi qua mihi, &c. 19.68.229

Minor reſtituitur aduerſus ſententiam in cauſa attentatorum, 25.66.329

Minor reſtituitur aduerſus executionem trium ſententiarum, 25.67. ibid.

Minor cum iuramento poteſt donare cauſa mortis, 22.27.274

Minor reſtituitur aduerſus ſententiam, & aduerſus tres conformes, ſi conſtat de aliqua earum iniuria, 25.62.329

Minor reſtituitur aduerſus vnum capitulum ſententiæ ſi capitula non ſunt connexa, 25.63.ibid.

Minor qui deteriorem elegerit reſtituitur, 25.59.328

Minor poteſt iudicio adeſſe ad defendendum patrem, 29.46.242

Minor poteſt donare bona mobilia, & fructus qui ſeruando, ſeruari non poſſunt, 22.30.274

Minor licet non lædatur in commodo pecuniario, ſed litibus vexetur reſtituitur, 25.45.326

Minor non poteſt vendere fundum etiam ſterilem, 23.42.292

Minor ante traditionem prædij ſibi venditi cum illud ſit alienum, nequit obligare, 23.12.284

Minor reſtituitur intra quadriennium poſtquam eſt maior effectus, 25.28.324

Minor iuriſperitus, ſeu aduocatus reſtituitur, 25.8.321

Minor reſtituitur licet iure, vel ſtatuto legitimetur, 25.4. ibid.

Minor reſtituitur quamuis interuenerit iudicis decretum, 25.3.320

Minor reſtituitur licet vt diligens paterfamilias ſe oſtẽderit, 25.7.321

Minor non poteſt fundum à ſe emptum pignori ſubiicere, 23.1.282

Minor non reſtituitur ad appellandum, ſi appellatio remota ſit, 25.32.324

Minor reſtituitur poſt ſententiam, modo aliquid deducatur, quod læſionem inducat, 25.31.ibid.

Minor non poteſt manumittere in tempus quo maior ſit, 4.35.43

Minor non poteſt donare cauſa mortis, licet ea donatio ſapiat vltimam voluntatem, 12.15.272

Minores poſſunt ſuſpectos accuſare tutores, 22.6.237

Minor grauatus deferre nomen, & arma, ſi non adimpleuerit reſtituitur aduerſus conditionem, 13.29.139

Minor ob ſolam cauſam vtilitatis ſine ſolemnibus nequit cenſum imponere, 22.44.276

Minor licet vtiliter imponat cenſum eget iudicis decreto, 22.42.ibid.

Minor curatorem non habens ſi cenſum imponat ſuper rebus ſuis licet impoſitio ipſo iure valeat reſcinditur, 22.40.ibid.

Minor non poteſt fructus futuros ſine decreto alienare perpetuo, 22.57.278

Minor

Digitized by Google

Minor nequit res immobiles pignori ſubiicere, 22.58.279
Minor ſi factus maior ſoluerit cenſum nulliter impoſitum non poterit poſtea illum impugnare, 22.45.276
Minoritas finitur in vltima die vigeſimi quinti anni, 23.3.287
Minores ſeparantur ab impuberibus in multis, 22.40.270
Minor ſi cum iudicis licentia cenſum imponat, an reſtituatur, 22.41.276
Minore litigante contra minorem, non habet locum deciſio, l. non eo minus, C. de procurat. 31.13.426
Minor ſi confeſſus fuerit debitum in iudicio, de quo aliter non conſtat reſtituitur, 25.42.326
Minor ſi mutuam pecuniam acceperit reſtituitur abſque probatione læſionis, 21.43.259
Minor reſtituitur in omnibus mutuabilibus, 25.44.326
Minor repetendo rem venditam, videtur petere reſtitutionem, 25.37. ibid.
Minor etſi non expreſſe petierit reſtitutionem per clauſulas ſalutares, cenſetur petita, 25.35.325
Minor, ſi exequatur virtute inſtrumenti fideiuſſionis petita ab eo reſtitutione, impeditur executio ſine alia probatione, 25.40.326
Minor an poſſit emere cum pacto de retrouendendo, 22.20.273
Minori petenti reſtitutionem aduerſus lapſum temporis minoris quadriennio, ſolum datur ei tale tempus, 25.80.331
Minor ſi obtinuerit veniam ætatis, à Principe currit quadriennium à tempore veniæ, 25.81. ibid.
Minor ſi impetrauerit veniam in vigeſimo ſuæ ætatis anno, habet quinquennium ad petendam reſtitutionem pro contractibus initis ante veniam, 25.82.332
Mixtum quando ſub ſimplicibus contineatur, & arma antiquioris maioratus ſunt præponenda, & quando iunioris, 13.36.140
Modica non ſunt in conſideratione, 25.61.328
Modus honeſtus eſt ſeruandus, & non immoderata cuiuſque luxuria, 30.28.396
Modus probandi non eſt coarctandus, nec anguſtandus, admittitur tamen pactum de probando per ſcripturam ſtante ſtatuto iurato, vel conſuetudine, 8.25.82
Modus requirit interpellationem, non tamen, quod poſtea tempus elabatur, niſi neceſſarium pro implemento, 13.30.139
Momentum, ſeu punctum duplex eſt, aut temporis, aut intellectus; temporis in motu diſtincto per prius, & poſterius naturæ momentum dicitur modicum interuallum, 12.23.122.
Momentum ſui natura ſignificat duplex tempus inſtantaneum, 12.21. ibid.
Momentum qualiter accipiatur, & eſt tempus, quod magis intellectu percipi poteſt, 12.20, ibid.
Monachus retinet iura ſanguinis, & ſuitatis, 30.121.415
Monaſteria religioſorum, & monialium poſſunt habere iuriſdictionem, 30.125.416
Monialem ſuccedere in maioratu pluries pronuntiatum eſt ſi maioratus habeat iuriſdictionem ex tertio bonorum, iuxta l. 27. Taur. 30.127.417

Monialem poſſe ſuccedere in maioratu DD. fatentur, 30.125.416
Moniales, & alij religioſi an ſuccedant in maioratu habente iuriſdictionem, 30.123.415
Monſtruoſus partus eſt, ſi naſcitur monoculus, vel Cyclops, Pigmeus, Cynocephalus, aut ſine capite, 10.49.107
Monitio non arguit ſuperioritatem, 21.66.262
Mortuo Rege, ſi Princeps remaneat in infantili ætate debet Rex coronari, ſed debet prouideri de tutoribus, & curatoribus, 16.7.171
Mortua vxore prægnante debet fieri ſectio ventris, vt in eo exiſtens baptizetur. Matris autem viuentis viſcera non ſunt ſcindenda, vt infans baptizetur, 7.60.75
Mortua vxore, quæ ſuppoſuit partum poſſunt participes, & complices delicti accuſari, nec oberit quod parentes, vt filium tractauerint, 8.55.86
Mulieres etiam maiores excuſantur ignorantia in caſibus à iure expreſſis, 30.63.402
Mulier quæ ex ſua perſona iuuatur Velleiano nequit iuuari ſi hæres ſtetit ei pro quo fideiuſſerit, 21.91.266
Mulier ſi peperit, & ei auferatur infans natus, & alius ſupponatur magnum committitur delictum, & qualiter puniatur, 8.68.89
Mulier ſi poſt ſolutum matrimonium ratificauit actum valebit ex tempore ratificationis, non retro, 4. num. 38. quod limitatur, num. ſequent. 43
Mulier non poteſt contrahere conferendo effectum in tempus ſoluti matrimonij, 4.36.ibid.
Mulier ſi durante prægnatione in alium tranſtulerit poſſeſſionem, ſi fuerit bonæ fidei poſſeſſor, qui conſumpſerit fructus, vel prædo, qui non ſit ſoluendo tenetur ad intereſſe, 2.67.31
Mulieres difficulter ſecretum ſeruant, 30.65.402
Mulier tenetur præſtare cautionem de reſtituendo cum fructibus ſi non pariat, vel non maſculum, vbi deſideratur maſculinitas, 2.66.31
Mulier non iuuatur Velleiano contra minorem, 21.26.258
Mulieri dicenti ſe grauidam eſt credendum ad hoc ſolum, vt inſpiciatur, quia ad probationem requiruntur obſtetrices, nec ſufficiunt teſtes, 7.3.67
Mulier ſi eſt cuſtodienda expenſæ cuſtodum ſoluendæ ſunt à conſanguineis, 7.10.ibid.
Mulieri ſoli creditur ſtantibus aliis coniecturis, vt teſti de facto proprio creditur cum aliis, 7.4.ibid.
Mulier ſine licentia viri, non poteſt donare cauſa mortis, 22.16.272
Mulier prægnans mortua non ſepeliatur, niſi prius venter ſcindatur, 9.32.95
Mulieres quinquagenarias aliquando peperiſſe refertur, 10.31.103
Mulier ſi non nuntiauerit eſſe prægnantem iuxta formam à lege Regni præſcriptam non præiudicat ventri, 7.33.104
Mulieris menſtruata ex aſpectu ſpecula ſi fuerint noua contrahunt aliquam impuritatem, 1.29.10
Mulieres cur ſibi vel patribus ſimiles pariant, 1.30.11
Mulier ſi poſt viri mortem breui tempore, ſecundo nubat, ita vt natus ex ea filius potuerit eſſe primi,

mi, & ſecundi viri, cuius filius reputabitur, variæ referuntur opiniones, 12.1.& num.ſeq. 117.

Mulieres,& viri ſunt aliqui qui nunquam ſomniant ſecundum Ariſtotel. 15.3.158

Mutans ſibi nomen fraudulenter punitur pœna falſi, vt quando fit cauſa fraudandi pedagia, vel alia tributa, 13.46.142

Mutuum ſi fiat mercatori cenſetur factum in cauſam mercantiæ, & conſules de eo cognoſcunt, 11. 12.110

Mutus ſi contrahat, debet conficere notarius inſtrumentum adhibitis conſanguineis, & domeſticis cognoſcentibus ſigna, quæ mutus facit, in quibus præſumitur ſcientia factorum habentium tractum ſucceſſiuum, ſecus ſi momentaneum, 15.31.161

N

NAtura extremorum eſt vt ſint connexa, 23.27.274

Naturæ ad exordium res, faciliter redit, 15.17.159

Naturales gaudent nobilitate patris, & poſſunt portare arma, & inſignia domus, & dicuntur de domo, 7.51.73

Natum octauo menſe viuere poſſe, tenent Tiraquel. & alij, 10. 16. 101

Natus alitur à matre intra triennium poſtea à patre, niſi ſit filius illegitimus, qui etiam tranſacto triennio ab vtroque ali debet, 13.60. 144

Natus vt ſuccedat debet tali tempore naſci, quod naturaliter poſſit viuere, 10.25.102

Natus octauo menſe communiter abortiuus iudicatur, 10.24.ibid.

Natus decimo menſe eſt magis vitalis, 10.13.101

Natus vndecimo menſe, an admittatur ad ſuccedendum, 10.13.ibid.

Natus ſexto menſe abortiuus dicitur, 10.17.101

Nato filio lætatur mater prioris preſſuræ oblita, & quare natus primam vocem emittat plorando, 13.2.133

Natus quoad ſtatum ſequitur conditionem matris, vt ex libero ventre liber ex ſeruo ſeruus ſit, 13.5. ibidem.

Natus conſequitur omnia iura inſita à natura, 13.3.ibid.

Natus legitime dicitur,qui eſt legitimus conceptus, 1.12.5

Negligens ob negligentiam, aliquando punitur corporaliter, 20. 51.243

Negligentia matris in denuntiando non officit fœtui conſtito de veritate, 8.12.81

Negligentia in eo, qui ex officio tenetur aliquid facere eſt peccatum, 20.50.243

Nepos præſumitur inſtitutus, & beneficiatus ab auo, 5.25.52

Nepos ex filio primogenito præfertur patruo in honore, 4.54.45

Nepos ex filio ſpurio, poteſt inſtitui ab auo idem ſi ex filia, 5.1.49

Nepos naſciturus ex filio ſpurio, poteſt inſtitui, & ei poteſt legari, 5. 22. 51.

Nepotes vt dicantur inſtituti contemplatione filij debent eſſe coniecturæ vrgentes, aliàs non admittuntur ad priuationem bonorum, 5.19.ibid.

Nepos ex filio ſpurio inſtitutus non dicitur

Digitized by Google

dicitur contemplatione filij, quando nihil filio quæritur ex inſtitutione, 5.8.49
Nepotes ex filio poſſunt inſtitui tribus concurrentibus, quæ videas, 5.4.& n.ſeq.ibid.
Nepotes ex filio ſpurio, æquiparantur filiis naturalibus, 5.2.ibid.
Nepos eſt ſucceſſibilis auo, quia in eo ceſſat odium paterni vitij, 5.3. ibidem.
Nepos ex ſpurio licet ſit in poteſtate filij, & ſi ſimpliciter ſit inſtitutus, non præſumitur facta inſtitutio contemplatione filij, ſed nepotis, 5.9.10.& 11.51.ibid.
Nepotes & pronepotes auorum, & abauorum effigiem referunt, & adducuntur exempla ſimilitudinis ex cogitatione tempore coitus, 1.32.11.
Nobilis præſumitur donare, & idem de conſanguineo, 16.93.180
Nobili pronuntiato vno ex fratribus cæteris hoc ſufficit, 3.52.35
Notarij, & tabelliones debent ſe multum cauere abſcribendo per ſigna, & cifras, quia eſt prohibitum in iure, cap. 19. num. 36. 222
Notarius, ſeu tabellio ita cenſetur rogatus apponere clauſulas conſuetas, quod ſi non poſuerit, tenetur reſarcire damnum, 19.34. ibidem.
Notarius ſi non inſerat clauſulas conſuetas, habentur pro appoſitis, 19.30.221
Notarius, ſeu tabellio, cenſetur rogatus apponere clauſulas conſuetas, ſed ſi non appoſuerit non expreſſe rogatus, non tenetur falſi, 19.29.ibid.
Nomen filiorum ſua natura poſthumum comprehendit, & ita ventrem, 4.2.38
Nomen poteſt quilibet ſibi mutare modo ſine fraude faciat, 13.44. 142
Nomen mutans fraude non excuſatur ſi dicat ſe erraſſe, 13.47. 143
Nomen alterius aſſumens punitur, & licentiatus ſi vocetur magiſter, 13.48. ibid.
Nomen proprium, vel appellatiuum, vt inſpiciatur, attenditur notitia diſponentis de qua ſi non apparet ſtatur appellatiuo, 13.57.144
Nomen quod iniungitur ſi ſit turpe, & inhoneſtum grauatus non tenetur illud aſſumere, 13.41.142
Nomine arguitur qualitas, 13.42. ibidem.
Nomen eius, qui legauit Reipublicæ in operibus publicis inſcribitur, & arma licere iure diuino oſtenditur, 13.24.138
Nomina imponuntur à proprietate rerum, vel ab euentu, vel ex aliquo dono gratiæ, & ponuntur exemplo, 13.20.ibid.
Nomen nato inter Catholicos communiter ponitur in Baptiſmo, vt antea in Circumciſione, 13.18. 137
Nomen quod in Baptiſmo ponitur proprium dicitur pronomen ab euentu, cognomen à cognatione, 23.21.138.
Nominatus dicitur, qui proprio nomine nominatur, vel appellatiuo, ſi vni ſoli conueniat, 13.53.143
Nutrices quales eſſe debeant, & de earum qualitatibus, 13.66.145
Nutrix ſi ſit, & mater non habet bona, alendus eſt infans de publico, 7.37.71

O

Obligatio generalis bonorum facta in locatione, ſeu venditione comprehendit rem locatam, ſeu venditã,& eſt obligata pro pacto de retrouendendo, 13.15.137

Obligatio Cameralis habet multa priuilegia, 21.81.265

Obligationi Camerali ſtante, non poteſt opponi compenſatio, 21.82.ibid.

Obligatione Camerali non habet locum deciſio l. 2. Cod. de pignor. 21.84. ibid.

Obligare ſeipsũ non intelligitur quis per generalia verba, 13.11.134

Obſtetrix ſi vna ſola fuerit in loco, ſufficit ad inſpectionem, vt ſufficit vnus artifex peritus, 7.29.70

Obſtetricibus dicentibus, non eſſe prægnantem creditur, & eis diſcordantibus ſtatur maiori parti, 7.26.69

Obſtetrices dicuntur habere ſcientiam obſtetricandi, 7.27.ibid.

Obſtetrices quæ inſpiciunt mulierem, non debent ventrem tangere ea inuita, 7.25.ibid.

Obſtetrices vt inſpiciant mulierem à iudice ſunt eligendæ, 7.8.67

Obſtetrices ſi viſo ventre nuntiauerint non eſſe prægnantem, mulier autem dicat eſſe,& petat ſe cuſtodiri, ne dubitetur de partu, ſuis expẽſis fieri debet cuſtodia, 7.32.70

Obſtetricum inſpectio eſt facienda, expenſis petentis,& pręfertur cuicumque alij probationi, 7.31.ibid.

Officia duo habens compatibilia habebit duo ſalaria, 11.21.& 22. 110.& 111

Officium Regium gerenti ſecretum congruit ſeruare, 3.64.35

Officia vbi non ſunt repugnantia, poteſt quis vicem duorum ſuſtinere, 11.21.110

Omiſſum in lege ſumi debet ex aliis locis, & iuribus quæ mutata non apparent, 14.14.151

Oneratus dare aliquid annuum perpetuo liberabitur ſi emat cenſum pretio currenti, 16.108.183

Onus ferendi nomen,& arma, quando non iniungitur poſſeſſoribus maioratus, non tenentur ea ferre, 13.31.139

Onus ferendi nomen & arma, non inducit vocationem agnationis, nec excluſionem fœminarum, & fœminæ portant nomen, & arma maiorum, 13.34.140

Onus ferendi nomen & arma ſolum non ſufficit, vt inducatur maioratus, niſi adſint aliæ euidenies coniecturæ, 13.33.ibid.

Opinio Alberici dicentis perfectionem hominis pendere à natiuitate, quaſi non ſit homo donec naſcatur, reprobatur, 6.35.62

Opinio gloſſæ in l. qui in vtero 7. ff. de ſtat. hom. dicentis, quod antequam homo naſcatur, non eſt animal reprobatur, 6.31.61

Opiniones referuntur circa ſucceſſionem alterius ex gemellis, quando ignoratur prioritas naſcendi remiſſiue ad DD. 12.28.123

Ordo ſcripturę denotat ordinẽ prioritatis,& maioris honoris, 73.39.141

Ordo qui requiritur actu, non præſumitur in dubio, 29.8.382

Ordo ſacer non requiritur ad dimidias portiones, 29.10.Ibid.

Ordo ſacer ſi non ſit iniunctus in Eccleſiis Collegiatis in quibus Concilium non loquitur ſtatur Iuri communi, 29.13.383

P

PActum ſi ſit vt debeat probari per ſcripturam pacto non obſtante, poteſt probari per teſtes, 8.24.82

Pactum & facultas capiendi, non inducit obligationem bonorum, ſed ipſius contractus, 5.41.55

Pacti de retrouendendo ius poteſt cedi in alium, 23.32.288

Pactum de retrouendendo, poteſt probari teſtibus, 23.41.291

Pacta illicita, quæ non ſunt contra ſubſtantiam contractus ſi apponantur non vitiant, ſed vitiantur, & contractus poteſt exequi, 23.19.286

Pactum de capiendo propria auctoritate operatur, vt etiam ſine citatione poſſit capi poſſeſſio 20. 42. 242.& 5.40.54

Pactum pignoris videtur eſſe loco pretij, & conditionis contractus, 23.3.283

Pœna quando eſt arbitraria poteſt arbitrari vſque ad mortem, 8. 47.85

Pœna paterni delicti, licet regulariter non afficiat filios iam natos, tamen ob enormitatem delicti eos afficere ad arcendos parentes à delinquendo, grauiſſimi Doctores tenuere, 1.35.12

Pœna ſuppoſiti partus eſt capitalis, vt volunt plures: conciliantur opiniones, & quid autor ſentit, 8. 41.84

Pœna immunitatem tribuere non debet, 3.23.35

Paria ſunt non eſſe, vel inutiliter eſſe, 21.10.257

Paria ſunt aliquid facere tempore habili, vel inhabili ſi effectus conferatur in tempus habile, 4. 15. 40

Paria ſunt non naſci, vel viuere non poſſe, 10.45.106

Paria ſunt non eſſe, & non apparere, 16.10.172

Paria ſunt non facere, vel non rite facere, ſed ruſticitati, & ſimplicitati parcitur, 19.45.225

Paritate data indiciorum inter plures incipienda eſt tortura ab habente malum nomen, 13.43.142

Partes ad curiam trahuntur per viam retentionis, 21.54.261

Partibus etiam conſentientibus, non faciliter debet fieri retentio in præiudicium iudicis inferioris, 21. 55.ibid.

Partus monſtruoſi proſunt parentibus ad implementum conditionis, 10.50.107

Partus cauſa fauorabilior eſt, quam pueri, licet propter puerum naſciturum ſpectetur partus, 10.1.98

Partum in duodecimo, & decimotertio, & decimoquarto menſe poſſe edere fœminam aliqui tenent, 16.181

Partus regulariter editus octauo menſe non viuit, 10.35.104

Partus ſuppoſiti de delicto ſoli accuſant parentes, aut hi ad quos ea res pertinet, & iudex poteſt procedere ex officio, 4.49.45

Partus ſuppoſiti in cauſa ſolum agitur de conſeruando iure priuati, 8. 51. 86

Partus ſuppoſiti in cauſa proceditur ad torturam, 8.48.85

Partus vnius pueri, vel puellæ, frequentior eſt, licet ſoleant plures naſci, 13.1.133

Partus antequam edatur mulieris

portio

portio dicitur ſecundum leges, 6. 37.63
Partus octomeſtris ſi viuat erit legitimus hæres, 10.38.105
Partus octimeſtris ſi ſolum viuat per duos, vel tres dies præſumitur natus, quaſi ex non naturali partu, 10.27.103
Partus octimeſtris ſi viuus ſeruetur, admittitur ad ſucceſſionem, 10. 29. ibid.
Partus inceptus tribuit fauorem libertatis, 10.10.100
Partum eſſe legitimum natum ante ſeptimum menſem, quando credendum ſit, 102.20. 101
Partus admittitur ad ſucceſſionem, ſi tempore à iure præfinito naſcatur vt ſeptimo nono, vel decimo menſe, & communiter naſcitur nono menſe, 10.11.100
Partus non ſufficit quod legitimo tempore editus ſit, niſi viuus naſcatur, 10.44.106
Partus Deiparæ Virginis Mariæ excipitur ab his ſordibus, quæ abſque ſecundinis, & ſordibus peperit Saluatorem, 8.64.88
Partus cum non ſit actus voluntarius, ſed natura neceſſarius, ſi nocte contingat, voluit lex adeſſe lumina ad vitandum periculum ſuppoſiti partus, 8.40.84
Partus ſi nocte contingat, debent adeſſe tria lumina à qua ſolemnitate paupertas excuſat, 8.14.81
Parum, & nihil æquiparantur in iure, 25.56.327
Pater præſumitur proſpexiſſe filij vtilitati, 19.2.216
Parentes non habere, vel habere inutiles, idem eſt, cap. 13. n.68. 145
Parentes reprehenduntur qui infante nato conſulunt Aſtrologos ſuper planetarum aſpectibus, vt ſupra contingentia prænuntient, & plura contra Aſtrologos iudiciarios, 13.n.69.ibid.
Parentes ſi ambo bona fide contraxerint in facie Eccleſiæ ignorantes impedimentum ſuccedunt filiis, 3.27.35
Pater habens malam fidem non ſuccedit filiis ſecundum aliquos, ſed diſtinguendo conciliantur opiniones, 3.11.34
Pater qui mala fide contraxit, admittitur ad ſucceſſionem filij, ſecundum plures contrarium tenet Thomas Sanch. 3.26.35
Pater in datione tutelæ exercet officium paternum, ſed in legando filiis affectionem, 4.4.39
Pater ſi ſtipulatus fuerit operas pro ſe, & filiis, comprehenditur exiſtens in vtero, 4.50.45
Parentes ſufficit potuiſſe contrahere matrimonium tempore conceptionis, vel tempore partus, vt filius poſt contractum matrimonium efficiatur legitimus, 7.55.73
Parentes ſi coëant tempore quo mulier fuit menſtruata concipitur, & naſcitur leproſus, 7.62.75
Parentes, & cognati in Baptiſmo curant de nomine baptizandi, & conuenit nomine patris vocari, 13.7.134
Pater qui poteſt pro infante adire hæreditatem cenſetur adire, eo quod diſtribuat veſtes inter pauperes, vel retineat dotem, 14.43. 155
Patrem non poteſt citare exiſtens in eius poteſtate, ſine venia ſecus emancipatus, 14.34.154
Parentes magis cruciantur in filiis, quam

Digitized by Google

quam in ſeipſis, 1.36.12
Pater poteſt dare tutorem ventri in tempus naſcendi, 6.22.60
Pater dando tutorem filiis cenſetur dare ventri, & poſthumis, 6.23. ibidem.
Pater poteſt ventri ſubſtituere pupillariter, 6.2.57
Pater non habet in poteſtate exiſtentem in vtero, donec naſcatur, nec interim dicitur ſuus hæres, 6.1.ibid.
Pater ſi non diſponat circa educationem filij, iudex eſt adeundus, vt conſtituat apud quem educari debeat, 19.4.216
Paterni criminis exempla metuuntur in filiis, quia dicuntur vna caro, & quaſi caro patris aucta, & vna perſona, 1.50.16
Parentes diligunt natos tanquam aliquid ſui, 1.42.ibid.
Pater non poteſt prohibere in teſtamento, quod mater honeſta non ſit tutrix, niſi ipſe tutorem filiis dederit, 19.16.219
Pauper dicitur quis, inſpecta qualitate ſuæ perſonæ, 21.3.256
Peculium ſi probabile prætendant, quod dicitur de patre, idem de cognatis, 25.75.331
Penſio licet non ſit beneficium, nec penſionarij teneantur ad horas canonicas, ſed ſolum ad officium B. Mariæ, tamen infans non eſt capax penſionis, 26.71.343
Peritus ſi habet auctoritatem à publico ei ſoli creditur, & ſic creditur cygoſtati (vulgo contraſte) 7.30.70
Periti ad declarandum in aliqua re ſunt à partibus nominandi, 7.7.67
Periclitatur de fama, cum quis dicitur periclitari de vita, 1.39.12
Permutatio ſi fiat rerum inæqualis valoris, & ſuppleatur ex vna parte pretium, ſi plus ſit in pretio, cenſetur venditio, ſi plus in re permutatio, 11.14.110
Perplexitate ſtante in electione Regis, conſulendus eſt Pontifex, quod iure oſtenditur, 12.41.128
Petens equum, vel aliud animal ſequeſtrari & deponi ſoluet expenſas, & quid de petente, quod aliquis incarceretur an teneatur alere, 7.22.69
Petrus de Peramato Medicus de Hiſpanis teſtatur ſe certo ſcire aliquos ſuperuixiſſe natos ſexto, & quinto menſe, 10.23.101
Pignus poteſt conſtitui in teſtamento per teſtatorem, 5.37.54
Planetæ omnes influunt in fœtus, & quo ordine diſcurrendo à Saturno per omnes inferiores, 10.36.104
Plenior ſciptura attẽditur, 11.8.109
Plures condemnati tenentur pro virili licet eſſent per contractum inſolidum obligati, 11.39.113
Plura quando concurrunt pariter non ſucceſſiue omnia valebũt, ſi ad validita ẽ actus non eſt neceſſe, quod vnum præcedat aliud, 2.25.26
Poſſeſſio præparatoria ad querelam ceſſat in infante, 14.24.152
Poſſeſſionis commoda quæ ſint remiſſiuè, 12.10.120
Poſſeſſio non dicitur vacua, quando miniſterio legis in aliquem transfertur ſine apprehenſione, 14.18.152.
Poſſeſſio bonorum præparatoria ad querelam eſt intentanda intra annum, & poſtea querela intra quinquennium, 14.40.154
Poſſeſſio datur ventri, & durabit interim quod apparuerit mulierem

non

non eſſe prægnantem, 2.42.28.
Poſſeſſor maioratus non excuſabitur à cautione, eo quod fuerit inſtitutus facultate regia, 20.101.150
Poſthumo alieno licet inutiliter antea legabatur, tamen ſeruato Galli conſilio fieri poterat, 4.21.40
Poſthumus ſi fuerit exhæredatus, vel expulſus ab hęreditate ſub cõditione, mititur in poſſeſſionẽ, 2.64.31
Potentia nocendi attenditur, ſicut nocendi actus, 5.25.52
Potentior cauſa attenditur, 11.7.109
Potentiſſimus Rex noſter Philippus ſucceſſit in Regno 16. ſuæ ætatis anno, ex quo glorioſè imperat, & eius proauus Carolus V. cœpit regna gubernare 16. ſuæ ætatis anno, & alij, 16.11.172
Prægnantem vxorem; qui reliquit non videtur ſine liberis deceſſiſſe, 4.51.45
Prægnans non poteſt verberari, nec fuſtibus cedi, 7.40.71
Prægnãs nõ poteſt torqueri, & ſi torqueatur, licet non periclitetur confeſſio in tormẽtis, eſt nulla, 7.39.ib.
Prægnans membri mutilatione puniri nequit, 7.38.ibid.
Prægnantes ſi aliquid vehementer optẽt, & earum deſideria fruſtrentur cauſatur aborſus, 7.65.75
Prægnanti ſi purgationes menſtruæ procedant nocent fœtui, vt non ſit ſanus, non tamen ſufficeret vnica purgatio, ſed plures, 7.63.ibid.
Prægnans non ſoluit vecturam pro exiſtente in vtero, nec mater pro lactaneo, 6.38.62
Prægnans ſi ſit vltimo ſupplicio damnata ſuſpenditur executio, donec pariat, etiamſi venter adulterinus ſit, 7.35.71
Prægnans ſi ſit minor, reſtituitur etiam in denuntiatione aduerſus negligentiam, 7.34.ibid.
Prægnans ſi deceſſerit in puerperio, vel ante ſit ſectio ventris, vt fœtus in lucem producatur, 10.5.98
Pręgnans lętali morbo laborans ſi ad eius ſalutem non ſupereſt, aliud remedium poteſt ſumere, & ei dari pharmacũ ſui natura curatiuum illius morbi, licet extinctio fœtus inanimati ſequatur, 9. 25. limita vt num. ſequent. 95
Prægnantẽ percutiens animo cõmittendi aborſum ſi fœtus erat animatus punitur pœna mortis, 9.17.94
Prægnans non poteſt compelli ire ad iudicium pro teſtimonio dicendo, 7.41.71.
Præmium quod datur capienti lupum non augetur ſi capiat lupam prægnantem, 6.39.62
Præmium & pœnam non debet quis ex eodem facto conſequi, 3.21.& 21.78.35.& 265
Præiudicare alteri, non poteſt quis, cui eſt ius quæſitum, 22.21.273
Prælatus defendens iura Eccleſiæ cum aduocato iuuene tenetur ad damna, 25.11.322
Præparatio ad quærelam in ſuis hæredibus non eſt neceſſaria, quia non reperitur additio, ſecus in emancipatis, 14.31.153
Prætor hæredem facere non poteſt de iure Ciuili, ſecus dę iure prætorio, 14.29.ibid.
Prætores & decuriones ex viris creabantur, 30.13.393
Præſcriptio, quę dormit per tẽpus pupillaris ætatis hæredis adueniente pubertate excitatur, 21.96.266
Pręſcriptio licet cępta cõtra defunctũ currat contra minorẽ ſucceſſorem reſtituitur aduerſus tẽpus, 2.60.31

Præſumptio eſt maxima contra declinantem à tribunali ſuperiori, ad inferius, 21.33.259

Præſumptio ſuppoſiti partus eſt ſi in ea quæ dicit ſe peperiſſe non inueniatur veſtigium lactis in vberibus, vel vbera ſint ſicca, nec ſit emiſſio ſanguinis, nec fuerint ſecundinæ, 8.63.88

Præſumptio ſuppoſiti partus erit ſi dicens ſe prægnantem non patiatur ſe inſpici, & cuſtodiri, mulieris tamen probitas excludit præſumptionem, 8.61.ibid.

Præſumptio legalis eſt, quod filij poterunt hæreditare exempla paterni criminis, 1.53.16

Præſumptio eſt quod mulier quinquagenaria non concipiat, 10.30.103

Præſumptio iuris ceſſat ſi appareat de veritate, 10.15.101

Præſumptio iuris vt tollatur admittitur probatio, 10.14.ibid.

Præſumptio partus ſuppoſiti, erit ſi viſa fuerit portare culcitram ſuper ventrem, 7.62.75

Pretium rei variatur loco, & tempore, 27.52.352

Pretium rei communiter æſtimatur ex valore fructuum viginti annorum, 23.53.293

Pretium plus ſolet offerri pro domo, vel fundo ad tollendum vicinum rixoſum, 23.50.292

Princeps vult regni vtilitatem ſuæ præferri, 12.37.127

Princeps poteſt facere, quod maſculus, ante decimum quartum annum, & fœmina ante duodecimum reputetur pubes, 20.91.248

Principis quæ pendent à voluntate cenſentur impoſſibilia, ſi non ſit ſolitus concedere, 4.18.41

Principium cuiuſque rei potiſſima eſt pars, 1.10.5

Principium ætatis infantiæ ſi ignoratur proceſſus eſt incertus, 14.46.155

Prioritas acquiritur per momentum, 12.17.& n.ſeq.121

Priuationis proceſſus debet eſſe liquidus, 5.20.51

Priuatio iuris eſt pœna, quæ non impunitur niſi in caſibus iure expreſſis, 13.32.139

Priuatus ab officiis non intelligitur de damnoſis, 3.24.35

Priuilegium concedendo Princeps non videtur ſibi nec aliis præiudicare, 21.73.264

Priuilegium ſi alterum ſit naturale (vt ætatis) præfertur accidentale, vt conceſſio abſentibus, 21.30.258

Priuilegium quod minus derogat iuri communi præfertur, 21.23.ibid.

Priuilegij generali conceſſione facta non comprehenditur perſona loquentis, 21.74.264

Priuilegium ſi alterum ſit negatiuum præfertur affirmatiuo, 21.25.258

Priuilegio conceſſo miſerationis cauſa, poteſt renuntiari, 21.96.266

Etiam tacite, quia poteſt expreſſe, 21.100.ibid.

Priuilegium continens maiorem vtilitatē præfertur alteri, 21.22.258

Priuilegium legis præfertur priuilegio hominis, 21.29.ibid.

Priuilegium quod reſpicit perſonam dicitur potentius reſpiciente cauſam, 21.24.ibid.

Priuilegium quod eſt benignius præfertur, 21.28.ibid.

Priuilegium ſi alterum ſit fauorabile, alterum odioſum, præfertur fauorabile, 21.27.ibid.

Priuilegium conceſſum fœminis,

non.

non præfertur priuilegio maſculorum, ſi maſculus ſit minor, 21.26. Ibidem.

Priuilegium conceſſum fœminis potentius eſt conceſſo maſculis, 21.26.ibid.

Priuilegium pro quo eſt maior ratio præfertur, 21.21.ibid.

Priuilegium quod datur pupillo in bonis gerentis eius negotia non datur ventri in bonis curatoris antequam editus ſit, 4.55.45

Priuilegio pupilli non cenſetur derogatum per clauſulam non obſtantibus priuilegiis, 21.5.256

Priuilegium duplex præfertur vni, 21.35.259

Priuilegiatus in caſu exhibitionis contra notarium data negligentia iudicis vocatur ad curiam, 21.38. ibidem.

Priuilegiumque datur ſcholaſticis per authenticam habita, Cod. ne filius pro patre, non habet locum contra alium ſcholaſticum in alio ſtudio verſantem, 21.14.257

Priuilegiatus data negligentia iudicis vocatur ad curiam in cauſa maioratus, 21.39.259

Priuilegiatus vocatur ad curiam in cauſis magni ponderis data negligentia iudicis 21.40.ibid.

Priuilegiatus alter agens de damno vitando præfertur agenti de lucro captando, 21.18.257

Priuilegiatus ſi habet indiuiduam cauſam cum aliis non priuilegiatis reſpectu omnium trahitur ad curiam, 21.50.260

Priuilegiatus habens priuilegium ex cauſa fauorabili præfertur aliis priuilegiatis, 21.20.258

Priuilegiatus contra pariter priuilegiatum regulariter non vtitur priuilegio, 21.12.257

Probationi teſtium cum iuramento, ſi renunciatum ſit, non poterit teſtibus probari, poterit tamen per confeſſionem partium, 8.28.83

Procurator conſtitutus à pupillo cum authoritate tutoris, durat finita tutela, 20.39.241

Prorogatio non admittitur quam quis dolo procurat, vt inueniat ſibi iudicem gratioſum, 21.27.258

Proteſtatio facta coram honeſtis viris, an habeat intimari iudici, 30.56.400

Prouocatio, ſeu appellatio non datur à pœna legis, 23.7.134

Pubertatis tempus præfixum iure ciuili fundatur in præſumptione, & poteſt quis pubeſcere ante eam ætatem, 20.79.246

Pubertati proximi obligantur iuramento, donec relaxetur, 20.6.237

Puberes ante vigeſimum quintum annum vocantur adulti, & iuuenes, paruuli, & minores, 22.2.270

Pudor qui extra ſanguinem effundit, vt cauſat ruborem, ſic timor qui ſanguinem contrahit ad interiora, cauſat tremorem, & pallorem, 1.25.9

Pueri, & ſenes licet propriè ſint viri, non tamen tales dicuntur, 30.9.393

Pueris, & adultis licet adminiſtretur confirmatio, curandum eſt eam conferre in pueritia, 16.123.185

Pupillus non punitur ex delictis in omittendo, 20.60.244

Pupillo non eſt interdicta alienatio bonorum ob ſubſtitutionem, 20.86.247

Pupillus non tenetur cauere ſubſtituto de reſtituenda hæreditate, 20.98.249

Pupillus

Digitized by Google

Pupillus non poteſt iuramentum remittere, 20.20.240
Pupillus in concernentibus eius fauorem, habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, 20.80.246
Pupillus etiam infans dicitur teſtatus decedere, ſi ei ſit datus ſubſtitutus, 20.82.ibid.
Pupillus non poteſt renuntiare priuilegio, 21.4.256
Pupillis, & viduis diuitibus non ſubuenitur expenſis publicis ad litis proſecutionem, 21.3.ibid.
Pupillus ſi fuerit auctor laudatur, & iuuatur priuilegio l. vnic. Cod. quand. imper. 21.94.266
Pupillus ſuccedens maiori vtitur iure maioris, nec tunc perſona pupilli conſideratur, 21.92.limitatur, 95. ibidem.
Pupillus poteſt obligari perſonaliter per tutorem etiam Camerali obligatione, 21.87.265
Pupillaris comprehenſa in compendioſa dicitur expreſſa, 6.9.58
Pupillus, vel alter priuilegiatus vbi iuuatur aliqua cauſa rationabili, præter priuilegium poteſt citare alterum priuilegiatum ad Curiam, 21.34.259
Pupilli intereſt ne eius bona diuidantur in plures tutores, 19.22.220
Pupillus, & aliæ perſonæ miſerabiles non gaudent priuilegio in cauſis patrimonij principis, 21.72.264
Pupillus non iuuatur fori priuilegio, ſi ſit in patris poteſtate, 21.8.256
Pupillus proximus pubertati teſtificando facit magnam præſumptionem, 20.19.239
Pupillari cum ætate ſi ſimul concurrat alia cauſa ex qua quis poſſit vocari ad curiam contenta, l. 5. tit. 3. p. 3. & l. 8. tit. 4. lib. 4. recop. poterit vocari priuilegiatum, 21.36.259
Pupillus ſemper admittitur quando alia probatio fieri, non poteſt ob teſtimonium, poteſt torqueri, 20.13.239
Pupillus iuuatur forti priuilegio, etiamſi ſit in patris poteſtate, cum pater eſt inutilis, 21.9.256
Pupillus non ſuccedit in domicilio patris, nec poteſt ſine tutore conſtituere domicilium, 19.13.218
Pupillus non poteſt donari propter nuptias, 22.38.275
Pupillaris comprehenſa in compendioſa ſemper excludit matrem iure communi, & Regio, 6.8.57
Pupillus ſemper teſtificatur in crimine læſæ Maieſtatis, ſine auctoritate tutoris, 20.11.238
Pupillus conuentus in iudicio habet priuilegium declinandi forum, 21.1.255
Pupillus conuentus in iudicio habet priuilegium conueniendi aduerſarium coram principe, 21.1.ibid.
Pupillo mortuo, non prouiſo alio hærede à patre ipſius executor teſtamentarius patris, tenet locum hæredis, 20.107.250
Pupillus eſt magis priuilegiatus quam mulier, & fiſcus, 21.32.258
Pupillus alendus, apud quem pater diſpoſuerit, 19.2.216
Pupillus ex ſua perſona iuuatur in lite cepta, 21.95.266
Pupillus non eſt qui in vtero eſt, 4.57.45
Pupillus dicitur inteſtatus decedere licet teſtari nequeat, 20.76.246
Pupillus poteſt ſine tutore conditionem adimplere, 20.105.250
Pupilli iudicium ſuppletur ex iudicio tutoris, 20.18.239

Pupillus educandus apud nouercam, ſi ita pater diſpoſuerit, 19.3.216

Pupillus,& aliæ miſerabiles perſonæ ſi ſint rei,non habent priuilegium in cauſa criminali, 21.77.265

Pupillus non tenebitur ſi tutor iurauerit contractum pro pupillo, nec impedietur reſtitutio ſi læſus, ſecus eſt in iuramento ſit iudicij, 20.8.237.

Pupillo cui eſt facta ſubſtitutio pupillaris, poteſt Princeps concedere facultatem teſtandi in præiudicium ſubſtituti, qui non poteſt conqueri, 20.85. & ſeq. 247

Pupillorum ætas infirma appellatur à Iureconſulto, & eget alterius auxilio,& regimine, 19.1.216

Pupillus prohibetur educare apud ſucceſſorem,& ſubſtitutum in hæreditate,niſi agnatis, & cognatis videatur non adeſſe periculum, 19.5.ibid.

Pupillus ex cauſa emergenti contra eum, apud quem teſtator iuſſerit educari non eſt alendus apud eum, 19.7.217

Pupilli pubertati proximi, non excuſantur à delictis, 20.57.243

Pupillus dicitur perſona miſerabilis licet diues ſit, 21.2.255

Pupilli ignorantia ei prodeſt ſi agit de damno vitando, 20.70.245

Pupillus cum auctoritate tutoris reſtituit hæreditatem,non tutor ſine pupillo, 20.74.ibid.

Pupillus ſi ſit dominus loci, in quo habitat à quo ſit petendus tutor, & expenſæ pro adeundo iudice,& loco, 19.12.218

Pupilli doli capacis conditio deterior eſt quam non doli capacis, 20.61.244

Pupillus,& alij priuilegiati non gaudent priuilegio legis vnicæ in caſu cameralis obligationis, nec iuuat, 21.80.265

Pupillus non poteſt pro homicidio decapitari, nec ad triremes damnari, 20.59.244

Pupillum poſſe incarcerari ex obligatione camerali tenet Gratianus, 21.89.266

Pupilli ignorantia non debet eſſe captioſa creditoribus, & ipſi lucroſa, 20.62.244

Pupillus non iuuatur priuilegio in lite cepta, 21.90.266

Pupillo nō officit res iudicata ſi culpa tutoris condēnatus ſit, 20.53.243

Pupillus non poteſt acceptare ſententiam in quantum eſt in ſui fauoré,contra minorem, 20.31.240

Pupillus, vel alius priuilegiatus, ſi egerit de euictione ex ſtipulatu, ſeu promiſſione euictionis fiet æſtimatio rei euictæ, 21.67.263

Pupillus, & aliæ perſonæ miſerabiles non trahunt cauſam ad curiam poſt litem conteſtatam coram inferioribus, 21.70.264

Pupillus & aliæ miſerabiles perſonæ non gaudet priuilegio trahendi ad curiam in via executiua, 21.76.ib.

Pupillum doli capacem afficit excommunicatio à iure impoſita, ſecus ab homine, 20.58.244

Pupillo litiganti ſunt præſtanda alimenta ſi egeat ante ſententiam, 20.40.241

Pupillorum opera, quando ſint in conſideratione, 20.91.249

Pupillus, vidua, ſeu alia miſerabilis perſona non poteſt trahere ad curiam aduerſarium in cauſis non exceptis, 21.69.264

Pupillus regulariter eſt alendus apud tutorem, 9.9.93.

Pupillus dicitur indefenſus ſi tutor non adfuit in iudicio, 10.4.99

Q

QValitates requiſitæ iure Regio Hiſpano, vt fœtus ſuccedat, 10.51.107

Quantitas parua, vel magna dicitur reſpectu perſonarum, 21.70.264

Quadriennium non currit Eccleſia durante interpellati alienantis, 25.85.332

Quadriennium non currit Eccleſiæ, & reipublicæ à die contractus, quo eſt cauſata læſio, 25.84.ibid.

Quadriennium currit Eccleſiæ, & &reipublicæ à die contractus, 25.84.ibid.

Quadriennium quod datur maiori à principio eſt vtile, & currit à prima die vigeſimi ſexti anni, 25.83.Ibid.

Quadriennij tempus quod à principio eſt vtile poſtea aduenіente ſcientia eſt cōtinuum, 25.88.ibid.

Quærela competens filio exhæredato, quæ etiam non præparata tranſit ad ſuos hæredes iam natos tranſit etiam ad exiſtentes in vtero, 2.6.24

R

RAtificatio decennalis deſideratur in contractibus lucratiuis, 22.46.276

Ratificatio aliqua in actibus legitimis non poteſt expectari, quia non poſſunt eſſe impendenti, 16.53.176

Ratificatio vt conualidet actum requiritur quod ratificans ſciat defectum contractus, & ſe non teneri, 22.51.277

Ratio agnationis, quando colligitur ex coniecturis non extenditur ad admiſſionem aliquorum, & excluſionem aliorum, 30.94.407

Ratio de minimis habetur, ſi agitur de auferendo iure alterius, 2.57.30

Recurſus fit ad iudicium quoties datur ad arbitrium boni viri, 30.18.395

Recuperata bona poſtquam fuerint redacta in hoſtium præſidia, vel in loco hoſtibus ſecuro portu, vel armata abſque ſpe recuperandi ea ab eis ſi fuerint ablata ab eis non reſtituuntur dominis, 4.27.42

Recognitio facta à Patre filij naturalis, vt prodeſt omnibus ex eadem concubina natis ſic & vtero exiſtenti, 7.53.73

Reductio ad arbitrium boni viri intra quod tempus ſit petenda, 30.35.397

Redemptio cenſus noua emptio eſt, 23.23.287

Reductio ad arbitrium boni viri, coram quo iudice ſit petenda, 30.33.396

Reductio ad arbitrium boni viri non poteſt renuntiari etiam cum iuramento, 30.32.ibid.

Regula quod parta ſunt facere tempore habili, vel inhabili ſi effectus conferatur in tempus habile limitatur quando lex reſiſtit initio, 4.34.43

Regula quod taciti & expreſſi idem eſt

eſt iudicium procedit ceſſante forma, 6.6.57
Regula actus legitimi de regiis non reſtringitur ad caſus in ea expreſſos, qui ponuntur gratia exempli, vt inducit dictio, veluti, 16.31.174
Regula I. inquiſitio veritatis quod in generali ſermone non contineatur perſona loquentis procedit in actu, ſeu contractu gratuito, ſecus in oneroſo, 13.16.137
Relatiuum *Quis*, vel *Qui* poſitum ſine culpa, reſtringit, 16.33.174
Relictum nepoti ab auo non profectitium ex re patris, ſed aduentitium aliunde iudicatur, 5.7.49
Remedium adipiſcendæ poſſeſſionis, non excludit exceptionem proprietatis, vt remedium recuperandæ, 2.56.30
Remedium, l. Pantonius, ff. de acquir. hæred. ad petendam reſtitutionem propter abſentiam, vel ignorantiam, vt tranſit ad hæredes, ſic ad exiſtentem in vtero, 2.7.24
Renuntiatio ſecundarum nuptiarum à matre tutrice non ſeruatur de conſuetudine ſecundum aliquos, & quæ ſit ratio conſuetudinis, 19.28.221
Repudium non admittitur lege Euangelica, qua prohibetur dimittere vxorem, & aliam ducere, 3.2.33
Repugnantia vt euitetur fit confuſio actionum, 11.33.112
Res iudicata non dicitur quandiu per in integrum reſtitutionem, poteſt retractari ſententia, 25.73.331
Reſcriptum Principis reduci debet ad viam iuris, 2.43.28
Reſcriptum Principis tribuit ius abſenti, & habet vim legis, 16.26.174
Res immobilis obligata non poteſt diſtrahi à minore, ſine decreto, 22.60.279
Reſpublica contra aliam rempublicam præfertur, quæ agit de retinenda poſſeſſione, 21.19.257
Reſtitutio in integrum præcipua inter minorum vtilitates, 25.1.320
Reſtitutio in integrum non cenſetur excluſa in generali excluſione exceptionum, 25.39.326
Reſtitutio in integrum, an impediat reſtitutionem, 25.38. ibid.
Reſtitutio in integrum non datur contra cameralem obligationem, 21.86.265.
Reſtitutio in integrum conceditur cauſa cognita, 25.11.322
Reſtitutio an ſit concedenda ob modicam læſionem, 25.58.327
Reſtitutio in integrum, an concedatur ad modicam læſionem, 25.54. ibid.
Reſtitutio in integrum, non poteſt peti, niſi per minorem, 25.74.331
Reſtitutio rei venditæ cum pacto de retrouendendo an ſit facienda cum augmento alluuionis, 23.40.289
Reſtitutio in integrum admittitur ſtante clauſula denegandę audientiæ, donec ſoluatur, 25.6.321
Reſtitutio in integrum impedit executionem ſententiæ ſi habet damnum irreparabile, 25.70.329
Reſtitutio conceditur minori, licet contraxerit cum auctoritate curatoris, 25.2.320
Reſeruationis natura eſt, vt conſeruet integrum ius, non tamen vt per eum

eum quæratur ius de nouo, 4. 61.46
Reſeruatio dat caſum curiæ intellige data capacitate iudicis, 4.65.ibid.
Reſeruatio facta in via executiua, eſt cauſa retentionis in curia, 21.56. 261
Reſeruatio conſeruat regulam excluſiuam, reſpectu eorum, quæ non ſunt expreſſa, 4.63.46
Reſeruatio ſolùm fit eorum quæ iure competunt, 4.64.ibid.
Reſeruatio nihil operatur, ſi non inueniatur aliquid reſeruabile, 4. 62.ibid.
Retinetur in curia cauſa, ſi veniat in conſequentiam, 21.58.261
Retroceſſio quæ ex neceſſitate fit, non eget decreto iudicis, 23.22. 286
Rex propter regnum factus eſt, non regnum propter Regem, 12.34. 126
Rex Ioſias octo annorum regnare cœpit, & inquit ſacra Scriptura, quod fecit bonum coram Domino, 16.12.172
Rex ſi de duobus officiis faciat vnum, & ſupprimat alterum, quia percipiet duo ſalaria, aliàs non confunduntur, 11.24.111
Rege mortuo Regina prægnante relicta, debet præſtari homagium Regi exiſtenti in vtero, ac ſi natus fuiſſet, 4.53.45
Regem etiam puberem debere recipere curatorem multi tenuerunt, ſed contrarium eſt verius, 16.9. 173
Reginam Paſiphaem, non fuiſſe animali bruto ſuppoſitã, ſed pulcherrimo viro magiſtro militum, qui Taurus nuncupabatur, 10.48.107
Rofredus reprehenditur dum dicit, quod Iureconſulti ſoliti ſunt allegare malas rationes fundatus in ratione liberorum, qui nos infr. l. 12.19.122
Rogatus de reſtituendo ſi ſpurio accommodat fidem tenetur in conſcientia bona dare fiſco, 5.18.31
Romanus Pontifex ſi faciat mentionem infantilis ætatis in reſeruatione penſionis, vel collationis beneficij cenſetur diſpenſare, 16.72. 178

S

Sacramenta quæ imprimunt characterem actum ſuſcipientium non requirunt, & ſufficit quod abſit reſiſtentia, 16.107.183
Sacramentum Vnctionis à Chriſto Dño fuit inſtitutum, 16.134.186
Sacramentum Vnctionis datur exiſtentibus in agone extra ſenſus ex præſumpta continuatione voluntatis, 16.131.ibid.
Sacramentum Vnctionis non datur damnatis ad mortem, licet eis detur Euchariſtia, 16.130.ibid.
Scientia inhabilitatis inducit diſpenſationem, & facta ætatis mentione reſeruatio penſionis iudicabitur ſubreptitia, 16.73.178
Scientia iuris aliud eſt, & prudentia aliud, 25.9.322
Scientia, & ſapientia, quomodo ſumantur, & differant, 31.12.426
Scripta per cifras non probant, & quid de abbreuiatura notarij, 19. 38.222
Scripta vt intelligi non poſſint pro non ſcriptis habentur, 12.15.121
Scripta per cifras non probant, 12. 16.ibid.

Digitized by Google

Scriptura licet ex forma ſtatuti ad probandum contractum, requiratur cohærentia contractus probantur teſtibus, 8.23.69
Scriptura in contractibus celebratis, licet teſtes requirat, ſecus tamen in actibus iudicialibus, nec tabellio tenetur eos adhibere, 15.46.163
Secretum requiritur in iudice, 30.67.403
Semel approbata reprobari non debet, 16.104.182
Senatus Neapolit. iudicauit, non confundi hypothecam per dominium reuocabile, 11.40.113
Senatus repræſentat Principem, 1.57.17
Senes decrepiti gaudent priuilegio miſerabilium perſonarum, 21.98.266
Separata dicuntur, etiamſi fiant in continenti, 20.33.241
Sententia ſi non valet vt arbitri, & valet vt arbitratoris ſumitur coniectura pro validitate, 11.17.110
Sententię Senatus reuerenter ſeruandæ ſunt & eis ſtandum in deciſionibus, 1.58.18
Sententia lata in iure Reali ad inſtantiam vnius prodeſt omnibus partem habentibus in ipſo prædio, 7.54.73
Sententia poteſt ferri ſub conditione, 16.57.177
Sententia ſicut eſt indiuidua, ita & decretum, & ſi erratur in interpoſitione decreti in parte totum vitiatur, 20.35.241
Sententia non nocet ſucceſſori, ſi eius prædeceſſor litem proſecutus non fuit, 20.54.243
Sententia lata contra emptorem non poteſt exequi contra venditorem, 21.65.262
Sententia addictionis ſi detur poteſt creditor petere, vt fiat addictio pro quantitate, quæ ſibi iubetur ſolui, 25.15.329
Sententia interpretatur interlocutoria, vel diffinitiua modo quo valeat, 11.18.110
Sententia ſi contineat diuerſa capitula, & diuidua poteſt pro parte acceptari, & pro parte appellari, 20.34.241
Sententia addictionis vulgo de remate, euidenter iniuſta non exequitur, 30.44.399
Sententia diffinitiua, de ſtillo etiam in nocte fertur, 8.32.83
Sententia ex actis diminutis, eſt nulla, 30.43.399
Sententia arbitrorum, non renouatur niſi ex damno conſiderabili, 30.48.399
Sententia diffinitiua non fertur nocte etiam in prima hora noctis, ſecus interlocutoria, 8.30.83
Sententia in fauorem pupilli lata ſine tutore, vel non legitimo, valet ſi pupillus ſit maior infante, 20.23.240
Sententia eſt indiuidua, & ſi pupillus eſt in parte ſententiæ releuatus, non poteſt reſtitui aduerſus partem, in qua eſt damnatus, & quid ſi ſententia contineat diuerſa capitula, 20.32.241
Sententia lata ex proceſſu inordinato non eſt exequenda, 30.45.399
Sententia arbitri, & arbitratorũ iuuetur exequi lege regni, 30.36.398
Sententia pro ſui eſſentia requirit ſcripturam, & ſine ea non dicitur ſententia, 8.29.83

Sententia diffinitiua poterit nocte ferri de conſenſu partium, vel ſi iuriſdictio ſpiraret ſequenti die, vel ſi iudex eſſet arbiter voluntarius, 8.31.ibidem.
Seruitus quam Iuriſconſultus vocat iuri naturali contrariam qualiter dicatur naturæ non aduerſari hodie, 13.4.133
Seruus ſi faciens contractum, obligat bona domini, ipſe ſeruus comprehenditur in obligatione, 13.14.137
Sexagenarium à iure præſumitur, non generare, ſed contrarium eſt verius, 10.32.103
Similitudo non leuis coniectura eſt ad probandam filiationem, 1.51.16.
Similitudinis plura exempla ex cogitatione tempore coitus, 1.32.11.
Simplicitas ſuſcipientium contractus, non debet ius creditoris mutilare, 19.32.221
Solemnitas quæ requiritur in contractu, requiritur in diſtractu, 22.62.279
Soluenti poſtquam ſoluerit, ſi non habeat aliam probationem ſuccurritur per denuntiationem legis Euangelicæ, 8.26.82
Solutum in debitum per tranſactionem non repetitur, 25.51.327
Speciali nota quæ digna ſunt non debet ſub generali comprehendi, 12.38.127
Specula ſi fuerint noua, & pura contrahunt quandam impuritatem, 1.29.10
Spectans ſuccedere in maioratu poteſt paciſci, ſed & renuntiare ſucceſſioni, 8.3.80
Spes ſi nulla eſt, quod partus edatur, & probabiliter ſperetur ſanitas matris, poterit mater vti remedio curatiuo morbi, ſi non ſit ſpes ſalutis ſpiritualis, 9.31.96
Spes quæ eſt conſanguineo ſuccedendi conſanguineo ſuo non facit eum locupletiorem, 8.1.79
Spes vbi nulla adeſt lucri ceſſant præſumptiones ſuppoſiti partus, 8.43.84
Spes ſuccedendi quando ex partu aufertur conſanguineo ponuntur cuſtodes ventri ad eorum inſtantiam, 8.4.80
Sponſalia contracta à pubertati proximo cum iuramento indiſſolubiliter obligant, 20.2.236
Sponſalia inter conſanguineos ſuſtinentur ſub conditione ſi Papa diſpenſauerit, 4.31.43
Spurio filio non poteſt relinqui etiam per mediam perſonam, & tunc perueniunt bona ad perſonas conſanguineorum lege expreſſas, 5.16.51
Spurio filio ſi teſtator aliquid relinquat, ſimpliciter præſumitur relinquere in cauſam alimentorum, 5.14.50
Spurius dicitur extra puritatem natus, 7.47.72
Spurius poteſt inſtitui à patre in tempus legitimationis, 4.14.40
Statu contrario, quis non poteſt eſſe, 11.32.112
Statuto ſtante, quod probetur per inſtrumentum poteſt teſtibus probari promiſſio de celebrando inſtrumento, 8.27.83
Statuta loquentia in appellatione habent locum in ſupplicatione, 3.49.35
Statutis requirentibus qualitatem ſanguinis

ſanguinis an debeat fieri inquiſitio aſcendentium vltra quartam generationem, 1.47.13
Statutum loquens de hærede habet locum in bonorum poſſeſſore, 14. 28.153
Statutum ſi diſponit, quod minori currat præſcriptio, licet mero iure currat reſtituitur minor, 25. 5. 321
Stipulatio ſeu contractus ex vtriuſque conſenſu valet, iudicium autem redditur inuitum, 15.45.163
Stipulatus, qui eſt ſub conditione ea pendente dicitur creditor, 4. 41. 43
Stipulatione acquiritur ventri, 4.48. 44
Stultis non ſuccurritur ſecus errantibus, 20.65.244
Stulte interrogantibus rigide reſpondet Imperator, 30.67.403
Subſtitutus non tenetur in conſcientia reſtituere matri hæreditatem, vt aliqui voluerunt, 6.11.58
Subſtituto non eſt quæſitum ius, etiam in ſpe ſaltim de præſenti, nec cuilibet alij fideicommiſſario, nec pupillo eſt interdicta alienatio, 20.86.247
Suſtitutus ventri datus ſub ea conditione, ſi maſculus naſcatur, & credat fœminam naſcituram poterit pleno ventre adire, & ſi interim decedat hæreditatem tranſmittat, 6.12.58
Subſtitutio pupillaris nequit fieri in contractu, 20.103.250
Subſtitutio facta poſthumis naſcituris, non habet locum ſi vnus tantum naſcatur, 2.33.27
Subſtitutus pupillaris excludit venientes abinteſtato, 20.83.247
Subſtitutus licet veniat ex iudicio defuncti teſtamentum per quod venit, eſt pupilli, 20.102.
Subuenire ſi alteri non poteſt, niſi alter lædatur commodius eſt neutrum iuuare, 9.27.95
Succeſſio in feudis, & maioratibus, non habet oculos retro, nec reſpicit lineam aſcendentium, 2. 46. 28.
Succeſſio ſe habet ad inſtar dignitatis, quæ deſcendit de patre in filium, 2.47.ibid.
Succeſſio ſequitur votum naturæ, quæ potius vult deſcendere, quam aſcendere, 2.45.ibid.
Succeſſio debet eſſe reciproca, etiam parentum Succeſſor in maioratu ſi infans ſit in eum transfertur poſſ. ex l.45.Taur.14.10.150
Summarie proceditur in cauſa poſſeſſionis ventris, 2.48.29
Summa legata annuatim Reipublicæ pro ſingulis quatuor computantur centum ad falcidiam, & pro octo ducenta, 16.100.181
Suſpicio licet nulla ſit contra matrem, ſi tranſierit ad ſecundas nuptias, pupillus eſt ab ea extrahendus, & ſuſpiciens tutelæ, debet renuntiare ſecundis nuptiis alias tutela eſt nulla, 19.25. ſed contra num.28.221.ibid.

T

Tabellio impubes eſſe prohibetur, 20. 106.250
Tabellio habet vicem duorum teſtium, & aliquando trium, & quando ſolum vnius, & in dubio cenſetur adhibitus, vt teſtis, vel vt tabellio, vt eius verba plene probent,

probent, 11.47.114

Tacita pupillaris, vt non excludit matrem, ita nec auiam niſi adſint coniecturæ voluntatis contrariæ teſtatoris, 6.7.57

Taciti & expreſſi, licet ſit idem iudicium pupillaris tacita non excludit matrem vt expreſſa, 6.4. ibidem.

Taxatio valoris alimentorum fit attenta conſuetudine regionis ætate, & valitudine alimentandi, 16. 106.182

Tempus conceptionis attenditur, vt comprehendat, vel non iam conceptos, ſiue quod procedit in honoribus, & pœnis natos, 1.14. & num. ſeq.5.

Tempore pupillaris ætatis ceſſat quæſtio ſtatus, 20.41.242

Tenebræ ſunt aptiores ad fabricandum malum, 8.15.81

Tenutæ remedium non competit ſtante aliqua incertitudine, ſed vbi partes fatentur bona eſſe maioratus, 2.51.29

Teſtibus quibus ex dicto ſuo, poteſt reſultare commodum non creditur,& quid de mulione, & deportante res in humeris, 10.52.108

Teſtes debent eſſe puberes, quando requiruntur pro ſolemnitate, 20. 25.239

Teſtes poſſunt deponere de his,quæ contrahentes tranſparietem, vel cortinam contraxerunt, 8.17.68

Teſtes aliqui arcentur à teſtimonio propter culpam, vt infidelis infamis, & criminoſi, 20.17.239

Teſtes in dubio videntur deponere de communi æſtimatione, 23.55. 293

Teſtis debet ſecrete examinari, & declarationes teſtium virtute monitorialium debent ſecrete ſeruari, & mitti iudici laico, vt teſtes repetantur, & qui poſſit dare monitorias, 10.12.100

Teſtes de valore rei debent ſcire rei qualitatem, 23.54.293

Teſtamentum ſtulte factum,non valet, ſed ſuſtinetur obliquè, vt ſani hominis voluntas, 20.66.244

Teſtamentum ſi celebratur nocte requiritur lumen, vt teſtes cognoſcant teſtatorem, 8.33.83

Teſtator ſi fecerit mentionem vnius poſthumi,& plures naſcantur omnes liberi erunt, 2.38.28

Teſtator inſtituens ventrem, ſi filius naſcatur, & fuerit orta filia, quæ moriatur, ſi poſtea ſecto ventre filius extrahatur inſtitutio valebit 6.17.60

Teſtator ſi inſtituat ventrem vxoris ſuæ non ſolum intelligitur inſtitutus, qui ex ea vxore, quam tunc habet natus fuerit, ſed ex alia quacumque mortua prima, 6. 19.ibid.

Teſtator ſi inſtituit ventrem vxoris ſuæ, & ſuperuiuat, appareatque vxorem non fuiſſe prægnantem tempore teſtamenti, & cum poſtea moriatur appareat vxorem fuiſſe prægnantem, admittitur venter, & ſubſtitutio facta ventri valebit, 6.18.ibid.

Teſtator ſi concedit facultatem apprehendendi, poteſt accipere ſine hæredis traditione, & idem in prælegatario, 5.35.54

Teſtamentum in quo ſubſtituitur filio pupillariter, dicitur etiam teſtamentum pupilli, 20.89.248

Teſtator nihil facit in ſui præiudicium,

cium, 20.104.250

Teſtator licet poſſit remittere confectionem inuentarij non ſeruabitur eius voluntas, ſi ſit contra pupilli vtilitatem, & licebit non ſeruare voluntatem teſtatoris in educatione pupilli ex cauſa, 19.8.217

Teſtamentum militis notis dictatum ſuſtinetur ob priuilegium militiæ, ſi antequam extenderetur, mortuus fuit miles, quod ſecus eſt in pagano, 19.37.222

Textus in cap. ex literis, de ſponſal. & authenc. ſacramenta puberum, expenduntur, 20.4.237

Textus in §. poſthumo quoque inſt. de leg. expenditur, 4.10.39

Textus in clem. fin. de ſent. excom. intelligitur, vt procedat ſolum in beneficialibus, in aliis autem nominatio Principis ex certa ſcientia tribuit ius, 13.50.143

Textus in l.liberorum, §. 1. de his qui not. infam. ibi propter turbationem ſanguinis intelligitur, 12.8. & num. ſeq. 119

Timor ſanguinem contrahit ad interiora, & cauſat tremorem, & pallorem, 1.25.9

Totum qui dicit, nihil excipit, 14.39.154

Traductio Scripturæ debet fieri per aliquem peritum, qui interpretationẽ notario referat, 15.30.161

Triſtis euentus non eſt expectandus, 2.57.30

Tonitrua fœtui nocent, 7.66.75

Tutor non poteſt ſibi auctorari, 22.9.271

Tutores & curatores, debent ſatiſdare, quia plurimi in ſuo officio infideles, aut negligentes ſunt, 19.58.227

Tutor debet librum rationum conſcribere, in quo accepta, & data, & omnia adminiſtrationem tangentia ſigillatim declaret cum expreſſione diei, aliàs iuratur in litem contra eum, 19.65.229

Tutor antequam ſuſcipiat tutelam, plura requiruntur, & præcipua ſunt, quod iurat ſe vtilia facturum, nec relicturum pupillum indefenſum, quod conficiat inuentarium, & ſatiſdet, 19.54. & num. ſeq. 226

Tutor licet amittat ſibi relictum à patre impuberis ſi ſe excuſauerit à tutela, non amittet ſi fuerit frater impuberis, 5.24.52

Tutore in dando regi, vel gubernatori, ſi anceps ſit regnum, conſulendus eſt Romanus Pontifex, 12.42.129

Tutores ſi à patre non relinquantur ſunt eligendi à proceribus regni, & qua forma, 16.8.171

Tutoribus magnatum ſi eorum reditus magni ſint, non eſt danda decima, ſed aſſignandum moderatum ſalarium, 16.20.173

Tutor tenebitur, etiam quod non obligatur nomine proprio ſi ſit falſus tutor, 20.26.240

Tutela data à iudice ſub conditione ſi ſatiſdederit, valet, 16.38.175

Tutela finitur per matrimonium, 20.95.249

Tutor excuſabitur, etiamſi non fecerit inuentarium, vt non reueletur paruum pupilli, vel minoris patrimonium, quando conueniens fuerit, 19.47.225

Tutor negligens reputatur doloſus, & tenetur pupillo ad intereſſe, 20.52.243

Tutori decima datur deductis expenſis, & de fructibus Eccleſiaſticis curatori non datur decima, 19.74.231

Tutor ſi obligauerit ſe nomine proprio contra eum exequitur contractus, 20.25.240

Tutori datur decima, & quando vltra decimam, 19.73.231

Tutor finita tutela non compellitur accipere curam puberis, 19.75. ibidem.

Tutor non excuſatur ſi dicat perdidiſſe librum vel inuentarium, vel non feciſſe, quia nulla bona reliquit defunctus niſi probauerit, 14.46.155

Tutor tenetur conſulere aduocatos peritiores, 19.55.226

Tutor eſt petendus à iudice loci, in quo pupillus moratur, & ſi bona ſint in alio loco, 19.10.217

Tutor quoties eſt confirmandus à iudice non proceditur via executiua, & quare, 19.21.220

Tutor tenetur exhibere bona pupilli, vt fiat executio aliàs incarcerabitur, 20.24.240

Tutores abſque eo quod compareant in iudicio poſſunt conſtituere procuratorem, 20.38.241

Tutor non dicitur alienare, quando ſequitur, quod teſtator voluit, & ordinauit, 19.67.229

Tutela matris, & auiæ anomala, ſeu extraordinaria, & irregularis appellatur, nec in ea habet locum, regula l. quo tutela 74. de reg. iur. 19.18.219

Tutela ſine ſatiſdatione, an poſſit ei decerni, ſi perſona ſit honeſta, & frugis vitæ, 19.63.228

Tutela poteſt decerni die feriato in honorem Dei, niſi ſit decernenda cum cauſæ cognitione, 19.72.231

Tutelæ ratio ſi petatur contra plures tutores, vel eorum hæredes poteſt cauſa introduci in curia, 21.48. 259

Tutela, quæ defertur matri, & auiæ, defertur etiam proauiæ eis volentibus, 19.17.219

Tutela matris, & auiæ, anomala, ſeu extraordinaria, & regularis appellatur, 19.18.ibid.

V

Vocatio maſculorum, & excluſio fœminarum poſita abſolute, & per viam regulæ refertur ad omnes clauſulas, 30.79.404

Valor alimentorum variatur pro incrementis ætatis, 16.97.181

Valor rei immobilis conſideratur reſpectu valoris redituum, & fructuum 20. annorum, 16.110.183

Vagabundus ſi ſit conueniendus, nec habet certam domum, poteſt citari ad curiam, 21.49.260

Vaſſalli bona ſi recuperentur à principe ſunt domino reſtituenda non ſolutis expenſis, niſi culpa vaſſalli eſſent capta ab hoſtibus, 4.23.41

Venditor cum pacto de retrouendendo, an poſſit agere remedio l. 2. C. de reſc. vend. 23.35.288. & ſeq.

Ventri tutor dari non poteſt, quia non eſt pupillus cui detur, cum tutori detur perſona tuenda, 6.25.60

Venter poteſt alij dari ſubſtitutus, 6.21.ibid.

Ventris inſtitutio comprehendit omnes poſthumos etiam non conceptos tempore teſtamenti, 6.20.ib.

Ventre qui portatur, non dicitur homo, ſed quod homo fieri ſeparatur

ſecundum

ſecundum ius ciuile, ſed contrarium eſt verius, 6.29.61
Ventri datur curator, qui tenetur ſatiſdare, niſi ex inquiſitione detur, quia tunc non ſatiſdat, 6.26.ibid.
Ventri an detur remedium tentæ, 2.55.ibid.
Ventrem ſi inſtituat teſtator ſub conditione ſi vxor prægnans eſſet admitteretur ex alia vxore natus, 2.21.25
Ventris in fauorem procedit deciſio tex.in c. 1.§.inter filiam ſi de feud. def. fuerit cont.inter dam. 52.2.29
Venter mittitur in poſſeſſionem, etiamſi auus paternus viuat, 2.44.28
Ventri datur remedium, l.45.Taur.& in eum transfertur poſſeſſio miniſterio legis, 2.49.29
Venter licet olim poterat exhæredari hodie nequit ex quo requiritur cauſa, 2.26.26
Ventri non reſeruatur ius, quod eo nato aditurus non eſt, vt ſi futurus ſit incapax, quia ſpurius, vel alia cauſa, 2.20.25
Ventri non debetur legitima, donec naſcatur, 2.1.23
Venter poteſt hæres inſtitui etiam ſeruus, 2.2.ibid.
Ventri non datur querela eo nato, ſi mater in puerperio deceſſit, quia præſumitur inſtitutus pietate materna, 2.22.25
Venter ſi ſit præteritus, & extraneus inſtitutus, quandiu teſtamentum poteſt rumpi natiuitate poſthumi, non defertur hæreditas ex teſtamento, 2.8.24
Venter ſi ſit inſtitutus, vel exhæredatus alter cohæres, vel veniens ab inteſtato poterit redire, & non expectatur natiuitas poſthumi, licet poſſit rūpere per querelam, 2.9.ibid.
Ventre præterito teſtamentum ab initio eſt nullum diſpoſitione legis à qua nullus grauatur, ſed exhæredato ventre, vel filio, validitas teſtamenti pendet à declaratione iudicis, 2.10.17
Ventrem ſequi vtile eſt filiis quoad ſtatum, ex quo ſufficit habere matrem liberam vno ex tribus temporibus, 1.16.25
Ventri libero omnia iura reſeruantur in tempus naſcendi, 1.4.4
Venter dicitur conceptus ante infuſionem animæ, 1.11.5
Ventre ſecto matris extractus admittitur ad emphyteoſim pro ſe, & filiis naſcituris, 10.7.100
Ventre conceptus quandiu eſt in vtero, non totaliter eſt à matre ſeparatus, ſed per quandam colligationem eſt aliquid eius, 7.68.76
Venter poteſt legitimari, 4.43.44
Ventri competit reſtitutio in integrum, 4.44.ibid.
Ventri competit actio negotiorum geſtorum, non autem priuilegium prælationis, 4.45.ibid.
Ventri poteſt donari, & datur curator, qui nomine ventris acceptet, 4.47.ibid.
Vētres duo qualiter hodie poſſint admitti ad ſucceſſionē patris, 3.3.33
Ventri poteſt legari, 4.1.49
Ventri nomine mater mittitur in poſſeſſionem legatorum, 2.61.31
Ventres duo ſi fuerint ambo, debent miti in poſſeſſionē bonorū, 3.1.33
Venter præſumitur potius naturalis, quam ſpurius, 7.48.72
Ventri datur ius retrahendi rem patrimonij, 4.46.ibid.
Ventri datur reſtitutio aduerſus præſcriptionem, 2.59.31

Ventris ſi interſit non habetur pro nato, & ita in exhæredatione filiarum non comprehenditur poſthumus, 7.44.85
Ventris ſi non interſit, quod iuſtantia cœpta cum defuncto tranſeat in eum non tranſiuit, 7.45.ibid.
Venter non reuocat donationem, ſed natus, & ex tunc reſtituuntur fructus, 2.68.31
Venter admittitur per repræſentationem, l.40. Taur. 2.58.ibid.
Ventri etiam currit præſcriptio, in quo eſt deterioris conditionis, quam pupillus, 4.56.ibid.
Ventri non debet inferri damnum, etiam ob matris culpam, nec alij, 7.42.72
Ventris quando non poteſt conſiderari commodum non habetur pro nato, 7.43.ibid.
Venter non reuocat donationem à patre factam, donec naſcatur, nec rumpit teſtamentum, 4.58.45
Venter ſi inſtituatur ſimpliciter, & plures naſcantur omnes erunt hæredes, 2.31.27
Ventri datur poſſeſſio bonorum, & mulieri, quæ ventris nomine miſſa eſt, non poteſt eam introuertere alio reſpectu, 2.39.28
Venter admittitur ad fideicommiſſum familiæ relictum, & ſufficit conceptum eſſe tempore quo fideicommiſſum cedit, 2.28.27
Venter mittitur in poſſeſſionem bonorum caſtrenſium, 2.41.28
Ventrem cum dicimus intelligimus continens pro contento, 1.3.4
Ventri poteſt relinqui libertus tam directè, quàm per fideicommiſſum, 2.37.28
Ventre inſtituto ſi naſcatur maſculus ſi nata ſit fœmina dicitur præterita, 2.36.ibid.
Ventrem ſi pater inſtituat ita ſi naſcatur maſculus, & ſi fœmina eidem legauit, & contingat parere maſculum, qui moriatur, & poſtea pariat fœminam, valet teſtamentum, 2.35.27
Ventris inſtitutio intelligitur facta in tempus naſcendi, etſi conditionaliter ſi naſcatur, 2.4.23
Venter quoad moram faciendam ſubſtitutis pro nato habetur, 6.15.59
Venter ex filio ſpurio cum quandiu eſt in vtero, non ſit in poteſtate patris, & ob id non lucretur fructus, non videtur contemplatione patris inſtitutus, 5.30.53
Verba quamuis inducant liberam poteſtatem procedendi non operantur ſi inique verſetur, 30.31.324
Verba ſingularis numeri non verificantur in plurali, quando adeſt diuerſa ratio, 2.32.27
Verba legis vel ſtatuti comprehendunt minores, ſecus autem impuberes, 22.5.270
Verba legis quando non poſſunt adaptari non habet locum diſpoſitio, 9.8.93
Verbum *ſum, es, fui*, denotat ſubſtantiam, 6.33.62
Verba quando requiruntur ſufficit ſi proferantur etiam balbutiendo, 15.28.167
Verba diſpoſitionis licet non decidant certum caſum ſi eius ratio illum decidit, talis caſus dicitur proprie eſſe in diſpoſitione, 1.18.6
Veritas ſub imagine naturæ, non debet obumbrari, & geſtorum erroribus non mutatur, 12.4.118

Vidua dicitur perſona miſerabilis, licet diues ſit, 21.2.255
Vidua quando dubitatur an ſit grauida eſt cogenda multis, & diſtractione pignorum, vt ſe inſpici patiatur, 7.9.67
Vidua ſi ſentiat ſe grauidam debet nuntiare conſanguineis proximioribus quorum intereſt non eſſe prægnantem, & ei ſunt præſtanda alimenta, licet diues ſit, 7.1. ibidem.
Vigorem virilem impleri poſt vigeſimum quintum annum dicit Iureconſultus, 30.4.392
Vinculum contractus debet eſſe ab initio tempore contractus, 4.37.43
Vir appellatur, qui ex potentia animi, & corporis res gerit, 30.10.393
Viri boni qui dicantur, 30.51.400
Viri nomen ad virtutem vimque animi, & corporis refertur, 30.5.392
Vir vnus an ſufficiat, vt coram eo interponatur appellatio, 30.54.400
Virilitas qualiter diffiniatur, 30.6.393
Vir ſiue iuuenis dicitur, qui adoleſcentis exceſſit ætatem, 30.1.392
Virilitate ingreſſa poſt vigeſimum quintum annum incapitantur homines, 30.11.393
Viri experti in officio aduocationis eligebantur ab Imperatoribus, 30.14.ibidem.
Viris legatis etiam pueros deberi Iureconſ. ait, 30.7.ibid.
Virtus maior eſt in appellatione quæ iure communi conceditur, quam in reſtitutione, quæ eſt ſpecialis, 25.48.327
Vituperanda non eſt cogitatio eius, qui lites execratur, 25.48.ibid.
Vnctionis Sacramentum dicitur exeuntium, & infirmorum, & non datur valentibus euntibus ad bellum, nec nauigantibus, licet ſint in periculo mortis, 16.129.186
Vocati in ſubſtitutione, quando non admittantur, 30.109.411
Vocatus ſub conditione ſi hæres inteſtatus deceſſerit, admittitur ſi hæres impubes decedat, 20.77.246
Voces primæ infantium ſunt *Pa*, & *Ma*, 15.14.159
Voces ſi ſint æquales in electionibus nobiles præferuntur, quia qualitate præponderant, 11.15.110
Voces duas habens vnam pro ſe alteram ex commiſſione poteſt diuerſa vota emittere, & qualiter, 11.27.112
Voces duas in habente idem ſeruatur, quod in duobus, 11.26.ibid.
Voluntas in promiſſis pro diſcretione, & arbitrio ponitur, 30.25.396
Voluntas præſumitur continuata, 16.132.186
Voluntas hominis non eſt ſubiecta neceſſitati aſtrorum, 13.71.147
Voluntati commiſſum non ſubiicitur regulis iuris, 30.23.396
Voluntate, & propoſito diſtinguuntur delicta, 9.21.94
Vſuræ centeſimæ ſunt taxatæ à Iuſtin. 16.101.181
Vſuſfructus licet pars dominij ſit, cedi non poteſt, 23.33.288
Vtilitas parua publica non admittitur cum magno damno priuati, 25.60.328
Vtilitatis cauſa receptum eſt infan-

tem ſtipulari poſſe, 14.23.152

Vxor habens virum inutilem, gaudet priuilegio viduæ, 21.9.256

Vxor habens virum damnatum triremibus, gaudet priuilegio viduæ, 21.9.ibid.

Vxorem ſi quis ducat quam alius habuit in concubinam, & pariat ſeptimo menſe poſt matrimonium præſumitur concepiſſe in matrimonio, 10.22.101

Vxori ſi vir donauerit, vel è contra, & decedant ſimul, valet donatio, & tranſit ad hæredes, 12.27.123

Vxorem percutiens, quam ſciebat prægnantem, tenetur de aborſu ſi inde ſequatur, quia hoc euenire poſſe proſpicere debuit, 9.15.94

Vulgaris ſubſtitutio expreſſa ventris facta etiam matre exiſtente in medio continet tacitam pupillarem conditionalem, 6.3.57

Vultus arguit dolorem, & alacritatem cordis, & ex eo ſumitur indicium ad torturam, non tamen ſola mutatio coloris, ſine aliis adminiculis ſufficit, nec trepidatio, ſeu titubatio, 1.24.9

Z

ZElus melior præſumitur, vbi maior eſt numerus, & maior pars dicitur ſanior, 7.28.70.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google